BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE ROMA
55
7 K
31

A111 c2

FLORES AVREI EX PARADISO SACRAE SCRIPTVRAE ET SANCTORVM PATRVM,

Super totius anni Dominicarum Euangelia collecti ſtudio & induſtria.

F. ABRAAM BZOVII POLONI
Ordinis Prædicatorum;

In quibus vt mira varietate, ita & vberi copia tam Sacrarum authoritatibus Scripturarum, quàm profanorum teſtimonijs Philoſophorum, præcipua fidei Catholicæ arcana abundè propalata inſigni non minus cum facilitate quàm methodica tractatione elucidantur.

Omnibus & Theoſophiæ cultoribus & Diuini verbi præconibus ſummè vtiles & perneceſſarij admodum haud dubiè futuri.

Indice duplici, vno rebus memoria dignis, altero Sacræ Scripturæ locorum interpretationi ſubſeruiente in legentium gratiam non inconcinnè adornati.

CVM PRIVILEGIIS.



VENETIIS, MDCI.

Apud Societatem Minimam.

Ill.mo & Reuer.mo in Chriſto Patri ac Dom.

D. BERNARDO MACIEIOVIO

Dei gratia

EPISCOPO CRACOVIENSI ET DVCI SEVERIENSI.

F. Abraam Bzouius S. T. Lector, Ordinis Prædicatorum P. F. P.

CONSTANS vſus nec illaudatus omninò inoleuit iamdudum vt lucubrationes ſuas edituri, de Principe viro cui ſe ſuaq́ dedant dedicentque ſint ſoliciti: Idipſum mihi in CONCIONVM euulgatione hac contigiſſe potuit, Præſul Illuſtriſſime ac Reuerendiſſime, niſi tuæ dignitatis, authoritatis, ſapientiæ, ac ſummorum in Regni noſtri Polonici ſubditos beneficiorum meritis omnium conatus in hoc præcipuè genere quod ad ſtabiliendam in nutantium animis

pietatem apprimè aut valde fallor facit, ſibi deberi, ac iure ſuo repoſcere quoddammodo poſſe, conſideraſſem. Nam vt ego ſileam ipſa Illuſtriſſimæ Macieiouiorum familiæ claritas loquitur, quæ à ſæculis iam aliquot, & integerrimos Eccleſiæ noſtræ Epiſcopos, & Aulæ maximos Senatores Regiæ, protulit: Ex illis in ea ipſa quam occupas Cathedra Anteceſſorem Zelo in hæreſes admirabili, nec vnquam niſi acerba morte ſublato eo loci vt videre eſt prorepturas, ſingularem: ex his qui difficillimis temporibus, rebus vndiquaq; turbatiſſimis, fide, prudentia, dexteritate, prouincias conſeruarunt, Regni ſummum confirmarunt, Catholicæ Religionis diſcrimen extremum propulſarunt. Tu verò ipſe, Præſul Illuſtriſſime (nec enim aliundè petitis laudibus ornandus venis vt cum Lyrico vate prudentiſſimo ſentiam. Nam genus et proauos, & quæ non fecimus ipſi. Vix ea noſtra voco) dum primum Luceorienſis Epiſcopus lucem fidei totius Voliniæ populis attuliſti, quantum apud omnes gratiæ conciliaſti? Quantum verò apud omnem poſteritatem gloriæ fideliſſima ac fæliciſſima Summis Pontificibus SIXTO V. & CLEMENTI VIII. Dei benignitate ſuperſtiti nauata, ac tandem perfecta opera paraſti, vt vaſtiſſima Nationis Ruſſiacæ Epiſcopi Græcorum antea ritibus perperam mancipati, nunc agnita matre vniuerſali in vnum illud Chriſtiani gregis ouile reducti, te tanti beneficij

autho-

authorem, effectorem gaudeant, gratulentur? Sed non huius loci eſt Heroicorum geſtorum tuorum hiſtoriam contexere, iuſtis voluminibus argumenti ſatis ſuperq́; ea ſuppeditarit; Iam quanto ſummorum pariter ac infimorum applauſu ad Sedem hanc Cracouienſem ſis aſcitus, hic non recenſebo: nec quantæ molis & Eccleſiæ & Regni negotia geſſeris apud Sanctiſſimos SIXTVM & CLEMENTEM, vtriq́; in oculis & pectore Legationibus honorificentiſſimè perfunctus, hic commonſtrabo: Singulares verò diuini animi tui notas duas, internam vnam, alteram externam, non poſſum non commemorare; quarum priore quæ Diui Hyacinthi Tutelaris noſtri Canonizationis procuratio eſt, quam piè, quam Catholicè ſentias de beatis illis animabus quæ redditis quas à terra mutuatæ aliquando, exuuijs, ad gloriam & gaudium illud ineffabile fruitionis Dei remearunt, ſatis ſignificaſti; Altera, dum auitum lautumq́; patrimonium, Equeſtre primum, quo generoſi & magnanimi Equitis dignitatem cum domi, tum in bello graui Moſcouitico magnificè es tutatus, poſt fortuitis ſed legitimis acceſſionibus auctum, totum inquam Patribus Societatis vltrò elargitus es, cæleſtia ſola meditari te, terrena hæc deſpicere, abijcere te (raro æui huius exemplo) teſtatum abundè reliquiſti. Sed auehit me longius virtutum ac pietatis tuæ admiratio, ac dum cymba littus legere in-

ſtituo, in vaſtiſsimum laudum tuarum pelagus abripi me video. Scio quã temerè imperitus gubernator tanto me diſcrimini permittã: redeo itaq; ad me, ac ne cũ philoſopho illo Hannibali Carthaginenſiũ Duci Imperatorijs artibus inſtructiſsimo, librum de re militari obtrudente olim, audiã, vt illum artis bellicæ vſum multis magniſq; rebus geſtis iamdudum omnem explicaſſe, ita Te, tantum Epiſcopum, tantum Senatorem, piæ & Chriſtianæ vitæ fructum (qui ſcopus dogmatum huiuſmodi eſt) non aliundè quam à te ipſo petere poſſe, quid animo habeam, paucis exponam. Eximiæ illæ animi tui dotes, æterna de Religione Catholica merita, ſumma in Ordinem noſtrum ornamenta, gratitudinis & obſeruantiæ meæ erga Illuſtriſsimam & Reuerendiſsimam dignitatem tuam Symbolum vt adferrem inuitarunt, incitarunt. Quapropter, ad Illuſtriſ. et Reuerendiſ. dignitatis tuæ genua qua poſſum ac debeo veneratione prouolutus, opus hocce meum Sacrarum Meditationum, exile quidem illud ac tenue, nec (ſi thema excipias) ſatis oculis tuis dignum, ſingulari illa tua benignitate fretus, dedicare, conſecrare audeo. Læto igitur libentique animo hocce non munus, ne arrogantior videar, ſed votum multis nominibus tibi nuncupatum, pluribus debitum, accipere dignare, ac Illuſtriſsimi nominis tui ſplendore frontem Operis huius permitte inaurari: Si enim ſacris his dogma-

tibus

tibus virumpium ad perfectionis apicem inſtitui-mus, ducimus, cui quæſo mortalium veriùs, iuſtiùs, quam ei qui perfectiſsima eſt pietatis Regula & imago viua, hæc perfectionis diſciplina debebitur? Eum namq; te nouit Polonia, atque adeò ipſum orbis Chriſtiani Theatrum Roma, vt pro conſummatiſsimo et verè ad Paulinam amuſsim examinato Epiſcopo admiretur, veneretur; cum et dona diuinitus infuſa, et virtutes omnis generis ingenij & naturæ tuæ fœlicitate comparatas in te vno ad vnum omnia concurrere videamus, experiamur. At deſino iam, ſi, quo Religio Catholica aſſertore gaudet, Eccleſia Polonica protectore lætatur, ordines Religioſi benefactore triumphãt, eo Mecœnate benigno beari me vt contingat optauero: ac Deum Opt. Max. pro Illuſtriſſ. & Reuerendiſſ. dignitatis tuæ ſalute feruenter, quod facio, orauero, atq; ad oſculum ſacrarum manuum, quas ſenio iam graues ad quietem & pacem Regno Poloniæ (vt magnus ille quondam Hebræorum Ductor pro victoria populi ſui) à Deo impetrandam in cœlum eleuare tibi ſupereſt, admitti poſtulauero. Salue Illuſtriſſ. & Reuerendiſſ. Domine mi ac vale. Ex Conuentu noſtro S. Mariæ ſuper Mineruam. Romæ anno puerperij Virginis 1601. ſexto Kal. Martias.

INDEX LOCORVM
SACRAE SCRIPTVRAE,
Quorum explicatio neceſſaria autori viſa fuit in hoc opere Concionum, ordinata ſerie digeſtus.

Ex Geneſi.

QVARE diuiſa eſt propter te maceria. 203
3 Adã vbi es. 443
3 Collocauit ante paradiſum. 118
3 Vidit mulier quod eſſet bonum & pulchrum. 413
4 Vbi eſt Abel frater tuus. 445
6 Fac tibi arcam de lignis. 340
7 Anno ſexcenteſimo vitæ Noe, menſe ſecũdo ſeptimodecimo die Menſis rupit omnes fontes abyſſi magnæ & catharactas cęli aperuit, & pluit ſuper terram quadraginta diebus & noctib. 563
49 Dan ſicut coluber in via, & ceraſtes in ſemitis mordens vngulas equi, vt cadat aſcenſor eius retro. 624
49 Lauabit in vino ſtolam ſuã. 10

Ex Exodo.

3 Ego ſum qui ſum. 177
14 Columna ignis præcedebat. 28
28 Facies laminam de auro puriſſimo 160

Ex Leuitico.

13 Homo in cuius cute. 61
14 Offeret duos paſſeres &c. 312
19 Agrum tuum non ſeres diuerſo ſemine. 375

Ex Numeris.

36 Omnes viri ducent vxores de tribu & cognatione ſua. 269

Ex Deuteronomio.

12 Caue ne derelinquas Leuitam. 324
53 Si ſurrexerit in medio tui Prophetes. 404

Ex Lib. Iudicum.

15 Cępit 300. vulpes caudas eorum, &c. 396

1. Regum.

A Gelboe autem tranſeat. 110
2 Filij autẽ Heli Sacerdotis. 238
14 Maledictus vir q comederit panem vſque ad veſperam donec vlciſcar de inimicis meis. 585
19 Michol tulit ſtatuam. 118

3. Regum.

10 Saba Regina audita ſapiẽtia Salomonis. 213

4. Regum.

4 Pone ollam grandem & coque pulmentum. 418

Ex Pſalmis.

Deſcẽdet ſicut pluuia ĩ vellus. 23
Dixit & ſtetit ſpiritus procellæ. 332
Ipſi vidẽtes ſic admirati ſunt, cõmoti

moti ſunt, tremor &c. 201
2 Seruite domino in timore. 407
17 Aſcendit ſuper Cherubin & volauit. 134
44 Pro patribus nati ſunt tibi filij. 338
49 Cõgregate mihi ſãctos eius &c. 16
49 Deus Deus tuus ego ſum. 17
Quare tu enarras iuſtitiã meã. 18
Si videbas furem currebas cum eo. 18
49 Immola Deo ſacrificium laudis. 339
49 Deus noſter manifeſte veniet. 12
59 Quis deducet me vſque in Idumæam. 90
61 Semel locutus eſt Deus, duo hęc audiui. 310
67 Poſteriora dorſi eius ĩ pallore. 4
Pluuiam volũtariam ſegregabit Deus hæreditati meæ quæ infirmata erat. 563
72 Vt iumentum factus ſum apud te. 127
107 Paratum cor meum Deus. 102
109 Dixit Dominus Domino meo. 45
Tecum principium in die virtutis tuæ. ibid.

Prouerbiorum.

Vſquequo paruuli diligitis infantiam. 93
3 Præbe mihi cor tuum. 95
3 Viæ eius viæ pulchræ. 111
9 Argue ſapientiã & diliget te. 36
17 Meliora ſunt vulnera amici &c. 37
25 Mala aurea in lectis argenteis. 125

Eccleſiaſtes.

7 Attende ab omni iniquo. 381
7 Filij tibi ſunt erudi illos. 225
15 Ab initio conſtituit hoĩem, &c. 100
23 Nominatio Dei non ſit aſſidua. 186
24 Ego quaſi trames aquæ immenſæ. 281
25 Penetrabo omnes inferiores partes terrę. ibid.

Canticorum.

1 Introduxit me Rex in cellam vinariam. 450
1 Introduxit me Rex in cellam vinariam, exultabimus & lætabimur in te, memores vberũ tuorum ſuper vinum. 596
2 Ecce iſte venit ſaliens. 105. & 110
4 Hortus cõcluſus ſoror mea. 469 & 475
4 Vulneraſti cor meum in vno crine &c. 91
Laui pedes meos quomodo inquinabo. ibi.
8 Pone me vt ſignaculũ ſuper cor. 163

Sapientia.

4 Faſcinatio nugacitatis obſcurat bona. 410
7 Mobilior eſt omnib. mobilibus ſapientia. 90

Iſaias.

1 Holocauſta arietum & adipem nolui. 16
1 Onus iumentorum Auſtri in terra tribulationis & anguſtiæ, leena & lęno ex eis Vipera & Regulus volans portãtes ſuper humeros iumentorũ diuitias ſuas, & ſu-

& ſuper gibbum camelorũ theſauros ſuos ad populum qui eis prodeſſe non poterit. 597
21 Babylon dilecta mea poſita eſt mihi in miraculum. 725
34 Inebriatus eſt in cœlo gladius meus &c. 6
35 In cubilibus in quib. dracones. 472
41 Dabo in ſolitudine cedrum. ibi.
42 Dies vltionis in corde meo. 20
42 Surdi audite & cæci intuemini. 142
45 Vere tu es Deus abſcõditus. 114
48 Sciui ego quia durus es & neruus ferreus. 477
53 Generationem eius quis enarrabit. 113
55 Pro ſaliuncula aſcendet Abies. 471
60 Omnes iſti venerunt tibi. 197
61 Sicut terra profert germẽ ſuum. 464
63 Quis eſt iſte qui venit de Edom. 11
65 Non erit tibi infans centum annorum. 242
Sapientis oculi in capite, ſtulti autem in calcano. 232

Ieremias.

Virgam vigilantem video & clybanum. 30
3 Tamen reuertere ad me. 93
6 State ſuper vias antiquas. 65
10 Non eſt hominis via eius. 437

Ezechiel.

21 Mucro mucro euaginare. 118
28 Ibi erit Aſſur &c. 3
32 Fili hominis aſſume lamentum ſuper Pharaonem.
33 Dicunt vnus ad alterum, videlicet ad proximũ ſuum, &c. 477
41 Cherub duas facies hẽbat. 430

Daniel.

3 Tres pueri Sidrach, Miſach, &c. 404

Oſeas.

2 Sponſabo te mihi in fide. 93. & 257
6 Miſericordiam magis volo quã ſacrificium. 304

Naum.

1 Infirmatus eſt Baſan & carmelus. 106

Zacharias.

3 Ecce lapis quem dedi. 153

Malachias.

3 Labia Sacerdotis cuſtodient ſciẽtiam. 392

Matthæus.

2 Ecce Magi ab Oriente venerũt. 195. & 203
Et venimus adorare eum. 213
3 Qui tenet ventilabrum in manu ſua. 75
3 Sine modo. 23
7 Multi dicẽt mihi in illa die. 454
7 Nolite ſanctum dare canibus, neque mittatis margaritas veſtras ante porcos, ne forte conculcẽt ea pedibus ſuis, & conuerſi diſrumpant vos.
8 Aſcendente Ieſu in nauiculam. 329. & 340.
Motus factus eſt magnus in mari, ita vt nauicula operiretur. 368
8 Cum deſcendiſſet Ieſus de monte. 297
Volo mundare. 310
Vade oſtende te Sacerdoti. 319
17 Cum audiſſet Ioannes in vinculis. 32

Tu es

Tu es qui venturus es. 42
Opera Chriſti. ibid.
Cæci vident, claudi ambulãt. 52
13 Exijt qui ſeminat ſeminare ſemẽ ſuum. 461
Et dum ſeminat aliud cecidit ſecus viam & conculcatũ eſt. 470
Quod autem in ſpinas cecidit hi ſunt qui audierunt. 480
13 Simile eſt regnum cœlorum grano ſinapis. 408
Simile eſt regnum cœlorum fermento. 418
Nihil ſine parabolis loquebatur ad eos. 427
Simile eſt regnum cœlorum homini qui ſeminauit bonum ſemen in agro. 376
Simile eſt regnum cęlorum ſagenę. 2
Vnde ergo habet zizania. 375. & 385
Sinite vtraque creſcere vſque ad meſſem. 396
14 Non licet tibi habere vxorẽ fratris. 41
16 Et portæ inferi non præualebũt. 50. & 370
16 Tibi dabo claues regni cęlorum. 337
18 Vbi duo vel tres congregati fuerint in nomine meo. 370
20 Quid hic ſtatis tota die otioſi. 448
Simile eſt regnum cœlorum homini patrifamilias qui exijt primo mane. 430. & 441.
Conducere operarios in vineam ſuam. 450
21 Plurima turba ſtrauerunt veſtimenta. 104
Alij cedebant ramos. 103
24 Sicut in diebus Noe. 22
vlt. Qui crediderit & baptizatus &c. 454

Lucas.

2 Ecce poſitus eſt hic in ruinam & in reſurrectionem. 144. & 555
Et in ſignum cui contradicetur. 160
2 Et pannis eum inuoluit. 113
Et reclinauit in præſepio. 122
Natus eſt vobis hodie Saluator. 132
2 Regreſſi ſunt in Hieruſalem requirentes eum. 223
Stupebant omnes qui eum audiebant ſuper prudentia eius. 232
Ieſus proficiebat ſapientia & ętate & gratia. 241
2 Vt circumcideretur puer. 168
Vocatum eſt nomen eius Ieſus. 176
Quod vocatũ eſt ab Angelo. 184
3 Anno quintodecimo. 89
Parate viam Domino. 97
Omnis vallis implebitur &c. 105 & ſeq.
12 Putatis quia pacem ueni mittere in terram. 268
21 Erunt ſigna in Sole & Luna. 1
Et tunc videbunt filium hominis. 10
Venientem in maieſtate. 21
22 Si ſciret paterfamilias qua hora fur. 22

Ioannes.

1 Miſerunt Iudæi ab Ieroſolymis. 61
Tu quis es. 63
Et confeſſus eſt & non negauit. 75

Ego vox clamãtis in deſerto. 82
2 Nuptiæ factæ sũt in Chana. 255 & 268
Vinum non habent. 258
5 Sinite eos cæci ſunt. 157

Ad Romanos.

9 Quid eſt quod Iſrael ſectando iuſtitiam &c. 205

1. Corinth.

7 Qui cum vxore eſt, ſolicitus eſt. 263
Bonum eſt homini mulierem nõ tangere 260
10 Deus operatur omnia in omnibus. 99
Operatur in nobis velle & perficere. 98. & ſeq.

Ad Epheſios.

4 Dedit dona hominibus. 367
Quoſdam quidem paſtores, &c. 368
4 Viri diligite vxores veſtras ſicut & Chriſtus. 284
6 Patres educate filios veſtros. 240

Ad Hebræos.

11 Omnes teſtimonio fidei probati non accepeſũt repromiſſionẽ. 587

1. Pet.

2 Gratias agamus ei qui nos de tenebris vocauit in admirabile. 212

1. Ioan.

Omnis q confitetur Ieſum Chriſtum. 390
6 Tranſlati ſumus de morte ad vitam. 304

Apocalypſis.

1 Vidi ſeptem candelabra aurea. 89. & ſeq.
2 Vincenti dabo manna abſconditum. Vincenti dabo edere de ligno vitæ, ꝙ eſt in paradiſo Dei mei. 586
5 Liber ſeptem ſigillis clauſus. 13
Nemo dignus eſt aperire librum niſi agnus. 14
6 Cadite ſuper nos. 8
8 Accepit thuribulum aureũ. 42
10. & 12. Vidi alium angelum fortem deſcendentem de cœlo, amictum nube & iris in capite eius, & facies eius erat vt ſol, & pedes eius tanquam columnæ ignis, & habebat in manu ſua libellum apertum, & poſuit pedem ſuũ dextrum ſuper mare, ſiniſtrum autem ſuper terrã. 667

INDEX RERVM MEMORIA DIGNARVM

Quæ in hoc opere Concionum paſſim occurrere Lectori poſſunt Alphabetico ordine digeſtus.

ABEL innocens religione vſq; ad mortem ſeruauit fidei ſuffultus ramo. 695

Abraham pater credentiũ. 176

Abraham multarum gentium pater fidei merito in ſenectute accepit filium & contra ſpem in ſpe credidit. 695

Abraami fides quo ſigno obſignata. 169

Abſtinentia & frugalitas commendatur ingluuies & voracitas vituperatur et diſſuadetur Chriſtianis. 662. per totam pag.

Abſtinentia incorruptibile corpus efficit. 540

Abſtinentia mirabilis & ſtupenda quorundam ſanctorum patrũ commendatur. 661

Abſtinentia veterum primitiuæ eccleſiæ alumnorum ex Philone Iudæo inſignis & memoranda refertur. 568

Abſtinentiæ & frugalitatis legẽ ſuis in tabulis ſcriptis Lycurgus Spartiata, & quænam illa fuerit. 656

Accedentem ad Deum primum oportet credere. 698

Adamantis natura. 476

Adami & eius matrimonium cur in vltimum diem reiectum. 256

Adamum & Euam in quo libentius homines imitentur. 413

Adamo peccante, infirmi omnes effecti. 53

Adorationis actus quinam. 214

Aduentus Chriſti effecta. 120

Africanus & Quintius triumphos cæteris illuſtriores geſſere Romanis. 729

Ager nõ ſerendus diuerſo ſemine quo modo intelligatur. 375

Ager ſpiritualis eſt anima. 376

Agnes virgo & martyr in proſtibulum violenter abducta luce immenſa à ſuo corpore diffuſa iuuenẽ petulantem excæcauit. 582

Alcibiadis doctrina. 251

Alcibiadem Athenienſem fortunæ ludibriũ maximum Valerius Maximus oſtendit. 633

Allegoria Ioannis 35
- Chriſti miracula facientis. 42
- Thuribuli in terras delapſi. 42
- Piſcinæ & mundi. 52
- Angeli deſcendentis. 52
- Iacobi luctantis. 57

Lepram

Lepræ iudicantis Pontificis. 61
Salomonis. 94
Zonæ aureæ. 92
Rubi flammantis. 97
Atlantis. 106
Montium Iſrael. ibid.
Regulæ Achan. 121
Cherubin et gladij flāmātis. 118
Statuæ Dauidis opertæ. 118
Moyſi in fiſcella. 120
Lapidis de monte exciſi. 146
Lapidis Zachariæ. 153
Sabę Reginæ. 213
Arcæ Noe. 341
Vulpium Samſonis. 396
Arboris vetitæ. 413
Pulmenti Eliſæi. 418
Mannæ. 427. & 461
Fermenti. 427
Sinapis. 416
Cherub bifrontis. 430
Hortus concluſi. 469
Spinarum. 480
Allegoria mortis Pharaonis. 1
Allegoria ſignorum iudicij. 2
Eccleſiæ. 3
Tranſeuntium ad infernum. 3
Hominis in ſtatu innocentiæ. 4
Statuæ Daniel. 5
Iudicandorum. 6. & 30
Miſericordiæ & iuſtitiæ, paſſionis & iudicij. 10
Crucis & paſſionis. 11
Incarnationis Chriſti. 13
Agni occiſi. 14
Columnę ignis. 28
Allegoriarum pulcherrimam Nocticæ columbæ. vide 647
Allegorias elegantes, vide ex Ezec. 2. & 3 fol. 556
Alexander magnus in ipſo victoriarum curſu inque flore iuuẽtutis veneno extinctus fuit. 633
Altare quid hyerogliphicum. 228
Alluſio ad cõſtitutionẽm mundi poſt diluuium videatur. 657
Alluſio ad ſtatuam Danielis. 5.9
Alluſio pulchra ad beatitudinẽ tranſeuntem quā Deum vidit Moyſes. 590
Alluſio pulcherrima ad Samaritanum videatur. 717
Alluſionem pulchram ad tria difficillima Salomonis. vide 689
Ambitio cauſa hæreſum. 396
Ambitionis Aman exemplum. 682
Amicitia eſſe nequit inter diſpares religione. 273
Amicitiæ nexus & fundamẽtũ. ibid.
Amicus ad Aram quid. 168
Amor carnis ſeparat à Deo. 258
Amor cõiugalis quãtæ efficaciæ. 284
Amor cuius ſit uirtutis ex philoſophorum & ſacrarum literarum teſtimonio. 704
Amor Dei erga creaturam quale. 91. & 95
Amandi Deum cauſæ. 96
Anchora auri colore quid. 237
Andreæ Apoſtoli exclamatio ad crucem eximia pietate plena. 734
Angelus falcator. 11
Angeli loco eſt ſacerdos. 392
Angelorum cura circa hominẽ. 300
Angelorum ſuperbia abominabilis Deo. 110
Anglorum Reginæ delineatio. 357
Animi pulchritudo corporis mirã venuſtatem producit. 581. & 582
Anima centrum Dei. 94
Anima ſicut tabula raſa. 223. *eius tres partes.* 224

Ani

Animæ humanæ & Ieroſolymæ antitheta. 494
Animæ peccatricis ſtatus eſt miſerandus. 617
Animę ſponſus Chriſtus. 257
Animam ne perdamus quę cura adhibenda. 30
Animæ rectè inſtitutæ pulchritudo. 224
Animalium amor erga hominē. 301
Annæ Bolenæ Anglorum Reginæ libido. 271
Annuli quis vſus ſit. 286
Annulos cur nuptis dare conſueuerunt. ibid.
Antiqui qua ratione matrimonia inibant. 285
Antiquitate quicquid excellit eſt venerabile. 541
Antitheſis Chriſti & aliorum miracula operantium. 315
Antitheſis Chriſti & Ioannis. 86
Dei & hominis operantis ſalutem. 100
Antitheſis Chriſti & Ioſue. 183
Antitheſis Chriſti & Moyſi. 299
Chriſti idem & Eliæ. 329
Antitheſis Dei naſcentis in præſepio & Iſaię apparentis in tēplo. 125.
& Dauidis. 134
Antitheſis Dei vocantis Paulum & iudicandos. 20
Antitheſis frugalitatis Gentilium & luxus Chriſtianorum pulcherrima videatur. 659
Antitheſis Heliæ & Sacerdotum nouæ legis. 326
Antitheſis Ieſu & Ioſue. 183
Iudæorum & Gentilium à Chriſti aduentu. 204
Antitheſis iuſtitiæ & miſericordiæ Diuinæ. 120
antitheſis Mannæ & verbi Dei. 463
antitheſis ſeminis verbi Dei & Mannæ. 461
antitheſis Simeonis & Pōtificis. 161
antitheſis ſtatuæ hominis. 59
Antonius ſanctus vnde profecerit. 468
Antonini ſancti Florentini & aliquot aliorum ſanctorum incorruptæ reliquiæ permanſerunt. 759
Antropomorphitæ in abſurdiſſimos & impios errores prolapſi Deo corpus humanum & humanas paſſiones affingebant. 554
Apoſtoli tres cur ad transfigurationē Chriſti aſſumpti fuerint Petrus nimirum Ioannes & Iacobus. 576. *& ſeq.*
Apoſtolorum de Chriſto opinio. 27
Apoſtolorum epitheta. 42
Fortitudo. 49
Apoſtolorū munera in Eccleſia. 335
apoſtrophe ad Epiſcopos Poloniæ. 71
apoſtrophe ad homines iudicandos. 7
aquilæ inſtar Chriſtus. 300
arbor iuxta viā poſita difficulter fructus ad maturitatē producit. 534
arbor Sacræ ſcripturę arbor eſt ſcientiæ boni & mali, bonum ex ea poſſunt boni, mali autem malū & venenatum decerpere fructum.
arbor vitæ noua. 130
Archeſilai philoſophi facinus. 318
Archiater Deus. 52
ariditas & ſtupor hominum tempore iudicij extremi. 7
Arreptitios quam grauiter infeſtet dæmon. 603
Arrogantia quantopere vitanda. 75
Cur Deo exoſa. 79

Arro-

Arrogantia quid in hoīe efficit. 79. *& ſequent.*
Ars omnium artium quæſtuoſiſſima eſt eleemoſina. 642. & 649 *In Abrahæ ſinum deducit. ibid. fol. ſeq.*
aſſentatio quantum placeat. 37
aſſenſum requirit Deus à nobis. 104
aſinus ad lyram prouerbialis locutiō, quid denotet. 706
aſinus apud Hebræos vt Pierius coniecit, præcipue Cabaliſticos eſt ſapientiæ ſimbolum. 718
aſinus eſt obſequens, nā pergit quo libet ſed quocunque dirigentis & inſidentis voluntas tulerit.
aſini animalis omnium manſuetiſſimi proprietates uideantur. 721. & *fol.* 724
aſinum Aegyptij ab omnibus ſacris arcebant, & quare. 708
aſini multi ſanctorū vocantur & plurimi etiam peruerſi. 718
aſini omnium quadrupedum inuerecūdiſſimi. 708
aſini petulantes ſunt & immodica luxuria feruentes. 707
aſina Balaam fuſſe cōtuſa naturæ vincula perrumpens locuta eſt. pagin. 606
Athletæ in gymnicis agonibus & puluerib⁹ ob vanam gloriam verbera ferunt & vulnera ſtultè admodum. 723
auaritia deſideratis rebus non extinguitur ſed augetur. 486
auaritia multos perdidit, etiam prępotentes. 484
auaritia radix omnium malorū. 489
auaritia inexplebilis habendi pecunias multa molitur incommoda & peccata germinat. 490
auarus Tantali inſtar diuitiarū quib. abundat æſtuat cupidinibus. 486
auarus dæmoniaco quomodo comparetur. 487
auari hominis ſceleſta vita & impij effectus iniquaque ſimul deſideria videantur. 604
Auguſtinus eccleſiæ fulgidum lumen ſcientiam diuinam exhauſto ab ſlinentijs corpore animo acri didicit. 661
Auguſtinus ſanctus viſionē vidit quādam ex hora qua Hieronymus doctor ſanctiſſimus mortis iura perſoluit. 593
aurea zona quid. 92

B

Bacchi cultores quales ſint. 513
Bacchanales luſus angelis luctū, dæmonibus riſum nobis parata ſupplicia excutiunt. 514
Bachanalium nouam feſtiuitatē quo animo impugnarant Romani. 399 *Contra eā inuectiua Poſthumij Conſulis.* 400
Bacchanalibus ludis illuditur Chriſtus. 497
Bacchanalia celebrantes Chriſtiani ſtulte gloriantur de Chriſto capite, ipſius capiti conformari recuſantes, cū ieiunijs Chriſtus corpus ſuū afflixerit. 572
Baiacetis Turcarum regis potentiſſimi & bellicoſiſſimi principis funeſtus interitus, ludibriū fortunæ in rebus humanis oſtentans. 634
Banaias filius Ioiadæ fortiſſimus percuſſit duos leones. 748

Baſan

Baſan quid. 106
Beatitudo quid ſit. 595
Quid item beatũ eſſe ex Platone. ibidem.
Beatitudo cęleſtis ſi omni dulcedine plena eſt, an grano ſinapis comparetur. 408
Beatitudo eſt omne bonum. 409
Beatitudo omnium in operatione conſiſtit. 450
Beatitudinis præſentis & futuræ vitę comparatio. 588
Beatitudinis quis ſit ſtatus & conditio. 457
Beatorum in hac vita contemptibiliũ in futura multiplex erit fœlicitas & quænam. 758
Beatorum forma omnium mortalium formoſiſsimis longe excellẽtior futura. ibid. fol. ſeq.
Bellum geſturus Saul primus rex Iſrael contra Allophylos vniuerſo exercitui ſuo ieiuniũ indixit. 572
Idem hoſtes non tã militũ virtute, quã abſtinentia ſuperauit. ibid.
Beneficia Diuinæ maieſtatis in hominum genus ampliſsima. 707
Beneficia quæ homini à Chriſto collata. 60. & anteced.
Bernardus ſanctus infirmitate detentus vidit dæmonem ante Dei tribunal ſe accuſantem. 625
Beſtia difficilis & intractabilis delitiæ ſunt. 654
Beſtiæ quanquam naturaliter ſæuiãt, ſi humana tamen arte palpentur manſueſcunt. 710
Bibliorum lectores ſcioli ex Biblijs nihil ſpiritus, nihil vitæ, ſed mortẽ decerpſerunt.
Bibliorum ſacrorum lectionem permiſit ſæcularibus Chryſoſtomus ſed ſpiritualibus. 558
Bocchij ſymbola. 223
Bolenæ libido. 271
Bonus vſus liberi arbitrij non eſt cauſa prædeſtinationis. 435
Bonitatis Diuinæ quæ conditio. 92. 132. & 181
Bonitatem in centro pulchritudinem in circulo veteres ſtatuebant, & quo id ſymbolo. 573
Bona omnia à cultu religionis promanant. 230
Bona omnia hominis collata non niſi propter operationem. 453
Bona omnia in nobis ſed non ſine nobis operatur Deus. 98
Bouis ſymbolum. 225
Bruta animantia cum Niniuitis ieiunantia minas euerſionis ciuitatis Niniue abſtulerunt. 545
Brutorum appellatione in ſacris ſcripturę locis quamplurimis homines vocantur. 701
Brutorum erga hominem amor. 301
Buccellam panis elargiens pauperi eleemoſinæ meritũ adipiſcitur licet auro & argento deſtituatur. 649

C.

CHalcedonius lapis oculis albugine obductis medetur. 754
Cabaliſtici Hebræi vt Pierius conicit in aſino ſapientiæ ſymbolũ conſtituerunt. 718
Calcedonio lapidi pretioſo Chriſtus reſurgens perſimilis eſt. 753
Caligulæ factum infame auaritia plenum. 484
Caluini, & Lutherani, aliique ec-

 cle-

ecleſiæ hoſtes impudenter ſacratos exorciſmos quos antiqui patres flagella dæmonum vocabant, præſtigias dæmonum appellant. 609
Caluini blaſphemia de efficiētia Chriſti. 150
Carnes Iudæorum vt aſinorum carnes factæ erant propter libidinis furorem. 708
Candor lucis quid ſignificet. 62
Canes quinam dicuntur inter homines Chryſoſtomo qui item porci. 551
Carbunculus ſplendore ignes inuitatur & thalamis in regalibus lucet in nocte. 749
Carith non tantum humilitas ſed humilitas igneo occurſui amoris coniuncta. 525
Carmelus quid. 106
Cameleontis in varios colores mutatio mundi mutabilis exemplar. 631
Carnium eſus non habuit initiū à natura idque demonſtrat ipſa corporis humani conſtitutio. 658
Eius multiplicia incommoda videantur. ibid.
Carnium eſum ſuis ciuibus diſertè & grauiter diſſuadebat olim Plutarchus. 656
Carnibus veſci qui primi caperūt culpam & inopiam recenſuerūt. 657
Carnes veteres Græcos non comediſſe autor eſt Dicearchus. 656
Carniſpriuiorum abuſus intolerādus. 563
Catherinę Senēſis miſericordia in pauperes. 306
Catholica Eccleſia vera eſſe Eccleſia demonſtratur. 349
Cauſa pronitatis ad malum. 57
Cauſæ hæreſum quę. 66.& 387
Cauſæ peccati quæ. 384
Cauſæ quattuor propter quas Saluator noſter Triumphantis inſtar Ieroſolimam ingreſſus fuit. 726
Cauſæ quatuor præcipuæ ob quas Saluator noſter nullius criminis argui potuit. 668
Cæcitas mentis. 54
Cella vinaria quid. 450
Charitas beneficentia augetur. 304
Charitas proximorum ſignum vitæ. ibidem.
Charitas quid conferat homini. 421
Quam admiranda perficiat. 422. & ſeq.
Cherubini facies duplex quid ſignificet. 430
Chriſtus an & in quo adorādus. 213
Chriſtus an peccauerit Iudæos ſcandalizando. 158
Eſt exēplar vitæ Chriſtianæ. 160
Chriſtus cur ad iudicium veniet. 10. & ſeq.
Chriſtus cur nomine Ieſus appelletur. 176. & ſeq.
Chriſtus cur parabolico ſermone vſus ſit. 427
Chriſtus Deus & homo. 177
Chriſtus hordeaceis panibus diſcipulos refecit vt frugalitatem doceret ſuos ſequaces. 660
Chriſtus in iudicio terrorem & lætitiā generabit. 28
Chriſtus illuminauit cæcos. 56
Erexit claudos. 58
Chriſtus in ſacris literis Leo appellatur, & etiam Satan leo vocatur diuerſis reſpectibus. Chriſtus.n.propter fortitudinem, Satan autē propter furorem. 718
Chriſtus lapis. 146.& 153

Chri-

Chriſtus non venit perdere. 147
Si venit in reſurrectionem multorũ quomodo in ruinam. 144
Interficit quos. 152
Chriſtus non niſi pane reficitur vt exemplum ſobrietatis in ſe oſtẽdat. 660
Chriſtus parſimonia ſuorum corpora expurgare & animos ad diuinam attollere ſcientiam volebat. 660
Chriſtus ſobrietatem ſuadet, nos ingluuiei vacamus. ibid.
Chriſtus paſtor. 126
Chriſtus qua poteſtate miracula faciebat. 310
Verbo ſolo. 311. *longè differentius quam alij.* 312. & 314. *Vnde monſtratur eſſe Deus.* 315
Chriſtus quare circuncíſus fuerit. 169
Chriſtus quare non ſicco veſtigio traducit diſcipulos per mare. 329
Vt ſuam potentiam demonſtraret. 330. *Ne Eccleſiam ſine capite relinquat.* 334. *ne diſcipulis auxiliator deeſſet.* 339
Chriſtus præſens eſt Eccleſiæ. 370
Chriſtus quare venit in carne. 390
Chriſtus quomodo Diuinitatem ſuam ex operibus comprobat. 44
Chriſtus quomodo & ſecundum quã naturam profecerit. 243
Secundum diuinam. ibid.
Sed ſecũdũ humanã. 244. & *ſeq.*
Et quomodo in ſapientia. 247
Quomodo Chriſtus veniet in iudicium in maieſtate, ſi vt fur veniet. 22
Chriſtus ſi abſq; crimine quomodo in ſcandalum poſitus. 153
Quale ſcandalũ fuerit. 154. & *ſeq.*
Chriſtus ſponſus animæ. 257
Non venit pacem mittere. 258
Chriſtus veniet ad iudicium in maieſtate. 24. & *ſeq.*
Chriſtus venit reducere hominem perditum. 126
Chriſtus veniet vt fur ad iudicium, quomodo ergo in maieſtate. 22
Chriſtus vnà cum Petro vectigal Romanis ſoluit. 727
Chriſti aduentus in carnem quare humilis. 23
Chriſti duplex lauacrum. 11
Chriſti & crucis eius allegoria. 11
Chriſti duplex amictus. 10
Chriſti ſtola quæ. 11
Chriſti vindemia. ibid.
Chriſti educatio. 225. & *ſeq.*
Chriſti & Chriſtianorum profectus. 242
Chriſti & Ioſue antitheſis. 183
Chriſti & Ioannis antitheſis. 86
Chriſti in nõie congregari quid. 370
Chriſti miraculorũ ſpẽs & modus. 45. *cumulus.* 46. *ſublimitas.* 47. *varietas.* 53
Chriſti naſcentis effecta. 120. 122. & *ſeq. Miranda.* 124
Chriſti paruuli viæ per quas incedit. 108 & *ſeq.*
Chriſti præceptorũ recollectio ad exprobrationem. 19
Chriſti ad iudicium venientis maieſtas & præſentia. 21
Chriſti præſepe cathedra. 128
Chriſti vita, mores, natiuitas, mors, & c. delineata ex prophetis. 135
Chriſti verba in iudicio. 16
Chriſto cura mortalium cõmiſſa. 258
Eius & Moyſi antitheſis. 259
Eſt inſtar Aquilæ. 300
Chriſto & Sanctis quomodo communia ſunt ſigna & miracula. 45

Chriſtum adorarunt omnes & omnia. 214.& 216
Chriſtũ conculcare quis dicatur. 504
Chriſtum qui & quāti cognouerint in carne. 26
De Chriſto vaticinia. 44
Chriſtiani hominis quæ opera. 164
A multis neglecta. 166
Cur non circūciduntur ſi Chriſtus eſt circumciſus. 168
Chriſtiani quemadmodum educare de beant pueros. 231
Chriſtianis quid Chriſtus loquitur in iudicio. 18
Chriſtianæ profeſſionis nomina. 457
Cimices aut cyniphes non pouerunt abigere ſapientes malefici Pharaonis, & quare. 608
Circuli nomine veteres rationalē creaturam intelligebant, vt & multa alia. 574
Circuli pulchritudo in quo conſiſtat. ibidem.
Circumciſio vmbra Baptiſmi. 169
Signaculum item fidei in Chriſtū. 170
Simbolum iuſtitiæ. 171
Teſſera Iudaici populi. 173
Memoriale quoddam. ibid.
Circūciſionis ſpiritualis vtilitas. 175
Claues regni cælorum quid. 337
Cleanthes philoſophus ſe aſinum appellari non tulit iniquè. 718
Clementis Ancyrani fortitudo. 424
Collatio doctrinæ Ioannis de Chriſto cum oraculo prophetarum. 88
color albus & niger confuſcatus in ſacrificijs Aegyptiorum vitabatur. 708
confeſſio Chriſti qualis eſſe dēat. 390
confeſſo peccatorū qualiter per Moyſen edocta legatur. 528
congregatio Chriſtiana quid habeat commune. 370
congregandi ad iudicium qui. 16
coniugalis amor quātæ efficaciæ. 284
conſenſio Chriſtianorum qualis. 370
Conſtantinopolitani populi in ieiunij Quadrageſimalis obſeruatione etiam famis grauiſsimæ tēpore laudatæ celebritatis conſtantia videatur. 570
Et ibidem multorum, vide exēpla tota pagina.
conuerſio mundi miraculum. 48
Conuerſorum ad meliorem frugem exempla. 109
correctio fraterna quare diſpliceat. 37
correctio quantum neceſſaria homini. 38
corpus hominum pronum ad malum. 425
corporis venuſtas naturæ dono collata anceps bonum & non diuturni eſt temporis. 584
cor deſperantium eſt infernus. 108
cordis humani durities. 476.& ſeq.
crinis ſponſæ quid. 91
crucis virtus & dignitas. 174
cultus virtutis quare inſuauis homini. 415
cura angelorum circa hominem quæ & quanta. 300
cygni Platonici cur dulciter canant ſolito vicini morti. 736
Cyri Perſarum Regis miſerandus interitus fortunę ludibrij exemplar. 633

D

Damnati clamabunt ad Satanā, vt eos protegat. 8

Damnatorum gemitus & querelę multiplices videantur. 746
Daniel vir deſideriorum qui tribus ſeptimanis panem non comedit, nec aquam bibit etiam leones ieiunare docuit in lacum immiſſus. 543
Daniel viſiones vidit ieiunij & abſtinentiæ beneficio. 546
Danielis virtute draco Babylonicus mixtura iniecta ori interemptus. 743
Darij Perſarum regis auaritia etiam ſepulchra mortuorũ peruaſit. 485
Dæmon cum hominem ex virtutũ alto culmine pertentat deicere, hoc vno præ cæteris vtitur, Scriptum eſt enim.
Dęmon dæmonem eijcere nequit. 608
Dæmon eſt fur. 18
dęmon obſeruabat parturiẽtes ne qua pareret Deum. 116
Qua mente virginem parientẽ intuebatur. 117
Dæmon quibus opprimat malis quos inuadit ſua tyrannide. 599
Dęmonis ars & poteſtas certis limitibus Dei autem nullis continetur. 607
Dæmonis crudelitas in humanum genus. 505
Dęmoni incarnatio occulta. 115. & ſequent.
Dędali labyrinthus. 108
Definitio hominis ex philoſophis quęnam ſit, & quænam ex ſacris literis. 705
Delfinus quid ſignificet. 237
Deſcriptio aduentus Magorum. 199
Deſerti locus pęnitentię aptiſſimus. 527
Deus au auctor mali culpę. 377
Quid homini contulit. ibid.
Si cauſa mali, malus eſſet. 382
Deus archiater. 52
Qui ſanat cæcitatem hominis. 85
Deus ductor & nutritius. 195
Deus eſt perfectiſſimus. 176
Deus filio ſuo gratiam non dedit ad menſuram vt alijs. 762
Deus immẽſus. 97. *nobilior omnibus.* 105. *incomprehenſibilis & ineffabilis.* 113
Deus ſi omnia implet, quomodo venit & recedit. 97
Quomodo præſens animæ. 98
Deus operatur in nobis omne bonum. 98 & ſeq.
Deus neminem veretur. 107
Deus magis miſericordiam quam ſacrificium exoptat. 298
Deus neminem punit ſine dolore. 1
Deus non proficit. 243. *omnipotens.* 368
Deus omnia propter hominem condidit. 301
Deus noſter quis in ſcripturis. 12
Deus omnes vocat ad ſalutem. 441
Deus omnia homini. 93
Deus principium eſt ſine principio. 573
Item fons vitæ, cum in ipſo viuamus, moueamur, & ſimus. ibid. fol. ſeq.
Deus quare faſcijs inuolutus. 114. et & ſeq.
Deus abſconditus. ibid.
Deus quare hoĩs conſortium exoptat. 89. *amat creaturas nõ propter ſuũ ſed creaturæ bonũ.* 91. *præcinctus zona aurea quid.* 92
Deus quidnã præſtitit Iudęi. 205
Deus ſpiritus eſt ab omni materia ſecretus.

cretus. 589
Deus tacet homine peccante. 21
Deus prænunciat homini vindicem iram. ibid.
Deus vindex in veteri lege. 118
Dei centrum anima. 94
Dei fęlicitas in operatione. 456
Dei imaginem in annulo ne geſtato quid. 75
Dei miſericordia & iuſtitia in opere prædeſtinationis. 431
Dei nomen quatuor literis expreſsũ apud omnes. 185
Dei parturitio admiranda. 204
Dei præſentia effecta. 368
Dei ſimulachrum apud Calcagninũ. 144
Dei voces ad hominem. 91.& 93
Perpetua contentio in vocando homine. 95
Deo acceptabile eſt quod pauperi bono animo tribuitur licet parum ſit. 649
Dei nomen. Et cur impoſitum. 176
Quid ſignificet. ibid.
Deo ſimilis fit qui miſeretur pauperis. 645
Deũ eſſe naturæ lumine intelligit homo. 521
Deum nemo vidit vnquam. 591
Deum qua forma viderint antiqui patres in lege veteri. ibid.
Diaboli conatus in vtroq; hominis oculo mentis eruendo quiſnã & quã ſit. 514
Diluuio iam facto vini potatio & omnium comeſtio introducta eſt, quia cũ deſperata fuit perfectio tunc omnium conceſſa eſt fruitio. 542
Diogenis lepidum & facetum factũ lucerna quærẽtem in plateis Athenarũ meridiana luce hoĩem. 709
Diſciplinæ ſeueritas adhibẽda in puerorum educatione. 227
Diſcipulos ſuos Chriſtus panibus hordeaceis refecit, vt ſuos ſequaces frugalitatem doceret. 660
Diuerſum omne, eſt extortum & turpe. 376
Diues quo medio ſaluari poſſit. 481
Diuitem intrare in regnum cęlorum Saluator dixit non impoſsibile ſed difficile. 480
Diuites quare verbum Dei ſuffocant, neque ex eo aliquem proferãt fructum. 480
Diuitum Patriarcharum pia opera. 482
Diuitibus de ſalute non eſt deſperandum. 493
Diuitias, cur Saluator noſter ſpinas nominarit. 491
Diuini nominis reuerentia. 184
Diuinorum faſtidiũ, quorum cã. 409
Vnde exoriatur. 410
Diuinæ ſapientiæ & potentiæ vilipenſio eſt cauſa hæreſum. 387
Diuinitas Chriſti quomodo probetur ex operibus. 44
Dionyſij Siciliæ Tyranni infœlicitas & miſeria fortunæ ludibriũ oſtendit. 633
Docti rutilant in firmamento vt ſplendor firmamenti. 763
Dolor pro peccatis qualiter & quis habendus. ibid.
Et qualiter dolor lachrymis exprimendus. ibidem

E

Ebrietas ad proteruitatem inducit, ſufficientia ad ieiunium. 546

Ebrietas

Ebrietas Spiritum ſanctum fugat, & vt fumus apes fugat, ſic crapula fugat gratias ſpirituales. ibi. fol. ſeq.
Ebrij cur reliquis hominibus ſotiant ardentius. 723
Eccleſia, an poſſit fluctib. erroris aut perſecutionis demergi. 368
Eccleſia inſtar vineæ. 459
Inſtar horti. 469
Eccleſia mater fidelium fida ad virtutes colendas adhortatrix. 509. & 510
Eccleſia quibus theſſeris poteſt cognoſci. 340. 344. & ſeq.
Eccleſia eſt vna ex multitudine credẽtium in vnitatem fidei, doctrinæ & Sacramentorum congregata. 344
Eccleſia qua vnitate eſt vna. 345
Eccleſia Catholica eſt vera Eccleſia. 349
Eccleſiæ adeſt Chriſtus. 360
Quid in ea operetur. 367
Eſt mobilis. 369
Semper ſibi ſimilis. 370
In periculis victrix. ibid. & ſeq.
Portæ inferi exurgẽtes non poſſunt contra eam præualere. 371
Eius ſtructura qualis. 372
Supra petram quid eſt ædificare, 372. *Eius hoſtes deiecti.* 373
Eccleſiæ allegoria. 3
Eccleſiæ nauis non ſine nauclero. 334
Eam per quale mare Chriſtus traducit. 335
Eius capitis auctoritas. 336
Educatio puerorũ Chriſtiana qualis. 223
Aegyptiorum ſacerdotes carnibus & vino abſtinebant, oua & lacte vitabant, oleum tantum in oleribus nō uerant. 656
Aegris medici non eduliorum varietatem ſed inediam & famem imperant.
Electio ad vitã eſt opus miſericordiæ Diuinæ. 433
Eleemoſyna ſicut aqua ignem extinguit peccatum. 647. & 650
Eleemoſynæ meritum quale. 460
Eleemoſynæ multiplices effectus. 643
Eleemoſynę docent terrenarum omniũ rerum contemptum. 644
Docẽt & paupertatẽ ſpiritus amplectendam.
Elgearij pietas erga pauperes. 304
Elias merito ieiunij vidit in ſpelunca Horeb Dominum. 543
Eliſabethę Anglorum Reginæ qualis Papatus. 357
Eliſabethæ ſanctæ miſericordia. 305
Epicureorum dogma ſequuntur hæretici & Gentium celebrant Bacchanalia, irridentes pariter & dãnantes Quadrageſimale ieiuniũ. 571
Epulo diues quia egentem Lazarum deſpexit in inferno ne guttam quidem aquæ commeruit.
Epulonem diuitem delitiæ igni tradiderunt. 544
Eraſmum Rotterodamum omniũ hæreſum fontem & originem eſſe multi dixerunt. 555
Errores gentilium quinam. 57
Eſau inquinauit & fratris ſeruum ſecit primogenituraq; priuauit unicus lentium eſus. 542
Eſſe deſiſtit quicquid à bono deficit, inquit Seuerinus Boetius lib. 3. proſa 3. 598
Eſſentię nomen Deo cõuenientiſſimũ. 176

Ethnicorum aliquot Regum frugalitatiſtudentium, vide exempla. 656
Ethnicorum variorum de Deo opiniones & ſententiæ. 520
Eua ſi ieiunaſſet à ligno non hoc nunc ieiunio opus haberemus. 541
Euangelium de transfiguratione quidnam conferat ad quadrageſimalis ieiunij probationem. 560
Euphraſia vi goo ratione et ſigno crucis à moniali quadam dæmone pepulit. 615
Eutichius patriarcha dæmones ſigno crucis et oleo ſacro expellebat. 614
Exemplar vitæ Chriſtianæ Chriſtus. 160
Exempla aliquot mulierum pudicarum. 286
Exempla Sanctorum mirè in corpore effulgentium. 582

F

Fabius maximus clariſſimus eo nomine habitus olim quomodo faſtum & ſplendorem externum triumphi repudiauit. 729
Fabuloſum quæ Poetæ antiqui de cãpis Elyſijs commenti ſunt. 694
Fabuloſa ſunt illa quæ philoſophi veteres & poetæ confinxerunt de hominum transformatione. 701
Faciendum quid eſt homini ante iudicium. 9
Falſum ſine ſpecie veri ſubſiſtere nequit. 385
Fames qualis ante Chriſtum. 418
Faſcinatio nugacitatis, quid, & quæ operabatur. 410
Faſtidium bonorum vnde. 413
Faſtus Lutheri qualis fuit. 394
Faſtus vitandus. 253
Fermentum fidei quid facit. 420
Fermentum doctrinæ Chriſti, cur parabolicæ farinæ immixtum. 427
Ferrum quamdiu ignitum eſt in fornace candenti non poteſt rubigine operiri. 670
Fides viſio eſt non apparentium. 695
Fides excelſa multos admirabiles reddidit in veteri lege patres ex Paulo. 696
Fides filios Dei efficit, fides animum Deo coniungit & adaptat & in parentelam Dei hominem copulat. 697
Fides hominum non locis ſed moribus dijudicanda eſt. 709
Fides matrimonij bonum. 283
Eius multa exempla. 280
Fides neceſſaria etiam eſt ad naturales ſcientias inueſtigandas. 691
Fides neceſſaria eſt cuique ſalutẽ quærenti. ibid.
Fides ſine operib. non ſaluat. 456
Eius virtutes. 467
Fides vitæ ſpiritualis eſt initium. 690
& vide ibi multiplices fidei effect.
Fidei & doctrinæ vnitas in Eccleſia. 345
Fidei firmamentum quod. 269
Fidei fomentũ. 419. *lumẽ à Deo.* 433
Fidei ſymbolum in veteri lege. 170
Fidei vis mira videatur. 693
Fidẽ Abrahami nos æmulari decet & neceſſum eſt ſi diem Domini videre cum Abrahamo deſideramus. 698
Fidem non ſeruabit viro mulier hęretica. 270
Fide Abraham ambulauit corã Deo & perfectus fuit. 698

Fide in Chriſtum omnes fęminæ Iudæorum ſanctificabantur. 171
Fidelis nō à communione myſterij ſed de nouitate vitę dēt agnoſci. 709
Filij Iſrael dum ad terram promiſſā properabāt, vnius noctis ſpacio ampliſſimum rubri maris ſinum tranſierunt. 636
Filij parentum æmulatores. 276
Fagellāt Chriſtum qui Venerem Deā appellant. 499
Eundem conſpuant quinam. 502
Qui item crucifigant. 503
Fęlix quis eſt. 235
Fęlix nullus quamdiu in hoc corporis ergaſtulo conſtitutus eſt dicendus. 632
Fęlicitas quando & quæ Gentilib. obtigit. 211
Fęlicitatis ſymbolum. 144
Forma et corporis venuſtas fragile bonum. 631
Fortitudo cōuertentium mundum. 49
Fortunæ quid attribuendum. 236
Frugalitatem vt ſuos ſequaces doceret Chriſtus ſuos diſcipulos hordeaceis panibus refecit. 660
Frugalis menſæ multiplici cum vtilitate coniuncti effectus videantur. 655
Frugali homini aſſiſtunt Beati ſpiritus immortales &c. 655
Frugales & ſobrij apud veteres gentiles ſapientiſſimi habiti facere. 656
Fructus ex virtute. 416
Fulgentius Ruſpenſis nulla vnquam neceſſitate adduci potuit, aut cogi, vt ederet carnem aut vinum biberet. 661
Fulgura quid in ſcripturis. 42
Funeſtæ arbores, Cupreſſus, Pinus, & myrtus. 717
Fur quis in ſcripturis. 18

G

Galilæa volubile quiddam deſignat. 629
Gelboe mons quid. 110
Gemmarijs fabris creditur in auro argēto & lapidibus precioſis coemendis. 691
Genera duo hominū in aduentu Chriſti. 85
Genera hominum tria à Pſalte commemorantur ex quibus ordo beatorum coalitus eſt. 712
Generationis Chriſti ineffanda ſecreta. 124. & ſeq.
Gentium oratio ad Chriſtum vagientem. 220
Gentiles Idololatriā in excelſis montibus exercebant Iudæi in templo Salomonis. 708
Gētiles lumine gratiæ vacui ſolius naturæ ſcintilla obſcura quidem illuminati plurimas uirtutes coluerūt, atque iuſtitiæ cultorum nomen ſibi pepererunt. 690
Gentiles quare electi, reprobatis Iudæis. 203
Eorum affectus Chriſto aduenientе. 204. *Obedientia & fides* 208. *Perſeuerantia.* 209
Gentiles quo errore detinebantur. 53
Gentilium admiranda vocatio. 195
Gentilium opera. 58
Gentilib. quæ beneficia exhibita. 211
Gentilibus quæ fauſta dies. ibid.
Gentiles ſapiens vocat perfrictæ frontis impudentes incompoſitos. 708
Georgius Dauid correptus inſania ſe

eſſe filium Dei & verum Meſſiam blaſphemo ore pronunciauit propter ſacræ ſcripturæ lectionem.

Germinatio verbi Dei quos fructus parturit. 464

Globus igneus quid. 236

Globus igneus capiti S. Martini orationibus intento inſiſtere apparebat. 581. & ſeq.

Glomus quid. 237

Gloria corporis ex animæ gloria in ipſum corpus redūdat Sacrorū Theologorum ſententia. 762

Gloria inanis cupidi fernetici ſunt, latrones ſunt honoris ſpontanei cultores. 680

Glorioſus Chriſti reſurgentis fuit triūphus. 764

Gratia diuina animam mirificè exornat, ea pulſa, omnis ornatus concidit. 601

Gratia quomodo in circuncíſione conferebatur. 172

Gratia vocationis ad ſalutem. 441

Gratiæ chariſmata in anima diſpoſita recipiuntur. 474

Gratię fermentū infuſum animæ. 421

Eius vis etiam in corpus deriuatur. 426

Gratiæ theſauros Spiritus ſanctus diuiſit alijs ſecundum voluntatis ſuę beneplacitum, & iuxta menſuram ſingulis à ſe præfinitā, ſed filio Dei ſine menſura. 672

Gratulatoria Chriſti aduentātis patrum in lymbo degentium pulcherrima oratio. 751

Græcos veteres carnes non comediſſe aſſerit Dicearchus. 656

Gregorius ſanctiſſimus Papa & eccleſiæ doctor crudis leguminib. à matre Sylvia paſcebatur. 661

Gula de paradiſo regnantem hominē expulit, abſtinentia ad paradiſum reuocabit errantem. 540

Gulæ, ſuperbiæ, auaritiæ, & idololatriæ tētationibus aggreſſus eſt Saluatorem Satanas. 538

Gymnoſophiſtæ Indorū pomis & farina ſola alebantur. 656

H

Heli quomodo punitus à Deo. 238

Hæreſes oēs natæ ſunt ex Sacra ſcriptura male intellecta. authoritate Hilarij. 554

Hæreſes vnde. 385. Fomentū & cauſa earum quæ. 387

Confeſſio earum de Chriſto quomodo examinanda. 390

Nouitates vitandæ. 391

Hęreſum cauſæ. 66. & 387

Hæreticus raro caſtus. 270

Hæretici damnant Quadrageſimale ieiunium, & pariter illud irrident. 571

Hęretici nullam habent veram Eccleſiam. 350. Quia non habent vnitatem fidei, ibidem. Non doctrinę. 351. Non Sacramentorum. 354. Non capitis. 357

Hæretici quare dæmonis inuentum ieiunium Quadrageſimale impie cōminiſcantur. 571

Hęretici ſintne ſupplicio mortis afficiendi. 396

Hæreticorum numen Bacchus. 402

Hæreticorum furores. 403

Faſtus intolerabiles. 405

Hæreticorū de hæreticis cenſura. 405

Hæreticorũ petulantia & libido. 270
Hæreticorum variæ propoſitiones. 69
Tyrannides. 72.& ſeq.
Hæreticorum varietas in dogmatib. 361.& 362
Mores & conſuetudo. 363.& 365
Duratio. 369. *plaga mortis.* 373
Herodes rex ſubdola vulpes à Chriſto appellatur. 701
Hieronymus annos ferè ſexaginta durauit incredibili abſtinentia. 661
Hieronymus Eccleſiæ doctor mortuus in Bethlehem Iudæ. 593
Hieronymi de ſeipſo teſtantis authoritas indicat etiam carnis tentationi ſubijci ſanctos, quamuis heremo inhærentes. 532
Hilarius Anthagoniſta Arianorum mira etiam in ſenectute abſtinentia fuit, ita vt ficubus aridis & ſolo pane eoq; exiguo decrepitam foueret ſenectutem. 661
Hiſtoria lepida de aſino quodam Prædicatoriæ apud Louanienſes familiæ. 724
Hiſtoriæ vtilitates. 235
Hodie, hæc vocula cur adiecta in petitione orationis Dominicæ, Panem noſtrum quotidianũ da nobis. 592
Homo ad quid vocatus. 264
Homo cooperatur Deo. 99
Nõ eſt ſicut ſtipes inſenſibilis. 103
Homo cur à Deo conditus. 380
Homo hominis nomine appellatus eſt ab ipſa humanitate. 641
Homo homini Deus. 297
Crudelitas erga alium. 303
Homo iumentum. 127
Homo non poterat eſſe perfectum exẽplar vitæ. 162
Homo luxui, ingluuiei, & ventri deditus, hominis nomẽ nõ meretur. 512
Homo poteſt ne ſeipſum præparare ad gratiam. 97
Homo rationis imperio non parens, nõ homo ſed bellua erit, imò ipſa beſtia beſtialior beſtia, & vt Seneca perhibebat rationem habens, & ratione non vtens. 705
Hominis cæcitas ante Chriſti aduentum. 54
Hominis fœlicitas in operatione conſiſtit. 453
Hominis forma exterior ex ſpeculi inſpectione cognoſcitur, ſed qua ſapiẽtia ſit & doctrina, qua item ſanctimonia et fortitudine, nequaquã. 693
Hominis iuſtificatio non ſine homine. 100
Hominis quanta dignitas. 511
Hominis velle quod operatur Deus. 98
Homini quid Deus contulerit. 377
An eum impellat ad malum. 378
Quibus medijs ſalutem ſeius operetur. ibid.
Hominem vt definiant Philoſophi, vt item ſacræ literæ. 705
Homines cur Diuina faſtidiunt. 410
Homines qui in aſinos deijciantur ex ſententia Platonis. 707
Hominum gratia omnia condita. 301
Hominum ſtupor tempore iudicij extremi. 7
Humanũ genus ad inſtar humani corporis voluit eſſe Deus. 297
Humani ſtatus antitheſis. 59
Humanæ naturæ magis conuenit virtus quàm vitium. 35
Honoris ſtudium rationis imperium ſequitur, voluptatis autem libido

hone-

honeſtatis moderatione comprimitur. 580
Honori ſacra facientes antiqui Romani quibus cęrimonijs vterētur. 675
Hordeaceo pane & luculenta aqua priſci aliquot patres ſolum corpus ſuum ſuſtentabant. 661
Hordeaceis panibus diſcipulos ſuos Chriſtus refecit, vt frugalitatē doceret ſuos ſequaces. 660
Humilitas quare placeat Chriſto. 109
Hydræ & Crocodrili ſymbolum quid ſignificet. 383

I.

IAcob Patriarcha nonnullos ex filijs ſuis iumentorum titulis vocat. 701
Iacobus minor vinum aut ciceram nō bibit, carnes nunquam manducauit, oleo nunquam vnctus eſt, nec balneo vſus nunquam etiā nouacula paſſus. 661
Iani ſimulachrum ſine manibus & ſine pedibus quid. 317
Idolorum culturam ſcelerum omniū grauiſſimum Iudæi in Salomonis templo Gentiles in excelſis montibus exercebant. 708
Idolorum nomina. 209
Idololatria pulſa & idola profligata. ibidem.
Idololatrarum veſania. 55
Ignem in ſinu poſitum vt abſcondere impoſſibile eſt, ita fœminarum cæti bus aggregatum & gulæ illecebris infarciatum libidinum ardores effugere poſſe fieri nequaquam poteſt. 532
Iebu exemplum memorandum. 406
Ieiunium in paradiſo ſancitum eſt 541
Ieiunij authoritas antiquiſſima. 542
Ieiunij merito Moyſes ad mentem aſcendit. ibid.
Ieiunij encomia, laudes, & commoda. 543
Ieiunio non prætexēda pueritia, iuuentus ſenectus & multą alia exemplis oſtenditur ex ſacris literis deſumptis. 547
Ieiunium vniuerſo exercitui ſuo indixit Saul primus rex Iſrael contra Allophylos bellum initurus. 572
Ieroſolyma Chriſti tempore altera Babylon cōfuſionis ciuitas vocata eſt. 726
Ieſus quid nobis contulit. 181
Ieſus & Ioſue Antitheſis. 183
Ieſus nomen quid ſignificet. 178
Cur Chriſto impoſitum. 179
Omnia Chriſti perfectiſſimè deſignat. 178. & 180. & ſeq.
Imago Dei manibus illius ſine nobis in nobis delineata effulget. 700
Imago Dei vt auertit Auguſtinus ſanctus non eſt in corpore in auribus oculis &c. ſed in mente & intelle- 712
Imagini admirandæ poſtquam eam depinxit Deus inſcripſit hoc Adagium Ne ſutor vltra crepidam. ibi.
Imaginem Dei in annulo ne geſtato quid. 75
Impiorum dolores in iudicio. 29
Impudica mulier Putipharis inſano amore ardens in caſtum Ioſeph ſynagogam præfigurauit. 696
Inanis gloria quantas inuehat calamitates. 682
Incarnationis Chriſti allegoria. 13

do-

Indorum Gymnoſophiſtæ pomis & farinâ ſola alebantur. 656

Infans centum annorum quid. 242

Inferorum multiplices pęnæ deſcribũtur. 744

Infuſorium cuius ſymbolum. 226

Ingluuies & voracitas hominum huius ſæculi deploranda. 659

Ingluuies vt malorũ omnium eſt principium ſic ſobrietas bonorum. 662

Inopiam cauſarunt illi qui primi carnibus veſci cęperunt. 657

Inquiſitorum antiquitas. 68

Munus. 64. *Merita in Eccleſia.* 68

Inquiſitorũ neceſſitas in Eccleſia. 61

Inundatione orbi terrarũ facta vt ait Ambr. miſterium quoddam Quadrageſimæ adumbratum eſt. 564

Ioannes cur aduentum Chriſti præceſſit. 82. *Chriſti prædicatio.* 83. *Eius & Chriſti antithêſis.* 86

Doctrinæ illius de Chriſto cum oraculo prophetarum collatio. 88

Ioannes cur in vinculis. 32. & *ſeq.*

Ioannis prædicatio qualis. 62

Humilitas. 77

Ioſeph patriarcha credulitate omnia à Deo impetrauit. 696

Ioſephus patriarcha ob prudentem Aegypti adminiſtrationem à Pharaone meruit principem in prouinciæ eius gubernationem. 757

Ira ebrietas eſt animæ, deſipientē ipſam faciens velut vinum. 546

Ira ebrij confligũt intra ſe, beſtiarumque mores imitantur, &c. 723

Iracundia maximè hominem à ſenſu rationis deturbat & dilaniat. 721

Iſaac ex ſterili vxore vno congreſſu geminum accepit fructum filiorum. 695

Iſraelitas ſtupidiores aſino Deus apud Iſaiam pronunciat. 706

Iudæi quam mane Meſſiam expectẽt. 132

Iudæorum miſeria ſub tyrannide regia Herodis Romanorum Imperio & tetrarcharum dominio. 727

Iudæorum reprobatio propter incredulitatem. 206

Propter inobedientiam. 207

Iudicis munera. 3

Iudicij vltimi terror, qualitas & examen. 28

In iudicio nudæ preces, nulli mediatores. 31

Iudiciariæ poteſtatis actum iam exercuit Chriſtus. 15

Iugum Domini ſuaue eſt, nec iugum hominis intolerandum ſed dęmonis peſſimis malis abundat. 600

Iumentum nullum adeo eſt paſſionib. deditum, quin ſpecimina bonitatis cuiuſdam non contineat. 717

Iumenta in Sacra ſcriptura nominantur populus Iſraeliticus et gentilis. 701

Iumenta non dicunt ſacræ literæ homines ſed iumentis ſimiles. 704

Iumenta plurima ad ſupernam gloriã & cœleſte habitaculum tranſtulit & aſciuit Deus. 712

Iumenta quanã hominum actus imitentur. 710

Iuramentorum vſus exoſus qui. 187

Iurandi conſuetudo peſſima. 188. & *ſequent.*

Quantum diſpliceat Deo in Ionatha monſtratum. 190

Iurantium pœna. 193

Iuſtificatio hominis vnde. 100

Iuſtus non ille dicendus qui mundi,

qui Dei eſt. 690

Iuuentus Aegyptia Amaſis edicto non prius cibum capiebat quam centum octoginta ſtadia percurriſſet. 656

L

Labyrinthus Dædali. 108

Lacedæmonij nullam diſciplinã abſtinentia habuerunt potiorem, pinguis & obeſi ventris adoleſcentes inedia macerabant. 656

Lapides non ſolum Dij non ſunt, ſed & hominibus inferiores. 707

Lauacrum pœnitentiæ peccatori diluuium eſt. 564

Laurentij confidentiæ plena increpatio tyranno facta craticulæ impoſitus dum amburereretur. 734

Lazarum mendicum euangelicum in ſinu Abrahæ fecit quieſcere ieiunium. 545

Leonis ferociſſimi inter bruta animalis proprietates videantur 722

Lepra quid in Scriptura. 62

Leproſorum medicina vetus quare talis. 312

Legis Diuinæ quæ intentio. 382

Lieni comparabat theſauros regum Traianus Imperator. 490

Lucernæ ſymbolum. 236

Lucta cum Deo quorum cauſa. 57

Ludouici Regis miſericordia in pauperes. 305

Luna quare ſemper ſuum variet ſplendorem. 669

Lunulas in calceis geſtabant nobilitate inſignes priſci Romani, et quare. 663. & 670

Lupis quomodo homines dicantur ſimiles, quomodo canibus, quomodo item vulpibus, quomodo præterea leonibus, ceruis, &c. 705

Lutherus quia contempſit Pontificem quid ſecutum. 393

Qualis eius faſtus. 394

Lutherus ſacras patrum traditiones in exilium relegauit ob ſcripturam ſacram male intellectam.

Lutheri de Eccleſia Catholica teſtimonium. 370

Luxus humani & ferculorum multiplex idea & apparatus. 539

Lycurgus abſtinentiæ & frugalitatis legem ſuis in tabulis ſcripſit hanc nimirum: Non eſſe vtendum alio & maiore cibo quam qui ad repellendam famem ſufficeret amota crapula. 656

M

Magnus qui eſſe poteſt aliquis. 229

Magi Perſarum nihil in cibum præter farinam & olera recipiebant. 656

Magi vnde diſceſſerint, quo venerint, quid dixerint, quid egerint, &c. 199. & ſeq.

Adorantes Christum deſcribuntur. 218

Magorum admiranda vocatio. 195

Mahumeti placitum fuit omnes qui à diuina receſſerunt lege bruta euadere. 712

Mali cauſa non eſt Deus. 150

Mala culpæ vnde. 375

Mala per peccatum homini inuecta quæ. 54

Manna abſconditum eſt ſenſibus corporeis

poreis panis cę'cſtis. 589
Manſuetudo Chriſti exēplo facile paratur homini Chriſtiano. 723
Manſuetudinis Chriſti immenſæ indicia plurima apparuere in acerbiſſima eius paſſione.
Manſuetudinis exercitatione quęnam Moyſi contigerint bona. 724
Quæ item Dauidi. ibi.
Manſuetudine, lenitate, charitate, & virtutibus Deo ſimiles efficimur. 700
Marcus Euangeliſta à Petro Euangelium didicit & ſcripſit. 568
Marci Aemilij triumphus de Perſa rege Macedonum. 768
Maria quare Chriſtum faſcijs inuoluit. 117.& ſeq.
Cur in præſepio reclinauit. 122
Marię quanta debeamus. 121
Martinum ſanctū dæmones eijciente arte Necromātiæ eieciſſe calūniati ſunt Caluinus & Lutherani. fol.609
Matris cuiuſdam in inſtituendo filio memorabile exemplum. 277
Matres maiori affectu filios complectuntur. ibidem
Matrimonium ad ſalutem non obſtat. 260
Matrimonij bona, fides & amor et proles. 269.& ſeq.
Matrimonij gratia quid efficit. 262
Matrimonij vinculum quas cruciatus homini miniſtret. 264.& ſeq.
Matrimonio abſtinere vtile. 260
Matrimonia iungendi ſymboleitatem habere dicunt. ibidem
Matrimonio copulati annulos ſibi tradunt quare. 286
Matrimonio iuncti plerumq; vinum non habent. 266
Matrimonio iūcti poſſunt habere Deū ſibi præſentem. 282. eorum multorum exempla.
Matrimonio iūcti quid facere debeāt. 290
Matrimonia antiquorum ſine gratia, & ſine ſolatio. 258
Matrimonia qua ratione inibant antiqui. 285
Maximi Tyrij de origine malorū culpæ ſententia. 379
Medeas & Circes quamplures Zoroaſtros & Magos hoc ſæculum infęlix ferre ſolet. 713
Medicos imitatus eſt Saluator noſter in Quadrageſimalis ieiunij inſtitutione. 566
Mel & abſynthium ſalua ſuæ conditione naturæ vno in vaſe non quæunt conſiſtere. 597
Memnonis ſtatua admiranda. 82
Meretrix Babylonica mater fornicationum vocata et abominationum terræ. 529
Meritorū ratio quæ apud Deum. 438
Meſſię ſymbola ex Prophetis. 135
Meſſyam quam inaniter Iudæi expectent. 132
Miraculum primum quare primo in nuptijs voluit patrare Chriſtus, & non alibi. 256
Miracula quomodo Chriſto et Sanctis communia. 45
Miraculorum Chriſti cumulus. 46
Miraculorum operatio non eſt qualitas permanens. 46
Miraculorum patratores ſanctos dæmonum expulſores, necromanticos, præſtigiatores, magos, & incantatores eſſe virulenta lingua calūniātur

tur Caluiniani & Lutherani. 609
Miſericordia Dei in mundi reparatione qualis. 341
Miſericordia Dei in vocatione boñum qualis. 444
Miſericordia maximè decet Chriſtianum quam ſcire dicebat Chryſoſt. melius eſt quam eſſe regem & diademate coronari.
Miſericordiæ in pauperes exēpla. 304
Miſericordię neſcius hominis Chriſtiani nomine indignus eſt. 641
Miſericordiā magis quam ſacrificiū Deus exoptat. 298
Modus triumphādi apud veteres quis & qualis. 766
Montium quorundam hieroglipbica. 106
Monſtrorum variorum nomina & ſpectrorum infernalium videātur. 745
Monſtrorum omnium horribiliſſimū eſt Satan. 619
Vide ibi multa ex Iob propheta, & ſol.ſeq.
Moyſes cum Deo facie ad faciem loquebatur, ſicut loqui ſolet homo cū amico ſuo. 589. & ſeq.
Moyſes de monte Synai deſcendens cum duabus tabulis lapideis teſtimonij 40. diebus panem non comedit, nec aquam bibit. 576
Moyſis glorificata facies ex conuerſatione cū Deo habita proceſſit. ibid.
Moyſis mira facta per virgam in terram proiectam, verſam in colubrū imitati ſapientes & malefici Pharaonis per incantationes. 607
Moſaicæ legis transgreſſor mortis ſententiam ſubibat. 504
Mulier hæretica fidem marito ſeruare non poteſt. 270
Amorem amicitiæ marito præſtare nequit. 273
Prolem nunquam rectè inſtituet. 276
Mulier multos deiecit. 260
Retrahit ab amore Dei & cæleſtium. 261
Illi cohabitare quā periculoſum. ibid.
Mulier raro Penelopen. 267
Mulierum faſtus & ornatus. 263
Mulierum pudicarum exempla. 287
Mulierum quarundam & puellarum mira in literis præſtantia. 558
Muli cuiuſdam ex Plutarcho lepida hiſtoria. 606
Mundus meretrici Babylonicæ ſimilis 529
Mundi conditio huius quam vana fluxa & labilis ſit nihil habens ſoliditatis. 630
Mundi ineſcationes variæ & multiplices ad peccandum attrahentes. 531

N

Narciſci miſeria pulchritudine propria dementati & perditi. 629
Natiuitatis Chriſti effecta. 120
in Natiuitate Chriſti inuerſus ordo omnium. 122
Natura modos ſuos habet vt paucis contenta ſit. 719
Naturæ humanæ magis conuenit virtus quàm vitium. 35
Naturæ lumine illuſtratus homo nouit Deum eſſe. 521
Necromantorum aliquot famoſorum no-

nomina. vide fol. 615

Negotia ſæculi mentem à contemplatione diſtrahunt. 526

Nobilium Chriſtianorum ſuperbia taxatur. 733

Vide ibi pulchra & conſideratione digna.

Nomen cur commune hominis & eſſentia. 179

Nomen Dei quatuor literis expreſſū apud omnes. 185

Nomen eſt theſſera rei. 178

A proprietate imponitur. 177

Nomen Et Deo impoſitum quid. 176

Nominis Dei reuerētia in veteri lege. 160 *Apud antiquos.* 184

Nomina deſignantia profeſſionē Chriſtianam. 457

Nouitates hæreticorum uitandæ. 391

Vbique gentium euitatæ. 399

Numerus quaternarius Pythagoræ ſacer. 184

Nuptiis cur annuli dari conſueuerint. 286

O

OBedientiæ virtus. 236

Obiurgatio hominis iudicādi à creaturis 4. *A Chriſto.* 16. *& ſeq.*

Oculus dexter quādo homini eruatur ex Diuo Gregorio. 515

Oculi ſtultorū in calcaneo quid. 232

Odium veritatis vnde. 38

Offerre quid Chriſto debeamus. 222

Opus Dei eſt miſericordia iam non habens nihil habet. 645

Opera bona in nobis operatur Deus quomodo. 98

Opera Chriſtiana quæ. 164

Opera Chriſti Deum illum eſſe demonſtrant. 47

Operum bonorū quæ neceſſitas eſt ad aſſequendam fœlicitatem. 450

Operum Chriſti ſpecies & modus. 45. 46. 47. 53

Operoſa confeſſio Chriſti. 390

Operarios ſuos quare Deus in vineam non autem in cellam vinariam introducit. 451

Opinio de rebus diuinis, cauſa hæreſis. 388

Oraculum quoddam facetum. 32

Oratione oblectat Deus. 339

Otium cur fugiendum. 225

P

PAnis cæleſtis manna abſconditū eſt ſenſibus corporeis. 589

Panum multiplicatio ex Regum hiſtoria lib. 4. cap. 4. figurate indicauit illam quam Saluator noſter in Euangelio celebrauit. 650. *& fol. ſequent.*

Parabolico ſermone cur Chriſtus vſus eſt. 427

Paradiſo excidimus non ieiunantes ieiunandō ad illud iterato nobis regreſſus patebit. 541

Parricidio filij Saul rex Iſrael offenſum Deum religioſè voluit placare ob violatum ab eo licèt neſcio ieiunium. 573

Parturitio Dei admiranda. 204

Paſtorum adorātium Chriſtum deſcriptio. 216

Paruorum contemptus cauſa hæreſis. 388

Patrum aliquot & ſanctorum mira olim abſtinentia commemoratur. 661

Patrum veteris teſtamenti, licèt aliàs cõmendabilium, inſignes notę. 667
Pauli Apoſtoli caput à corpore diſſectum ter per humum proſiliit, ter Ieſu Chriſti nomen inuocauit. 759
Pauperi calicem aquæ frigidæ porrigens Chriſto porrigit. 641
Pauperem fidelem paſcens gratũ Deo ſacrificium offert. ibid.
Pauperes in hoc mundo Deus eſſe voluit vt diuites peccata ſua eis largiendo redimerent. 650
Peccatum eſt dictum vel factum contra voluntatẽ et præceptũ Dei. 671
Peccatum multa mala inuexit. 54
Peccatum lumen infuſum naturæ obſcurat, tenebriſq; craſſiſſimis inuoluit animum. 670
Peccatum gratiæ lucem ſplendidiſſimam extinguit. ibid.
Peccatum tetram à dæmone oriẽtem maculam inurit homini. ibid.
Peccatum ex homine brutum, ex diuinæ conſorte naturæ dæmonis conſortem malitiã efficit. ibid.
Peccati cauſæ quæ. 384
Peccati fugam qualiter docuerit Sapiens. 528
Occaſionum item peccatorum fugam, vide ibid.
Peccati natura quæ. 382
Quomodo generet mortem. 383
Peccãti ſpurcitia quam turpiter animam contaminet humanam. 601
Peccata euitare in ſæculo difficile eſt, vt & peccandi occaſiones. 533
Peccatorum an cauſa Deus. 377. & 379
Peccatorum ad pęnitentiam vere faciendam quæ requirantur. 527
Peccatores abominabiles oĩbus. 35
Peccatores fugiunt lucem. 36
Peccatricis animæ ſtatus eſt miſerandus. 617
Peccante Adamo omnes infirmi. 53
Perſarum Magi nihil in cibum præter farinam & olera recipiebant. 656
Petrus Apoſtolus ex cætu Apoſtolorum primus Chriſtum Dei eſſe filium confeſſus eſt. 576
Petrus Apoſtolus habuit vxorẽ. 283
Petrus Apoſtolus quod Quadrageſimale ieiuniũ obſeruarit licet apertè ſcriptum nõ reperiatur vnde colligi poſſit. 568
Petrus Apoſtolus ſapientiam rerum diuinarum abſtinentia obtinuit. 661 661
Petri auctoritas in Eccleſia. 336
Eius claues quid. 337
Petro ſuccedunt Romani Pontifices. 348
Petra quid. 372
Pharao in ſcripturis Leo et Draco cornupeta appellatur. 701
Phares & Zara generatio quid ſignificat. 203
Phariſæi Chriſtum de ſtatu diuinitatis deturbare conati ſunt. 676
Phariſæi duo iactabant in Chriſtum quod Samaritanus eſſet, et quod dæmonium haberet. ibid.
Phidiæ inſignis ſtatuarij admiranda peritia. 520
Philippi Macedonum Regis ſecundis rebus proſperè ſuccedentibus à Dijs ſuperis poſtulatio. 632
Philiſtini gentiles homines eſſe ſeipſos amantes. 696
Philoſophiæ vtilitates. 234
Phęnicis auis vnica natura. 761

Phocion Athenienſis ex fęlicißimo infælix cicuta epota animam efflauit, magno fortunæ ludentis exemplo. 634

Plaga per dæmonem illata animæ adeo horrenda eſt, vt nec Iordanis aquis perlucidis, nec baptiſmate Iudaico, ſed ſolo sãguine Chriſti eluatur. 601

Planctus ſtellarum ſuper hoĩem damnatum. 4

Plangit Deus hoĩem puniendum. 5

Pęna parentum qui negligunt educare filios. 288

Pœnarum inferni alluſio. 4

Pęnitentiæ aptiſſimus locus eſt ſolitudo & vera lætitiæ alumna. 525

Pęnitentiæ aptiſſimus locus exemplo Ioannis Baptiſtæ ſolitudo oſtenditur. 535

Pœnitentiam Chriſtus pro genere humano ſponte ſuſcepit. 577

Pęnitẽtes an relinquat vel tradat peccatis Deus. 381

Polycratis Samiorum tyranni exitus volubilis fortunæ exemplar. 633

Polypi variabilis & tranſmutabilis natura. 704

Pontifex debet inquirere lepram. 61

Pontifex veteris legis quare in fronte nomen Dei geſtabat. 180

Pontificis vnitas in Eccleſia. 347. *et ſequent.*

Portæ inferi non præualebunt aduerſus Eccleſiam. 372

Præceptorum Dei obſeruantia. 454

Prædeſtinationis Diuinæ ſymbolum. 144

Prædeſtinationis opus eſt miſericordiæ & iuſtitiæ Diuinæ. 431. 432. *& ſeq.*

Præparatio ad gratiam eſt voluntatis conſenſio. 102

Præſepe Chriſti cathedra eſt. 128

Arbor vitæ. 130

Primitias rerum dum olim in lege veteri exigebat Deus primogenitum Aſini cũ hominis primogenitis pari dignatus eſt honore. 712

Primogenitum aſini oue redimere iuſſit Dominus, & quare. 117

Proculus Bononię patronus quaſi vno milliari à decollationis loco ad eccleſiam, vbi nunc conditus eſt caput abſciſſum deportauit. 759

Profectus Chriſti & Chriſtianorum. 242

Profectus remiſſione & manſuetudine conſtat. 248

Exercitio perficitur. 251

Proficere quid eſt. 244

Proficiens nihil ad põpam facit. 253

Proficiens, ſomnis etiã ſe proficere nouit. 249

Proficiendi in virtute quatuor regulæ. 246

Propoſitum cauendi à futuris peccatis docuit nos Saluator noſter. 528

Proximorum ſaluti ſeruiendum. 297

Ptolemæus Cypri Rex auarus ſibiipſi ob opes (quas anxiè ſibi parauerat) periculum impendere ſentiens exitium cum earundem diſpendio parauit.

Puerorum educatio Chriſtiana. 223

Eruditio. 233

Pulchritudo animæ recte inſtituta. 224

Pulchritudo & ſumma dignitas qualiter homini conferatur, & in quo conſiſtat. 580

Pulchritudo corporis quam vulgus e-

xoptat periculo plena eſt, & ſæpiſſimè multorum malorum origo. 853
Vide ibi variam & multiplicem exẽplorum feriem.
Pulchritudo verò quæ ex animo profluit omnium bonorum cauſa eſt & occaſio. ibid.
Et ibi pariter vide multorum exempla. & vide pag. ſeq.
Pulchritudo vera in homine quænam ſit dicenda et habẽda. 579. & 581
Pulchri ſoli dicendi ſapientes, fortes, moderati, & qui rationis imperiũ ſequuntur, &c. 580

Q

Quadrageſimale ieiunium ieiunarunt Marci Euãgeliſtæ diſcipuli. 568
Quadrageſimale ieiunium ita tenaciter veteres quidam ſancti obſeruarunt vt mortem potius ſubire quã illud violare delegerint. 572
Quadrageſima'e ieiunium obſeruaſſe Petrum Apoſtolũ licèt apertè ex Scripturis probari non poſſit vnde eliciatur. 568
Quadrageſimalis ieiunij antiquitas quanta ſit. 561
Non à Pontifice Romano aut Apoſtolis inſtitutum, ſed ab ipſo Chriſto Saluatore noſtro. ibid.
Idem probatur à Moyſe obſeruatum. ibid.
Idem obſeruauit Helias cui dominus in monte apparuit fugiens impiam Iezabelem.
Quadrageſimalis ieiunij ratio quanã fuerit in Chriſto. 562
Quadrageſimalis ieiunij antiquitas ex hoc vel maximè colligitur quod vicini Apoſtolorũ temporibus patres illius obſeruationem ad Apoſtolicam retulerint traditionem. 569
Id ex Hieronymi teſtimonio comprobatur. ibid.
Et varijs Patrum antiquorũ authoritatibus. ibid.
Quadrageſimalis ieiunij antiquitas ex Ignatio martyre Petri & Marci in Antiochena cathedra immediato ſucceſſore probatur. 568
Quaternarium numerum ne temere effutieris quid. 184
Quare non ſicco veſtigio Chriſtus traducit diſcipulos per mare. 329
Quare non omnes referunt fructum ex verbo Dei. 470
Quid debet facere homo ante iudicium. 9
Quinctus Cepio Clariſſimus Senator vt fortunæ ludibrium in publicis vinculis ſpiritum reddidit. 634
Quomodo obiurgabit Deus homines in iudicio. 16
Quomodo præparanda via Domino. 105
Quorum rata eſt adeptio eorum grata eſt fruitio. 544

R

Rachel vxor Iacob patriarchæ, quæ ſterilis vocabatur credẽs concepit Ioſeph & Beniamin. 696
Regina Anglorum delineatio. 357
Regnum à Iudæis oblatum Chriſtus reſpuit. 664
Regnum cœlorũ ſi omni ſuauitate plenum

num eſt, quare ſinapi comparatur. 408
Regulæ Diuinæ noſtri actus conformādi. 111
Religio inſtillanda pueris. 228
Quorum bonorum cauſa & origo. 229
Religionis conſeruatio Inquiſitorum munus. 64
Religionis mons vt ſecurus hōī Chriſtiano cognoſcendus eſt. 637
Religionis vnitas pacis cauſa. 72
Remoræ natura & vis. 369
Reprehenſio quomodo accipienda. 38
Reprobi videntes Chriſtum in gloria, quomodo afficientur. 28
Reuerentia quæ exhibenda Diuino nomini. 184
Romulus de Antennatibus triumphauit. 767
Romani Pontifices ſuccedunt Petro. 348
Romanorum militum auaritia excæcatorum crudele factum in Iudæos ob famem vrbe profugos effectos. 485
Romanæ Eccleſiæ præſtantia, dignitas, conſenſio, ſanctitas, &c. pag. 362
Ei præſens adeſt Chriſtus. 367
Ruina multorum eſt Chriſtus quomodo. 148

S

Sacerdotis labia cuſtodiunt ſcientiam. 392
Sacerdotis munus. 62
Sacerdotes Aegyptiorum carnibus et vino abſtinebant, oua & lac vitabant, oleum tantum in oleribus nominerant. 656
Sacerdotum contemptus eſt cauſa hæreſum. 392
Sacerdotibus quæ reuerentia præſtanda. 319
Quid ex irreuerentia eueniet. 320
Quo in honore iubet Deus illos habere. 321
Quid eſt ſanctificare illos. ibid.
Illorum iuſſa exequenda non vita diſcutienda. 322
Quæ nihil obſtat, etiā ſi mala fuerit ad myſteria obeunda. 323
Quare illorum iniuria Dei iniuria eſt. 324
Maiores enim ſunt, ipſo etiam Imperatore. 325
Longè anguſtiora ſacrificia quàm in veteri lege offerunt. 326
Illorum dignitas & auctoritas. 327
Sacra ſcriptura mons eſt altiſſimus in quo Deus igneam legem manibus deferens mortalibus apparet. 554
Sacræ ſcripturæ temeraria lectio canibus iſtis latrantibus, ideſt, hæreticis cauſa multorum errorum fuit. 555
Sacramentorum vnitas in Eccleſia. 347
Salomonem vxor ad idola pellexit. 280
Saluator noſter cum Chryſoſtomo ſpirituales monebat ad lecturam Bibliorum, non carnales. 554
Salutem quærenti fides omnimodo eſt neceſſaria. 691
Samſon adhuc iuuenculus in itinere leonem ferocientem deprehendens illum medium diuiſit. 748
Samſonem ieiunium inuictum reddidit

dit quo cum in vtero matris conceptus fuit.
Samſonem mulier prodidit. 275
Samuelem oratio cum ieiunio matri donauit. 542
Sancti quare tot & tantis virtutibus claruerint. 467
Sancti quomodo miracula operentur. 45.& ſeq.
Sanctorum lætitia in cœlis. 27
Sanctorum plurimi (vt de Beata Virgine referunt Dionyſius & Ignatius) lucem quandam inæſtimabilem ex ſuis corporibus ſpargentes illos qui cernebant vel cæcitate per cellebant, vel in castum amorẽ per trahebant. 578
Sanctorũ virtus in Eccleſia quæ. 364
Sanguis vuæ quid. 11
Sapientiæ Christi quibus profectus. 247
Sapientiæ munus. 233
Sapiens quis cenſendus. ibid.
Sapientum veterum multiplex & erronea de Deo opinio. 522
Sathan quomodo diſſuadeat virtutẽ. 411
Sathanas in cordis municipiũ ingreſſus omnes ſenſus vitales peccatoribus adimit. 622
Sathanas nonnulla æmulatur diuinæ Maieſtatis portenta. 607
Sathanæ aſtus in decipiendo homine. 386.& 388
Zizania permiſcet tritico quid. ibidem.
Sathanæ luſus cum homine figuratus in Samſone. 505
Eiuſdem ingenium quale. 506
Sathanam ſemel admittens in varia decidit mala exemplo Saulis. 621
Satisfactionẽ pro peccato edocuit Daniel Nabuchodonoſorem. 528
Saul primus rex Iſrael bellum contra Allophylos geſturus ieiunium vniuerſo exercitui indixit. 572
Saul Rex Iſrael parricidio filij offenſum Deum religioſè voluit placare ob violatum ab eo licèt neſcio ieiunium. 573
Scandalum quid & quando cauendum, & quãdo contẽnendum. 158
Scandalum dare quid. 154
Schachiæ ludo mundus comparatur. 530
Scelerum omnium grauiſſimum idolorum cultura Iudæi in Salomonis tẽplo Gentiles in excelſis montibus exercebant. 708
Scelerum veram pœnitentiam qui meditatur huic à ſæculo exeundũ eſt. 534
Scire omnes deſiderant. 34
Scriptura ſacra multis eſt mors & venenum & gladius anceps ex Paulo. 552
Scripturarum lectione vulgaris homo vt paruulus ſolido cibo ſtrangulatur. 557
Scripturarum ſacrarum promiſcua lectio quæ pariat incommoda. 478
Sæculi fuga pœnitentibus neceſſaria. 528
Seminis verbi Dei & Mannæ antitheſis. 462
Semine diuerſo agrũ ſerere quid. 376
Semine non ſale conſpergit Deus victos, & quare. 461
Semiramis quid marito fecerit. 274
Senecæ notabilis ſententia Nunquam nimis dicitur quod nunquam ſatis dicitur. 732

Simeon cur in minoribus Chriſtum ex ceperit. 161
Simonides poeta Pauſaniæ iactabundo Spartanorum regi quã prudenter reſponderit. 612
Simulachrum Dei apud Calcagninũ. 144
Sitim nõ explent hominis fluctus præterfluentes ſæculi. 629
Sobrietas & parſimonia Moyſem, Eliam, Danielem, Tobiam, Iobum, & alios, ad quæ perduxerit dona Dei conſequenda. 660 & ſol. ſeq.
Sobrietas vt bonorũ omnium eſt principium, ſic ingluuies malorũ. 662
Sobrietatis exemplũ in ſe vt oſtendat Chriſtus ſolo pane reficitur. 660
Sobrij & frugales apud veteres gentiles ſapientiſſimi habiti fuere. 656
Solea oculata quid. 232
Solitudo aptiſſimus pœnitentiæ locus exemplo Ioannis Baptiſtæ oſtenditur. 535
Spina Chriſtiano auaritiæ radix eſt, ſpina uiro bono honoris ambitio eſt. 568
Spinarum ſymbolum. 480
Spiritus ſanctus gratiæ theſauros diuiſit alijs ſecundum voluntatis ſuæ beneplacitum, & iuxta menſuram ſingulis à ſe præfinitã, ſed filio Dei ſine menſura. 672
Spiritus quomodo duxerit Chriſtum in deſertum. 526
Spiritualis vitæ initium eſt fides. 690
Et vide ibi multiplices fidei effectus.
Statua Memnonis admiranda. 82
Stella magis præmonſtrata qualis. 196
Stibio faciem depingentes ab Ambroſio reprehenſi. 459
Stilponis ſomnium. 250
Stola Chriſti quid. 11
Stultus vt luna permutatur. 669
Stulti oculi in calcaneo quid. 232
Stupiditas boũm in refugiendo Deo. 441
Stupor hominum tempore iudicij extremi. 7
Superbia abominabilis Deo. 110
Symbolum hydræ & cocodrili quid. 383
Symbolum ſinapis. 416
In habentibus ſymbolũ facilis eſt trãſformatio. 260
Symbola Bocchij. 223
Symbola Pithagoræ obſcura illi perfectiſſimi ſapientis nomen dedere. 521
Synagogæ ſpecies. 397
Syphacis Regis fortuna infælix. 633

T

Tabitha quæ Dorcas dicebatur in pauperes miſericors defuncta meruit ob miſericordiã reſuſcitari à S. Petro Apoſtolo. 646
Tamiris Reginæ Scitarum in Cyrum exprobratio. 633
Tantali apud inferos infælicitas quærentis aquas in aquis. 629
Temeritate amentia, crudelitate, ignauia, impuræ vitæ ſtudio ſordiũ vario genere ſimiles iuuentis conſtituitur. 700
Temperantiæ laus. 226
Templum ſpei & ſapientiæ coniunctũ quid. 109
Tetragrammaton quid. 161
Thau quid. 174

Themi-

Themiſtoclis conatus. 251

Theodori ſancti, Archimandritæ Siccorum exorciſmus in dæmoniacū. 613

Theodora Alexandrina ſexu diſſimulato inter monachos perſancte vixit. 760

Theophanes ſæui dæmonis impetu oppreſſum ſupplicatione ad Deum fuſa liberauit. 615

Theſſeræ nauiculæ Chriſti. 340. & *ſequent.*

Thuribulum aureum quid. 42

Tiberij Cæſaris acutiſſimus viſus. 517

Item & Telum. ibi.

Timor ebrietas eſt, cum fit vbi non oportet. 546

Tobias oculis captus lucem mentium videbat docendo filium viam vitę. 523

Tonitrua quid ſignificent. 42

Traianus Imperator Theſauros regū cum liene comparabat. 490

Transfigurare nos facile nobis erit nō impoſſibile modo voluerimus, & quo modo. 578

Transfigurationis dominicæ cauſa duplex aſſignata videatur. 577

Tranſibunt ad infernum qui. 3

Trinitatis myſterium Iudæi & Gentiles commentum dixerunt. 523

Reſurrectionem nouorum dominiorum doctrinam appellarunt. ibidem.

Triſmegiſti egregium dictum. 520

Triſtitia ebrietas quædam eſt mētem demergens. 546

Tritico ſuperſeminare zizania quid. 386

Triumphus Chriſti qualis & quantus ſit. 773

Triumphus Marci Aemilij Romani qualis. 769

Item Titi & Veſpeſiani. ibi.

Triumphatorum ex lymbo diſcedentium & Chriſtum ſequentiū ſeries & ordo. 752

Triūphandi modus apud veteres quis & qualis. 766

Trogloditum lacus maximis mutationibus agitati optime mundo volubili comparantur. 631

Trophæa reportantes Diuina virtute quam fœlicitatem aſſequantur. 408

Turbarum de Chriſto opinio. 333

Tyrannis maior non eſt quam vanagloriæ ſtudium. 678

V

Valles adimplere quid. 108

Vaticinia de Chriſto. 44

Velamenta legis Chriſti aduentu reuelata ſunt. 696

Venter pinguis non gignit ſenſum tenuem obeſoq; corpore nullus eſt qui intrat in cęlum. 719. 669. & 119

Venter ſemper expetit, & nunquam deſinit. 544

Venuſtatis laude commendabiles qui apud veteres fuerint. 759

Ventilabrum Chriſti quid. 75

Verbum Dei cur ſeminis appellatione nuncupetur. 461

Eius & mannæ antitheſis. 462

Verbum Dei quales generet fructus. 465

Longe diſtat à doctrina philoſophorum. ibid.

Docet omnem virtutem. 466

Verbi

Verbi Dei frequentia quare infrequētes fructus. 470
Verbum Dei non eſt cauſa ſterilitatis. 473
Verbo Dei cuncta efficiuntur. 314
Veritas odium parit. 32
Quare veritas odium parit. 33
Veritatis nitens et affectus diſcrimen. 34
Veſania hominis. 54
Veſpaſiani Imperatoris ſordes. fol. 484
Veſtem mulieris non amant, vt eſt apud Plautum amatores laſciui, ſed veſtis fartum. 579
Vetus religio conſeruanda. 64
Via Domino quomodo præparanda. 105
Quæ & qualis. 111
Vincentius ſanctus prædicator in medio ignis conſtitutus vri non potuit. 614
Vindemia Chriſti. 11
Vinum quid in ſcripturis. ibid.
Vini inexperientiæ primo ſæculo exēplum Noe. 542
Vini potus inuentum recentius quā paradiſus. ibid.
Vini vſus in paradiſo terreſtri nō fuit non animaliū mactationes, nec carnium eſus. ibid.
Vinum non habere in nuptijs quid. 258
Vinaria cella quid. 450
Viri quomodo debeāt diligere vxores ſuas. 284
Tenentur infirmitates earum ſufferre. 285
Subiratas qua ratione tractare. 291
Virga varij coloris collocata in canalibus, in quibus oues bibebant à Patriarcha Iacob figura erant præceptorum legis. 696
Virtus magis conuenit homini quam vitium. 35
Virtus quid ſit. ibid.
Virtus præcipua Saluatoris fuit miſericordia quæ eum de cœlo detraxit. 642
Virtutis cultus, cui eſt ſinapis. 411
Quomodo eam condit Sathan. 412
Quorum ſenſibus amara. 415
Virtutis fructus admirandi. 416
Condimenta. 418. & 419.
Virtute cultum omnia decent. 252
Qua virtute mundus conuerſus. 49
Virtutes ſunt hominis comites ad vitam. 458
Vita iuſti quod ex fide proueniat perhibet ipſe Deus per prophetam. 690
Vitæ æternæ fœlicitas in quo conſiſtit. 457
Vita ſpiritualis initiū eſt fides. 690
Et vide ibi multiplices fidei effectus.
Vitula rufa cur potius ad ſacrificium delecta quam alba aut atra. 735
Viuens ſibi ſoli & omnes negligens, ſuperfluus eſt & nec homo, nec Chriſtianus, nec virtutum aliquarum compos, nec ſibi proficuus, nec in ſe charitatem habens. 645
Vlyſſes apud Plutarchum cum bruta reliqua ratione aliqua vti fateatur aſinum tamen ſicut pecudem ab omni ratione vſu ſemotum reperit. 707
Vncinus quid ſignificet. 227
Vnitas quæ & qualis Eccleſiæ. 345. *& ſeq.*
Vocatio eſt opus miſericordiæ Diuina

næ.433. Quanta charitas Diuina in eo opere eluceat. 442
Volubilitatem fortunæ & humanarũ inſtabilitatem rerum oſtendit miſerandus Crœſi ſtatus. 632
Voluntas deficiẽs cauſa peccati. 384
Voluntatis conſenſio ſumma quid. 91
Eſt præparatio ad gratiam. 102
Voluntarijs afflictionibus caro concupiſcentijs moritur virtutibus ſpiritu innouatur. 567
Voluptates blandiſſimæ dominæ maioris animi partes à virtute detorquent, Ciceronis ſententia. 508
Voracitas quæ mala parturit. 503
Vſus annuli quis ſit. 286
Vtilitas philoſophiæ. 234
Hiſtoriæ. 235
Vulpes Samſonis quæ. 396
Vuæ ſanguis quid ſignificet. 11
Vxor ducendane Chriſtiano. 256
Vxor alterius religionis ducendane Catholico. 268
Vxor viri caro. 285

TABVLA TERTIA

Pro vſu Concionum in tempore Quadrageſimali.

Feria 4. *Cinerum. Thema. Conuertimini ad me in toto,&c.*
Theſis. De Metamorphoſi Chriſtianorum.
Locus. Domin.2.Quadrageſ.
5 *Filij regni eijcientur &c.*
De Gentilium vocatione & Iudęorum reprobatione.
In feſto Epiphan.
6 *Tu autem cum ieiunas &c.*
De ieiunij vtilitatibus & neceſſitate.
Dominica 1. Quadrageſimæ.
Sab. Nauis autem erat in medio mari,&c.
Quibus theſeris Eccleſia Chriſti cognoſci poſſit.
Domin.5.poſt Epiphan.
Domin.1.Quadrageſ. Feria.
2 *Tunc veniet in maieſtate.*
De Chriſti ad iudicium venientis, maieſtate & potentia.
Dominica 1.Aduentus.
3 *Videntes mirabilia quæ fecit.*
De operum Saluatoris admiranda excellentia.
Dominica 2. Aduentus.
4 *Volumus à te ſignum videre*
De Chriſti poteſtate miraculorum effectiua.
Dominica 2.poſt Epiph.
5 *Filia mea male à Dæmonio.*
Proximorum neceſſitati ſeruiendū eſſe docetur.

Dominica 2.poſt Epiph.
6 *Ne deterius tibi contingat.*
Quænam ex peccati recidiua homini proueniant.
Dominic. 3. Quadrageſimæ.
Sab. Bonum eſt nos hic eſſe.
Num aliquis mortalium poſſit eſſe beatus.
Dominica 2.Quadrageſ.
Dominic.2.Quadrageſ. Feria
2 *Vos de hoc mundo eſtis.*
De volubilis ſeculi ſalutari fuga.
Dominic.4.Quadrageſ.
3 *Super cathedram Moyſi, &c.*
De Sacerdotum reuerentia.
Dominic.2.poſt Epiph.
4 *Ecce aſcendimus Ieroſolymam.*
De Chriſti Paſſione.
Dominica Quinquageſimæ.
5 *Diues quidam epulo.*
Qui fiat vt diuites, non referant fructum ex verbo Dei propter auaritiam, quæ malorum omnium cauſa eſt.
Dominica Sexageſimæ.
6 *Lapidē quem reprobauerunt, &c.*
De fidei in Chriſtum neceſſitate.
Dominic. in Paſſione.
Sab. De ſiliquis quas porci,&c.
De transformatione hominum in iumenta.
Dominica Palmarum.
Dominic.3.Quadrageſ. Feria
2 *Multæ viduæ erant in &c.*

Tradeſti-

Prędeſtinatio ſitne propter merita
Dominica Septuageſimę.
2 *Corripe eum inter te &c.*
De Inquiſitorum neceſſitate.
Dominica 3. Aduent.
4 *Audito hoc verbo ſcãdalizati sũt.*
Veritas odium parit.
Dominica 2. Aduentus.
5 *Exibant dęmonia à multis.*
De poteſtate eijciẽdi dæmones Chriſto & nobis conceſſa.
Dominica 3. Quadrageſimę.
6 *Da mihi bibere &c.*
Cur Deus conſortium hominis exoptat.
Domin. 4. Aduentus.
Sab. Deprehenſam in adulterio.
Coniugalia precepta.
Dominic. 1. poſt Epiph.
Dom. 4. Quadrageſ. Feria
2 *Vt quis teſtimoniũ perhiberet &c.*
De arrogantia vitanda.
Dominic. 2. Aduent.
3 *Mea doctrina non eſt mea, &c.*
De ſapientia Chriſti.
Dominica infra Oct. Epiph.
4 *Hominem cęcum à natiuitate.*
Sine gratiæ lumine poteſtne aliquis verum cognoſcere.
Dominica Quinquageſ.
5 *Miſericordia motus in illam.*
De ſollicitudine in pauperes.
Domin. 4. Quadrageſ.
6 *Lazare veni foras.*
De gratia vocationis.
Dominica Septuageſimæ.
Sab. Tu de teipſo teſtimoniũ perhibes
De vana gloria fugienda.
Dominica in Paßione.
Dominica in Paſſione. Feria
2 *Si quis ſitit veniat ad me &c.*
De virtutis condimento.
Domin. 6. poſt Epiph.
3 *Nemo aliquid in occulto facit.*
Chriſtus ſignum et exemplar vitę Chriſtianę.
Domin. infr. Oct. Natiuit.
4 *Quouſque animam noſtram tollis?*
De vana Iudęorum expectatione.
In feſto Natiuit.
5 *Lachrymis cępit rigare, &c.*
De neceßitate bonorum operum.
Dominica Septuageſimę.
6 *Ieſus moriturus erat &c.*
De Chriſti aduentus effectibus.
Dominica 2. Aduentus.
Sab. Vt Lazarum interficerent, &c.
Sintne mortis ſupplicio puniendi hæretici.
Domin. 5. poſt Oct. Epiph.
Dominica Palmarum. Feria
4 *Poteſtne homo ſeipſum diſponere ad gratiam.*
Domin. 4. Aduent.
5 *Ad quem modum diſponendus animus ad ſuſcipiendum Deum.*
Domin. 4. Aduentus.

FLORES

FLORES AVREI EX PARADISO SACRAE SCRIPTVRAE

& Sanctorum Patrum,

Super totius anni Dominicarum Euangelia, collecti ſtudio & induſtria

F. *ABRAAM BZOVII Ordinis Prædicatorum.*

DOMINICA PRIMA ADVENTVS.

Erunt ſigna in Sole & Luna & Stellis. Luc. 21. cap.

FASCICVLVS PRIMVS.

De ſignorum diem iudicij præuenientium, & horrendæ apparitionis cauſis.

DIVINAE iuſtitiæ quænam conditio ſit, vel ex eo liquere poteſt, quod peccatoribus ſeueram ſcelerum pœnam, non ſine maximo quodam animi mœrore infligit. Quum etenim ea quæ præter alicuius naturam ſunt, quiſque inuitus faciat; Alienũ verò opus à Deo (vt Iſaias teſtatus eſt) Iſai. 28.
ſit punire homines: punire homines ſine graui dolore & luctu interno non valet. Huius rei, vt alia omittam, facit fidem, ſuperbiæ exitiabilis Regis Ægyptiorũ Pharaonis diſtricta punitio: quem propter ambitionem teterrimam, ab vſura præſentis vitæ dum excidiſſet, quonam angore mentis hoc ipſum patrarit, declarauit Ezechieli prophetæ hunc in modum, Fili hominis aſſume lamentum ſuper Pharaonem Regem Ægypti. vt ſcilicet doloré, quo Ezech. 32

Allegoria & exeplũ significans extremi iudicij.

ego afficior, & lachrymas quas ego plectendo ipſum fundo teſteris: & dices ad eum, Leoni Gentium aſſimilatus es, & draconi qui eſt in mari, & ventilabas cornu in fluminibus tuis, & conturbabas aquas pedibus tuis, & conculcabas flumina earum. Propterea hæc dicit Dominus Deus. Expandam ſuper te rete meum in multitudine populorum multorum, & extraham te in ſagena mea, & proijciam te in terram; ſuper faciẽ agri abijciam te, & habitare faciam ſuper te omnia volatilia cęli, & ſaturabo de te beſtias vniuerſæ terræ: & dabo carnes tuas ſuper montes, & implebo colles tuos ſaniẽ tua: & irrigabo terram fętore ſanguinis tui ſuper mõtes, & valles implebuntur ex te: Tamẽn quò videas quam lubenſ iſta crudelia exequar, Scito, ait Deus, quod operiam cum extinctus fueris, cęlos; & nigreſcere faciam ſtellas eius: Solem nubẽ tegam, & luna nõn dabit lumen ſuum: Omnia luminaria cœli mœrere faciam ſuper te, & dabo tenebras ſuper terram tuam dicit Dominus Deus: Vt tibi conſtet, quã me clades tuæ delectent, non ipſe modo meipſum, ſed & cęleſtes orbes lugubri & pulla veſte induam; non ipſe modo in abſcondito cęlorum habitaculo ſuper te plorabo, ſed extra per oculos (ſi oculi mei ſunt Sol & Luna) meos, lachrymas producam; luminaria cœli mecum mœrere faciam; non ipſe tantum, ſed cum vniuerſis cœli ſyderibus & ſupremis Ciuibus ſuper te tuas funebres exequias mœſtiſſimus agam, hos threnos occinens: Heu me, & eheu

Iſai. 1.

me, quia conſolabor in hoſtibus meis. Simile quid, Saluator noſter Chriſtus, in extrema hominis caſtigatione affuturũ prænunciat dicens, Erunt ſigna in Sole & Luna & Stellis. Si me coniectura mea non fallit, voluit dicere Dominus, Verum equidem eſt, quod vos ingrati homines, atrociſſimas facinorum veſtrorum commeruiſtis pęnas: vos peruerſi, qui imagini meæ ad quam vnumquemque veſtrum efformaui, ſimilitudinem Leonis illius ſanguinem veſtrum ſitientis, & Draconis tricipitis animas veſtras vorare cupientis, formam deformem ſuperinduxiſtis: meremini flammis voracibus & aquis ſtygijs ad inſtar illius ſæui Leonis & horrendi ſerpentis, hanc adulterinam è faciebus veſtris abluere ideam: Vos ſceleſti, qui fruſtra virtutes eximias corporis atque animi à me conſecuti eſtis, ni omnia Diuina atq; humana truculentiſſimo genere cupiditatis inquinaſſetis, & quaſi ſuperbiæ cornibus omnia ventilaſſetis, omnia ſus deque commiſcuiſſetis; meremini carceribus illis, vbi nullus ordo, ſed perpetua confuſio, ſed ſempiternus horror inhabitat cum Dracone Cerbereo deputari, & ferreis cathenis ibi colligari: Vos immanes, quorum mentem aſpexi anhelante in proximos triſtiſſimum genus minarum, mẽtem debacchantem inaudita feritate, furentem incredibili veſania, ſitientem cruoris fraterni, prędæ Diuinorum auidiſſimã; meremini immanes & ab omni prorſus miſericordia vacuas ſubire pœnas: Dabitis profectò ſcelerum veſtrorum æternas & eas atrociſſimas pęnas. Regnum cœlorum ſimile eſt ſagenæ miſſæ in mare, & ex omni genere piſcium congreganti; quam, cum im-

Applicatio illius vaticinij.

Math. 13.

pleta

pleta eſſet educentes, & ſecus litus ſedentes, elegerunt bonos in vaſa, malos autem foras miſerunt: Sic erit in conſummatione ſæculi, exibunt Angeli & ſeparabunt malos de medio iuſtorum, & mittent eos in caminum ignis; ibi erit fletus & ſtridor dentium: Mittam tunc alios nouos piſcatores, expandam cum illis rete meum, & extraham vos in ſagenam meam; non vt ponam vos in piſcinam illam quinque porticus, per quos effluit in illam aqua gratiæ & miſericordiæ habentem; ſed vt proijciam vos in ſtagnum pice & ſulphure ardens: Proijciam vos in terram miſeriæ & tenebrarum, terram horroris & vaſtæ ſolitudinis: Ibi erit Aſſur, inſidians filio Dei, & omnis multitudo eius; in circuitu illius ſepulchra eorum; omnes interfecti, & qui ceciderunt gladio Diuinæ iuſtitiæ: Quorũ data ſunt ſepulchra in nouiſſimis lacus, & facta eſt multitudo eius per gyrum ſepulchri eius, vniuerſi interfecti cadenteſque gladio; qui dederunt quondam formidinem ſuam in terra viuentium: Ibi Ælam occultans malitiam ſuã in ſuo cogitatu, tranſibit; & omnis multitudo peſſima cogitãtium per gyrum ſepulchri eius; omnes hi interfecti ruenteſq; gladio, qui deſcendẽt incircumciſi corde ad terram vltimam, & portabunt ignominiam ſuam cum his qui deſcenderunt in lacum: Ibi Moloch ſepiens ſermonibus nequitiæ hortos labiorum: Ibi Tubal ignominia & confuſione operum turpium repletus, deſcendet; & omnis multitudo eius, in circuitu eius ſepulchra illius, omnes hi incircumciſi labijs interfectiq; & cadentes gladio deſcendent in infernum cum armis ſuis, cum lingua ſua quam vt gladiũ exacuerant; & cooperientur iniquitate, ſicut diploide ſua; iniquitates eorum erunt in oſſibus illorum: Ibi proijcietur Idumæa ſanguinolenta, & terrena, in qua ſanguis vitiorum, vitiorum tetigit ſanguinem; quæ iecur ſuum effuderat in terram, de terra non de cœlo cogitabat, terram aratro ſui intellectus & amoris voluebat: Ibi exturbabuntur Reges terrei & omnes duces eius, & cum interfectis gladio, dormient: Ibi Principes Aquilonis, qui ſolia ſuperbiæ in Aquilone collocabant, à quibus omne malũ pandebatur, & velut ruptis fontium catharactis erumpebat: Ibi omnes iſti deducentur cum interfectis, pauentes in ſua fortitudine & ſuperbia confuſi: Gladius meus acutꝰ & verſatilis, licet deuorabit carnes; licet de cruore occiſorũ inebriabitur, ardebit, licet vſque ad inferni nouiſſima, de omnibus iniquis licet vindictam ſumet; non tamen id ſine ſummo mœrore efficiam; vt parturiens loquar, in abſcondito plorabit anima mea, & oculus meus in occulto lachrymas deducet: Et non tãtum ego triſtes nęnias occinam, ſed & omnia luminaria cœli mœrere faciam ſuper te, omnia cœleſtia pullis & atris veſtibus induam; funebre theatrum in mundo inſtituã, ſupremam concauitatem huius admirandæ domus operiam, operiã cum extinctus fueris cœlos; periſtromata eius fuſca appendam; nigreſcere faciam ſtellas eius: feneſtras eius occludam & lumina eius extinguam lucidiſſima: Solem nube tegam, & luna non dabit lumen ſuum, & dabo tene-

Allegoria Eccleſiæ.

Allegoria tranſeuntiũ ad infernum.

bras ſuper terram tuam: Omnes Cęleſtes ciues in proceſſionem funeralem tuam conductos: Omnes ſupernæ Triumphantis Eccleſiæ Pontifices, Sacerdotes, Religioſos, lumina illa mundi, omnes deuotos ad tuas męſtiſſimas exequias, męſtiſſimos threnos plorare faciam; omnia luminaria cęli męrere faciam ſuper te: Signis comprobabunt hunc internum animi ſui & mei dolorem: Erunt ſigna in Sole & Luna & Stellis, quæ propter luctum acerbum caligabunt: Stellæ propter angorem maximum cadent in terram: Vti ſe in firmamento ſuperno, propter acerbum fletum ſuſtinere non valentes: Dicent, Quis dabit nobis, vt ſubſtantiæ noſtræ æthereæ conuertantur in flumina lachrymarum, vt deploremus interfectum Principē noſtrum? Quis det nobis vt velut è largiſſimo fonte, ſanguineæ defluant perpetuò lachrymæ, vt plangamus infęlicem caſum, ſortemque tuam miſeram ò Rex vniuerſę terræ? Vnde luctum incipiemus? Quid primum, quidve vltimum dicemus? Bona commemorabimus quæ perdidiſti? aut mala deflebimus quæ inueniſti? Dominum & principem vniuerſorum Rex ille Regum maximus te conſtituerat; quid tibi cū mancipijs? quid tibi cum cathenis ferreis, quibus colligatus es? Omnium poteſtatē tibi conceſſerat omnipotens Deus, omniaq; ſubiecerat ſub pedibus tuis, volucres cęleſtes, piſces marinos, animantia terræ, Subijcite, inquit, vobis terram, & dominamini piſcibus maris, & volatilibus cœli, & vniuerſis animantibus terræ: Dedi vobis, ait Deus, omnem herbam afferētem ſemen ſuper terram, & vniuerſa ligna quæ habent in ſemetipſis ſementem generis ſui. Vniuerſam terram, ait Pſaltes, dedit filijs hominū; & non tantum terram ſed & cęlorum perennes ſedes atque lucidiſſima aſtra. Sapiens, ait Sapiens dominatur aſtris: quid ergo tibi nunc cum ſumma egeſtate? cur modo oues vellera ad veſtimenta contexenda tibi non miniſtrant? cur nudus, nec folijs ficus, ſed ignominia opertus incedis? cur vt alter Titius viſcera præbes lanianda volucri cœli? cur vt Tantalo, tibi nullæ deprehenduntur aquæ, quæq; imminet effugit arbor, ne famē & ſitim extinguas? cur vt in Actæonem fera ſæuiunt animalia, te bos cornibus petit, canis & leo morſibus, lupus tuis carnibus famem rabidā explere cupit? Quid eſt quòd Deus habitare fecit ſuper te omnia volatilia cœli, & ſaturauit de te beſtias vniuerſæ terræ? Quis te nobis caſus ademit? ò homo reſponde? tui te ſerui cariſſimi, qui tibi die noctuque miniſterium fidele promptè exhibebant, nomināt, exaudi: Quis te caſus, quæ ſors te de altiſſimo Regni ſolio deiecit? Ad imaginem ſuam te fecerat Deus, & ad ſimilitudinē ſuam plaſmarat: quis laruam horrendam, & teterrimam tuis ſuperinduxit vultibus? quis denigrauit ſuper carbones purpureas genas tuas? quis impleuit colles ſanie tua? Olim eras vt illa ſpecioſiſſima columba, cuius pennæ intellectus deargentatę candore fidei, & poſteriora dorſi voluntatis & effectionum in pallore auri Diuinorum chariſmatum: quomodo obſcuratū eſt in te aurum gratiæ? quomodo mutatus eſt color optimus fidei & virtutum?

Gen. 1. — *Alluſio ad pęnas inferni fabulis obumbratas.* — *Pſal 67.* — *Allegoria hominis ī ſtatu innocētiæ.*

tutum? precioſi lapides mentis tuæ, quæ erat ſanctuarium Dei, quomodo diſperſi ſunt in capite omnium platearum? Eheu te miſerum & non ter quaterque ſed millies & in infinitum inſelicem, qui olim propter decorẽ & claritatem donorũ, paulo minor ab Angelica ſpecie effectus, gloria & honore olim coronatus; nunc paulo minor à Dæmonis horribili turpitudine conſtitutus, ſempiterna confuſione, ignominia, & dedecore coopertus, mortem perpetem in edacibus flammis viues. Quæ eſt iſta ſubitanea inuerſio? Quæ repentina mutatio? Eheu & nos inſęlicia aſtra, quæ te talẽ tantumque Dominum perdidimus: quæ in miniſterio noſtro, vt te ad Solem iuſtitiæ contemplandum perduceremus, & vt aggregaremus te ſtellis candentibus in perpetuas æternitates fruſtratæ ſumus. Patrefamilias moriẽte, (aiebat Chryſoſtomus) tota domus eius turbatur, omnis familia plangit, & conſciſſis tunicis ſuis, nigris ſe cooperiunt veſtimentis; ſic & humano genere propter quod omnia fuerant creata, circa exitum conſtituto, totus contriſtatur mundus, vniuerſa cœli miniſteria lugent, & candore depoſito, pro veſtibus luctuoſis, tenebris veſtientur: nam ſol obſcurabitur, & luna nõ dabit lumen ſuum. Tale igitur funus apparabit Deus vniuerſo generi humano ante diem iudicij, vt demonſtret quia peccatoribus ſcelerum pęnam non ſine maximo luctu infligit. Nec mirum: Quũ enim non more puerorum caſulas luteas fingentium & mox deſtruentiũ mundum fabricarit, quum nõ ad inſtar figuli ſtatuam effingentis & mox corrumpentis hominem formarit. Creauit, ait Sapiens, vt eſſent omnia, & ſanabiles fecit nationes orbis terrarum, & ab illo non eſt in illis medicamentum exterminij, nec inferorum regnum in terra. Ipſe mortem non fecit, nec delectatur in perditione viuorum. Ipſe non vult mortem peccatoris, ſed optat vt conuertatur & viuat, deſiderat vt ad fęlicitatem beatam perueniat, vt beatitudine cęleſti perfruatur, vt ad regna cęlorum deductus in ſedibus immortalitatis inter agmina Angelorum, Sanctorumque cęli Ciuium conſideat, & viſione luminis inacceſſi potiatur. ſi hoc deſiderio fruſtratur; ſi homo de manibus eius excidens ad terram alliſus vt vas fragile teſteum confringitur: ſi petra illa exciſa è montibus beatis, ſtatuam hanc pulcherrimo artificio manibus Dei formatam conterit, ad inferas pertrudit Plutonis domos; ſi homo inexterminabilis de terra viuentium exterminatur. Si ad regna cęleſtia deducendus in horrendum tartarorum carcerem intruditur. ſi cœlorum incola & Angelorũ ſocius, Dęmonum ſocius efficitur. ſi Cymerijs illis abyſſi tenebris, igni inextinguibili cathaſtis horribilibus alijſque ſupplicijs intolerandis applicatur, non poteſt non dolere, non poteſt non ſummo luctu affici. Si enim dum Hieroſolymorum vrbem exterminandam iri prædicebat à lachrymis ſibi temperare nequibat. videns Ciuitatem, fleuit ſuper illam. quid ni plorabit, cũ non Ciuitatem ſed tot myriades hominum, quorum animæ pretioſiores ſunt vniuerſo orbe, in ſempiternum non per Titum & Ve-

Threa. 4

Sap. 1.

Allegoria ſtatuę Danielis.

ſpeſianum ſed per trucem Satanam, aget exitium?

Si dum vniuerſi orbis peccata abluere diluuio parabat tactus dolore ait Scriptura, cordis intrinſecus, Delebo, inquit, hominem quem creaui à facie terræ, ab homine vſque ad animantia, à reptili vſque ad volucres cęli, pœnitet. n. me feciſſe eos. quid ni tangetur dolore cordis interno, cũ non cẽtum millia vel decies centena millia, ſed infinitos prope homines, aquis non illis quidem elementaribus ſed ſulphureis obruet? Dicet pęnitet me quod ea fecit homo quæ fecit; quod mortem matribus ſuis ſibi acerſiuit. quod propter momentaneas & inanes voluptates æternis bonis ſe abdicauit, æterniſque cruciatibus ſe addixit. pęnitet me talem vindictã de eo ſumpſiſſe. ego nolebam tanta illum pęna plecti. nolo mortem peccatoris, diſplicet mihi ipſius perditio. Si dum Ciuitatem illam contaminatam, ferro vaſtare inſtituiſſet, & ſex viris ne parcerẽt neq; miſereãtur cuiquã, ſed omnes promiſcue & ſenes, & adoleſcentulos, & virgines, & paruulos & mulieres interficerent præcepiſſet, illos tamen qui gemebant & dolebant ſuper cunctis abominationibus & internecione Hieruſalẽ ſeruari mandauit, vt dolorem Dei ex eorum pernicie conceptũ oſtenderent: dum illi quatuor Angeli, qui parati ſunt in horam & diem & menſem & annum, vt occidant tertiam partem hominum exibunt, & gladijs flammãtibus eos trucidabunt, & cruore eorum replebunt terras; dũ ille equeſtris procedet exercitus, numero vicies millies dena millia, qui habent loricas igneas, & hiacythinas & ſulphureas, & capita equorum tanquam capita leonum & de ore eorum procedit ignis & fumus & ſulphur; & ab his tribus plagis occidetur tertia pars hominum, de igne, & de fumo & ſulphure, dum inquam immemorandam iſtam ſtragem in die iudicij perfecturus erit, non reſeruabit ſi nõ rationales creaturas, ſaltem inſenſibiles qui plangent exitum hominis infauſtum? Præcipiet vtique Angelis vt amare fleant. Si enim eſt illis gaudium ſuper vno peccatore pęnitentiã agente; triſtitia eſt illis ſuper vno peccatore ſeueras pœnas pro peccatis ſufferente. Præcipit vtique & cœlorum orbibus vt lamentum ſumant. Męrere faciam ait luminaria cęli ſuper te. Erunt ſigna huius lamentationis in Sole & Luna & Stellis. Cœlum turbabitur, Sol obſcurabitur, Luna ſanguineo colore erubeſcet, Stellæ è cœlo cadere videbuntur, aer ignitis fulguribus ſplendebit, nubes tonitrua emittent, mare mugiet, terra contremiſcet, virtutes ipſæ cœlorũ mouebuntur. Quia, ait Iſaias, indignatio Domini ſuper omnes gentes, quia furor eius ſuper vniuerſam malitiam eorum, quia interfecit eos & dedit eos in occiſionem, quia interfecti eorum proijcientur & de cadaueribus eorũ aſcendet fętor. Quoniam inebriatus eſt in cœlo gladius meus, quia ſuper Idumæam terrenam & ſanguinolentam deſcendet, & replebitur ſanguine, incraſſabitur adipe arietum, qui ventilant omnia cornibus ſuperbiæ, & hircorum quos ſtatueram à ſiniſtris meis. Quoniam deſcendent vnicornes feroces cum eis & tauri cum poten-

Gen. 6. Ezec. 9. Apoc. 9. Iſai. 34. Allegoria iudicãdorum.

potentibus,inebriabitur terra eorum ſanguine. Quia dies vltionis Domini,annus retributionum iudicij Sion. Quia torrentes terræ cōuertentur in picem,& humus in ſulphur,nocte & die non extinguetur,in ſempiternum aſcendet fumus eius,à generatione in generationem deſolabitur. Quoniam ſepulchra eorum erunt cubilia draconum,& ibi occurrent dæmonia, onocentaurus & piloſus clamabit illic alter ad alterum, percute, macta,vre,omne ſupplicij genus adhibe ſceleſto homini.Quid exinde erit? Tabeſcet inquit præ dolore omnis militia cœlorum,& complicabuntur cœli ſicut liber, & omnis militia eorum defluet ſicut defluit foliū de vinea & de ficu. Complicabuntur cœli; quia iubar illud fulgidiſſimū tenebris,vt inuolucris liber,operietur,Luna quoque non dabit lumen ſuū, Stellæ cadent de firmamento. Erunt ſigna in Sole & Luna & Stellis,areſcentibus hominibus præ timore & expectatione quæ ſuperuenient vniuerſo orbi.Verum quid ais ò Chriſte benigniſſime Saluator? Areſcentibus hominibus,dum erunt ſigna in Sole & Luna & Stellis? Quid? Siccine homines areſcent dum ſydera ſanguineo ſudore madebunt? Aridos oculos homines habebunt, dum aſtra in flumina aquarum præ fletu conuertentur. Homo ne guttulam lachrymarum ex oculis præ timore & expectatione horrendi iudicij fundet, & cœleſtia lumina à planctu caligabunt? Cœli mœrore afficientur,& homo areſcet? homo lætabitur? homines vt in diebus Noe erunt manducantes & bibentes, vitamque omnem non in meditatione extremi diei,ſed in crapula,ebrietate, delicijs, voluptatibus, ariditate ſpiritus & oculorum tranſigentes? O cœlum, ò terra, quid vobis cum hominis ſalute,vt illam adeo defleatis? O hominū inſenſibilitatem,ò ſtuporem cæcarum mentium. Cęli ſuper vos lamentum inſtituent dum iudicabimini;vos qui iudicabimini,exultabitis? Cœli ſuper vos mętore tabeſcent;vos luxu & voluptate defluetis? Virtutes cœleſtes ſuper vos mouebuntur; vos immoto corde adamantino ad hæc non pauebitis? nihil vos mouebit memoria diei illius? ac perniciſſimi fluminis in morem ignis decurrentis, eiuſque flammæ, quæ nunquam extinguitur? cum Solis tollentur radij,Lunæque ſplendor occultabitur;cum Stellis decidentibus cœliſque conuolutis virtutes commouebuntur;cūm vndique concuſſa & liqueſcente humo,terribilis alternuſque ſonitus tubarū concrepabit;cum percurrentibus orbem vniuerſum Angelis, aſſiſtentibuſq; Regi millibus & millibus millium miniſtrantibus, aduenientibuſq; cum ipſo iudice,ad eius obſequium paratis exercitibus ante caſtra ipſa cœleſte ſignum elucebit:cum ſolium parabitur & aperientur libri,maieſtaſq; illa reuelabitur inacceſſa, atque ineffabilis:cūm vox illa iudicantis audietur horribilis & metuenda,alios quidem in ignem paratum Diabolo & Angelis eius ire præcipientis,alios verò poſt ingētem illam exercitationem, virginitatiſq; labores ipſis thalami ianuis accenſis, miniſtrorumque alijs zizania colligere atque in fornacem immittere iubentis. alijs item alios

 nonnul-

nonnullos compeditos vinctoſque poſt terga manus in exteriores tenebras abducere, atque horrifico dentium ſtridori addicere: cum hunc quidem quod impudicè tantum aſpexerit; illum quod intempeſtiuo ſe riſui dederit; alium quod maledixerit duntaxat, vehementiſſima atque grauiſſima animaduerſione plectet. horum omnium memoria nihil vos mouebit, cum moueantur cœleſtes virtutes? Non timore & metu æſtuabitis? non vos peccatorum veſtrorum memoria punget? non tanget veteris pœnitentia vitæ? non ſortis veſtræ infęliciſſimæ miſeranda oploratio? Areſcetis? non in fontes lachrymarum vos permutabitis præ expectatione eorum quæ vobis, vobis inquam non Soli, non Lunæ, non Stellis ventura ſunt? Vbi quæſo ſenſus? vbi iudicium? vbi ratio, quę veſtra propria eſt? Inſenſibilia lugent mala veſtra, mala veſtra vos irridebitis? Quid ita torpetis? ita in vtramque aurem dormitis? ita ſalutis veſtræ curã negligitis? ac

Apoc.6. ſi nihil ad vos iſta pertineret? Veniet profectò, & vtinam nõ veniret, dies illa dum angelus aperiet ſigillum ſextum, & terræ maximus motus fiet; & ſol nigreſcet tanquam ſaccus cilicinus, & luna ſanguineo rubore tingetur; & ſtellæ decident de cœlo in terram, ſicut ficus emittit groſſos ſuos cum à vento magno mouetur; & cęlum recedet ſicut liber inuolutus, & omnis mons & inſula de loco ſuo mouebitur: veniet inquam dies iſta terribilis, & vos Reges terræ, vos Principes, & tribuni, vos diuites & fortes, vos ſerui & liberi, vos adoleſcentes & virgines, vos ſenes, & iuuenes, viri & mulieres, vos omnes peccatores abdetis vos in ſpeluncas & in petras montiũ; & tũc dicetis, ſed in vanũ verba iſta iactabitis. Cadite ſuper nos, & iterum Cadite ſuper nos, & abſcondite nos à facie ſedentis ſuper thronum, & ab ira agni, quoniam venit dies magnus iræ ipſorũ, & quis poterit ſtare? Tunc vos ſtatuæ eleuatæ, vociferabimini ad illam petram duriſſimam, quæ vos cõtriuit, & comminuit vniuerſa bona veſtra. Cadite ſuper nos. Tu dixiſti nobis, nequaquam moriemini ſi manducaueritis de ligno ſcientiæ; ecce morimur morte ſecũda, Cadite ſuper nos, cooperias nos ab vmbra mortis, ne nos falce ſua amara contingat. Tu dixiſti nobis. Quocũque die comedetis ex eo, aperientur oculi veſtri. ecce nunc clauduntur oculi noſtri, tollimur à conſpectu Dei ne videamus faciem eius; cadite ſuper nos, lumine tuo fallaci noſtras mentes colluſtres, protege oculos noſtros ne horrendas tenebras inferni contueamur. Tu pollicitus es nobis; Eritis ſicut Dij. ecce nunc in Dæmonum ſortem conuertimur, cadite ſuper informes facies noſtras, ne hanc tetram ſuſcipiat laruam. Tu promiſiſti nobis; Eritis ſcientes bonum & malum. Bonum ignoramus, mala autem quæq; manibus noſtris contrectamus, cadite ſuper nos modo, ſicut & olim, abſcõdite nos à facie ſedentiș ſuper thronum, & ab ira agni, quoniam venit dies magnus iræ ipſorum, in quo & eorum quoq; quę videntur eſſe leuia & nulla, terribiles expendemus pęnas. Verum ille ſurdas præbebit aures, petreus eſt iſte qui vos conterere nititur, non miſerebitur,

Damnati clamabũt ad Satanam vt illos protegat, alluſio ad ſtatuam Nabuch. Gen. 3.

bitur,ſed magis incrudeſcet, dum contuebitur vos faucibus ſuis abſorptos, vt leo non parcit ouiculæ quæ illi in gutture hæret, vt anceps aui quam laqueo præhendit. ſic crudeliſſimus ille draco dilaniabit membra peccatorum,diſcerpet animas,tridentem acutiſſimam infiget in viſcera, corda gladio ancipiti trāſuerberabit,igne ardēti exuſta deuorabit. Huic ne adeo crudeli inſeruietis? huius flatu ſuperbo vel quiſq; ille ſit,vos ſub uerti patiemini? Quærit vt leo rugiens circuiens quem deuoret.in huius tartareas fauces veloces curretis? Ergo vt monebat Granateñ. dum tempus habemus,dum vita manet,dum facultas ſuppetit,dum Eccleſiæ voces opportunè vos admonēt, dum iudex ipſe & patienter expectat & aſſiduè vocat,& exemplo cęleſtium ad pęnitētiam allicit, & manum iacenti porrigit,& veniam tribuit petenti,accurramus; nec hanc temporis opportunitatem prætermittamus, quæ quidem huius vitæ momento præteruolat,nunquam reditura. Cum hæc ipſa Ioannes Baptiſta populo annunciaret,inter eos qui timore perculſi ad Dominum reuertebantur,ipſi quoque milites (genus hominū profligatiſſimum) ſuppliciter ab eo quæſierunt; Magiſter quid faciemus & nos? Cur ergo non idem vos modo quæretis quod flagitioſi homines quęſierunt,cum eadem vobis ira,ideq; iudicium impendeat? Si hoc igitur à me nunc quæreretur, ita plane reſpondere poſſem. Primum vt cęlorum ſuper vos officium,ſancta quadā inuidia permoti,præripiatis. Lugebunt ſuper peccatores ipſa ſydera. vos vt quōdam Dauid, laborate in gemitu veſtro, lauate per ſingulas noctes lectos conſciētiarum veſtrarum,mentium veſtrarum ſtratum lachrymis irrigate. Turbetur à furore quod am,ſancto oculus veſter. Laborate dico in gemitu: non enim leuis męror grauiſſimis adhibendus eſt peccatis. Nam tu quidē ea ſimilitudine Chryſoſtomus vtitur, cū hominem forte in te commoueris, & amicos, & vicinos, & ianitores rogas, & pecunias erogas,& plurimos dies impendis patienter,humiliter aſtando,ac ſępiùs cum lachrymis ſupplicando. Sed etſi ſemel,etſi iterum, etſi millies te repellat,qui in te fuerat offenſus,tu nihilominus non quieſcis,ſed ſolicitudine maiori concuſſus,ſupplicationem quoque adhibes longiorem. Nobis verò cum indignetur omnium Deus,oſcitamus,atque oſcitando recubamus,delitiamur,inebriamur, & cuncta quæ ſunt malæ conſuetudinis frequentamus. Laborare oportet in gemitu. Solicitiſſimæ pœnitentiæ opera monſtrare, priuſquam ille illuceſcat dies qui nobis minimè iā iſtud prodeſſe permittat. Nunc lauare cōuenit ſordes animæ noſtræ; nullus.n. illuc vadens eorum valebit peccatorum effugere tormenta, à quibus hic non fuerit abſolutus. Sed ſicut illi qui vt ſæpe cernimus cathenati de his carceribus ad iudicium pertrahuntur,ſic omnes quoque animæ, cum hic fuerint varijs peccatorum nexibus circumuinctæ, ad terribile illud ducētur tribunal.

Cōc 2. in Domi. 2. Aduētus.

Luc. 3.

Pſal. 6.

Hom. 14. in Matth.

Et cum ad inſtar cœlorum efformati ſimus; vt in cœlis erunt tunc luctus,

ctus eorum ſigna in Sole,'& Luna, & Stellis, huius quoque noſtri plora-
tus ſint & appareant ſigna in noſtro ſole, noſtra luna, ſyderibus noſtris.
Noſtrum lucidiſſimum iubar rationis, obuoluatur nebula illa meditatio-
ne aſſidua tenebrarum exteriorum profundæ inferni voraginis. Luna vo
lubilis & inſtabilis affectus, ſanguineo rubore cruoris ſui tunc fundendi
tingatur, compaſſio aliqua veſtri vos moueat, ſi aliorũ ſanguis lachrymas
vobis mouet, cur non animæ veſtræ? ſi aliorum cruor genas veſtras deco-
lorat, cur non veſter proprius? Stellæ verò, inferiores. ſ. vires decidant è
rebellionis ſede, ſubijciant ſe imperio intellectus & voluntatis atque ip-
ſius Dei; hinc. n. fiet vt à peccatorum labe mundati, non miſeram ſed iu-
Iſai. 30. cundã faciẽ ſydera nobis mõſtrabunt. Erit lux lunæ ſicut lux ſolis, vt pol
licebatur Propheta; & lux ſolis erit ſeptẽpliciter ſicut lux ſeptem dierũ, ſi
hic alligaueritis vulnus animæ veſtræ inflictum à rõphæa peccati, ſi per-
cuſſuram plagæ eius ſanaueritis. Canticum cantabunt vobis ſicut vocem
ſanctificatæ ſolennitatis, & lætitiam ingentem oſtẽdent, deducentes vos
à communione ſui obſcuri, ad immenſi Diuini luminis participationem.
Qua nos irradiare digneris Chriſte Ieſu lux mundi, qui illuminas omnẽ
hominem ad æterna lucidiſſima cœlorum tabernacula venientem in ſæ-
cula ſempiterna. Amen.

Et tunc videbunt Filium hominis. Luc. 21.

FASCICVLVS SECVNDVS.

Cur Filius hominis ad iudicium veniet?

Filius cur ad iudicium veniat prima ratio.

SOBOLIS Patriarcharum Regis, & Saluatoris noſtri dũ or-
natum & nitorem veſtium contẽplabar, illarum vehemens
admiratio me cępit; non. n. illum ſecundum cõſuetudinem
Regiam aureis ſplendentem, vel ſecundum Pontificum v-
Geneſ. 49. ſum byſſinis vel ſericis indutũ aſpexi; ſed neſcio quo pallio & eo in ſan-
guine vuæ (nouum & inuſitatum genus mundandi) abluto, circumami-
ctum iri à Prophetis didici. Sic. n. de ipſo Patriarcha moriturus vaticina
tus eſt. Lauabit in vino ſtolam ſuam, & in ſanguine vuæ pallium ſuum.

Allegoria miſericordiæ & iuſtitiæ paſſionis, & iudicij.

Quid ſibi velit hoc duplex lauachrum? quidve in ſanguine vuæ abluere
pallium? quod ſecretum denotant, mecum tacitus inueſtigabam. Si. n. la-
uerat in vino albicanti veſtimentum ſuum, quid neceſſe eſt illud ſangui-
ne vuæ, vino rubicundo polluere? Quis vnquam candidæ veſtis maculas
vino rubeo abluit? vino rubeo nonne potius maculas ineluibiles veſti-
bus induxit? Quid ergo, Lauabit in vino ſtolã ſuam? & in ſanguine vuæ
pallium ſuum? At ſcrupulum omnem exemit mihi, duplex amictus Chri

ſti; ſtola

ſti;ſtola & pallium. Stola patientis innocentiæ,& pallium vindicis iuſtitiæ. Stola Saluatoris redimentis, & pallium Regis iudicantis. Stolam in perlucido candido,pallium verò in ſanguinolento vino abluit. Patientẽ innocentiam ſuam ſuo immaculato;vindicem iuſtitiam teterrimo peccatorum ſanguine inſperſit. Adhuc forſan vos latet hoc admirandum ſecretum? Quapropter in memoriam reducite fœliciſſimam vindemiam, quam Saluator noſter Chriſtus die paſſionis ſuæ perfecit, dum in torculari altiſſimo ligni SS. Crucis,botrum illum Cyprium, trãslatum à duobus illis exploratoribus terræ Sanctæ, Patre & Spiritu ſancto, in vineas Engaddi,corpus,ſ.ſuum calcauit,& ex eo vinum pretioſiſſimum ſed candidum,ſed perlucidum,ſanguinis ſui immaculati, & innocentis animę expreſſit;tunc ſtolam ſuam nitidam vino lauit, dum ſanguine ſuo incontaminato in ligno crucis à planta pedis vſque ad verticem capitis maduit; dum ex illo ſanctiſſimo grano ſpinis cruentato, confoſſo clauis, flagellis lacero,lancea perforato,non torrentes,non riuuli,ſed flumina largiſſima ſanguinis innocentiſſimi profluxerunt. Tunc lauit in vino candido ſtolam innocentiæ patientis. Velim nihilominus vt etiam vindemiam illam ſed nobis infauſtam ſemper ob oculos habeatis, quando ſcilicet ingredietur vineam illam quę [a] ei conuerſa eſt in prauum, [b] à qua dum expectaret vuas,recepit labruſcas; à qua dũ deſideraret vt faceret iudiciũ, & ecce iniquitas;& iuſtitiam, & ecce clamor. Quando introibit vineam vinitorum nequam,quorum [c] vinea de vinea Sodomorum & de ſuburbanis Gomorræ;quorum vua,vua fellis,& botri amariſſimi;quorum vinum fel draconum inferni,& venenum aſpidum inſanabile. [d] Quando Angelus exibit de altari & clamabit voce magna ad eum qui habet falcẽ iuſtitiæ & iudicij acutam, dicens: Mitte falcem tuam acutam, & vindemia botros vineæ terræ, terrenos; quoniam maturæ (completa eſt iam malitia eius) ſunt vuæ eius. Quando Angelus teſtamenti mittet falcẽ ſuam acutam in terram,& vindemiabit vineam terrenam, & mittet in lacum iræ Dei magnum,& exibit ſanguis de lacu inferi vſque ad frænos equorum,per ſtadia mille ſexcenta,quãdo in die iudicij calcabit in furore ſuo peccatores. quando ſanguine eorum inebriabit terram, tunc pallium iuſtitiæ vindicis,lauabit in ſanguine vuæ fœtido,contaminato peccatorũ. Lauabit in ſanguine vuæ pallium ſuum. Hoc duplex lauacrum filij hominis expreſſit clarè Iſaias Propheta Angelos admirantes veſtitũ Chriſti inducens interrogantes eum. [e] Quis eſt,inquiunt,qui venit de Edom, tinctis veſtibus de Boſra? iſte formoſus in ſtola ſua, gradiens in multitudine fortitudinis ſuæ? Reſpondet filius hominis, ego ſum qui loquor iuſtitiam, & propugnator ſum ad ſaluandum. ego ſum qui ſanguine immaculato reſperſus,pro homine apud tribunal Diuinũ aduocati cauſam agens,loquor iuſtitiam eius contra tyrannidem Satanæ, & ego tinctis veſtibus meis, madida ſtola mea propugnator ſum ad ſaluandum.

Allegoria crucis, & Chriſti patientis.

a Hier. 2.
b Iſai. 5.
c Deuter. 32.
d Apo. 14
e Iſai. 63.

Ecce

Ecce. Lauabit in vino ſtolam ſuam. Rurſus percontantur ab ipſo. Quare modo rubrum eſt veſtimentũ tuum,& veſtimenta tua ſicut calcãtium in torculari? Reſpõdet filius hominis: Torcular calcaui ſolus,& de gẽtibus non eſt vir mecum; calcaui eos in furore meo, & conculcaui eos in ira mea,& aſperſus eſt ſanguis eorum ſuper veſtimenta mea,& omnia indumenta mea inquinaui. Dies enim vltionis in corde meo, annus retributionis meæ venit. Circumſpexi & non erat auxiliator; quæſiui & nõ fuit qui adiuuaret,& ſaluauit mihi brachium meum,& indignatio mea ipſa auxiliata eſt mihi. Et conculcaui populos in furore meo, & inebraui eos in indignatione mea,& detraxi in terram virtutem eorum. Ecce videtis, quod lauabit in ſanguine vuæ, pallium ſuum. Patriarcharum filius lauabit in vino ſtolam ſuam, & in ſanguine vuæ, pallium vindicantis iuſtitiæ. Cum igitur Chriſtus ſit ille Rex & Princeps à Iacob prænunciatus; vt vaticinia Patriarcharum ſuam habeãt veritatem. ipſemet Chriſtus de ſeipſo prædicit: Et tunc, ſcilicet, poſtquam illa hortenda præceſſerint ſigna, videbunt filium hominis venientem ad iudicium. Videbũt filium, non Patrem, vel Spiritum ſanctum; Pater ſiquidem & Spiritus ſanctus non ſunt filij Patriarcharum. Videbunt filium hominis, non filium Dei; Filius etenim Dei ex Deo, filius verò hominis ex hominibus natiuitatis ſubſtantiam aſſumpſit. Videbunt filium hominis. Hoc idem vaticinium S. Patriarchæ confirmauit Propheta Dauid dicens: Deus noſter manifeſtè ueniet,& non ſilebit, id eſt, Perſona illa Diuina quæ magis noſtra eſt quàm aliæ duæ, veniet ad iudicium. Quis eſt iſte Deus, qui magis eſt noſter quàm alius? Filius hominis certè. Is enim noſter eſt, quia noſtram carnem aſſumpſit, noſter, quia ex nobis natus eſt. noſter, quia inter nos conuerſatus eſt. noſter, quia paſſus & mortuus eſt pro nobis. noſter, quia nos ſaluauit,& redemit nos. noſter, quia animam ſuam poſuit pro nobis: ſanguinem ſuum effudit pro nobis; nobis corpus ſuum in edulium donauit, ſeipſum,& omnia ſua nobis conceſſit. Deus ergo ſed noſter manifeſtè veniet. Non videtis hoc idem denunciari à Chriſto dum ait: Tunc videbunt filium hominis. Chriſtus dicit, Filium hominis; Propheta verò, Deus noſter. Propheta ait, veniet; Chriſtus venientem. Propheta vaticinatur, veniet manifeſtè & non ſilebit. Chriſtus venientem in nubibus; Propheta prędicit, Aduocauit cęlum deſurſum,& terram diſcernere populum ſuum; Chriſtus autem, Veniet in nubibus cum poteſtate & maieſtate magna. Vt igitur Prophetiæ Sanctorum Patrum quæ filium hominis venturum dicebant impleantur, prima ſit ratio quare Filius, non Pater, neque Spiritus ſanctus, ſed Filius, & ille hominis, in forma ſcilicet humana veniet.

Pſal. 49.

Secũda ratio cur Filiꝰ veniet.

Eſt & altera cauſa cur filius hominis veniet ad iudicandum, quia ipſe eſt conſtitutus à Deo iudex viuorum & mortuorum. Dominus & Rex vniuerſorum. Conſuetudo lege iuſtitiæ obfirmata obtinuit, vt iudicium

ſerui ad proprium non alienum Dominum pertineat; abſurdum quippè eſſet ſi Rex Polonorum iudicium ſibi ſuper Moſchos, qui eius ditioni iure ſubiecti non ſunt vſurparet. Quum.n.iudicis munus ſit, bonos præmijs afficere, malorum verò audaciam poteſtate cōprimere, facinoroſorū quoque ſceleribus demeritas adhibere pœnas: temerè ſibi iudicium Rex ille vſurparet; quum in gente illa neque bona aliqua, quibus bonos præmiare debeat, poſſideat, neque potentiam qua malos coerceat, habeat. Chriſtus verò vtrumque à Patre obtinuit, Dominium.ſ.ſuper bona cœleſtia & mala inferni, & poteſtatem ſuper omnes gentes. Poſtula, ait Deus, ad filium hominis cui poſtulare conuenit, à me & dabo tibi gentes hęreditatem tuam & poſſeſſionem tuam terminos terræ, reges eos in virga ferrea, & tanquam vas figuli confringes eos. Daniel verò vbi aſpexit expaueſcendum apparatum extremi iudicij, dum throni poſiti ſunt & antiquus dierum ſedit, amictus veſtimento candido quaſi nix: Thronū quoque illum flammarum ignis, cuius rotæ ignis accenſus, à cuius facie fluuius igneus rapiduſq; egrediebatur; poſtquam intuitus eſt, vidit in viſione noctis illum cui hæc ſedes parata erat: Aſpiciebam inquit & ecce cum nubibus cęli, quaſi filius hominis ueniebat, & uſque ad antiquum dierū peruenit, & in conſpectu eius obtulerunt eum, & dedit ei poteſtatem & honorem & regnum, & omnes populi, tribus, & linguæ ipſi ſeruient. Poteſtas eius, poteſtas æterna quæ non auferetur, & regnum eius quod non corrumpetur. Quod ſi in iudice exacta rerum notitia & perfecta legum ſcientia requiritur, ut.ſ. nouerit acta hominum ad iuſtitiæ leges tanquā ad normam aureā referre, & ea facta ut regula quadam menſurare; Chriſto autem filio hominis datum eſt normam &, ideam rectitudinis oīum operum hominis, uerbum.ſ.increatum quod eſt imago omnis boni & iuſti, ab inſtanti conceptus illius intueri: Chriſto liber ille æternus clauſus ſigillis ſeptem porrectus eſt ad deuorandum in incarnatione uerbi Diuini: Chriſto conceſſum eſt ut agnoſcat, an quod per illud æternum uerbū, in initio temporis rectum & omni ex parte perfectum creatum eſt, an in ea perfectione & rectitudine permanſerit, an uerò ab illa rectitudine ſui exemplaris declinauerit: Chriſto referre conuenit ad ideam verbi, an qđ homo gratiam & iuſtitiā originalem turpiter amiſit, congruat hoc ad primam hominis per verbum creationem in gratiæ & iuſtitiæ decore: Chriſto videre congruit, an Deo rationem, rationi voluntatem, voluntati appetitum, appetitui corpus non obedire; an more brutorum impudicè viuere, an ad inſtar Dæmonum præcepta Dei contemnere atque violare, Deo cultum debitum alijs impendere, Sathanam & creaturas irrationales pro Dijs venerari, omnia Diuina & humana temerare, neque parentibus honorem, neque ſuperioribus obedientiam, nec æqualibus amorem exhibere, naturæ vſum & iura prætergredi, omnibus abuti, omnia illicita attentare & perpetrare: Chriſto inquam videre congruit, an hæc omnia

Pſal.2.

Dan.7.

Allegoria icarnationis Chriſti.

homini

homini ex prima ex prima illius ad ſimilitudinem verbi Diuini creatione conueniant nec ne: Chriſtus in verbo leget, (audite hæc omnes gẽtes) & vniuerſo orbi palam faciet, quod deierare, eo quod non conuenit ad ſimilitudinem ſuæ ideæ, homini æternum pariet cruciatum; quod intendere impudicis oculis in mulierem, amicis inuidere, plenum iracũdia & furore pectus geſtare; vt fornacem accenſam illicitis amoribus feruens cor circumferre, mammonæ ſeruire, occultè in proximum maledicta conijcere; aliorum fortunas diripere; ſua pauperibus non elargiri; ſanguine innoxio maculare manus; efferri in omnem luxum & congreſſum laſciuũ; quaſi ex ſigno quodam & condicto, per vitiorum & flagitiorum omnium abrupta currere, eo quod non conuenit ad ſimilitudinem ſuæ ideæ, hominẽ faciet ſempiterno igni obnoxium: Horum omnium meminiſſe vos cuperem: Si.n. noſtrum cuiuſquam occultum crimen aliquod, hoc ipſo die in medium delatum, Regi qui poteſtatem puniendi habet, vel etiã huic modo conſpectui conſeſſus veſtri innoteſceret; nonne fieret vt ille interire, ac terram ſibi potius dehiſcere, quam Regem & tã multos peccati ſui teſtes habere mallet? Quid igitur tum nobis fiet miſeris, quum omnia Regi vniuerſorum & vniuerſo orbi palam facta, in tam aperto tamque illuſtri theatro denudata, hominum nobis partim cognitorum, partim incognitorum, ac præcipuè Dei noſtri oculis ſubijcientur? Quid obſecro te, tũ facturi ſumus, quum vincti frendentibus in exteriores tenebras dentibus abducemur? Seu potius quid facturi ſumus (quod ipſum omnium terribiliſſimum eſt) cum Regi noſtro occurremus? cum ab illo à quo occultari & deleri debebant ſi volueramus, ſcelera noſtra palam fieri videbimus? Solus certè facta noſtra examinabit; ſolus librum illũ in quo omnes & cogitationes & locutiones & operationes expreſſæ ſunt aperiet &

Apoc. 5. leget, num rectè ſe habeant? Nemo dignus eſt, ut uidit Ioannes, inuentus aperire librum, nec uidere eum; Solus Leo de tribu Iuda, radix Dauid, vicit aperire librum & ſoluere ſeptem ſignacula eius; Solus Agnus occiſus qui ſtabat in medio throni & quatuor animalium, & in medio ſeniorum, uenit & accepit de dextera ſedentis in throno Librum; Coram ſolo agno occiſo, quatuor animalia & uiginti quatuor ſeniores ceciderunt, habẽtes ſinguli cytharas & phialas aureas plenas odoramentorum quæ ſunt orationes Sanctorum, & cantabant canticum nouum, dicẽtes, Dignus es Domine accipere Librũ, & aperire ſignacula eius, quoniam occiſus es, & redemiſti nos Deo in ſanguine tuo: Quapropter multitudo illa angelorum in circuitu throni & animalium & ſeniorum, quorum erat numerus millia millium ſoli agno occiſo conclamabant, & confitebantur plenam iudicandi poteſtatem, dicentes uoce magna, Dignus eſt Agnus qui occiſus eſt accipere uirtutem & Diuinitatem, & ſapientiam, & fortitudinem, & honorem, & gloriam, & benedictionem, & omnem creaturam quæ in cœlo eſt, & ſuper terram, & ſub terra: Chriſto igitur ob Dominium & pote-

tem

tem uniuerſorum & propter coniunctionem ad uerbum, conuenieт iudicare; Neque.n. Pater iudicat quenquam, ait ipſe Chriſtus, ſed omne iudicium dedit Filio, quia iudicium meum iuſtum eſt, quia non quæro uoluntatem meam ſed uoluntatem eius qui miſit me: Pater omne iudicium dedit Filio, ut omnes honorificent Filium ſicut honorificăt Patrem: Huius poteſtatis iudiciariæ, nonnulla particularia iudicia iam exercuit: Quis.n. ut Chryſoſtomus quęrit, totum orbem inducto diluuio ſtagnauit, ac graue illud naufragium, omnimodamq; generis noſtri perditionem effecit? Quis deinde fulmina illa telaque flammantia ſuper terram Sodomorum demiſit? Quis uniuerſum Ægypti exercitum in mari demerſit? Quis ſexcenta Iſraelitarum millia in eremo cōſumpſit? Quis ſynagogam Abyron combuſſit? Quis ſubter eos qui Core & Dathan adhæſerunt, telluris os aperuit deuorareque iuſſit? Quis ſeptuaginta illa millia, propter Dauidis peccatorum multitudinem, uno temporis momento peſte occidit? Commemorabone & eos qui priuatim puniti ſunt? An Cain illum continuo traditum ſupplicio? An lapidatum cum omni ſuo genere Charmen? An eum qui propterea quod Sabatho ligna collegiſſet, idem paſſus eſt? An quadraginta illos pueros à beſtijs conſumptos, quibus neque propter ætatem parcitum eſt? Si uerò eadem etiam poſt gratiă uidere uolueris, perpende quanta Iudæi paſſi ſunt: Quomodo liberos ſuos comederint mulieres, illæ quidem aſſantes, iſtæ uerò aliàs conſumentes: Quomodo extremæ fami, belliſque uarijs & grauibus traditi omnes ſuperiores tragedias calamitatum ſuarum abundantia ſuperauerint: Quod autem iſta omnia Chriſtus intulerit, non uana ſuſpicione mouetur Chryſoſtomus; hoc.n. ipſum antea Iudas in ſua Canonica docuit dicens, Commonere uos uolo ſcientes ſemel omnia, quoniam Ieſus (non Naue, cum iſte Angelos nequaquam è cœlis exturbarit, ſed Ieſus filius hominis) ſemel de terra Ægypti ſaluans, ſecundo eos qui non crediderunt perdidit: Angelos uerò qui nō ſeruauerunt ſuum Principatum, ſed dereliquerunt ſuum domicilium, in iudicium magni diei uinculis æternis ſub caligine reſeruauit; ſicut Sodoma & Gomorra & finitimæ Ciuitates ſimili modo exfornicatæ & abeuntes poſt carnem alteram, factæ ſunt exemplum, ignis æterni pœnam ſuſtinentes. Hoc ipſum Chriſtus per parabolas Iudæis prædicabat; Vt quādo dicit, Eos uerò qui noluerunt regnare me, adducite huc & interficite. Idē dicit per parabolam uineæ & nuptiarum; manifeſte uerò quādo minatur quod caſuri ſunt in ore gladij, quodque captiui abducendi ſint intèr gentes, & quod anxietas in terra gentium deſperatis rebus futura ſit, reſonante mari ac fluctibus, areſcentibus hominibus præ timore, & quod futura ſit tribulatio talis, qualis neque fuerit, neque futura ſit unquam: Manifeſtius uerò cum duos adeptus eſſet latrones, oſtendit poteſtatem ſibi traditam, non eiſdem dignatus utrumque; ſed hunc quidem in Regnum índuxit, illum uerò in gehennam dimiſit: Manifeſtius adhuc hanc eandem po-

Ioan 5.
Hom. 25. in epiſ. ad Roman.
Ioſue 7.
4. Reg. 2.
Luc. 19.

tentiam

tentiam declarabit,cum ad iudicium horrificum ueniet,& tribunal tremendum cum indignatione conſcendet,cum videbunt Filium hominis veniẽtem in nube cum poteſtate magna & maieſtate; dum hos à dextris ſuis in gloria æterna collocabit; alios verò in ignem inextinguibilẽ Diabolo & Angelis eius paratum,irreuocabili ſententia condemnabit: Eo tẽpore ille Deus noſter qui manifeſte veniet non ſilebit amplius, non patiẽter ſufferet amplius,ſed aduocabit cœlum deſurſum, & terram diſcernere populum ſuum,dicet,Congregate mihi ſanctos meos,congregate mihi hos hypocritas qui ſub nomine Chriſtianorum & Sanctorum meorũ, flagitiorum multitudine repleti erant: Adunate mihi & illud regale ſacerdotium & populum peculiarem,qui ordinabant teſtamentum meum ſuper ſacrificia,qui cum mala innumerabilia auderent,& tot in ſe vitiorum genera ſuſciperent, rapientes, in bona aliorum per auaritiam inuadentes,occidentes,adulterantes, ſanguinem ſanguine miſcentes; exiſtimabant ſe præclarè gerere, & legem ac teſtamentum adimplere , ſi mihi oues & vitulos ſacrificarẽt: Qui poſtquam congregati fuerint,poſtquam Chriſtiani & Iudæi proceſſerint ad tribunal tremendum , hac voce furibunda alloquetur Iudæos,Accedas huc gens mea olim electa, audi populus meus & loquar tibi,Deus,Deus tuus ego ſum; antea quidem vos ſurdi,& orbi & nullo ſenſu prædití , audire me renuiſtis dum vobis me eſſe Deum veſtrum denunciabam,blaſphemiam me proferre, ſceleſto ore me blaſphemantes , dicere veriti non eſtis : Sacerdotes veſtri ad meam meæ Diuinitatis confeſſionem veſtes deſcindebant: vos nomẽ Diuinum mihi aſcribi nunquam paſſi eſtis:Nunc ergo audi populus vel inuite meus,me agnoſce modo,Deus,Deus tuus ex tuo ſemine, ex tuis Patriarchis & Regibus , ex Maria Virgine tua natus ego ſum ; velis nolis me audi : Miſeri tunc dicent ad eum,Quid nobis iucundum denunciabis? Non illud quidem iucundum ſed triſte,Arguam te,non in ſacrificiejs tuis; licet & in his

Malach. 1 nomen meum deſpexiſtis, & cõtaminaſtis mẽſam meam,offerentes mihi panem pollutum, inferentes in altare meum de rapinis mutilum & lan-

Iſai. 1. guidũm: Verum iſta tranſeant;non in ſacrificijs tuis arguã te:Quid.n.mihi multitudinem ſacrificiorum veſtrorum? Plenus ſum;Holocauſta arietum & adipem agnorum & ſanguinem taurorũ & hircorum nolo; Quis requiſiuit hæc de manibus veſtris? Deus,Deus tuus ego ſum:Deum non fumo,nec nidore,ſed per optimam uitæ inſtitutionem incorpoream & in mente ſitam colere & honorare oportet:Non accipiam de manu tua uitulos,neque de gregibus tuis hircos; quoniam meæ ſunt omnes feræ ſyluarum,iumenta in montibus & boues;cognoui omnia uolatilia cœli & pulchritudo agri mecum eſt; neque etiam eſurio ut dicam tibi: Deus.n.non eſurit neque defatigatur; Quod ſi etiam eſurirem,non dicerem tibi;meus eſt.n.orbis terræ,& plenitudo eius:De quo igitur arguam te: Eò quod nõ immolaſti mihi Deo tuo ſacrificium laudis, eò quod omnia uituperanda,

omnia

omnia infanda & conuitia & blaſphemias & contumelias,ad extremum ignominioſiſſimam mortem in me cōduxiſti: Maledictum noſti eum,ex lege,qui pendet in ligno: me ligno crucis ut quendam maledictum affixi ſti: Hoccine eſt ſacrificium laudis? Pręceperat uobis Deus per Moyſen ut uoci meæ obedlretis;uos ſemper rebelles mihi fuiſtis : Pater meus dū me in orbem terræ media nocte inducebat, omnibus uobis me adorare præcepit,in me credere,me amare, me ſuſcipere, doctrinam meam amplecti, iuxta uelle meum uitam inſtituere, me in omnibus inſequi;uos non modo non adoraſtis,ſed adorantium ora obturaſtis,ſed maledictis proſcidiſtis;non modo non credidiſtis ſed credentibus in me Synagogæ ingreſſum interdixiſtis;non modo non amaſtis ſed odium perpetuum in me exercuiſtis; non modo non ſuſcepiſtis, ſed eieciſtis; non modo non ſecuti, ſed me perſecuti eſtis,in Synagogis, in conciliabulis, in horto mihi manus nefarias inieciſtis, me ut latronem uinculis ferreis colligaſtis ; me ad tribunal profanum traxiſtis;corpus meum flagellis,arundine, alapis,ſpinea corona,uulneraſtis;hæc non ſufficiebant ſceleri ueſtro, me clauis cruci appendiſtis:hæc pauca erant immanitati ueſtræ,me mortuū lancea con fodiſtis:Hoccine eſt ſacrificium laudis? Hæccine ego commerui à uobis? Dignum eſt talia in Deum ueſtrum perpetrare? Quæ gens unquā eiuſmodi Deo ſuo fecit? Quid uobis feci? Quid uobis conferre potui & non contuli? Hęccine gratitudo pro beneficijs acceptis. Vide modo quia ego De° & Deus tuus ſum. Videte in quem peccaſtis. Videte quem cōfixiſtis. Ego meipſum Deum falsò non faciebam: Deus,Deus tuus ſicut modo ſum ſic olim eram: Quis unquam homo natus eſt è uirgine ? Quis talem ſtellam oſtendit ? Quis Magos tanto duxit itinere, nō ui aut neceſſitate ſed mea perſuaſione ac reuelatione? Vides quod uniuerſa creatura me Dominum cognoſcebat: Prima cedebat natura,nec poterat repugnare nec contradicere dicens, partum non expedio, non didici ex utero uirginis infantem producere, non noui matrem facere abſque coniugio; ſed ſuis ceſſit finibus; me.n.Dominum cognouerat: Iam uerò mihi nato Angeli adfuerūt, me qui ſum in cœlis,eſſe in terra ſignificantes, & cœlum terra facta fuit, utpote quia Deus hic eram, Deus tuus eram:dum infirmos curabā,eijciebam Dæmones,undarum tumorem & furores uentorum ſedabam,ſuper aquas ſicco ueſtigio incedebam,vos famelicos multiplicata annona ſaginabam,uos peruerſos è templo proijciebam,opera mea me eſſe Deum teſtabantur: Et non tantum ipſa ſed & inſenſibiles creaturæ; dum uos ex meo lacero corpore oculos paſcebatis,ſol oculos ſuos à uobis auertit,& oculos ueſtros,ne adeo indigna me pꝑeſſum intueremini,obcæcauit: terra tremebat, petræ ſcindebantur, manes ex inferno gregatim currebant, atrocia mihi eſſe à uobis illata uobis in ſcelere obfirmatis indicantes: Audi ergo,Deus Deus tuus ego ſum. Videbunt equidem tunc quem pupugerunt, uidebunt & uidere utique non uellent eum quem crucifixerunt.

Quæ tūc mens eorum? quis angor? qui dolores quos ex aſpectu filij hominis eos inuadent? Ob id nō immeritò dixerim, tertiam rationem eſſe cur filius hominis in humanitate ueniet, ut, ſ. ad maiorē cōfuſionem gentis Iudææ cicatrices ab illa receptas in ſuo corpore glorioſo oſtendat; atque in quemnam peccarit, quod non in hoīem purum ſed Deum & hominem tot ſcelera commiſerit, demonſtret. Ecce uenit, ait Ioan. cum nubibus, & uidebit eum omnis oculus, & qui eum pupugerunt. Et plangēt ſe ſuper eum omnes tribus terræ. Quid uerò falſis Chriſtianis loquetur? Peccatori autem dixit Deus, Quare tu enarras iuſtitias meas? Cur tu profiteris te iuſtitię meæ cultorem eſſe? Chriſtianum te eſſe plenis buccis iactitas? tu uerò odiſti diſciplinam, & ſermones meos proiecisti retrorſum? Hæccine ſunt iuſtitiæ Chriſtianæ opera? hæc Chriſtiani hominis ſigna? Chriſtiani emētitum nomen habere, & Chriſtiani opera abnegare? Chriſtum verbis imitari, & factis impugnare? O ſceleſte, ò peſſimū genus hominum: Quid facit in homine Chriſtiano dæmonis pectus? Nullo rigore diſciplinæ vos à malo cohibere potui, non præceptis, non conſilijs, nō minis, non promiſſionibus, non pœnarum grauitate, non ſublimitate pręmiorum, non maiorum veſtrorum authoritate; odiſtis diſciplinam meā, & ſermones meos poſt tergum abieciſtis; poſticum legibus meis mandaſtis, ad omne nefas & flagitium vt equi pręcipites corruiſtis. Quæ ſint iſta mala, ſi vobis è memoria exciderint, ſi noſſe cupitis. Iſta ſunt. Si videbas furem illum qui diuinitatem & Cœlorum Regiam ſedem, & maieſtatem & potentiam & beatitudinem mihi iniquē niſus eſt furto auferre, currebas cum eo: pari paſſu ad ſcelus vt ille ruebas. Ille fidem mihi datam ſubiectionis violauit; tu fidem mihi in baptiſmo datam violaſti. Ille rebelles ceruices contra me erexit; ille ſcientiam omnium, Thronum Diuinum, Diuinitatem, felicitatem ſupremam mihi velle abripere auſus eſt; ille ſibi ipſi ſeipſum ſuperbiſſimum idolum pro me Deo conſtituit; tu nonne currebas cum eo? nonne ad inſtar illius hæc omnia perpetraſti? nōne ventrē tuum, paruum pugillum terræ aureæ, retia adinuentionum tuarum, pellicem tuam pro Deo adoraſti? mihi Diuinitatem ereptam, ventri tuo, tibiipſi, creaturis viliſſimis non attribuiſti? Si uidebas furē, cum illo in malitia cōtendebas: & cum adulteris, qui tecum commixti ſunt ſubtus arborem illā paradiſi, cum adulteris quibus affectionum tuarum diuaricaſti pedes, (pes.n. tuus, amor tuus,) portionem tuam ponebas; vt illorum tecum adulterantium, ſic tuum os abundauit malitia, & lingua tua concinnabat dolos: periuria, blaſphemias, maledicta, cōuitia, detractiones, ſuſurrationes: Sedens aduerſum fratrem tuum loquebaris, & aduerſus filiū matris tuæ ponebas ſcandalum; aduerſus eum qui matri fuit in partu cauſa eorundē dolorum; qui fuit eiuſdem vteri ſocius; qui domus, mēſę & alimenti fuit eiuſdē particeps; qui ex eadē radice germinauit; qui idē hēt ortus principiū; q ab ineūte ętate tecū creuit, cū maledictis inſectatus es; & nō ſolū inſectatus,

Tertia ratio, cur filius hominis veniet

Apoc. 1.

ſectatus, ſed ét in opus deduxiſti īſidias; Laqueos ante pedes ei⁹ ſtruxiſti;
Proieciſti ſermones meos retrorsū. Sermones mei quos tibi in mōte p̄di-
caui, erāt, Niſi abundauerit iuſtitia veſtra plusq̄ Scribarū, & Phariſęorū; Math. 5
malitia veſtra malitiam Iudæorum infinitis partibus ſuperauit: Sermo & 7.
meus ad vos factus erat, Non iraſceris; ne dicas fratri tuo racha vel fatue;
ne ad altare meum irreconciliatus fratri accedas; ne laſciuo oculo aſpi-
cias mulierem: Oculum ſcandalizantem vel manum vel pedem offendi-
cula ponentem erue & proijce à te: Non periurabis; nō iurabis omnino,
neque per cœlum, quia thronus Dei eſt; neque per terram, quia ſcabellū
eſt pedum eius; neque per Ieroſolymam, quia Ciuitas eſt magni Regis;
neque per caput tuum iuraueris, quia non potes vnum capillum album
facere aut nigrū: Vos ſermones meos proieciſtis retrorſum, & irati eſtis,
& manus ſanguine cruētaſtis, & maledictis fratres inſecuti eſtis, & ad al
tare meū ira ſucceſos animos habētes, odio feruētes, acceſſiſtis: & męcha
ti eſtis, & vos ſcandalizantes mutrijſtis, & iuraſtis per me & per creatu-
ram; & quod nefas eſt dicere, per verecundiora mea, & matris meæ, &
ſanctorum meorum deieraſtis; proieciſtis ſermones meos poſt tergum:
Concio mea erat, Sit ſermo veſter, eſt, eſt: non, non: quod autem his abu-
dantius eſt, à malo eſt: non reſiſtite malo: qui te percuſſerit in dexteram
maxillam præbe ei & alterā: Diligite inimicos veſtros; bene facite ijs qui
oderunt vos; orate pro perſequentibus & calūniantibus vos; Eſtote perfe
cti ſicut & pater veſter cęleſtis; ne iuſtitiam veſtram faciatis coram homi
nibus: Nolite theſaurizare vobis theſauros in terra, ſed in cęlo: Nolite ſer
uire mammonę, ne ſolliciti ſitis de craſtino: Nolite iudicare & nō iudica-
bimini: Omnia quæcumque vultis vt faciant vobis homines, facite illis
& vos: Intrate per anguſtam portam: Quid eorum feciſtis vos? ſeu quid
malorum non perpetraſtis? proieciſtis meos ſermones poſt tergum: Os
veſtrum abundauit malitia, lingua veſtra concinnabat dolos, non dice-
bat eſt eſt, non non: manus veſtræ ſanguine inimicorum plenæ ſunt, ini-
micos veſtros exoſos habuiſtis, odio vos perſequentes malis omnibus af-
feciſtis: Veſtra opera, inſpectante mundo, cum ſuperbia peregiſtis: Diui
tiarum theſauros in terram, non in cœlum, nōn in ſinum Chriſti, non in
manus pauperum intuliſtis; omnia quæ noluiſtis ab hominibus ſuſtine-
re, hominibus intuliſtis: Proieciſtis ſermones meos retrorſum: ſi vidiſtis
aliquem furem, prædonem, vſurarium, oppreſſorem pauperum, depilato
rē pupillorum cucurriſtis cum eo; & cū adulteris, fornicatoribus, ſacrile-
gis, inceſtis, ſtupratoribus, maſculorum amatoribus, ganeonibus, para-
ſitis, aſſentatoribus, ebrioſis, cum hominum perditorum fęcibus portio
nem veſtrā poſuiſtis: Hæc feciſtis ſub nomine Chriſtiano, & ego tacui,
ego patiens fui, nomen meum propter vos inter gentes male audiri paſ-
ſus ſum: Exiſtimaſti iniquè, quod ero tui ſimilis: putaſtis quod ego ad ſi-
militudinem veſtram, ò facinoroſi ò perditi, eſſormādus eram? quod hæc

ueſtra ſcelerũ maculis horrendè deturpata facies meo pulcherrimo vultui ſimilis ſit? quod ad meam imaginẽ his flagitijs uos effinxiſtis? quod hæc mea idea ſit? quod hæc Chriſtiani hominis ſimilitudo? Chriſtianum conueniebat Chriſto conformari; exiſtimaſti quod ego tibi ſceleſto ſum
Eſai. 42. ſimilis? Hæc feciſtis & tacui: Tacui, ait Iſaias, quod Dominus ſicut fortis egredietur, ſicut vir præliator ſuſcitabit zelum, vociferabitur & clamabit, ſuper inimicos ſuos confortabitur: ſemper ſilui; patiens fui: Sicut parturiẽs loquar, diſſipabo & abſorbebo ſimul: Dies vltionis in corde meo, annus retributionis meæ venit; annus peccandi veſter iam tranſiit: modo calcabo vos in furore meo; modo conculcabo vos in ira mea: Arguã te & ſtatuam contra faciem tuam, vt in ſempiterno pudore & ignominia ſuffundaris. Quis ad has voces non expaueſcet? quis non contremiſcet? ſi populus Iſrael ſuſtinere nequiuit maieſtatis eius vocem, dum illis leges condebat, & in tabulis petreis digito ſcriptas porrigebat, ſed timore perculſi, Loquere tu nobis, dicebant Moyſi, & audiemus, non loquatur nobis Dominus, ne fortè moriamur: quis ſuſtinebit furibundam vocem illius, tunc cum veniet non ad leges inſtituendas, ſed puniendos tranſgreſſores legis? Si Paulus vas electionis tanto ſtupore ac tremore concuſſus fuit, dum vindicem ac Dominum agnouit, quem anteà cõtempſerat, dum vocem illam, Saule, Saule quid me perſequeris, audiuit, vt in terram ſemimortuus deciderit, quid facient vaſa iniquitatis, dum audient & videbunt Chriſtum ipſum in tanta gloria, in tali maieſtate venientem; dum reminiſcentur quomodo illum contempſerint, blaſphemarint, linguis nequam & operibus peſſimis in ſe crucifixerint. Vos ipſi perpendite quas horrendas voces tunc auribus veſtris inſonabit, ſi adeò terribiles in Paulum conclamauit: Paulum quidem ſuauiter à via peſſima, per quam amens currebat, auocare volebat; vitam illi donare, qui in necem Chriſtianorum aſpirabat, cupiebat; ſalutem illi pollicebatur, qui in perniciem Eccleſiæ graſſabatur; illum in gratiam & amicitiam licet ſpirantem minas & cędes in ipſum recipiebat: tamen admirandam maieſtatem Chriſti, & terrificam vocem eius ſic perſenſit, vt & cæcus & imbellis, & velut mortuus ceciderit in terram, tribus diebus nec cibum, nec potum guſtauit. Quo angore excruciabuntur illi? qua ſolicitudine afficientur? quos eadem Dei maieſtas non blanditiis, ſed minis; non vita, ſed interitu; non amoris indicio, ſed diſtricto gladio, omniq; ærumnarum genere excipiet? qui clementem Dominum ferre non poſſunt, iratum ferent? qui ad pęnitentiam vocantem perhorreſcunt, terroribus omnia replentem poterunt ſuſtinere? qui nec ſcelerum quidem conſcientiam ferre potuerunt, ſcelerum vltorem conſpicere audebunt? Scelera dimittentem audientes, viribus & anima deſtituuntur; ſcelera exprobrantem & vindicantem patulis auribus audient? Si miſericordiæ affectus ſimile quid morti adfert, iuſtitiæ actus quid faciet? Si facies reſplendens lumine, diuidit animam à

corpo-

corpore, quid faciet plena furore, ira candeſcens? Miſeros nos; quis abſq; timore & tremore ſuſcipiet in caput ſuum tempeſtatem ſæuam iræ ſuæ? quis ſtabit ad videndum eum? quis in corpore ſuo feroces ictus ancipitis gladij eius excipiet? Veniet tempus illud, & veniet in tempore opportuno, cum dicet, Hæc feciſti & tacui; Tacui ſemper, ſilui; ego vidi tot enormia tua peccata, tot blaſphemias, tot furta, latrocinia, vſuras, rapinas; ego audiui tot gemitus pauperum, laměta viduarum, pupillorum fletus; ego vidi tot laſciuos complexus; perpenſi fœtores carnalium delitiarum, adulteriorum, fornicationum; ego uidi aridam tuam deuotionem, orationes uagabundas, nullam reuerentiam Eccleſiæ meæ, cultus mei nullá ſpeciem, Sacramentorum grauem abuſum, contemptum clauium, excõmunicationum, cenſurarum, omnia flagitia tua ego aſpexi: Imperfectum tuum uiderunt oculi mei, & in libro hæc omnia conſcripſi, ibi hæc omnia legi: mihi ſoli datum eſt legere hunc librum obſignatum; tacui, patiens fui: exiſtimaſti quod ero tui ſimilis? Nequaquam: Inebriabo ſagittas meas ſanguine, & gladius meus deuorabit carnes: conculcabo populos in furore meo, & inebriabo eos in indignatione mea, & detraham in terram uirtutem eorum: diſſipabo & abſorbebo ſimul: Torcular ſolus calcabo, & aſpergam ſanguine eorum ueſtimenta mea, & omnia indumenta mea inquinabo: Lauabit in ſanguine ueſtro pallium ſuum. Intelligite igitur, ut cum ipſo uos alloquens finem faciam, hæc uos omnes, qui obliuiſcimini Deum; nequando rapiat & non ſit qui eripiat: Quam rapinam ut effugiamus nobis concedere digneris Chriſte ſaluator mundi, qui patienter nos ad pęnitentiam expectas. Amen.

Tunc videbunt Filium hominis venientem cum Maieſtate.

FASCICVLVS TERTIVS.

De Chriſti ad iudicium venientis Maieſtate & potentia.

VINDICIS Dei & illa non poſtrema proprietas eſt; vt priuſquàm flagitiorum meritas exigat pœnas, eas prænunciare de ipſiſque præmonere, ſeque vltorem ſeuerum fore, declarare dignatur. Cũ etenim non delectetur in perditione malorum, nihilque magis in votis habeat, quam vt peccatores fugiant à facie arcus, quem cõtra illos parauit & intendit: nihil magis curat quam dare metuentibus ſignificationem, vt ignitas ſagittas irę ipſius præcaueant: hunc morem in puniendo retinet, vt prius ſe vindicẽ denunciet, antequam vindicet. Poſſem id infinitis confirmare exemplis; ſed ne Soli lucem addere videar, vnum quod ad præſens inſtitutum attinet adfe

ram. Chriſtus prævidens ſocordem ignauiam hominum in fecibus pecca ti demerſorum, quod nihil de futura ſiue beatitudine, ſiue ſupplicijs cogi tarēt, ſed luxui & delitijs ſe totos darent, optimè ſciens quod apud Deū ſicut nullum bonum abſque præmio, ita nullum malum abſque pœna eſſe po teſt, vt ſibi à venturo iudicantis Dei furore proſpicerent, monebat. Vigila

Matt. 24. te, quia neſcitis qua hora Dominus veſter venturus ſit; quia ſicut in diebus Noe, ita erit & aduentus Filij hominis: ſicut in diebus ante diluuium e- rant comedentes & bibentes, nubentes & nuptui tradentes, vſque ad eū diem quo intrauit Noe in arcam, & non cognouerunt donec venit dilu- uium & tulit omnes; ita erit & aduentus Filij hominis. Illud verò ſcitote, quoniam ſi ſciret Paterfamilias qua hora fur venturus eſſet, vigilaret vti- que & nō ſineret perfodi domum ſuam. Ideo & vos eſtote parati, quia ne ſcitis qua hora Filius hominis venturus eſt. Ad hæc eadē verba alludens,

Apoc. 3. Angelum Sardis in Apocalypſi eodem modo præmonet. Si non vigilaue ris, veniam ad te tanquam fur, & neſcies qua hora veniam ad te. Filius er go hominis ad iudicium vniuerſale tanquam fur adueniet. Quę dum ego expendo, video vos à me perquirere: Quid eſt igitur quod in præſenti E- uangelio Chriſtus dicit ſe cum maieſtate venturum; Si veniet vt fur, quo modo cum maieſtate? & ſi cum maieſtate, quomodo vt fur? Fures dum ad furandum procedunt, nocte & illa quidem obſcura, ſine arbitris, ſine ſtre pitu incedunt; paſſus tardos & illos quidem quietos mouent, hac atq; il- lac ne ab aliquo videantur circunſpiciunt; qd ſi ad portam domus ſine pe riculo venerint, ne moto cardine ianua ſtrepitū reddat, diligenter cauēt; diligenter mox obſeruant ſi omnes ſomno oppreſſi iaceāt, ſi nullus eſt in aliquo angulo vigil cuſtos, vbi verò ſtrepitum vel muſtelæ perſenſerint, timore nimio perterriti, à furto plerunque abſtinere vellent; quod ſi vel arcam vel ſcrinium, vel cameram, in qua optima quæque repoſita ſunt, vel cellarium, vel promptuarium aperire cupiunt, ne lima ſtridorē faciat, ea ſurda vtuntur; ne claues ſonitu dormientes excitent, magnetem adhi- bent; ſic illi omnia & ſine ſocio, & cum pauore vehementiſſimo, inſcio & inuito Domino auferunt; non aduocant cętum hominum, non tubas reſo nare præcipiunt, non ſeruorum ſtipati numeroſa multitudine, latrocinia exercent; & vbi clanculum aliquid rapuerint, non in theatra vt ſuos aſtus detegant, deque illis glorientur, conſcendunt, ſed omnia ſecretò atque in viſceribus præ timore palpitantib. recondunt. Quid eſt ergò? Chriſtus ad iudicium veniet vt fur? & veniet cum maieſtate? Si fur non venit cū ma- ieſtate; quomodo Chriſtus extremo die, in ipſa gloria atque maieſtate Pa- tris, cum innumero Angelorum, Archangelorum, aliarumque poteſtatū exercitu veniet? Si fur venit cum timore & tremore, quomodo Chriſtus ſi veniet vt fur, cum tanta potentia & fortitudine vt nullum timeat, nihil vereatur, veniet? Si fur tacitò, ſine lumine, ſine ſtrepitu incedit; Chriſtus, ſi vt fur veniet, quomodo cum ſonitu maris, cum motu cœlorum & virtu tum cœ-

tum cœleſtium, cum tanto fragore vniuerſæ creaturæ, cum clangore tubarum Angeli adueniet? Si veniet vt fur, quomodo cũ maieſtate? & ſi cum maieſtate, quomodo vt fur?

Sed veniet prorſus velut fur, & veniet cũ maieſtate; ſi diuerſos ſtatus iudicij extremi aduertamus: Veniet vt fur, ad ſignorum horribiliũ oſtenſionem: Tũc.n. vt prædixit Chriſtus, homines delicijs laſciuient, nec magis aliquid aliud quam matrimonia, choreas, luxus, voluptates, carnis incentiua tractabunt; omnis caro tũc corrumpet viam ſuam; omnes Dei obliuio, & ſui cæcus amor inuadet. Diuinam volũtatem agnoſcere, eamq; totis viribus adimplere nihil curabunt: Salutis animæ curam habere, à vitijs abſtinere, commiſſa plangere, futura bona deſiderare, ſupplicia inferni exhorrere, probro tunc habebitur; omnes vt fatuas virgines lethargus vitiorum ſomnus ſopiet. Sicut erant in diebus Noe ante diluuium comedentes & bibentes, nubentes & nuptui tradentes, vſque ad diem qua uenit diluuium, & ſuſtulit uniuerſos, & non cognouerunt donec venit diluuium, & ſuſtulit vniuerſos; ſic erit & aduentus filij hominis: pluet primo ſanguineas guttas iræ ſuæ, cuius ſigna erũt in Sole & Luna & Stellis; & ad hæc ſigna demonſtranda ueniet tanquam fur, nemine ſperante, nemine uigilante. Erunt primo ſigna in Sole & Luna & Stellis, & in terris preſſura gentium præ confuſione ſonitus maris & fluctuum, areſcentibus iam hominibus præ timore & expectatione, quæ ſuperuenięt uniuerſo orbi: Nam & uirtutes cœlorum mouebuntur; Et tunc ueniet ad iudicãdum cum maieſtate: tunc uidebunt Filium hominis uenientem in nube cum poteſtate magna & maieſtate. Veniet cum maieſtate. Antea quidem in priori aduentu, uenit abſque ullo ſtrepitu multos cælans, & multos latẽs; Quid dico multos? cũ nec ipſa quidẽ uirgo, quę cum utero geſtabat, exactè nouerat arcanum myſterij: nec eius fratres credebant in ipſum, nec is qui videbatur eſſe pater, magnum quid de eo concipiebat: Et quid dico homines? Ipſum quoque Diabolum latuit; neque.n. ſi ſciuiſſet, tanto, poſt tempore in monte cum interrogaſſet, an eſſet Dei filius; neque id ſemel & bis & tertiò hoc feciſſet: Et ideo dixit Ioanni eum reuelare incipiẽti, Sine modo, hoc eſt, tace nunc; neque enim tempus eſt ut reueletur arcanum carnis ſuſceptæ conſilium; Volo adhuc latere Diabolum; tace ergo, ita.n. nos decet. Et cum à monte deſcendiſſet; iuſſit ut eum Chriſtum eſſe nemini dicerent; Tunc.n. uenit ut paſtor, qui quærebat ouem quę aberrauerat, & qui repugnantem feram uenari uolebat, & ideò ſeipſum adumbrabat. Quemadmodum.n. medicus non eſt protinus ægroto terribilis; ita nec ipſe in principio ſe uoluit aperire, ſed paulatim & ſenſim. Hunc itaque eius aduentum, qui fuit abſque ſtrepitu, ſignificans Propheta dicit, Deſcendet tanquam pluuia in uellus, & tanquam ſtilla quæ diſtillat ſuper terram: Neque.n. uenit perſonans ac perſtrepens; non turbãs ac tumultuans, non terram mouens, non fulgura emittens; non cęlũ con-

Chryſoſt. i Pſal. 49. tom. 1.

Matth. 1.

cutiens, non populos Angelorum immittens, non mediũ firmamentum diſrumpens, & ita ſuper nubem deſcendens; ſed abſque ſtrepitu per vterum Virginis, cum ea nouem menſibus illum tuliſſet; poſtea tanquam fabri filius in præſepi paritur, in vilibus faſcijs inuoluitur, inſidijs appetit, fugit cum matre in Ægyptum: deinde poſt mortem eius qui maxima ſcelera admiſerat, tunc reuertitur: & huc, & illuc obiens habitu ſemper erat vt vnus ex plebe, & erat illi veſtis vilis, & menſa vilior, perpetuus itineris ingreſſus, & ita perpetuus, vt ex itinere etiam defatigaretur. Sed non ſic tunc veniet, ſed adeo manifeſte, vt ne vllo quidem opus habeat, qui eius aduentum annunciet. Propterea ipſe quoq; ſuam claritatem ſignificans dicebat, Si audieritis Chriſtũ eſſe in penetralibus, ſi in deſerto, nolite exire. Sicut.n. fulgur exit ab oriente, & relucet vſque ad occidentem, ita erit aduentus Filij hominis. Nam hoc etiam in fulgure euenit, nec opus habemus aliquo qui annũciet, ſed ſimul ac apparuit, & omnibus & ſimul omnibus cognitum extitit. Ita etiam dicit Paulus, Quoniã ipſe Dominus in iuſſu, in voce Archangeli, in extrema tuba deſcendet de cęlo. Ita etiã Propheta vidit eum ferri ſuper nubes, & fluuium ante eum protrahi, & tribunal terribile, & quæ vitari non poſſunt vitæ reddendæ rationes: Tunc.n. tunc iudicio & ſententia opus eſt, & ideo non amplius vt medicus, ſed vt iudex apparet. Daniel itaque & thronum eius videt, & fluuium qui ante tribunal trahitur, & omnia illi ignita oſtenduntur, currus & rotæ, ſed nõ in principio, nec quando in primo aduentu venit tale quid oſtendit, non ignem, non fluuium, non aliquid eiuſmodi, ſed eſt præſepe, diuerſorium, tuguriũ, & pauper mater: Illic in primo aduentu vt miſericordiæ ſuæ magnitudinem oſtenderet (vt qua de cauſa in maieſtate ad iudicium veniat, etiam inſinuemus) ea opera perfecit, quæ omnem mentis humanæ captũ excedunt: hic in ſecundo aduentu, vt potentiæ & iuſtitiæ ſuæ ad eum diẽ patienter conſeruatæ magnitudinem demõſtret, ijs ſignis maieſtatis quæ omnem creaturam pauidam & trementẽ reddent patefacient; Illic vt miſericors appareret, nocte intempeſta natus eſt; dum quietum ſilentiũ tenerent omnia, & nox in ſuo curſu medium iter perageret, omnipotẽs ſermo à Regalibus ſedibus venit: Hic autem in meridie, vt ab omnibus conſpiciatur adueniet: In primo aduentu natus eſt in ſordido tugurio: in ſecundo aduentu, congregabo, ait, omnes gentes & deducam eas in vallem Ioſaphat, & ibi diſceptabo cum eis.

Prima cã cur in maieſtate veniat.

Antitheſis aduentus Chriſti duplicis.

Ioel 3.

In primo aduentu in ſtabulo natus vilibus faſcijs inuolutus eſt; in ſecundo aduentu nubibus & lumine amictus, adueniet, & poſuit, ait Pſaltes, tenebras latibulum ſuum, in circuitu eius tabernaculum eius, tenebroſa aqua in nubibus aeris: In primo aduentu in præſepi collocatus eſt; in ſecundo, aſcendit ſuper Cherubin & volauit, volauit ſuper pennas ventorum; in ſecũdo thronum igneum, cuius rotæ flammæ ignis, à quo fluuius igneus rapiduſque egredietur, conſcendet: dum miſericordiam palam facere

Pſal. 16.

cere volebat inter duo animalia recubare dignatus eſt: dum iuſtitiam no tam faciet,non cũ duobus iumentis, non cum Moyſe & Helia,vt in tranſfiguratione,ſed cum innumero Dominationum,Poteſtatum,& Seraphinorum exercitu veniet; non iam flatu beſtiarum incaleſcet, ſed aſcendet fumus in ira eius,& ignis à facie eius exardeſcet, carbones ſuccendentur ab eo;non Hieroſolyma ſolum, ſed commouebitur & contremiſcet vniuerſa terra,fundamenta montium conturbabuntur,quoniã iratus eſt eis; non iam ſtella fulgore ſuo illum demonſtrabit, ſed ignis ante ipſum præcedet,& fulgura & tonitrua,& præ fulgore eius nubes tranſierunt.Grando & carbones ignis,non iam Lunæ ſplendore,& Solis miniſterio indigebit,ſed inclinabit cœlos & deſcendet,& caligo erit ſub pedibus eius;non iam Angelorũ ſuauiſſimos concentus in aere, ſed in vniuerſa terra clangorem horribilis bellicæ buccinæ,Surgite mortui ad iudicium;non,& in terra pax hominibus, per os Archangeli inſonare faciet; non tres ſolum Reges ad adorãdum ſe, è Sabæis finibus, ſed omnes Reges terræ, omnes Principes, omnes Cæſares,Imperatores, Pontifices, optimates populorũ è gremio vniuerſæ terræ,è viſceribus quoſdam inferni adducet; non tantum viles opiliones ſed omnes gẽtes, vt Dauid pſallebat,Procident corã illo Æthyopes,& inimici eius terram lingent, & adorabunt eum omnes Reges terræ,omnes gentes ſeruient ei. Omnẽ creaturam quæ in cœlo eſt, & ſuper terram audiuit Ioannes,& ſub terra, & quæ ſunt in mari,& quæ in eo,omnes audiui dicentes, Sedenti in throno & Agno benedictio & honor & gloria & poteſtas in ſæcula ſæculorum; & quatuor animalia dicebant Amen: & vigintiquatuor ſeniores ceciderunt in facies ſuas, & adorauerunt viuentem in ſæcula ſæculorum.In primo aduentu vt infantulus vagiebat, in ſecundo, intonuit de cœlo Dominus & altiſſimus dedit vocem ſuam,quæ erat vt grando & carbones ignis:in ſecundo clamabit voce magna quemadmodum cum leo rugit; In ſecundo iam non fugiet,ſed perſequetur Herodem & omnes inimicos ſuos. Veniet dies Domini crudelis,vaticinatur Iſaias, & indignationis plenus & iræ, furoriſque ad ponendam terram in ſolitudinem & peccatores eius conterendos de ea. Quoniam ſtellæ cœli & ſplendor earum non expandent lumen ſuum, obtenebratus eſt Sol in ortu ſuo, & Luna non ſplendebit in lumine ſuo:& viſitabo ſuper orbis mala & contra impios iniquitatem eorum,& quieſcere faciam ſuperbiam infidelium, & arrogantiam fortium humiliabo:Super hoc cœlũ turbabo,& mouebitur terra de loco ſuo: omnis qui inuentus fuerit occidetur, & omnis qui ſuperuenerit,cadet in gladio:perſequar & cõprehendam, diuidam ſpolia, lætabitur anima mea.In primo aduentu erat abſconditus in carne corruptibili,in ſecundo apparebit in corpore glorioſo:Vidit Ioãnes illum deſcendentẽ de cęlo amictum nube & iris in capite eius,& facies eius erat vt ſol,& pedes eius tanquam columna ignis; oculi eius ſicut flamma ignis, & in capite eius diademata mul-

Apoc. 5. Iſai. 13. Apoc. 10. & 19.

ta multa, habens nomen ſcriptum, quod nemo nouit niſi ipſe; Et exercitus, qui ſunt in cœlo ſequebantur eum in equis albis, veſtiti byſſino albo & mundo; & de ore eius procedebat gladius ex vtraq; parte acutus; vt in ipſo percutiat gentes; Et ipſe reget eas in virga ferrea, & ipſe calcat torcular vini furoris iræ Dei omnipotentis; & habet in veſtimento & in femore ſuo ſcriptum, Rex Regum & Dominus dominantium. In primo miſericordiæ aduentu cum peccatoribus in hoc mundo conuerſari, & pro peccatoribus demum capi, vinciri, conſpui, colaphis & alapis cędi, ſpinis coronari, purpureis veſtibus illudi, crucem humeris baiulare, & in ea tandem inter facinoroſos homines crucifigi ſuſtinuit; in ſecundo aduentu peccatorum capita, vt Dauid aiebat, conquaſſabit, in ſecundo aduentu coronam ſpineam, non opprobrij ſed decoris, non in capite ſed in manibus geſtabit. Tunc etiam apparebit ſignum filij hominis, crux ſole fulgentior videbitur, obſcurabitur enim Sol, crux autem apparebit: Tunc videbũt filium hominis non in cruce, ſed venientem in nubibus cęli cum virtute & gloria & maieſtate; non cum arundineo ſceptro ſed aureo, non purpura & byſſo, ſed ſplendore veſtitum. In primo aduentu non apparuit eo modo ſicut tunc, quia tunc veniet vt iudex ſeuerus, non vt Saluator benignus; veniet non ad miſerendum ſed iudicandum, non dimittere ſed punire, nõ pro peccatoribus, ſed contra iniquos: non ad miſericordiam, ſed iuſtitiam & eius ſeueritatem demonſtrandam veniet cum maieſtate. Notat optimè quàm opportunus ſit ad deterrendos homines apparatus throni iudicialis ſplendidus, vt peccatoribus maiorem incutiat timorem veniet cum maieſtate: Norat quam contemptus fuerit ab hominibus tunica illa polymita veſtitus, veniet ne contemnatur amplius, amictus lumine ſicut veſtimento: Reminiſcitur, quod iacentem in præſepi deſpexit ſuperbus Herodes; quod cum piſcatoribus vagantem pepulerunt Iudæi; quod vinctum funibus, ſpinis cruentatum, purpurea indutum illuſerat Pilatus; quod mutum & humilem cruci affixerunt Põtifices & Phariſæi; ne amplius audeant eũ crucifigere, vel ipſi illudere, vel flagella eius nihil formidare, veniet cum maieſtate & gloria. Veniet deinde cum gloria & maieſtate; vt agnoſcatur pro iudice vniuerſorum à cunctis generationibus. Dum enim inter homines vitam agebat, quis eum vt Dominũ mundi veneratus eſt? Præter Mariam matrem eius, paucos Apoſtolos, & diſcipulos ſeptuaginta, & neſcio quàm turbam vilem & deſpectam, nullus ferè; vnde & dicebant Phariſæi, Quis ex Principibus adhæſit ei? Nunquid
Ioan. 7. ex Principibus aliquis credidit in eum, aut ex Phariſæis? ſed turba hæc quæ non nouit legem, maledicti ſunt: Poſt mortem verò & glorioſam reſurrectionem, Chriſtum Iudæi ſcandalum, Græci verò & gentes ſtultitiã æſtimabant; ſic humilis vitæ ratio, Chriſtũ dum viueret deſpectum reddebat. Quanta verò pars hominũ eſt, qui & inter Chriſticolas & inter Gentes dicunt, Nolumus hunc regnare ſuper nos? Gentes idololatræ, quarum

maior

maior portio ſemper fuit, nolunt hunc ſuper ſe regnare, dum fidei iugo colla ſua ſubdere recuſant. Chriſtiani dominationem eius contemnunt, dum præceptis ipſius, dum Eccleſiæ ſanctæ rebelles ſunt: Nõ omnis creatura inflectit genua Regi Regum. Quò igitur omnia & cœleſtia, & terreſtria & infera curuent poplites Domino dominantiũ, vt ab omnibus pro Imperatore cœli & terræ agnoſcatur, veniet cum maieſtate & gloria: Veniet demum cum gloria & maieſtate, ad maximum reproborum mœrorem atque triſtitiam, & ad maximum piorum ſolatium. Sciebat equidem electorum ſuorum quam de ſe conceperant exiſtimationem, quod ſperarent illum quandoq; regnaturum fore, illoſque ad ſuam fęliciſſimã beatitudinem recepturum: Audierat olim ſupplicẽ orationem matris filiorum Zebedæi, vt duo ſui nati ſecum regnarent: intuebatur poſtea Apoſtolorum querimonias dum dicebant, Ecce reliquimus omnia, quid erit nobis? Quando reſtitues regnum Iſrael? quando nos primates (nam de primatu eos contendiſſe conſtat) regni tui efficies? Modò nos ad pericula, ad forũ, ad tribunalia, ad contumelias, ad lapidationes, ad ignominias, ad cruces, ad varias mortes deſtinas: Ob alias ſpes te acceſſimus: & contraria his quæ ſperauimus nobis præcipis? remiſſionem ſperauimus; & fugari ac omnium ſeruos eſſe iubes? Quis tandem horum erit finis? Quãdo in regnum tuum venies? Quando nos in ſolio regni tui conſtitues? Ne igitur vanas putẽt eſſe ſuas ſpes, veniet tunc cum maieſtate, liuorem & ſqualorem illum paſſionis ſuæ in ſplendorem commutabit; amicietur pluſquam ſolari lumine; diadema imponet regium capiti ſuo, in aera eleuatus vniuerſa ſub pedibus ſuis ſubiiciet; Tunc regnum ipſius non eſſe caducum ſed ſtabile, non terrenum ſed cęleſte conſpicient; tunc fęlicitatem, ſpes, delitias, decorem bonorum ipſius, quod non ſint vt iſta lutea bona contuebuntur; tunc non fruſtra ſe illi adhæſiſſe, non vanè in illum credidiſſe, illum amaſſe, illi obtemperaſſe, pro illo & opes, & delitias, & parentes, & amicos & mundum, & voluntatem propriam reſignaſſe, pro illo vitam etiam & ſanguinem & animam in mortem fudiſſe animaduertent; Videbunt tunc non mera figmenta pollicitationes ipſius eſſe dum aiebat, Sedebitis ſuper ſedes duodecim iudicantes duodecim tribus Iſrael; centuplum accipietis, & vitam æternam poſſidebitis: Non enim amplius dicet ſedere ad dexterã meã, vel ad ſiniſtram nõ eſt meum dare vobis: ſed omnes aduocabit ſanctos ſuos, dicet; Venite, venite benedicti patris mei, percipite regnum; non iam ſub altari expectate amplius, iam illa velamina quibus vobis obtegebar ſublata ſunt; me fruimini; meis bonis potiamini; accipite regnum decoris & diadema ſpei de manu mea. Quid hac ſorte fœlicius? quid hac fœlicitate beatius? Quis non eo tempore fœlices lachrymas, fœlices curas, fœlices labores quos propter Chriſtum pertulit, iudicabit, quibus ad contemplandam hanc Dei ſui maieſtatem ad mitti promeruit? Quos tunc triumphos, quæ feſta ſancti tunc celebrabunt?

bunt? Quam ineffabili gaudio exultabunt: primum quod Christus regnũ vniuerſi mundi perfectè obtinuit? demum quod ipſi quoq; Regni ipſius Ciues & participes bonorum effecti ſunt. Exultabunt Sancti in gloria, læ tabũtur in cubilibus ſuis, exultationes Dei in gutture eorum lætitia ſempiterna ſuper capita eorum: Tunc præ dulcedine quadam nimia beati illi viginti quatuor ſeniores, nomine totius collegij Cœleſtis, procident ante ſedentem in throno & adorabunt viuentem in ſæcula ſæculorum, & deponent coronas ſuas ante thronum dicentes: Dignus es Domine accipere Librum & ſoluere ſignacula eius, quia redemiſti nos Deo in ſanguine tuo ex omni tribu & lingua & populo & natione, & feciſti nos Deo noſtro regnum & Sacerdotes, & regnabimus ſuper terram: O nos fœlices, ſi in tali tantoque malorum turbine, tam mitem propitiumque iudicem videremus; ſi dum ſol tenebris obducetur, cœlum mœrebit, terra contremiſcet, lugebunt aſtra, Chriſtum in maieſtate ad maieſtatem ſuam nos vocantem audire mereremur: veniet cum gloria & maieſtate ad maximum piorum ſolatium: Veniet demum cum gloria & maieſtate ad maximum reproborum mœrorem. Sæpiſſime.n. auribus eius perditorum reſonabunt illæ voces. Quid nobis deſperandum eſt aut timendum? Aduocatus noſter, Sacerdos & Põtifex; ipſe iudex eſt, qui pro nobis interpellat apud Patrem; qui ſemetipſum dedit nobis in precium, redemptionem & ſanctificationem: Si cum inimici eſſẽmus, reconciliati ſumus Deo per mortem eius, multò magis reconciliati ſalui erimus ab ira in vita ipſius. Quis accuſabit aduerſus electos Dei? Deus qui iuſtificat, quis eſt qui condemnet? Ipſe eſt mitis corde & ſuauis, crudelitatem exoſam habet; ipſe eſt humilis & benignus, nihil aget cum maieſtate & ſeueritate. Sed ò fallaces eorum ſpes eo tempore erunt; Non amplius mitis & benignus, nõ plus ſacerdos & Pontifex, non amplius in humilitate, ſed in gloria & maieſtate adueniet; vt nubis illa columna quæ in fuga ab Ægypto, inter filiorum Iſrael & Ægyptiorum caſtra, media incedebat, Ægyptijs quidem tenebroſa, Iſraelitis verò fulgida erat, illos tenebris perterrefaciebat & inuoluebat, hos verò ſplendore ſuo illuminabat & lætificabat; ita & illo die Domini maieſtas pios miris modis exhilarabit, quod in eo ſalutem & beatitudinem ſuam repoſitam cognoſcent: reprobos verò maximo angore conficiet, qđ ab eo vitæ ſuæ damnationem prominere intuebuntur: Intuebuntur.n. illum quem antea contempſerant, in tantam celſitudinem elatum, vt illorũ vitæ & mortis poteſtatem habeat; agnoſcent illum agnum manſuetũ in leonem ferocem eſſe conuerſum, qui nullius expaueſcens vocem, in perniciem malorum rugiens inuolet: videbunt quem & linguis & manibus ſuis nefandis pupugerunt, in eorum vindictam procinctum eſſe. Quemadmodum cum publicè ſententiam iudices prolaturi ſunt, velamina ſtatores contrahunt, vt ab omnibus videantur; ſic in ſolio ſuo dicentem vniuerſi conſpicient, & vniuerſum genus hominum iudicio aderit, quos ipſe non

Granat. ſ. cõc. 2. Domi. 1. Aduent.

Exod. 14. Allegoria Chriſti iudicis quo erit terrori & lætitiæ.

Chryſoſt. hom. 57. in Matth. & 22. ad pop Ant.

ſe nō per alium ſed per ſeipſum alloquetur, & alijs quidem dicet vt beatis, Venite benedicti patris mei; alijs, Euge ſerue bone & fidelis, ſup pauca fuiſti fidelis, ſuper multa te conſtituam : Cōtra verò alijs, Ite maledicti in ignem æternum, qui paratus eſt Diabolo & angelis eius: Alij, Male ſerue ac deſes: & hos quidem bipartitò ſcindens tradet tortoribus; hos verò manibus & pedibus in tenebras iubebit immitti exteriores ; Ita poſt ſecurim fornax ſuccedet; & qui à ſagena proijcientur, ibi mirabiliter inſident. Tunc quaſi ſol iuſti, imò verò multò magis quam ſol, reſplendebūt; peccatores autem extrema ſupplicia patientur. Non erit tunc opus chirographis, non argumentis, non teſtibus; omnia.n. hæc in ipſo iudice ſunt; ipſe teſtis, ipſe argumētorum radix, ipſe iudex, & omnia nuda, omnia clara ſunt apud oculos eius; non diues, non pauper, non robuſtus, non imbecillis, non ſapiens, non inſipiens, non ſeruus, non liber aliquis ibi videbitur, ſed his laruis contritis operum ſolummodo erit ſcrutatio. Tunc impij videntes tantum fulgorem beatorum, tantam maieſtatem Chriſti regnantis plangent ſe ſuper ſe; agnoſcentes tandem ſed ſerò, quod propter futiles & fallaces voluptates mundi, talium bonorum participio excluſi ſunt: Videntes, ait Sapiens, turbabuntur timore horribili, & mirabuntur in ſubitatione inſperatæ ſalutis, gementes præ anguſtia ſpiritus, dicētes intra ſe, Hiccine eſt Chriſtus cui ſacrilegas manus iniecimus? cuius voluntati rebelles fuimus? cuius regnum à ceruicibus noſtris excutere niſi ſumus? cuius præceptis reluctauimus? Et iſti, hi ſunt, quos habuimus aliquādo in deriſum & in ſimilitudinem improperij: O nos inſenſatos, nos ſtupidi vitam illorum æſtimabamus inſaniam & finem illorum ſine honore, & ecce quomodo computati ſunt inter filios Dei, & inter ſanctos ſors illorum eſt: & ecce quomodo conſtitutus eſt à Deo iudex viuorū & mortuorum, quomodo velimus nolimus ab eo flagitiorum noſtrorum recipiemus vices: & ecce nos in malignitate noſtra conſumpti ſumus. Maieſtas Chriſti venientis maximum terrorem reprobis incutiet, quia à quo protegi & defendi debebant, ipſe, vt idem Sapiens recenſet, accipiet armaturam, induet pro thorace iuſtitiam, & accipiet pro galea iudicium certum: Sumet ſcutum inexpugnabile, æquitatem; acuet autem dirам iram in lanceam, & pugnabit cum illo orbis terrarum contra inſenſatos: Vt ergo animam tuam velut habitaculum Dei præpares, monebat Chryſoſtomus, memento horrendi multum & tremendi illius diei, in quo omnes Chriſti throno aſſiſtentes, rerum hic geſtarum rationes reddemus, ante omniū oculos peccata noſtra ponentur, & reuelabuntur, & ignorantibus oſtendentur actiones; vbi ignis fluuius & inſopitus vermis, vbi oīa nuda & præcipitata: Vbi cordium noſtrorum libri aperientur, & in medio manifeſtè legentur etiam occulta nocturna & diurna, ex ignorantia & obliuione facta, quæ membris effecimus, quæq; nunc latent, reuelabuntur. Cogita igitur, quod omnino nos hinc ad infallibilē migrare iudicē oportet, vbi

Sap. 5.

vbi non tantum actiones verùm & verba & cogitata iudicantur, vbi terribiles ẽt eorum quæ parua eſſe videntur pęnas dabimus; præuide venientem iudicare viuos & mortuos; hæc ſemper recordare & inextinctæ nunquam obliuiſcaris flammæ; cogites Angelorum millia & myriadas tũc iudici aſſiſtentes; nunc auditus vocem tubarum & tremẽdam illam condẽnãtis vocem præueniat; præuideat oculus, hos quidem in exteriores mitti tenebras; has verò ianuis excludi poſt multum virginitatis laborẽ: Conſidera hos quidem velut zizania colligari & in clibanos proijci; alios manibus & pedib⁹ vinctos in carcerem mitti; & alios inſopito vermi, luctui, & dentium ſtridori traditos: hunc quidem de intempeſtiuo riſu iudicari; hunc verò quod proximum affecit iniuria, vel quod fratrem ſcandalizauit; hunc quidem de incertis dãnari criminibus; ab hoc verò de otioſo verbo pœnas exigi; hunc verò de mala ſententia iudicium ſubire, hunc verò propter conuicium regno excludi; quendam autem propter ſeruatam irã, intolerabilia patientem; illum verò in ignominiã reſurgentem æternam; hos autem cognitione Chriſti priuari & audire, Amen dico vobis, neſcio vos; quoniam fecerunt quæ Chriſtus prohibuit. His igitur ſic ſe habentibus, quales nos oportet eſſe, vel quales emittere lachrymas & dicere, Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lachrymarum, & lugebo dies & noctes? Sed vt expectatam effugiamus pęnam, venite præoccupemus faciem Domini in confeſſione, & vitæ diligẽtia propitiationes Domini Dei inuocemus. In inferno, namq; ait, quis cõfitebitur tibi? Oĩa nobis duplicia dedit Deus, duos oculos, duas aures, duas manus, duos pedes, Si igitur horum alterum lædatur, per alterum neceſſitatem conſolamur. Animam verò dedit vnam nobis; ſi hanc perdiderimus, quanam viuemus? Huius igitur prouidentiam faciamus, nihil ipſius ſaluti præferẽtes, quoniam hæc ẽt eſt quæ cum corpore iudicatur, & ſimul defenditur, & comparęt ante Chriſti tribunal: Si tunc dixeris, pecuniæ me allexerũt: dicet tibi iudex, non audiſti, Quę vtilitas, ſi quis totum mũdum lucretur, animæ autem ſuæ detrimẽtum patiatur? Si dixeris; Diabolus me decepit; dicet tibi & ipſe, quod nihil profuit Euæ, quia dixit, ſerpens me decepit. Hæc igitur mente tenentes, venite excitemus noſipſos priuſquam obdormiemur, priuſquam veniat dies Domini magnus & appareat, de quo Propheta dicit: Ecce venit, & quis ſuſtinebit? vel quis tolerabit diem aduentus eius? Tremenda dies illa tumultus & tenebrarum. Sed dices? Quomodo igitur licet prædicta mala effugere? Dicam: Non tantum corpus tuum cuſtodias purum, ſed cum mala paſſus es, benefeceris; ſi accuſeris, continens ſis & patiens: cum ieiunaueris, ne glorieris; non. n. ciborum abſtinẽtia ieiunium operatur, ſed abſtinentia peccatorum: Scrutare Scripturas: Vide quomodo primum virgam nuceam videt Propheta; poſtea lebetem ſuperardentẽ: demonſtrans quod non ſuſtinentem virgæ caſtigationem ignis ſuſcipit. Sic & per Moyſen demonſtrabat ignis columnam clamans,

Allegoriæ iudicãdorum.

mans, quod legem audiens videt lucem, inobediens autem ſuſcipit ignẽ. Legite Saluatoris ſcripturas, & diſcite quomodo nos hinc illuc migrãtes adiuuare poteſt nemo; non frater fratrẽ redimet ex interminabilibus tormentis; non amicus amicum, non parentes filios, nõ filij parentes: Et qd dico homines miſerabiles, cum neq; ſi Noe veniat, & Iob, & Daniel tunc iudicantem exorare poſſint? Sed dices? Vnde horum demonſtratio? Vide, nõ indutum veſte nuptiali ex ſponſali domo expulſum, & neminẽ pro illo intercedentem: Vide talentum habentem creditum, & non negotiatũ, & quomodo pro ipſo ſupplicat nemo: Reſpice mihi quinque virgines excluſas, & æquales pro ipſis non deprecatas; quas & ſtultas Chriſtus nũcupauit; quoniam poſt calcatas voluptates, poſt extinctam concupiſcentiæ fornacem, poſt ieiunium & lectum humi ſtratum & vigiliam, tunc ſtultę ſunt inuentæ; & meritò quidem, propterea quod ſeruato magno virginitatis munere, mandatum humilitatis paruum non cuſtodierunt: vide mihi in iudicij die iudicem à dextris oues conſtituentem, & infructuoſos hędos à ſiniſtris: & à dextris quidem poſitis dicentem, Venite benedicti patris mei, accipite paratum vobis regnũ: à ſiniſtris verò poſitos in tenebras exteriores repellentem; & eiectis poſſę ſuccurrere neminem. Verus.n.ſermo dicens: Ecce homo & opus eius. Audiſti quo modo diues ille nunquã Lazari miſertus, in vltionis loco toſtus aquæ ſtillam ſumere optauit? Cognouiſti quomodo nec ipſe Abraham in ſupplicijs tormenta lenire potuit? Melius eſt hic per continentiam à malis, animam areſcere, q̃ ipſam humidam ſeruare & illic rorem concupiſcere & non accipere ſed immortaliter torreri: Paruis hic laboribus magna repellamus tormenta; Cogita ꝗ trium dierum febrẽ hic non toleramus? Si iudicum pœnas cernentes, obruimur, & hoc vix quinq; annis obnoxijs damnationi: quale eſt igitur Chriſti tribunal, non tantum in quinque vel mille annos, ſed in infinita protendens ſæcula pęnam? Præoccupemus ergo faciem maieſtatis Domini, ne ſubitò præoccupati die iudicij, quæramus ſpaciũ pœnitentiæ & inuenire non poſſimus. Nunc tempus eſt placationis, tunc damnationis. Nunc veterum delictorum veniam conſequi poſſumus; tunc non datur tempus eluendi peccata. Nunc ſi voluerimus in gratiam ipſius redire; nõ difficile eſt: tunc iuſtitiæ ſeueritatem mitigare, impoſſibile: nunc, licet in maieſtate & ſempiternæ gloriæ throno ſublimi reſideat, ipſum adire & cõpellare permittitur; tunc clauſa ianua, nec precibus pulſare, nec lachrymis adamantinum iuſtitiæ cor emollire, nec oculis in ſolem iuſtitiæ occæcatis intueri licebit. Tolletur impius à facie Dei, ne videat gloriam & maieſtatem regnantis in ſempiterna ſæculorum ſęcula. Amen.

DOMINICA II. ADVENTVS.

Cum audiſſet Ioannes in vinculis opera Chriſti. Math. cap. 11.

PVNCTVM PRIMVM.

Cur Ioannes in vinculis?

FAcetum, at plus quàm veriſſimum de veritate oracu-
lum à quodam ſimulachro prolatum, memini me le-
giſſe in annalibus antiquorum Gentilium; Quod vt
planè percipiatis, recenſebo; In quodam delubro fal-
ſorum Deorum, duo ſimulachra extabãt, quæ de re-
bus quocunq; modo ſublatis, reſponſa interrogan-
tibus dabant. Si cui aurum, aut veſtis, aut pecunia,
aut quæcunq; ſupellex, contra omne ius & fas clãculum abrepta eſſent,
illò accedebat, & ab altero ſimulachro ſciſcitabatur furti authorem: A
quo, mox reſponſo accepto, inuento, ſuum repetebat ablatum: Contigit
vna dierum quendam iuuenem quippiam furto abſtuliſſe; Qui vt erat &
verſuti & audacis animi, perrexit ad fanum, & baculo arrepto, caput &
latera illius ſimulachri contundere cępit, comminatus atrociora ſi furtũ
reuelaret: Quo patrato, illud idolum non plus reſponſa dare percontan-
tibus de furtis volebat: Admirantibus idololatris & cauſam profundi ſi-
lentij ab altero perquirentibus, quidnam ſit cauſæ, quod Deus eorum lo-
quelæ vſum perdiderit? cur neque digito indicare, nec voce proclamare
velit raptores, ſed elinguis, appoſito ori digito, taceat? Tale fertur dediſſe
reſponſum, Tempora peſſima ſunt, & homines fiunt deteriores; nam etſi
quis loquatur verum, caput ei frangitur; Qui loquitur verum, caput ei frã-
gitur: talia, ait, nunc ſunt tempora; tales corrupti homines, vt veritate a-
biecta mendaciis ſe implicuerint, & veritatis prædicatoribus acerbas præ-
parauerint mortes: Quod oraculum ne mẽdacij, vt à mendaci ſpiritu pro-
latum, arguatur; non eſt difficile illud pluſquàm veriſſimũ eſſe, & ex om-
nium ſententia, & ex continua experientia, oſtendere. Communis & ve-
tus omnium ſententia eſt, Obſequium amicos, veritas odium parit: Ho-
mini enim, cuius animus corruptus corruptela morum oblectatur, ſi verũ
in faciem dixeris; etſi homini propria atque in viſceribus innata ſit veri
inquiſitio atque inueſtigatio; licet id quod verum ſimplex, ſincerumque
eſt naturæ hominis accommodatiſſimum ſit; licet veritatis ſermone ob-

ſequium & maius quouis corporeo illi præſtes, ille tamen modeſtè ipſum ferre nequit, ſed quaſi acerbiſſima ſit perpeſſus, odio excandeſcens cõtra te deſæuiet, & caput & latera tibi confringet. Propter quod Helias Propheta per ſolitudinem inuiam vagabundus diſcurrit, fugiens quocunq; eum ferebat voluntas? demum laſſus ex itinere ſub iunipero fame conflictatur? Cur impia Ieſabel coniurauit dicens, Hæc mihi faciant Dij, & hæc addant, niſi hac hora cras poſuero animam Heliæ ſicut animã vnius ex Prophetis Baal quos ille trucidauit? Quamobrem ſceleſtus Achab, vbique terrarum perſcrutatus eſt, ita vt non eſſet gens aut regnũ, ait Abdias Heliæ, quo non miſerit Dominus meus te requirens, vt mortis ſentẽtiam in te decernat? Quia verum locutus eſt; Quia Achabo & Iezabeli palam denunciabat, Occidiſti, inſuper & poſſediſti: Occidiſti virum innocentem, poſſediſti rem & iniuſtè & ſumma vi ereptam: Quid hunc nouũ Heliam in vincula coniecit? carceri mancipauit? Qua de re huic nõn arũdini ſed firmiſſimæ columnæ caput gladio abſciſsum? Cur Ioãnes in vinculis? Quia veritatem locutus eſt: Quia vt alter Helias, nouo Achabo, & nouæ Iezabeli, Herodi ſcilicet Regi, & Herodiadi dicebat palam, Poſſediſti & occidiſti: extinxiſti in te fidem & reuerentiam, ſanguine inter te & fratrem tuum, obfirmatam: tu poſſediſti vxorem fratris tui: Non licet tibi habere vxorem fratris tui. Herodes tenuit Ioannem, vt ait Matheus, & alligauit eum, & poſuit in carcere propter Herodiadem vxorem Philippi fratris ſui. Dicebat enim illi Ioannes, Non licet tibi habere eam: propterea noua Iezabel libidine æſtuans, ſceleſtas tendit ad Herodẽ manus, ſupplicans per filiam, Da mihi in diſco caput Ioannis Baptiſtæ: quia vox illa clamans in deſerto ipſam proclamauit, Non licet tibi inceſtuoſo ſemine grauidum geſtare vterum; ne vxor ſis conſanguinitate tibi coniuncti, vetant leges, conſuetudines gentium prohibent: nuptias iſtas natura abhorret, ſanguis ipſe reſpuit. Veritatis ſermo à Ioanne prædicatus mulierem hanc truculentiſſimam, furiis immaniorem effecit. Veritatis prædicatio, ei qui in heremo, qui in zona pellicea, qui in cilicio vixerat, qui Propheta fuit & omnibus Prophetis maior, quo nemo maior in natis mulierum ſurrexit, à petulantiſſima fœmina, ab impudentiſſimo ſcorto, à ſicario illo crudeli, & vincula & carcerem & mortem peperit. Si quis ueritatem loquatur, caput ei frangitur. Mirum fortè uobis uidetur, quod ueritas Ioannem in uincula coniecit? quod ueritatis ſermo odium pariat? Animaduerto uos dicere uelle, qui fieri poteſt ut ueritatis prædicatio Herodem Ioanni infenſum effecerit? Homini, aiebat Cicero, propria eſt ueri inquiſitio. Quod uerum ſyncerumque eſt, id eſt naturæ hominis accommodatiſſimum: mendacium humanæ uitæ fundamenta conuellit: nulla in amicitijs peſtis eſt maior, quàm aſſentatio, blanditiæ, adulatio: Veritate obſequium permaximum homini exhibetur: Omnis terra, ut aiebat ille puer Darij, ueritatem inuocat, cœlum etiam ipſam benedicit, & omnia

Allegoria Ioannis.

Math. 14

opera mouentur & tremunt per eam. Veritas eſt propria & interna perfectio animi noſtri. Cum ergo tanta ueritatis utilitas, tanta dignitas, talis ſplendor eſt, qui fieri poteſt, ut Regem in odium Ioannis uehementiſſimè concitarit?

At nemini ueſtrum admirandum erit, ſi quantum ſit diſcrimen inter ueritatem intellectus, quæ nihil ad mores facit; & ueritatem affectus, quę uitam hominis rectè informat, agnóſcet; nemini ueſtrum abſurdū uidebitur, quod ueritas Herodem ſæuire in Ioannem fecit, ſi quantum interſit inter hominem optimè & ſanctè inſtitutum, atque hominem peruerſis affectibus & moribus deprauatum intelliget: Verum quidem eſt, quod ueri inquiſitio & inueſtigatio homini propria eſt, ſed ueri intellectus nihil aut parum ad mores facit. Omnes enim ut Princeps Philoſophorum ex ore omnium pronunciauit, natura ſcire deſiderāt: Nihil ita curioſum eſt & auidum ad rerum obſcurarum & recōditarum cognitionem, ut humana natura; quæ ſtatim ut tenuem & nondum abſolutum intellectum dedit puero, ſtimulis quibuſdam internis perurget ad ueri inquiſitionem: Hinc uidemus illos, qui ſunt rudiores inter pueros, quod non omittunt nutrices & pędagogos, & patres crebris ſuis interrogationibus interturbare; in quibus nihil aliud eſt q̄, quid hoc, quid illud? quomodo hoc? quomodo illud? quando hoc, quando illud ſit? Videmus deinde in adultioribus, ad quem modum natura illos ui ſecreta ad uerum inquirendum impellat; Alius ſcire deſiderat, quomodo Deus omnipotenti manu ſua cuncta ex nihilo produxerit, quomodo rudis illa indigeſtaque moles in tantā pulchritudinem pducta ſit: quomodo litē illam, quę inter elementa erat, diremit Deus: quomodo elementa, orbes cęleſtes, ſydera fulgentia quaſi è cōfuſo quodam exempta aceruo, diſſociata locis concordi pace ligauit, ut nec frigida cum calidis, nec humētia cum ſiccis, nec dura cum mollibus, nec ſine pondere cum pondus habentibus, nec lucida cum tenebroſis pugnam exerceant amplius; ſed unumquodque ſuo aptatum loco, alteri uel cedat uel ſuccurrat, uel perfectionem elargiatur: Alius noſſe cupit, quomodo terra in ſpeciem magni orbis conglomerata, uel rapidorum uentorum ui non uolutetur, ſed immota maneat; uel aquarum ubiq; diffuſarum mole non abſorbeatur, ſed arida perſiſtat: quomodo in uiſceribus ipſius auri natura uel argenti generatur? quomodo lapidibus grauidatur precioſis? quo pacto una exiſtens tot ſeminum receptaculum, ac ſi infinitos uteros haberet, eſſe poteſt? quomodo ex unico eius aluo tot & tam difformes partus herbarum, florum, fructuum, arborum, animalium, reptilium, uermium, enaſcantur? Alius ſcire nititur, quæ natura germinum terræ, quibus ex qualitatibus coaleſcunt frutices, quæ uirtutes herbarum & lapidum; quæ propria animalium; quę diſpoſitiones membrorum; qualis coniunctio neruorum, quis modus uiuificandi corpora; concipiendi fętus; ſciendi auiditas humana non ſolum in uiſceribus terræ, non tātum in inti-

in intimis rerum è terra concretarum, non tantum in corde & interioribus humanis perſtitit; penetrauit vſque ad altiſſimos cœlorum orbes; dũ alius ſcire voluit ſyderum toto cęlo fulgentium ſitus & vagos progreſſus, quantus orbium numerus, quæ diſtinctio viarum cœli; quo curru mundo præbens lumina Sol fulgidus vehatur; quo temporis ſpatio equi illius totum circumuolitent orbem? vbi nam locorum placido obdormiat ſomno? quomodo tot annorũ luſtris indefeſſo pede totum circumeat axem? quomodo vni⁹ multiplex ſit vſus & virtus? quomodo radijs ſuis illuſtret omnia? calore ſuo quomodo quædam mollia, quædam duriſſima efficiat? Nec in ſyderibus tantum hæc inſita ſciendi cupiditas conſtitit, proceſſit vſque ad ſupremum Dei ſolium: ſic amor veri intellectus omnes peruaſit, vt nec rerum ſecretis ac ſublimitate; nec diſcendi difficultate cohiberi à veritatis inquiſitione poſſint: Non eſt neceſſe mihi ſermone perſtringere veterum ſtudia, quorum plurimi nec ætati indulſerunt, nec pepercerunt labori: nonnulli exhalantes ſpiritum veritatis percipiendæ amore areſcunt: ex vobis ipſis amorem veri, an eo teneamini ſcire poteſtis: Qua de cauſa & pędagogos pueris præficitis? Cur poſtquam paululum adoleuerint, filios ad exteras nationes, ad aliena ſtudia tranſmittitis? Cur plerique florentiſſimam totius mundi prouinciam Italiam adeunt? Cur alij ad Salamanticum, alij ad Sorbonicum, commigrant Gymnaſium? Veri intellectus percipiendi, vt reor, cauſa. Veritatis ergo, quæ nihil ad mores facit inueſtigatio, æquè probo vt improbo, propria eſt. Veritas eiuſmodi, propria & interna perfectio eſt cuiuſque animi: Cæterum & veritatis affectus, quæ vitã & mores hominis, rectè informat, homini optimè & ſanctè inſtituto, innata eſt inueſtigatio. Nam cum virtutibus excellere ſit magis naturæ hominis conueniens quam vitijs deturpari; vt patens eloquẽtiæ docebat; Multo magis, inquit, eſt ſecũdum naturam celſitas animi & magnitudo, itemq; comitas, iuſtitia, liberalitas, quàm voluptas, quàm vitia, quàm diuitiæ; Detrahere alteri ſui commodi cauſa, magis eſt cõtra naturã, quàm mors, quàm paupertas, quàm dolor; quàm cætera quæ poſſunt aut corpori accidere, aut rebus externis; Magis eſt ſecundum naturã pro omnibus gentibus, ſi fieri poſſit, conſeruandis, aut iuuandis maximos labores moleſtiaſque ſuſcipere; imitantes Herculem illum, quem hominũ fama, beneficiorum memor, in concilio cœleſtium collocauit, quam viuere in ſolitudine, non modo ſine vllis moleſtijs, ſed etiam in maximis voluptatibus, abundantem omnibus copijs. Nihil eſt tam tetrũ, nihil tã aſpernãdum, nihil homine indignius quàm vitium. Virtus nihil eſt aliud, quã in ſe perfecta, & ad ſummum perfecta natura: Quid eſt enim cauſe, quod cum aliquid clementer, manſuetè, iuſtè, rectè, moderatè, ſapiẽter factum aut legimus, aut audimus, ſtudio quodam incendimur, vt eos quos nunquam vidimus, diligamus: cũ verò aliquid crudeliter, iniuſtè, turpiter effectum eſt, odio mouemur, & in eos quos nunquam nouimus, debacchamur?

Cicer. Li. 3. offi.

 mur?

mur? Quid eſt, quod nullus eſt qui non oderit libidinoſam, proteruã adoleſcentiam, auaram ſenectam: & in illa ætate pudorem, conſtantiam, liberalitatem, etiam ſi ſua nihil interſit, ſummopere diligat? Cur eos viros ſuſpicimus, maximiſq; efferimus laudibus, in quibus exiſtimamus excellẽtes quaſdam & ſingulares perſpicere virtutes? deſpicimus autem eos & cõtemnimus, in quibus nihil virtutis, nihil animi, nihil neruorũ eſſe putatur? Quamobrem contemnuntur ij, qui nec ſibi, nec alteri proſunt vt dicitur, in quibus nullus labor, nulla induſtria, nulla cura eſt? admiratione autem quadã efferuntur ij, qui anteire cæteris virtute putantur? Quia virtus nihil eſt aliud quam in ſe perfecta, & ad ſummum deducta natura: Quia virtutibus excellere, magis naturæ hominis conueniens eſt, quã vitijs deturpari: Cum autem homo optimè & ſanctè inſtitutus, nihil aliud exoptet, nihil plus indaget, quam illud quod naturæ perfectioni conducit; naturæ autem permaximo emolumento eſt, veri illius quod mores efformat, quod virtutes inſerit, vitia autem funditus cõuellit, inueſtigatio; veritatis affectus inquiſitio & inueſtigatio homini virtutis amatori propria eſt: quod verum, ſimplex, ſincerumque eſt, id eſt eius naturæ accommodatiſſimum: mendacium enim ſanctæ vitæ fundamenta conuellit: nulla ei peſtis maior eſſe poteſt, quam aſſentatio, blanditiæ, adulatio: Qua-
Prouer. 9. propter Sapiens, dum mores ſapientis & ſtulti diſcernebat, dixit, Argue ſapientem & diliget te, Da ſapienti occaſionẽ & addetur ei ſapientia: Doce iuſtum & feſtinabit accipere: Admone, (ac ſi dixiſſet) virtutis amatorẽ defectum ipſius, ante oculos ei propone quod nõ adeò perfectè obſeruat hoc vel illud præceptum, corripe negligentiã & ſocordiam ipſius, ſtimulos ad rectitudinem ei addes; quia ad virtutis culmen pertingere cupit; veritatis huius diſciplinam feſtinabit accipere; non ægreferet quod illũ leuitatis, vel inconſtantiæ, vel ignauiæ inſimulabis; non malè accipiet, q̃d turpiter ipſum vel indecorè, vel tepidè aliquid egiſſe accuſabis; diliget te, etiam ſi ipſum vilem, ſuperbum, arrogantem, luxurioſum, vel quolibet alio nomine vituperando appellaueris: Nouit.n. quod nihil lucidius Sole, attamen & lux eius deficit: Sicut fulgidam illam lucem & fulguroſum iubar ſæpenumero superuenientes tenebræ obtegunt, ita & intellectum noſtrum, quaſi in meridie fulgentem & perſpicuum, inconſiderantia obrepens tenebroſum reddit, & nonnunquam euenit vt ſapiens non videat quod oportet; & minor & hebetior clarè & acutè illud percipiat: Quapropter arguentem ſe, diligit ſapiens. Deriſor autem & impius quid? Eſt ne propria illi veri, mores dirigentis inueſtigatio? Noli, inquit, arguere deriſorem; ne oderit te: Veritas quæ vitia eradicat & in lucem prodit, homini
Conc. 3. in Dom'a in paſſione. peruerſo moleſtiſſima eſt. Sicut.n. (ea ſimilitudine vtiť Granateñ.) flagi-
Simile. tioſi hoĩes cum in tenebris fœdũ aliquid operantur, maximę iniuriæ loco ducũt, ſi quis eo tempore lucernam adhibeat, quę eorum facinus prodat, ita planè improbi omnes veritatis eius prædicationẽ moleſtiſſimè ferũt,

quæ

quę velut accenſa quędam facula eorum turpitudinem atque fęditatem detegit: Quid in cauſa eſt, quod oculis ęgris odioſa eſt lux, q̃ ſanis eſt amabilis? Nō alia planè, niſi quod quemadmodum ęgris pedibus ingredi, ita ægris oculis videre moleſtum eſt; quod.n. pedibus ambulare, hoc ipſum oculis cernere eſt nec minus oculi ægri videndo, quam infirmi pedes ambulando fatigantur. Eò fit, vt quo tempore oculi ægrotāt, lucem oderint, quoniam lux eos videre facit, quod illis per id temporis ingratum eſt: Cū igitur peruerſi homines ita animo ægrotent vt ne ipſi quidem ſcelera ſua videre, nec ab alijs videri velint, grauiter & iniquo animo ferunt, ſi quis veritatem, mores ipſorum accuſantem, proferat; quę lux quędam eſt, quę latentem in tenebris fœditatem & autori ſuo, & cæteris cōſpicuam facit: Hinc B. Iob de adulteris qui noctu alienę pudicitiæ inſidiantur, loquens ait, Si ſubitò apparuerit aurora, arbitrātur eam vmbram mortis, & ſic in tenebris quaſi in luce ambulāt: Hui⁹ voſmetipſi teſtes eſtis, Quotusquiſque veſtrū dicat num verum eſt, dum peruerſum corripuit, an id æquo tulit animo? an ex amico inimicus factus non eſt? an corripiētem dilexit? an verò implacabili odio inſecutus eſt? Quotidie oculis videmus, & vtinam non videre liceat, perpetuos rancores, inimicitias, bella correctores malorum ab illis acquirere: Si quis verum loquatur, caput ei frangitur: ſi quis adulетur, vitia palpet, blandiātur peccanti; dicat fornicario, fragilis es; adultero, ignem hunc laſciuum difficile eſt niſi cum vxore aliena extinguere; auaro, pluribus eges: ſuperbo, virtus & nobilitas natalium tuorum ad altiora te extollit; Si quis aſſentatur, dicat nebuloni, ò quam egregiè te in illo facinore geſſiſti? quam optimè illud furtum, rapinam, perpetraſti; te ingurgitaſti, hunc vel illum pauperem defraudaſti, denudaſti: Si quis collaudet tranſgreſſores ſceleſtos, amicus eſt, primas inter illos obtinet: Nullus eſt aut pauci ſunt, ò infelicia tēpora, qui recordetur illius qđ aureo ore prolatum eſt à Chryſoſtomo, ſine delectu omnia laudare, & in omnibus beatum dicere, non amici ſed impoſtoris eſſe dicit ſcriptura: Popule meus, qui te beatū dicunt, ipſi te decipiunt & ſemitam pedū tuorum exturbant: ſanè inimicum ne laudantem quidem probo, amicum verò, & reprehendentem amplexor: Ille etſi me oſculetur, inſuauis eſt: hic etſi vulneret, amabilis: Illius oſculum ſuſpicione plenum eſt; huius vulnus, medicamenti vim habet: Propter hoc dicit quidā, Fideliora ſunt uulnera amici, quam blanda oſcula inimici: Quid dicis? Vulnera amicorum meliora dicit. Non. n. ad naturam eorum quæ fiunt, ſed potius ad affectionem eorum qui faciunt, attendit: Vis diſcere, quomodo fideliora ſunt uulnera amici, quam blanda oſcula inimici? Oſculatus eſt Dominum Iudas, ſed oſculo prodidit: uenenum habebat os eius, malitiaq; impleta erat lingua eius. Paulus uulnerauit eum, qui apud Corinthios ſcortatus fuit, ſed ſaluauit. Et quomodo uulnerauit? Dicit quod dederit eū Satanæ, Tradatur, inquit, Satanæ ad interitū, quò ſpiritus ſaluus ſit in die Domini Ieſu.

Iob. 24.

Homil de ferendis reprehenſionibus.

Prou. 17.

Vidiſti vulnera ſalutem adferẽtia? vidiſti oculum proditione plenũ? Sic fideliora ſunt vulnera amici, quam blanda oſcula inimici. Verùm inquiramus quomodo hoc dictum, non ſolum in hominibus ſed & in Deo & Diabolo habeat locum? Ille.n.amicus, hic inimicus: ille Saluator & curã noſtri gerens, hic deceptor: Et hic quidem aliquando dedit oſculum, ille verò vulnus inflixit. Et quomodo hic oſculat⁹ eſt, & ille vulnerauit? Hic quidem dixit: Eritis ſicut Dij; ille autem. Terra es, & in terram abibis: vter igitur magis profuit? hicne qui dixit: Eritis ſicut Dij: an ille qui dixit, Terra es & in terram abibis? Ille mortem interminatus eſt, hic immortalitatem promiſit: Atqui hic qui immortalitatem pollicitus eſt, è paradiſo eiecit, ille verò qui mortem comminatus eſt, in cœlum euexit. Vides quomodo fideliora vulnera amici, quam blanda oſcula inimici? proinde gratiam habere debetis his qui vos arguunt. Amici.n.ſiue iuſtè ſiue iniuſtè arguunt, non exprobrare volunt, ſed hoc faciunt vt emẽdent: Inimici autem etſi iuſtè reprehendunt, hoc tamen agunt non vt corrigãt, ſed vt exſibilent: ſicut & illi dum laudant, hoc vnum ſpectant ut meliorem reddant; & hi dum laudant, ſtudent quomodo ſupplantare poſſint: Veruntamen quomodocunque reprehenſio contingat, vtile fuerit bonumque magnum, ſi ferantur reprehenſiones & accuſationes, & non detur locus iræ & exaſperationi. Qui.n.odit redargui, inſipiens eſt. Nam ſi quidẽ iuſtè arguit amicus, agit vt peccatum corrigat: ſin abſq; ratione & immeritò, iam laudanda eſt voluntas eius, & probanda bona mentis intentio, agnoſcendumque & teſtandum amicitiæ beneficium; non.n.reprehenderet niſi multum diligeret: proinde ne ſtomachemur, ne ſuccenſeamus cũ arguimur: ſi.n.omnes ita affecti eſſemus, vt & argueremus peccantes, & lapſi libenter ferremus reprehenſiones; mirum quãta hinc vitæ noſtrę accederent commoda: In peccatis.n.hoc operantur reprehenſiones, quod in vulneribus remedia: Idcirco ſicut inſipiẽs eſt, qui pharmaca reijcit, ita & ſtultus qui non ſuſcipit grato animo reprehenſiones. Atqui non rarò multi exaſperantur, & intra ſemetipſos cogitant & dicunt, Sapiens ego, & tanta præditus intelligentia, hunc ferrem? Ignorant autẽ quod hoc extremæ dementiæ ſit inditium. Videbam.n.inquit, hominem qui ſibi videbatur ſapiẽs, & maiorem illo ſpem habet inſipiens. Nam licet mirum in modum ſapiens ſis, & perſpicias ea quæ oportet, attamen homo es, & conſiliario tibi opus eſt, in multis reprehẽdi mereris: Cæterum ſi diſcere vis, quod etiã ſi ingenij acrimonia antecellas alios, ſiſq; valde perfectus, pertenerisque ad ſummum ipſum virtutis faſtigium, opus tibi eſt cõſiliario & aliquo qui te corrigat & arguat: Audi hiſtoriã veterem; neque.n.Moyſi facilè par fueris, qui vt Scriptura inquit, omnium hominum erat mitiſſimus, amicuſque Deo, & in externa philoſophia bene inſtitutus, & non minus ſpiritualium intelligentia inſignis. Vides omnigenam eius eruditionem: Erat autem potens in verbo & opere, alijſque virtutibus. Cuius

Prou.12. (margin, beside "cus iræ & exaſperationi")

Num.12. (margin, beside "& aliquo qui te corrigat")

& aliud habet teſtimoniũ: multis Prophetis, inquit, familiaris fuit Deus, ſed nulli ſicut Moyſi: Nam alijs quidem per ænigmata & ſomnia, Moyſi verò facie ad faciem locutus eſt: Quæris ne maius virtutis illius argm̃, q̃ quod omnium Dominus ſeruo vt amico loquitur? Erat itaque ſapiens, tã domeſtica q̃ peregrina eruditione; erat potens verbo & opere; imperabat creaturæ; quia amicus erat Domini creaturæ; eduxit tantum populum ex Ægypto, mare diuiſit, & iterũ cõiũxit, miraculũ ſanè admirabile: Tũc.n. primum Sol vidit mare non nauali ſed pedeſtri itinere trãſiri, pelagusq; non remis & nauibus, ſed equorum pedibus tranſmitti. Nihilominus ſapiens ille, qui tam potens in verbo & opere, qui amicus Dei, qui creaturę imperauit, qui tanta miracula operatus eſt, non animaduertit rem quam mortalium plerique facilè conſiderant: Socer autem eius, homo barbarus & obſcurus ſtatim animaduertit, & in medium attulit, quam ille non temerè cogitauit: Quæ igitur hæc cauſa? Audite vt & vobis proſit; Conſiliarijs.n.& correctoribus omnes opus habẽt, etſi Moyſi conferri poſſint. Exod 33.

Multa.n.ſunt, quæ magni & admirabiles viri ignorant, quæ tñ parui abiectiq; ſcire poſſunt: Nã poſtq̃ Moyſes ex Ægypto exijt, & in ſolitudinem venit, præfuit ſexcentorum millium populo, & ſolus oĩum contendentium lites dijudicauit; quod vidit ſocer eius: Erat aũt Iethro, homo alioqui barbarus & inſipiens, quiq; in ſolitudine vitam egerat, neque ulli cõmunicarat qui populos legibus rexerat, & ad hæc impius erat, quo nõ eſt certius inſipientiæ argumentum: nihil.n.gentilibus inſipientius eſt.

Veruntamen ille barbarus, ille impius, ille inſipiens vbi vidit Moyſen quædam præter dignitatẽ facere, eum correxit; non curans quod ſapiens eſſet & intelligens & Dei amicus. Et cum dixiſſet ei, Quare illi ſtant coram te; didiciſſetque cauſam, inquit, Non rectè hoc feciſti, iunxitque conſilio increpationẽ; & neque ſic exaſperatus eſt ille ſapiens, ille intelligẽs, ille tot myriadum Dux. Neque.n.hoc paruum & contemnendũ quod ab hoĩe barbaro & priuato docetur: At non inflabat vel principatus magnitudine, vel miraculis quæ operatus erat; neque rubore ſuffundebatur, qđ tot præſentibus ijſque ſubditis corrigeretur; ſed conſiderabat, quod licet magna à ſe ſigna fierent, humanę tñ particeps eſſet naturę, q̃ non raro latent multa; atque ideo cum manſuetudine conſilium ſuſcepit. Eſt nunc videre aliquos, qui ne putentur alieno indigere conſilio, malunt potius utilitate conſilij carere, q̃ ſuſcepta admonitione peccatũ emendare, imò eligunt ignorare quam diſcere, q̃uis ſciant non eſſe crimen ignorare, ſed nolle diſcere; non indoctum eſſe ſed doctrinam reſpuere, non reprehendi, ſed inemendabiliter peccare: Et ſæpè abiectus quiſpiam & vilis inuenit, ꝙ magnus & ſapiens vir pręterijt. Quod Moyſes quoque conſiderãs, omni cum manſuetudine audiuit illum conſulentẽ ac dicentem ſibi, Fac tibi tribunos, centenarios, quinquagenarios, decanos; & ſi res aliqua grauior fuerit, referant ad te; ſin leuior, dijudicent ipſi. Hæc vt audiuit non Exod. 18.

erubuit, non eſt confuſus, non eſt reueritus ſubditos, non dixit intra ſemetipſum, Contēnent me ſubditi, ſi ab alijs quid faciendum ſit didicero; ſed obtemperauit, & fecit iuxta conſilium illius: Quid, quod non ſolum pp eos, qui ea tempeſtate erant non erubuit; ſed neq; propter nos poſt ſe futuros? imò tanq̄ honeſtatus hac ſoceri admonitione, non illos ſolū qui tunc erant homines, ſed ēt eos qui uſque ad noſtram ætatem ſecuti ſunt, & vſque ad Chriſti aduentum erunt, per totum orbem factum hoc literis docuit; & quod non potuerit animaduertere quid facto opus ſit, & quod correctionem & conſilium à ſocero acceperit: Nos aūt ſi coram uno hoīe arguimur & corripimur, cōturbamur totis uiſceribus, obſtupeſcimus, & de uitæ huius ſumma periclitari nos putamus: At Moyſes nō ſic agit, ſed uidens tot millia hominum præſentia, imò tot myriades, quæ interim fuerunt, & ſunt hodie, non erubeſcit; ſed prędicat quotidie omnibus, idque literis, quod ſocer ſuus animaduerterit ea quę ipſe conſiderare non potuerat; Et quare hoc fecit? quare factum memorię commendauit? Nō aliā ob cauſam, q̄ ut nos doceret, ne unquam de nobiſipſis ſublime ſentiamus, ētſi oībus ſapientiores ſimus, neq; patrum conſilia contēnamus, ētſi omnibus uiliores habeantur: Et ſi quid utile uel commodum cōſulat aliquis, eſto miniſter ſit, tu tn̄ admonitionē ſuſcipias: ſin pernicioſum quiddā, etſi in ſumma dignitate ſit, eius ſentētiā reijcias; Non.n.qualitas perſonarum conſulentium, ſed natura conſilij in omnibus obſeruanda eſt. Hoc igitur eſt, qđ Moyſes nos docuit, ut non erubeſcamus ſi arguamur, ēt ſi tota noſtra plebs adſit; Reprehenſionem.n.beneferre, non uulgaris, ſed ſummę philoſophię pręconium & laus eſt. Nō adeò laudamus & admiramur hodie Iethro, qui Moyſen correxit, ſicut ſanctum illum qui nō erubuit tot præſentibus corrigi, & factū hoc memorię cōmendare; Itaq; magnū bonū eſt ferre reprehēſiones, ſicut & magnū bonum eſt poſſe reprehendere; nā hoc fides, & cura, q̄ proximo debemus, exigunt: Iam nos ſi quendā videmus veſte breuiori, & ex lateribus aperta, vel alioqui indecenter veſtitum, admonemus & emendamus; verum videntes vitā eius diſſolutam, ne verbum quidem proferimus; vidētes mores eius nefarios, prætterimus: tametſi ridicula ſint ea quæ ad veſtes pertinēt, perículoſa aūt & damnoſa quæ ad animam. Dic obſecro, nonne, cum vides fratrem per p̄ceps ferri, vel alioqui per in curiā aliò q̄ oportet ſpectare, nōne manū ei porrigis? nonne à lapſu erigis? nonne reprehēdis & arguis? Et in his, maioris facis non offendere & non haberi pro inimico, quam ſalutis eius curam habere? Et quam habiturus es apud Deum veniam? vel quam defenſionem? Non audiſti quid Deus Iudæis præcepit? nempe ne errantia inimicorum iumenta deſpiciant, & lapſa ne prætereant: Quod cum Iudæis p̄ceptum ſit, ne inimicorum bruta contemnant; nos ne fratrū animos qui quotidie ſupplantantur, deſpiciemus? Et quomodo non eſt ſumma inhumanitas, & ferina crudelitas, nos non tantum curæ hominibus impendere, quan-

re,quantum alij iumentis? Dum videris aliquem per abrupta vitiorũ ferri,dic illi obſecro vt Ioãnes Herodi, Relinque hoc ſcelus, fœdere hoc ſempiterno iunctum eſt Satanæ; non licet tibi habere quicquam progenitũ à Satana:Si videris proximum tuum blaſphemiæ ſcelere implicari; dic illi,Blaſphemia vxor Satanæ eſt. Non licet tibi habere vxorem fratris,per naturam tui:Si videris aliquem mendacij vel ſuperbiæ peccato delectari, denũcies illi, Non licet tibi quicquam ſpiritus maligni habere; Superbia & mendaciũ vxores dæmonis ſunt:ne verearè vt tibi quiſquam frãgat caput;non omnes ſunt tantæ virtutis, vt tibi mortem vel perniciem aliquã intentare queant:ſed etſi odiũ in te illius concitaueris,ſi tibi frãgat & manus & caput,ne ſis vt columna illa idololatrarũ;nec propter minas,conuitia,aſtus, mortẽ inſuper,reſponſa iſta dare deſinas. Clama,denũcia illi, Non licet tibi rebellem eſſe præceptis Dei & naturæ; non licet tibi flagitijs commiſceri;vxorẽ fratris tui habere;ſcorto dæmonis congredi tibi illicitum eſt: Si patieris quippiam, ſi caput tibi frãgetur, Beati qui propter iuſtitiam,qui per amorem Dei, propter proximorum ſalutem, quippiam patiuntur:veritatem locutus eſt Ioãnes Herodi, licet odium & vincula, & carceres,ad extremum & mortem ſibi propter veritatis ſermonem imminere agnouit. Et vt ad priora reuertamur,clariſſimũ vobis eſt, qui fieri poterat,quod ueritas,cuius tanta eſt utilitas,talis ſplẽdor,ea maieſtas,Herodem Ioanni infenſum reddiderit: Veritas.n.quæ mores efformat,quæ vitia palam prodit,quæ ſceleſtam uitam peruerſorum arguit,hominibus ſceleſtis inuiſa eſt:Herodes autem,ut eum Chryſoſt.depingit, ſceleſtiſſimus hominum fuit:prophanauit.n.templum,ſacerdotium ſuſtulit,confudit ordinẽ,temerauit regnum,corrupit quicquid erat religionis, quod legis,quod uitæ,quod morũ,quod fidei,quod diſciplinæ perdidit & confudit: Herodes ſicarius in ciues, in nobiles latro, in ſocios populator, in domeſticos prædo,plebis interemptor, occiſor filiorum,in extraneos homicida, parricida in proprios,inebrians terram cruore, facibus libidinis ardens,adulter,inceſtuoſus: Non eſt ergo mirũ quod ueritatis ſermo illi diſplicuit;Nã uirtus contraria uitioſis, ſacrilegis exoſa ſanctitas,inimica caſtitas impudicis,corruptis integritas,luxurioſis aduerſa cõtinentia,crudelibus dura ſemper miſericordia; Cur ergo Ioannes in uinculis?Iam ſatisfeci,quia ueritatem locutus eſt. Veritas eſt,unde Ioannes offendit,unde Herodes furit;malos qui monet,offendit;incurrit odiũ,qui arguit criminoſos. Faxit Deus ne peſſimum & crudelẽ Herodis animum imitantes,correptores odio habeamus;ſed ueritatem amplectentes in terris, ad illam ueritatem perennem,quam omnis terra inuocat, q̃ cœlum ẽt benedicit,per quam omnia opera mouentur, quam tremunt omnia,ad illam, ſcilicet ueritatem primam & increatam quæ Chriſtus eſt, pertingere mereamur. Amen.

Cum audiſſet Ioannes in vinculis opera Chriſti.

PVNCTVM SECVNDVM.

De operum Saluatoris noſtri admiranda excellentia. An ſcilicet Chriſtum eſſe verum Deum oſtenderint.

EA ſublimium & ſupernorum natura eſt, vt in inferioribus, vbi ad illa vel delapſa fuerint, vel virtutis ſuæ quidpiã demiſerint, admirabilia & inſolita operentur. Memini me apud Ioannem vidiſſe, quendam ex ſupremis ſpiritibus accepiſſe thuribulum aureum, quod cũ impleuiſſet de igne altaris, & demiſiſſet in terram, ſtupenda quædam virtute eius effecta ſunt; Nam facta ſunt tonitrua, & voces fulgura; & terræ motus magnus; Et ſeptem Angeli, qui habebant ſeptem tubas, præparauerunt ſe vt tuba canerent: Sic illud thuribulum aureum ignẽ altaris Diuini repletum demiſſum in terras, tonitrua horrẽda excĩuit, voces inſolitas excitauit, fulgura coruſcantia diruptis nubibus euolare fecit, terram vniuerſam cõquaſſauit, & illos tubicines inauditos ſonitum clangere præcepit.

Apoc 8. Allegoria Chriſti miracula facientis.

Sic & noſtrum admirandum thuribulum, ex auro obrizo innocentiſſimæ humanæ naturæ in cæleſti thalamo Beatiſſimæ Virginis, artificis omnium Spiritusſancti artificio elaboratũ, & igne Diuinitatis (Deus.n. ignis conſumens eſt) per hypoſtaticam copulam repletum: In ipſo ſiquidem habitat plenitudo Diuinitatis corporaliter: Ipſe ignẽ Diuinitatis venit mittere in terras: Hoc inquam thuribulum ardentiſſimum, vbi ad terras delatum eſt, fecit tonitrua, & voces, & fulgura, terræ motus: Fecit tonitrua vt filij tonitrui prædicarent, timentibus quidem nomen Domini, poſt illa nubila, ortum ſolis gratiæ in cordibus eorum; perſiſtẽtibus autem in peccatis ſeueram vltionem peccatorum, vt illis terrores incuterent. Omnis arbor quæ non facit fructum bonũ, fulmine triformi excidetur, & in ignẽ mittetur: Excitauit voces inſolitas, vocem illam. ſ. clamantem in deſerto, Parate viam Domini: voces deinde illas puerorum infantiles, qui vociferati ſunt, Oſanna fili Dauid; Benedictus qui venit Rex in nomine Domini: Et non tantum iſtorum ſed & inſenſibilium; Si.n. iſti tacebant, lapides ipſi pleno ore clamabant: Fulgura irradiauit coruſcantia, dum radiis bonitatis ſuæ Diuinæ cæcorum tenebricoſos mentis & corporis oculos illuſtrauit, dum Diuini ignis munere mirandam opem ſingulis tulit; dum poſt eius è terris ad cælos regreſſum, terrena & craſſa multorũ corpora, in ſplendentia lumine fulgido commutauit, ſeu transformauit: Terram vniuerſam commouit, Hieroſolyma enim Chriſto naſcente cum Herode turbatur. Terra Chriſto moriẽte cõtremiſcit. Orbis vniuerſus Chriſto

Marc. 3. Apoſtolorum epitheta.

ſto ad cęlos aſcendente & cum Patre ad dexteram eius reſidente ad prędi
cationem Apoſtolorum ac ſuis falſis errorũ fundamentis cõmotus eſt: Re Pſal. 47.
ges terræ congregati ſunt, conuenerunt in vnum, ipſi vidẽtes ſic admira-
ti ſunt, conturbati ſunt, commoti ſunt, tremor apprehendit eos: Angeli il
li terreſtres, Chriſto in terris agente, præparauerunt ſe vt tuba canerent;
Illis.n. dictum erat, Clama ne ceſſes, quaſi tuba exalta vocẽ tuam: In om-
nem terram exiuit ſonus Apoſtolorum, & in fines orbis terrę verba eorũ.
Quid eſt.n. Petrǫ ſplendidius? Quid Paulo inſignius? qui vniuerſum or-
bem terrarũ peruaſerunt, vel Angelis coæquales pietatis ſemina deijcien
tes: Perinde.n. ac ſi fuiſſent Angeli, qui è cęlo deſcendiſſent, & Deum ho
minibus annunciaſſent: Angelus fuit & Ioannes vt de eo ſcriptum eſt, Ec
ce ego mitto Angelum meũ ante faciem tuam, qui (vides præparationẽ
ad canendũ) præparabit viam tuã ante te, qui vt tubicines Regio, ita ille
tuo aduentui facilem commeatum diſponet; Talia & tam ſtupenda ſupre
mum hoc thuribulũ Spiritu ſancto operante ad nos demiſſum, apud nos
operatum eſt: Spiritus Domini ſuper me (de ſe vaticinatur Chriſtus) pro- Luc. 4.
pter quod repleuit me, euangelizare pauperibus miſit me, ſanare contri-
tos corde; prædicare captiuis remiſſionem, & cæcis viſum; dimittere con-
fractos in remiſſionem, prædicare annum Domini acceptum, & diẽ retri
butionis: Vides non temerè appellatũ eſſe Chriſtum thuribulũ, vides ful
gura, voces, tonitrua, cõmotiones terrę è thuribulo fumãtia, & prodeũtia.

Quapropter cum Ioannes carceri mancipatus, vellet certior fieri,
An Chriſtus illud eſſet aureum ſublime thuribulum, igne Deitatis reple
tum; An tempus fęliciſſimum adeſſet, quo in terrarum orbe ignem hunc
flammantem nutrire vellet; An fulgura illa & voces & tonitrua & mo-
tus Ieroſolymæ, & orbis vniuerſi concurſus, & Angelorum præparatio,
& opera illa quæ de Chriſto in vinculis audiebat, ſint propria huius thu
ribuli; ex eo ne promanarint, an verò aliunde? Cũ audiſſet Ioannes in vin
culis opera Chriſti, auidus cum altero Ioanne ſcire & videre vas admira-
bile de cęlis delapſum, mittens duos de diſcipulis ad Chriſtum, interro-
ganit, Tu es qui venturus es? Tu ne es ille quem Prophetæ venturũ præ-
dixerunt? quem Sybillæ cecinerunt? quem Patriarchæ figuris adumbra-
runt? & à quo vno Sanctorum omnium ſpes & vota pendebant? Tu es il
le qui venturus es ad Deum placandum, ad homines redimendos, ad An
gelorum ſedes inſtaurandas, ad Dæmonum potentiam comprimendam,
ad clauſas cęli fores reſerandas, & ad inferorum ſedes euertendas? Tu es
ille ab ipſo mundi naſcentis exordio promiſſus, qui caput ſerpentis anti-
qui contereſ, & Diaboli potentiam & regnum infringeres? Tu es ille cę-
leſtis vitæ Doctor, Dux in cęlum, aduocatus hominum, medicus & magi
ſter, Rex ſimul & Sacerd[illegible]s & ſacrificium? Tune es ille de quo Iſaias va- Iſai. 35.
ti[illegible] natus eſt, quod ſub ei[illegible]s aduentum, cum ipſe Deus veniet & ſaluabit
n[illegible]s, ap[illegible]rientur oculi ca[illegible]orum, & aures ſurdorum patel[illegible]unt; Tunc ſaliet
ſicut

ſicut ceruus, claudus; & aperta erit lingua mutorum? Tu es illud vas admirabile, opus excelſi, thuribulum aureum Diuinitatis plenũ? Chriſtus non aliò præterquam ad opera miranda diuertit, & ex eis ſe eſſe Deum verum demonſtrauit: Reſpondens Ieſus, ait illis, Euntes renunciate Ioãni, quæ audiſtis, & vidiſtis; cæci vident, claudi ambulant, leproſi mundãtur, ſurdi audiunt, mortui reſurgunt, pauperes euangelizantur; & beatus eſt qui non fuerit ſcandalizatus in me: Vis fulgura huius thuribuli? ecce caligantes cæci illuſtrantur, ecce leproſi mundantur. Vis motus terræ? ecce mortui reſurgunt, ecce ambulant claudi. Vis tonitrua, voces, & Angelos? ecce ſurdi audiunt, ecce clara vox expeditè loquentium piſcatorum, ecce pauperes, nudi, omnium rerum inopes, publicani, peccatores euangelizantur. Et ne ſicco veſtigio hinc diſcedamus, tali argumento Diuinitatem ſuam ex operibus ſuis comprobauit Chriſtus: Reſpõdens Ieſus ait diſcipulis Ioannis, Scio vos legiſſe oracula Prophetarum de aduentu Dei ad homines: quia virga Ieſſe germinatura erat florem, ſuper quo quieſceret multiformis Spiritus, quia paritura erat infantem, cuius vocaretur nomen magni conſilij Angelus, admirabilis, conſiliarius, Deus, fortis, Princeps pacis, pater futuri ſæculi; quia Deus ipſe abſconditus in corpore humano venturus erat ad redimendum genus humanum: Noui, vos exactè ſcire aduentus ſui inſignia, ex quibus illum iam ueniſſe non leuem coniecturam habere poſſitis; quod, ſcilicet, è Virgine ſtirpis regiæ naſcendus erat, quod pacis eius nulla uiciſſitudo, nullus terminus eſſet; ſed ea firma, ſtabilis, ſolida, immortalis, fine carens, licet millia bellorum undique ingruant, & quotidie mille millia inſidiarum parentur, à principe pacis perficeretur atque conſeruaretur; quod infantulus ſpolijs Regum terræ ditaretur, quod à miraculis doctrinam ſuam ſpargere deberet: Cognoſco uidiſſe uos in libris Iſaiæ, poſtquàm dixit, Deus ipſe ueniet, & ſaluabit nos; ſigna quibus præſentiam ſuam orbi declararet; quod, poſtquàm ueniet Deus, tunc aperientur oculi cæcorum & aures ſurdorum patebunt; tunc ſaltabit quaſi ceruus, claudus, & clara erit uox balbutientium: Quid ergo à me perquiritis, an ego ſim ille Deus omnipotens qui erat uenturus? an uerò alius uobis expectandus eſt? Opera, quæ ego facio teſtimonium perhibeant de me, an ego ſim ipſe Deus, nec ne? Conferte, an prophetiæ mihi congruant; ecce manifeſtum eſt, quod oculi cæcorum aquilino uiſu donãtur; à ſeculo non eſt auditum ut quis oculos cæci aperiret: ecce claudi & languidi ſaliunt ut cerui; leproſi, niueo candore nitentem carnem aſſumunt: ſurdi, concentus etiam angelicos audiunt: mortui quatriduani, fœtentes, iam diſſoluti, è ſepulchris reſurgunt; pauperes, ignobiles, uiles, rudes, idiotæ, nudi Euangelium ſæculis inauditum, nunciant; nudis præceptis dæmones expellunt, mortuos ſuſcitant, mortem abigunt, infirmitates inſanabiles uerbo curant. Opera quæ ego manibus meis perficio, perhibent mihi teſtimonium meæ Diuinitatis. Sed dicis? Si admiranda

opera

opera demonſtrarunt Chriſtum eſſe verum Deum, quomodo ſigna quæ
communia ſunt Deo & hominibus;& illis ſiue ſanctis ſiue peccatoribus,
quomodo inquam hæc opera ſignacula Diuinitatis Chriſti potuerant eſ-
ſe? Moyſes admiranda operatus eſt; Iuſſit mari & non ſolum non inunda
uit quod eius officium eſt,ſed ſtratis ſuis fluctibus vel petra firmius & ſta
bilius traiecit populum Iudæorum: Ioſue Soli imperauit,& ad nutū eius
velociſſimum curſum retardauit: Helias & Heliſæus mortuos ad vitam
reuocarunt: Apoſtoli vmbra & ſemicinctijs ſuis ſtupēda patrarunt: Chri-
ſtus ipſe pollicebatur, Qui credit in me, opera q̄ ego facio, & ipſe faciet, Ioan. 14.
imò maiora horum faciet: maiora, vt ſcilicet ex impio iuſtus fiat; maius.n.
hoc dicit Auguſtinus eſſe, quàm create cœlum & terram; non ſolum ma-
ius quàm cæco lumen, auditum ſurdo, languido ſanitatē, vitā mortuo præ
ſtare: Tamen conſtat, quod nec ille qui credit in Chriſtum & maiora ope
ratur, nec aliquis Apoſtolorum, nec Heliſæus, nec Helias, nec Ioſue, nec
Moyſes, nec quiuis alius opifex vel maximus miraculorū, fuit Deus per
eſſentiam: Ad quem ergo modum miracula Chriſti, ipſius Diuinitatis ſi-
gna erunt? Si Pſaltem conſulamus, miraculorum Saluatoris noſtri mo-
dum & ſpeciem prædicentem, animaduertemus non temerè Chriſtū ex
miraculis à ſe patratis Deum ſe comprobaſſe: Miracula.n. quæ Chriſtus Species & mod⁹ mi
fecit, vt docuit Angelicus Doctor, ſufficiētia erant ad manifeſtandā Dei- raculorū
tatem ipſius, & propter modum miracula faciendi; quia ex propria pote- Chriſti.
ſtate miracula faciebat; & propter ſpeciem operum, quæ tranſcendebant 3. p. q. 23.
omnem poteſtatem creatæ virtutis, & ideò non poterant fieri niſi virtute art. 4.
Diuina. Quid autem Dauid prædicabat? O Domine, inquit, cui dixit Do- Pſal. 109.
minus meus, ſede à dextris meis: cui dominatum conceſſit ſuper inimico
rum vertices; cuius virgam virtutis emittet quādoq; ex Syon, vt à Syon,
quæ à te præclarè gerentur, ſumant initium; vt à Syon fulgura miraculo-
rum proueniant; à Syon exeat lex & diffundatur per vniuerſum orbē ter Virga o-
rarum; memor ſum, quod olim præteritis ſæculis virga poteſtatis admirā perationē
da patrarunt: Moyſes virga diuiſit mare rubrum & exſiccatum eſt: virga miraculo
reduxit aquas maris ſuper Pharaonis exercitum: virga excuſſit è duro ſili rum deſi-
ce laticem aquæ viuæ: Aaron virga florente ſacerdotium ſuum manifeſta gnat.
uit: Angelus Gedeoni ignem de petra eduxit; Ioſue virga, Iordanis mea-
tum ad ſui ortus fontem retorſit: at non ſua, ſed Dei virtute hæc egerunt;
habuerunt à Deo virgam, ſed cum ea Dei operationem ſuſceperunt; non
illi, ſed Deus per virgam operabatur; ſed tu quid? Virgam virtutis tuæ,
non alienę, emittet Dominus ex Syon: Tecum principium in die virtutis
tuæ, in ſplendoribus ſanctorum: ecce modum operandi & ſpeciem mira-
culorum habemus: modum operandi deſignat dicens, Tecum principiū;
ſpeciem operum, pronuncians, in ſplendoribus ſanctorum. Modum ope
randi, deſignat dicens, Tecum principium: Non opus tibi eſt oratione ſi-
cut Apoſtolis, ſicut Prophetis, Non eſt neceſſe tibi, vt mortuum excitatu

rus,

rus, flectas genua & ores ſicut Petrus, ſicut Helias; vel baculum inutilem mittas, vt quidā Prophetarum; vel te defuncto applices, vt Heliſæus; vel clames ad Deum, vt Moyſi ait Deus, Quid clamas ad me? vel ope aliena indigeas, vt quiſpiam Ioſue vel alius ſanctorum: Tecum principiū in die virtutis tuæ. Quid eſt, tecum eſt principatus? In te inquit eſt principatus, explanat Chryſoſtomus, qui nō poſtea acceſſit, ſed in te eſt perpetuò: qđ etiam Iſaias ſignificabat dicens; Cuius principatus eius ſuper humerum eius, hoc eſt in ipſo, in ſubſtantia eius, in natura eius: Quod quidem non ineſt in Regibus, neque in Apoſtolis: nam in Regibus principatus eorum eſt in multitudine exercitus; in Apoſtolis verò eorum principatus fuit in operatione eis importata extrinſecus: Ipſe autem habuit principatum in natura, in ſubſtantia, vt qui non eam acceperit poſtquam fuit genitus, nec extrinſecus importatam, aut aduētitiam poſſederit, ſed ita ſit genitus: Et ideò de regno quoque interrogatus dicebat, Ego ad hoc natus ſum, & ad hoc veni: Tecum principatus in die potentiæ tuæ: Quod igitur principatum potentiæ proprium, non communicatum habebat, quod, vt Cyrillus ait, non accipiebat alienam virtutem, ſed cum eſſet naturaliter Deus, propriam virtutem ſuper infirmos oſtendebat, & propter hoc innumerabilia miracula faciebat: qđ nemo alius talia, vt Chriſtus, fecit in eis; quoniam ut Auguſtinus reliquit, Quiſquis alius homo aliquid eorū fecit vel febres curauit, vel Dæmones fugauit, vel ſuſcitauit mortuos, vel infirmos ſanauit, ipſo faciente fecit; hoc autem ipſe, nō illis facientibus, fecit. Quod ab ipſo mortui excitabantur, leproſi mundabantur, dæmones expellebantur, refrænabatur mare, peccata ſoluebantur, paralytici erigebantur, paradiſus aperiebatur, petræ rumpebātur, velum deſcindebatur, radij ſolis auertebantur, & tenebræ vniuerſum orbē terræ occupabant, corpora ſanctorum qui dormierant, excitabantur, latro in veterem patriam reuertebatur, per mortem mors delebatur, portæ æneæ confractæ ſunt, peccatum abolitum, ſolutum maledictum, vetera mala omnia euerſa, & alia bona introducta; Quod ab eo portæ cœli aperiebantur, quæ conculcata fuerat natura, ſupra cœlum cœli ſuſtollebatur, & quod his eſt maius, in throno ſedebit regio, aſſiſtentibus ei Angelis & alijs poteſtatibus: Quod per eum omne vitium fugabatur, virtus reducebatur, ſpiritus gratia dabatur; piſcatores, publicani, & peccatores, & conſtructores tabernaculorū, ora philoſophis obſtruebant, oratorū linguam præpediebāt, dæmonum euertebant tyrannidem; gentilium altaria, templa, feſta, & publici conuentus abolebantur; nidor & fumus & impia ſacrificia omnia per vim exigebantur; vates, præſtigiatores, aruſpices, & vniuerſa Diaboli officia fugiebant; Eccleſiæ vbique terrarum germinabant, chori virginum conſiſtebant & monachorum ordines, cum Ciuitatibus deſertum quoq; implebatur pietate, iuſtorum & Sanctorum virorum ſtantes chori ſupernis Angelorum poteſtatibus in modulato concentu reſpondebant; & populi martyrū, & confeſ-

In Pſ 109

Lib. 1. de Trin. c. 6.

Miraculorū Chriſti cumulus.

confeſſorum colonię, vbique terrarum plantabantur; barbarorum gentes docebantur philoſophiam cęleſtem; & qui erāt vel feris immaniores, vel cum ipſis Angelis in inſtitutione vitæ ſuæ contendebant; & quantum terræ ſol reſpicit, tantum verbum Dei peruaſit poſt crucem, & reſurrectionem: Quod hæc & omnia alia, virtute & illa propria effecit, quod non cōmunicata, non ab alio extrinſecus accepta poteſtate patrauit; Deum illum eſſe verum demonſtrāt: Deus enim ille eſt, qui facit mirabilia ſolus: Miracula ergo, vt Diuus Thomas docuit, exactiſſimè demonſtrabant Diuinitatem Chriſti, propter modum faciendi illa; quia ſcilicet ex propria poteſtate miracula faciebat: non autem orando ſicut alij, ſecundum illud quod de ſe apud Ioannem dicebat, Quęcunque Pater facit, hæc omnia & ſimiliter coæquali virtute Filius facit: Sicut Pater ſuſcitat mortuos & viuificat, ſic & Filius hominis quos vult viuificat.

Sed & ſpecies miraculorum Chriſti illum eſſe verum Deum pluſquā manifeſtò oſtendit: Talia ſiquidem operatus eſt, qualia, vt ipſe aiebat, nemo hominum fecit. Si, inquit, opera non feciſſem, quæ nemo alius fecit, (Ioan. 5.) peccatum non haberent: Quæ autem opera illa ſint adeo ſublimia, quæ nullus hominum præter Chriſtum fecerit, hoc ipſum declarat Dauid ſubiungens, In die virtutis tuæ, & in ſplendoribus ſanctorum; Quid in die virtutis tuæ? Quid verò in ſplendoribus ſanctorum? Quæ eſt dies virtutis Chriſti? Qui ſunt ſplendores ſanctorum? Dies virtutis Chriſti, eſt cōuerſio totius mundi, crucis exaltatio, gentium ad vnam fidem coadunatio: Dies virtutis Chriſti eſt illa, quando dixit, Super petram hanc ædificabo Eccleſiam meam, & portæ inferi non præualebunt aduerſus eam: Si enim nihil aliud Chriſtus egiſſet, præterquā quod Eccleſiam ædificaſſet, & gentes ad fidē collegiſſet, & crucis antea abominandū ſignum, in adorādū traduxiſſet, hoc ſupremū Deitatis eius argumentū eſſet. Conſidera enim & cogita tecum (monet Chryſoſtomus) quid ſit in tam breui tempore omnem ſub ſole terram Eccleſiijs impleri, tantas gentes ad fidē transferri, populos perſuaderi vt patrias leges irritent, conſuetudinem ſtabilitam & radicatam reuellant, altaria, templa, ſtatuas, ſacrificia, & prophana feſta, & immundum odorem ſicut fumum aliquē aboleant, & excitent altaria vbique gentium, in regione Romanorum, Perſarum, Scytharum, Maurorum, Indorum, & vltra orbem noſtrum; Nam & Britannicæ Inſulæ extra hoc mare ſitæ, & quæ in ipſo Oceano ſunt, virtutē verbi ſenſerunt: ſunt enim illic fundatæ Eccleſiæ, & erecta altaria: illius inquam verbi, quod tunc dictum, quod & in omnium animabus, inque omnium labijs plantatum; Vnde & omnis (vt dicitur) terra ſpinis plena, repurgata, factuſque purus ager, ſemina pietatis ſuſcepit: Magna res foret, & excellēter magnæ Diuinæque virtutis, ſi nemo perturbaret, eſſetque pax ſumma, & multis ſimul adnitentibus, & reluctante nullo, poſſe intra tam breue tempus totum orbem à conſuetudine mala, qua præoccupatus fuit libera-

(Demonſtratur, q̄ Chriſtus ſit Deus.)

liberari,& ad aliam induci: Verum hoc multò maius,quod non ſolum in aliam inducitur,ſed in multò difficiliorem;non ſolum enim diuerſa conſuetudo erat,ſed & voluptate firmata: Duo hęc erāt violēta: Quæ.n.acceperat à patribus,auis & proauis,aliiſq; ſuperiorib.progenitoribus,& philoſophis & rectoribus,ea reſpuere docebat; quod ſanè difficillimū erat: at difficilius nouam accipere conſuetudinem quæ irrepſerat,illamq; valde laborioſam: Abduxit enim Chriſtus à voluptate, & induxit ad ieiunium:abduxit ab amore opum,& induxit ad amorem paupertatis:abduxit à luxu,& induxit ad temperantiam: abduxit ab ira, induxit ad manſuetudinem:abduxit ab inuidia,& induxit ad benignitatē: abduxit à via lata & ſpatioſa,& induxit in anguſtam & arctam,& præruptam;& induxit aſſuetos viæ latæ: neque enim alios homines extra huius mundi conſuetudinem viuentes aſſumpſit,ſed illos ipſos, qui in talibus vitijs computruerant,& luto molliores erant, iuſſit vt anguſtam & arctam viā,aſperamque illam & duram ambularent;Et perſuaſit eis;Quot autem perſuaſit? Non duobus,vel decem,vel viginti, vel centum, ſed omnibus fermè ſub ſole habitantibus;Et per quos perſuaſit? per viros duodecim illiteratos,priuatos,ineloquentes,obſcuros pauperes;patria,facultatibus, robore corporis,præcellentia gloriæ,dignitate progenitorum,vehementia rethorices,eminentia ſcientiæ carētes;per piſcatores,per pelliones,per barbaros.Neq;.n.eadem illis & auditoribus vox, ſed extraneum planè & peregrinum ſermonem à linguis eorum, quibus prædicabant ſortiti erant, Hebraicum dico: Atque per hoſce ædificauit Eccleſiam hanc, quæ à finibus vſque ad fines extenta eſt: Neque hoc ſolum mirabile, quod priuati & pauperes illi, & parui & ignobiles, & illiterati & viles, & exotici ſermonis & cōtemptibiles,totius orbis correctionem attentarunt; ſed & qđ ad longè difficiliora opera ipſum ducere iuſſi, non hoc in pace fecerunt, ſed infinitis bellis hinc inde excitatis: Nam in vnaquaque gente & ciuitate. Et quid dico gente & ciuitate? In ſingulis domibus gerebatur bellū: Radicata.n. hæc doctrina, puerum ſæpe à patre diuiſit, & nuptam à ſocru,& fratrem à fratre,& ſeruū à Domino,& ſubditum à principe, & virum à muliere,& patrem à filijs. Neque.n.omnes ſimul crediderunt: Ad hæc quotidianas inimicitias,continua bella,multaſque ipſis mortes attulit: Et fecit vt Apoſtolos quaſi communes hoſtes & inimicos pleriq; auerſarentur,abigerentq; eos à ſe omnes, Reges,principes,priuati,liberi,ſerui,populi,vrbes;& non ſolum ipſos, ſed & quod grauius, nouitios in fide;& eos qui ab ipſis inſtruebantur. Eodem.n.bello premebantur & diſcipuli & magiſtri: Videbatur.n.doctrina hæc contraria preceptis regijs, & conſuetudini, & patrijs moribus; qñquidem adhortabatur ab idolis abſtinendum eſſe; deſpectui habenda altaria, quæ patres progenitoreſq; ipſorum coluerunt: deſiſtendum à prophanis preceptis; ridendas ſolennitates; reſpuenda ſacrificia: quæ illis maximè horribilia & formidabilia

vide-

videbantur,pro quibus & animas potius expoſuiſſent , quam vt eligerét
ea quæ ab illis dicebantur,& crederét in natum ex Maria , & crucifixum
& ductum ad tribunal præſidis,conſputum & infinita alia paſſum, & cũ
qui mortem maledictam ſuſtinuit, qui ſepultus, quiq; reſurrexit: Et quę
ad paſſionem pertinebant omnibus manifeſta erant, vtpotè flagella,cola-
phi,alapæ,ſputa,crux, irriſio, probra quę omnes in eum iactabant; & ſe-
pultura quæ partim beneficij loco erat:at reſurrectio non ité; nã reſurgẽs
ſolis diſcipulis apparuit; veruntamen & eam dicendo perſuaſerunt, ſicq;
Eccleſiam ædificauerunt:Quo pacto & qua ratione? Virtute eius qui iuſ
ſit; ille.n.præuius omnia faciebat,reddens etiam facilia quę dura : niſi.n.
Diuina quędam virtus effeciſſet, nequaquam hæc vel principium vel prę
ludiũ accepiſſent.Quo.n.modo ille dixit,fiat cęlum, & monſtrauit opus:
fundetur terra,& illius ſubſtantia producta eſt : fulgeat Sol , & apparuit
aſtrum;omniaque verbo operatus eſt: eodem modo idem & Eccleſias il-
las plãtauit;Et verbum hoc;ædificabo Eccleſiam meam,hæc omnia ope-
ratum eſt. Illa verba Dei condiderunt opera tam mirabilia,& quæ nemo
expectaſſet. Nam ſicut cum dixit, Germinet terra herbam fęni;& omnia
mox hortus erat,& omnia pratum, terraque mandatum ſuſcipiens infi
nitis ornabatur plantis,ſic & nunc vbi dixit,ædificabo Eccleſiam meam,
multa acceleratione facta eſt: etiam contra illam Tyrannis ſe armãtibus,
& militibus arma mouẽtibus,& populis,plus valido igne, inſaniẽtibus,
&obluctante cõſuetudine,etiam oratoribus & ſophiſtis, & diuitibus,&
principibus inſurgentibus, ſermo Chriſti velut ignis validus adueniens
ſpinas cõſumpſit,agros repurgauit,ſeminauit verbum prædicationis: Et
licet hi qui crediderunt,in carceribus ſeruarentur, deſpectui eſſent, amit
terent ſubſtantias,occiderentur,traderentur igni, ſubmergerentur aqua,
& omne tormentorum genus ſuſtinerent,cum ſumma ignominia, & per
ſecutionem paterentur vt hoſtes publici ; plures tamen ſemper accreſce-
bant;non ſolum nihil ex afflictionibus aliorũ facti ſegniores,ſed & mul-
tum alacriores,ad pulchram hanc piſcationem aſſiliebant;ſicque à piſca-
toribus capiebantur non coacti,non vim paſſi,ſed ſponte accurrẽtes, gra
tiamque habentes adducentibus. Et quãuis viderent fluere torrentes ſan
guinis credentium,feruẽtiores tamen reddebantur in fide & fidentiores.
Et non diſcipulis ſolum,ſed & magiſtris vinctis,fugatis, flagellatis,alia-
que mille mala paſſis,diſcipuli plures fiebant, & magis ſtudioſi : Quare Phil. 1.
Paulus clamat dicens, Atque adeò plures fratres freti in Domino vincu-
lis meis,vt abundantius audeant impauidè ſermonem loqui:Et alibi ite- 1. Theſ 2.
rum, Vos imitatores facti eſtis Eccleſiarum Dei, quæ ſunt in Iudæa; quia
eadem paſſi eſtis quę & nos à cognatis proprijs; prohibentibus nos loqui
gẽtibus vt ſaluẽtur. Alijs quoque ſcribens ſic dicit , Memores eſtote die-
rum priſtinorum, in quibus illuminati graue paſſionum certamen tuli- Hebr. 10.
ſtis,ſcientes meliorem habere ſubſtantiam in cœlis;& manentem: Vides

virtutis excellentiam quæ tanta operata eſt? Nam qui tanta patiebantur, non ſolum non ægreferebant vel deficiebant, ſed & gaudebāt, geſtiebāt, exultabant. Et de diſcipulis quidem dicit, quod publicationem ſubſtantiæ cum voluptate acceperint. De magiſtris verò, quod iuerint à cōſpectu
Act. 5. conſilij gaudentes, vtpote digni habiti pro nomine IESV contumeliam
Coloſ. 1. pati. At de ſeipſo ait, Gaudeo in afflictionibus meis, & adimplebo quod reliquum afflictionum Chriſti in carne mea: Et quid miraris quod in paſſionibus gauiſus fuit; cum & moriturus non ſolum gaudebat, ſed & diſcipulos ad communionem lætitiæ ſuæ vocabat, quod ſignū excellenter lętātis animæ erat; ſic.n. ait, Gaudeo & congratulor omnibus vobis, idipſum
Phil. 2. etiam vos gaudete & congratulamini mihi? Seu quid factum eſt dicite, φ tanto gaudio impletur? Ego.n. ait immolor, & tempus meæ reſolutionis
2. Tim. 2. inſtat: Sic igitur ædificabāt: Alioqui nullus ædificare poteſt parietē vnū, quem lapidibus & calce extruit, ſi impediatur & fugetur: illi autem etiā Eccleſias in toto orbe vbique extruxerunt, licet ligarentur, perſecutionē ferrent, fugarentur, proſcriberentur eorum bona, flagellis cęderentur, occiderentur, comburerentur, ſubmergerentur vnà cum diſcipulis. Et ædificabant, non lapidibus ſed animalibus & inſtitutis, quod planè multò difficilius quam lapidibus extruere: Non.n. par eſt conſtruere ſenſibilem parietem, & animæ tantis temporibus à dæmonibus irritatæ perſuadere, vt ab inſania illa deſiſtat, & ad tantam perueniat temperantiam: nihilominus hoc potuerunt nudi illi & calceis carentes, & vna veſte amicti, perq; vniuerſum mundum currentes: Habebant. n. adiutricem & commilitantem inuictam virtutem eius qui dixerat, Super petram hāc ædificabo Eccleſiam meam, & portæ inferi non pręualebunt aduerſus eam. Numera quot tyranni ab illo tempore aduerſus ipſam inſtruxerūt acies; quot grauiſſimas perſecutiones mouerunt; quomodo toto priore tempore, quādo nouitia erat fides, & nuper plantata, teneræque hominum mentes, gentiles regnabant, Tiberius, Caius, Nero, Veſpaſianus & Titus, & poſt illum omnes vſque ad Cōſtantini tempora; & omnes illi alij minus, alij ſęuius infeſtabant Eccleſiam, infeſtabant tamen omnes. Quod ſi qui ipſorum viſi ſunt manſueti, hoc ipſum quod ipſi Reges manifeſtè in impietate erāt, materia aliqua bellorum erat, cum alij eis adularentur, alij ſatagerent, vt aduerſus Eccleſiam bella ſuſciperent: Veruntamen inſidiæ & machinationes illæ omnes, leuius quàm araneorum telę diſcerptę ſunt; & ea quibus nos inuadebāt, & quibus inſidiabātur, citius fumo diſſoluta, puluere prætererunt infirmiora; magnum enim nobis numerum martyrum impleruntm, immortaleſque illos: Eccleſiæ theſauros reliquerunt, & colūnas, & turres, & eos qui non ſolum viuentes, ſed & mortui poſteris magnæ vtilitatis materia facti ſunt: vides virtutis Chriſti robur: Et portæ inferi non præualebunt aduerſus eam: Ab his & de futuris crede, quod nullus obſiſtet. Si enim cum ex paucis conſtaret, & nouæ ſectæ opus eſſe videretur,

retur, nouaque haberetur doctrina, ac tot bella, tot pugnæ vbique cõmitterentur, non præualuerunt neque obſtiterunt; multo magis cum vniuerſum orbem, & omnem locum, & montes, & colles, & valles, & mare, & terram, & gentes omnes quæ ſub cęlo ſunt comprehenderit; Quo pacto ergo tale atque tantum negotium, tot munitum obſtaculis finem haberẽ potuiſſet, niſi Diuina quædam Chriſti virtus fuiſſet, quæ & hoc prædixiſſet, & perfeciſſet?

Et vt ad alias (crucis prædicatione in aliud tempus reiecta) trãſeamus ſpecies miraculorum Chriſti. ſ. ad illud de quo dixerat Dauid, Tecũ principium in die virtutis tuæ, in ſplendoribus Sanctorũ: quod virtute Chriſti ad nutum eius cęlum contrahetur, quod vniuerſa natura quæ interijt, reſurget; quod nutu omnes aderunt, quod Diabolus pudore ſuffundetur, & dæmones demiſſo capite terram intuebuntur; quod iuſti coronabuntur, quod Prophetæ & Apoſtoli, & iuſti, & martyres, & cõfeſſores, & omnes qui per optimam vitæ inſtitutionẽ in fide Chriſti fuere, inſignes fulgebunt ſicut ſol in regno Dei, & ve ſtellæ in perpetuas æternitates, quod aliena ab interitu, immortalia, omnem ſplendorẽ ſuperantia corpora accipient; quod acſi multi ſoles in cœlo fulgerẽt, vel lunæ, vel ſydera vel radij rutilabunt; quod Chriſtus ſuſcitabit mortuos, quod trãsformabit corpus humilitatis noſtræ, configuratum corpori claritatis ſuę; non creatæ ſed increatæ, ſed immenſæ, ſed Diuinę virtutis opus eſt: Sicut Pater non aliena, non cõmunicata, ſed propria virtute ſuſcitat mortuos; ſic & filius quos vult, nõ quos vult aliquis eo ſuperior; ſuperiorem enim ignorat, ſic & filius nõ aliena ſed propria virtute Diuina, quos vult viuificat: Siue igitur cæcos illuminet, ſiue ſurdis auditum præſtet, ſiue clandos erigat, ſiue leproſos mundet, ſiue languidos curet, ſiue mortuos ad vitam reuocet, ſiue corpora caduca, terrena, deformia, in immortalia, fulgentia, pulcherrima transformet; ſiue quod pauperum voce balbutiente Eccleſiam congreget, & modus operandi miracula, & ſpecies miraculorum, Deum illum eſſe commonſtrant.

Faceſſat ergo procul vox impia Arrij, Chriſtum eſſe creaturam, blaterantis: Chriſtus Deum ſe eſſe miraculis comprobat: cęcus natus, miraculo illuminationis, Deum illud eſſe proteſtatur: Dæmones ipſi, poteſtate eius victi, filium Dei eum proclamant: ne ſitis, ò Arriani, Dæmonibus perniciosieres: Chriſto Diuinitatem & gloriam, & maieſtatẽ ſempiternam coæqualem Patri profiteamini, in ſæcula ſęculorum Amen.

Cęci vident, claudi ambulant, leproſi mundantur &c.

PVNCTVM TERTIVM.

De CHRISTI *in carne ad nos aduentus, effectibus.*

Archiatros primo medicus.

SVPREMI Archiatri Dei ea bonitas eſt, vt non corporibus tãtum, ſed & animabus proſpiciat humanis. Anima etenim cum longè Diuinior multoque præſtantior corpore ſit; & animi morbi pernicioſiores pluresque ſiũt quam corporis; peccatum verò Protoparentis noſtri non corpora ſolum, ſed & animas morbis innumeris infecerit; vbi Deus hominem miſerè ægrotantem inuiſere dignatus eſt, non corporum tantum, ſed & animarum curam ſuſcepit: viderat Ioannes in toto vniuerſo, omne caput languidum, & omne cor męrens, quod in nullo hominum à planta pedis, vſque ad verticẽ vlla eſſet ſanitas; quod vulnus & liuor, & plaga tumens non eſſet circũligata, nec curata medicamine, neque fomentata oleo: Audierat Deum ſeruis quidem ſuis compatientem; quod illi eſſent & ſurdi & cęci; cęteris verò omnibus improperantem, Super quo percutiam vos vltrà, addẽtes pręuaricationem? Oculis mentis, nec ſine graui męrore conſpexerat, ad illam probationis ſordidam piſcinam, uarijs detentos languoribus paſſim iacere: alius cupiditatis immenſæ diſtendebatur hydropiſi; quidã idolorum circumfuſus cridore & tenebris cęcutiebat: iſtum lepra falſorum dogmatum & diuerſorum errorum inficiebat: hunc paralyſis, Diuinorum inſenſibilitas, torpentem; alium libidinoſæ uoluptatis æſtus diuexabat; hunc colica inuidiæ paſſio diſcruciabat, ille ab iracundiæ atque furoris ſpiritu agitabatur; alter dominationis, inanis gloriæ, ambitionis, tumore attollebatur, quidam moleſtijs, mœroribus, curis, ſuperflua ſolicitudine conficiebatur: ille iam uitijs diſſolutus, ſpiritu exhalato Diuino, mortuus, ſepulchro obſtinationis à Dęmone inferebatur. Sciebat deinde, Diuinis edoctus oraculis, fore quandoque finem hiſce calamitatum malis; quod Deus mittere decreuerat uerbum ſuum ineffabile: cuius efficacia, non malagmatis uel alicuius herbę uirtute, orbem ſanaturus erat, quod non tantum uſque ad corporum ſed ad animarum infirmitates curandas efficax eſſet. Viuus enim eſt ſermo Dei & efficax, & penetrans uſque ad diuiſionem ſpiritus atque animæ, & interiorum; diuidens & pręcidens ab anima quicquid putridi, corrupti quicquid eſt. Norat quandoque Angelum illum teſtamenti & magni conſilij carne uelatum humana ad terram è Cœleſti ſolio deſcenſurum, & cunctos animæ languores uirtute à ſe prodeunte curaturum. An ille ſit Angelus conſilij; ſitne ille uerbum Diuinum prorſus ineffabile? Deus ne ſit qui animarum magis

Allegoria mundi.

Allegoria Chriſti.

multò

multò quam corporum ſalutem quærit, mittens duos è diſcipulos interrogat, Tu es qui uéturus es? an uerò alium expectamus? Tu ne es qui ad hanc putidam mortalitatis noſtræ aquam delapſurus es & illam moturus, ut tandem à putredine ad integritatem, à morte ad uitam redeat? Tu ne es ille, qui in fontem gratiæ & meritorum à uulneribus ſuis ſcaturientem, nos ſpurcitia peccatorum inquinatos, nos ſanie delictorum à cō ciſa anima promanante conſpurcatos introducere, & abluere, & ſanitati reſtituere debes? An alium quempiam ex ſpiritibus Beatis expectamus?

Chriſtus autem conſcius virtutis ſuæ, memor officij ſui, quia & corpora & animas ſanare venerat, reſpondit, An ego ſim ille ipſe qui ſanat oēs infirmitates hominis, qui redimit de interitu vitam eius, qui propitiatur omnibus iniquitatibus, qui renouat iuuentutem vt aquilæ, qui ſanat contritos corde & alligat contritionēs eorum, qui ſoluit compeditos, cæcos illuminat, erigit eliſos; aſpicite opera à me patrata, Cæci vidēt, claudi ambulant, ſurdi audiunt, leproſi mundantur, mortui reſurgunt: Cęci nō corporis tantum, ſed & mentis oculis vident; cæcus natus à mea illuminatus luce, lucem Diuinitatis in me contuetur & credit, Credo Domine te eſſe filium Dei: Languidus triginta annis ſuper piſcinam expectans Angelū, & corporis & affectus pedibus currit; quia abijt ad Iudæos, & prædicauit eis, quia Ieſus eſſet qui fecit eum ſanum. Paralyſi reſolutus non à viſibili, ſed inuiſibili peccatorum reſurgit lecto; Vt.n. vidi fidem deferentiū, dixi ei, Fili, dimittuntur tibi peccata tua; tibi dico, Surgē, tolle grabatum tuū, & vade in domū tuam: Lepra inſperſi, non ab illa corporea ſolū, ſed à ſpirituali purgati ſunt. Me etenim præceptorem & magiſtrum veritatis à lōgè ſalutarūt, cæteros oēs vt falſorum dogmatum diſſeminatores repudiarunt: Surdo & muto, non tantum corporis ſed & mentis aures apertæ, & lingua ſoluta, quia & virtutis meæ percepit inſenſibilia verba, & interiore percepta aure, loquebatur rectè, laude os ſuum impleret; quāto.n. plus ei inhibebam ne cui diceret, tāto magis ille prædicabat, & eò amplius admirabatur dicens, Bene oīa fecit, & ſurdos fecit audire, & mutos loqui: Mortui non ad corporis tm̄ ſed & aīæ ad nouitatem vitæ redeunt; non à marmoreo, terreno tantum, ſed ab adamantino obſtinatæ mentis ſepulchro ad meliorem frugem exurgunt: non enim corporum tantum, ſed animarum quoque medicus ſum.

Ioan 9.

Ioan 5.

Matth. 2.

Marc. 7.

Peccante primo homine, aiebat quidam Sanctorum Patrum, totus vitiatus eſt mundus; labes peccati tota inoleuit, concupiſcentia in hominibus augmentata eſt, labiles facti eramus & infirmi: Medico indigebat generatio hominum: Ille è ſinu Patris miſſus, qui ſemper fuit, & non fuit quando non fuit, vnam cum Patre habens ſubſtantiam & eſſentiam, ſanauit morbum quem protoplaſtes infuderat menti hominū: fecit de ſuperbo humilem, de edace parcum, de iracundo manſuetum, de adultero caſtum, ex impio pium; ex ebrioſo ſobriū, ex diſcorde concordem, ex tenaci

 largum,

largum;ex inquieto quietum;ex odiente,charitatem habentem;ex infido fidelem;ex inobediente,obedientiæ præceptis colla ſubdentem:

Quæ omnia quia magnopere conferunt ad cognoſcendum quid ſupremo huic medico debeamus, quid in nobis ſanandis contulerit: qui effectus,quę emolumenta aduentus ipſius,paulò altiùs repetenda ſunt.

Sex in vniuerſum mala, protoparentis noſtri peccato acciderant naturæ noſtræ.Cæcitas in intellectu,claudicatio in affectu,lepra errorum,Diuinæ voci auris obſurdeſcens, os elingue, & ad extremum miſera mors animæ.Sex quoque præter alia ſunt bona, quæ Chriſtus in aduentu ſuo nobis contulit:Cęcitatem illuſtrauit,claudos erexit, lepram expurgauit, aures aperuit,vincula linguæ diſſoluit,mortuos ad vitam reduxit: Nunc enim poſt eius aduentum cęci vident,claudi ambulant,leproſi mundantur,ſurdi audiunt,pauperes euangelizantur,mortui reſurgunt.

Et vt à primo, quia id cæterorum fons & radix eſt, incipiamus; Cęci modò vident:Antea quidem malitia excęcauerat hominē, & paries peccati prohibebat ne intueri poſſet lumē in quo videret omne verum lumen:Antea Angelus Satanæ transfigurabat ſe in Angelum lucis, & luce ſua tenebroſa,denſiſſimas mentis noſtrę nebulas diſpellerē pollicebatur; Eritis,inquit,ſcientes bonum & malum,ſi fructu illicitæ arboris vſi fueritis:Huius promiſſis illecti homines,aciem mentis à primo illo Deo ſummè pulchro & maximè vero,ad pulchritudinē creatam diuerterunt;Deo & veritate ab oculis eorū euaneſcente,ad idololatriā & mendacia ſenſim declinauerunt:Alius dum pulchritudinem & vim ſolis intuebatur,q ſicut è thalamo ſuo ſponſus egrediens, ſic ille ſub auroram apparēs radios mittit,& tāquam quodam croceo velo cęlum ornat,& roſeas facit nubes, & ſine offenſa currens totum diem, nullo ad curſum obſtaculo interrumpitur,& ſubtus noſtros pedes currens nō extinguitur ab aquis, nec humiditatē illam abſumit;& quod ſemina nutrit,vegetat corpora, multigenas rerum ſpecies producit,aurum, argentum, vniones, lapides precioſos in terræ gremio germinare facit;quod tantorum bonorū cauſa eſt, Diuinos illi honores exhibuit;Deo vero abiecto,illum pro Deo adorauit:Alius cū toto cęlo diffuſa,atq; clariſſimo ſplendore micantia videret ſydera:gloriā Deo debitam ad illa tranſtulit,illa poplite flexo veneratus eſt: Quidam terreni corporis grauitate depreſſus, cum non poſſet fulgorem aſtrorum contemplari,Deos ſibi in terra quæſiuit; cui ſuperbiſſimus Satan,Diuini cultus vſurpandi auidus, laruis quibuſdam obtectus ſe in Deū expoſuit; huic ille ſacrificiorum diuerſa genera,thura,ſuffitus,ſanguinem taurorū, carnes animalium,& (pudet dicere) ſemen humanum:& quod immanitatem omnem ſuperat, ſanguinem filiorum & filiarum, corpora & animas humanas,ſeipſum ad vltimum igni deuorandum obtulit: Quidam rurſus aut affectui,aut Regibus deſeruiēs;amores atque delicias ſuas, homines ſceleſtiſſimos(eò amentiæ & cęcitatis proruperat)in Deorum numerum

merum

merum repoſuit. Sic antiquitas Iouem, Iunonem, Martem nefandis flagrantes amoribus, Saturnum crudelem, verſutum Mercurium, ſilueſtrē Dianam, Vulcanum ferocem, impudicam Venerē, in cœleſti Deorum ſede locauit: Alius, vt Sapiens recenſet, acerbo luctu dolens, citò ſibi rapti filij fecit imaginem, & illum qui tunc quaſi homo mortuus fuerat, nunc tanquam Deum colere cœpit, & conſtituit inter ſeruos ſuos ſacra & ſacrificia; Deinde procedente tempore, conualeſcente iniqua conſuetudine, hic error tanquam lex cuſtoditus eſt, & Tyrānorum imperio colebantur figmenta: Alter per ſcientiam ſuam figurans lignum, & ſimile exſculpēs imagini hominis, aut alicui ex animalibus; perliniens rubrica & rubicūdum faciens fuco colorem illius, & omnem maculam quæ in illo eſt perliniens terra, dum fecit ei dignam habitationem in pariete, & confirmauit ferro ne fortè caderet, de ſubſtantia ſua, & de filijs ſuis, & de nuptijs votum illi fecit, inquirens, nō erubeſcebat loqui cum illo qui ſine aīa eſt; & pro ſanitate quidem infirmū deprecari; & pro vita rogare mortuū; & pro itinere ab eo petere qui ambulare non poterat; & de acquirēdo, & de operādo, & de oīum rerū euentu ab eo ſupplicare, q in oībus eſt inutilis. In tātum obſcuratum, dicit Paulus, erat inſipiens cor eorum, vt gloriam immortalis Dei, in ſimilitudinem volucrum & quadrupedum & ſerpentum commutarint: nōnulli.n. Tauros & Scorpios, Dracones & Crocodilos, reliquaſque omnes nugas in cœlum ſubuexerunt: vbique enim Diabolus nauauit operam, homines ad reptilium ſimilitudines ſubmittere; & animantibus nihil rationis habentibus, eum ſupponere, quē Deus ſupra ipſum cœlum ſublatum eſſe voluit. Quemadmodum.n. in nocte illuni, ſi quis peregrina via ingredi conetur, aut mare nauigare, non ſolum nōn perueniet ad finem deſtinatum, ſed peribit protinus; ſic & iſti iter ad cœlum ferens aggreſſi, à ſe lucem cum adimerent, ac pro ea cogitationum tenebris ſeſe inuoluerent, in corpore incorporeum, in figura infiguratum exquirentes, naufragium miſerrimum fecerunt: Hac autem caligine cæca quid tetrius? quidve funeſtius excogitari poterat? Lumen cœli non videre, ſummū dolorem Tobiæ afferebat: Lumen Dei illud inacceſſum, quodcunque lumen fulgore ſuo ſuperans, non intueri quo dolore hominē afficiet? Quid verò? quod homo animal regiū, excelſum, ad imperium & ad gloriam natum, cunctis & terreſtribus & cęleſtibus prælatum; viliſſimis, irrationalibus creaturis ſe ſubmittebat? infra ſerpentes & ſcorpios, cępas & allium, & lingēs reptile, & lignum inſenſibile ſeſe deijciebat; illa omnia ſupra ſe attollebat, quibus neque oculorum erat viſus ad uidendum, neque nares ad percipiendum ſpiritum, neque aures ad audiendum, neq; digiti manuū ad tractādum; ſed & pedes pigri ad ambulandum, ea vt numina quædam uenerabatur? Quæ ſtultitia dum ante herbam procidebat, & illi quę ſenſu caret ſupplices porrigebat preces? Quæ ueſania, dum ab illis bona precabatur, qui malorum fontes ſunt: veritatem ab eis perquirebat,

Sap. 13.14 & 15.

Roman 1.

rebat,qui mẽdaces ſunt ab initio: uitam ab eis poſtulabat,qui mortis authores erãt: ab eis delicias,fœlicitatem,beatitudinem ſperabat,qui in miſerandis inferni pœnis torquentur; qui è fœlicitate hominem aſtu & inuidia pepulerunt, qui à Deo beato & immortali, ſuperba contentione auerſi ſunt? Quę cęcitas? Quis ſtupor? ab illis ſalutẽ poſtulare, à quibus imminebat corporis & animę perditio? illis cultum omnem impendere,qui cultoribus ſuis non pręmium,ſed horrenda ſupplicia, interminabiles cruciatus,non delicias,repẽdebant? Ab hac cęca nocte,Chriſtus lux uera nos illuminauit,dum fidei in Deum ſplendore,oculos mentis noſtrę illuſtrauit,dum dixit,Creditis in Deum,& in me credite: Procul hinc tetra caligo idololatrię diſcedat; Credite in Deum, in me quoque credite: Magnę ſtultitię eſt,procidere ante pulchras creaturas, & eis aſſidere, & non ſuſtollere oculum,ad illum qui eas produxit: Extremę dementię eſt ſupponere ſe irrationabilibus, flagitioſis,& Dęmonibus.

Cum uideris cœlum,admiraris eius formoſitatem,aſtrorum uarietatẽ, claritatis eminentiam;ne ibi ſubſiſtas; ſed ad opificẽ ipſum extende mentem: Obſtupeſcere te facit Solis lux,& admiraris eius multiplicem uſum; & quia uides radios illuſtrantes tuos oculos, admiraris elementi pulchritudinem; ſed non hic ſubſiſtas: quia ſi factura tam admirabilis eſt, & ſupra omnium opinionem & intellectum; quãtus eſt qui ipſam ſolo uerbo & pręcepto produxit? Vides terram floribus ornari, & ſicut ueſtimẽtum, uaria herbarum ſegete tegi;ne adſcribas potentię terrę ea,quę ex ipſa naſcũtur,neque ſolis cooperationi,uel lunę;ſed Deo qui dixit, Producat terra herbam fœni,& mox omnis terrę facies claruit: uides iumenta & uolucres,& piſces,& fruteta, & herbas tantorum tibi bonorum ſubminiſtrare copiã;ne adſcribas creaturę ſed creatori,qui ex inexhauſto fonte bonorum per illas tibi ſuppeditat uarietatem: Non ergo in illas ſed in me credite,in Deum confidite.Ego conditor cœli & terrę, reformator lapſi ego, ego Saluator & redemptor perditorum atque captiuorum, ego ſumma fęlicitas,ſuprema beatitudo noſtra,ego lux mundi,in me oculos ueſtros intendite;in me, ut authorem totius perfecti boni,credite.

Chriſtus ergo illuminauit oculos cęcorum: Chriſtus erat lux uera, quę illuminat omnem hoĩem uenientem in hunc mundum: Chriſtus Deum quem nemo uidit unquam,nobis enarrauit: A ſeculo non eſt auditum,ut aperiret quis oculos cęci; Solus Chriſtus facto luto, ex ſputo Diuinitatis ſuę,& terra noſtrę mortalitatis, liniuit lutum ſuper oculos caligantis hominis,& uiſum perfectè recepit; Cęci uident.Leproſi mũdantur. Claudi ambulant,&c. Leproſi mundantur. Cuique perſpicuũ eſt, quod poſtquã homo corporalium oculorum lumen amiſit, omnia iam membra in miſeria verſantur ac tenebris: ſic cæcata mente,innumeris prorſus erroribus hominũ vita cumulatur: vt ille cui lumen ſolis extinctum eſt, in tenebris reſidens,album pro nigro,viride pro rubeo, inæquale pro æquo iudicat;

falſum

falſum pro vero cõtingit: ſic ille cui Diuinæ cognitionis radius tenebris obducti, pro veritate falſitatem, pro dogmate certo, errores amplectatur neceſſe eſt. Sicut qui caput ipſum fontis obſtruxit, totum ſimul exiccauit & fluuium; ſic etiam qui oculum mentis tenebris obſcurauit, omnes quoque vitæ iſtius actus vna cõfuſione excęcauit, & animũ, vt lepra quadam diſcolori corpus, ſic difformi varietate errorum obduxit.

Fatentur hoc ipſum & ipſi Gentiles, miſerandam ſortem ſuam deplorantes; Quia, dicebant, iuſtitiæ lumen non luxit nobis, & ſol intelligẽtiæ non eſt ortus nobis; ideò errauimus à via veritatis, & vt cæci in meridie palpauimus parietem: Quis ſufficiet recenſere innumerabiles errores, in quibus gentiles inuoluti ſunt? Reuoca in memoriã Platonem, & Pythagoram, Stargyritam & Philoſophos omnes, quantis vanis commentis impliciti erãt: Alius eorum aquam Deum eſſe dixit; qui ſecutus eſt, ignẽ; alius aerem, alius animam mundi: Alij mundum eſſe ſapientem & habere mentem, quę & ſe, & ipſum fabricata ſit: Alij fato omnia fieri: Deorum opera mundum non eſſe fabricatum, ſed ex atomorum, ideſt indiuiduorũ & ſolidorum corporum, quæ ſuo deorſum pondere ad lineam ferrentur, complexionibus, & copulationibus & adhæſionibus inter ſe, mundum, omneſque partes mundi, quęq; in eo eſſent, effici: Alij nihil curare Deos, nec ſua, nec aliena; ſed nihil agentes membris humanis præditos, ſed eorum nullum vſum habere: nonnulli ex aſtrorum vi omnia prouenire; itaque à principio inchoatum eſſe mundum, vt certis rebus certa ſigna prę-currerent; alia in extis, alia in auibus, alia in fulguribus, alia in oſtẽtis, alia in ſtellis, alia in ſomniantium viſis, alia in furentium vocibus: Quidam animum hominis è terra concretum, & eum eſſe aerem, vel ignẽ, vel harmoniam, vel ſpiritum ſimul cum corpore intereuntem: pecudis & hominis idem eſſe vltimum bonum; ad voluptatem quæ eſt in corporum complexu, ludis, ſaporibus, &c. ijs formis, quibus oculi iucundè mouentur omnia referri: virtutis nullo deſiderio teneri; nullam rectè inſtituendæ vitæ curam habere: ad omnem luxum & licentiam totis neruis contẽdere, exiſtimabant: Sic obſcurato inſipiente corde illorũ, omnes erroribus reſperſerunt; dicentes ſe eſſe ſapiẽtes, ſtulti facti ſunt: ſimplicem atque nudam veritatis formam intellectui ſuo induxiſſe putantes, difformi varietate errorum detenti ſunt. Contagioſam iſtam lepram dogmatum, Chriſtus doctrinæ ſuæ virtute mundauit & diſpulit: In memoria ſermonum ſapientiæ increatæ examinabantur & velociter ſanabantur, ne in altam inciden tes obliuionem, non poſſent tuo vti adiutorio; Etenim neque herba, neq; malagma ſanauit eos, ſed tuus Domine ſermo, qui ſanat omnia, qui inducit veritatem, qui fugat errores, qui docet omnem ſcientiam.

Sap. 5. Sap. 16.

Claudi ambulant: Meminiſtis dum Iacob luctabatur cum Angelo, ob tactum nerui claudus effectus eſt: ſic homo dum reluctabatur Deo, dum vera religione & pietate extincta, pro vero Deo ſerpentes & monſtra colebat,

Allegoria Iacobi luctantis.

Cauſa ꝑuitatis ad malum & tarditatis ad bonū, lucta cum Deo.

lebat,dum viribus ſuis Deum expugnare cōtendebat, claudus in affectu effectus eſt;& ad bonum quidem immobilis, ad malū autem preceps remanſit: Vt.n.Sapiens ait, Infandorum idolorum cultura totius mali cauſa eſt,& initium & finis: Extincta.n.veri numinis cognitione, & mente cæcis quibuſdam errorum tenebris obſcurata, fit vt anima Diuinæ legis, decoris naturæ,& ſuę dignitatis obliuiſcatur;& exinde prouenit vt nihil amet,nihil expetat,niſi quod cum turpitudine coniunctum eſt; nihil expetat,niſi quod ad corporis vſum & voluptatem referatur: Corporis aūt cupiditati addicta,illi tantum miniſtrat,illi ſeruit,omnia vitæ conſilia ad illius obſequium conferenda putat; propter illius commoda exterminat pudorem,affectibus excandeſcit,crudū inhumanitatis pectus geſtat,omnia Diuina & humana prophanat, in omne illicitum,vt equus habenis effractis,vel cymba gubernatore demerſo ventiſque furentibus in omnem ſcopulum fertur.In quæ mala pedibus ſuis offenderint Gētiles, deſcribit abundè Sapiens,& Paulus;Sapiens quidem dum ait,Aut.n.ſuut filios ſacrificantes,aut obſcura ſacrificia facientes,aut Inſaniæ plenas vigilias habentes,neque vitam,neque nuptias mundas iam cuſtodiunt; ſed & alius alium per inuidiam occidit,aut adulterans cōtriſtat, & omnia commiſta ſunt,ſanguis,homicidium,furtum & fictio, corruptio & infidelitas, turbatio & periurium;tumultus bonorum,Dei immemoratio, animarum inquinatio,natiuitatis immutatio,nuptiarum inconſtantia,inordinatio mechiæ & impudicitiæ.Aut dum lętantur inſaniunt, aut certè vaticinantur falſa,aut viuunt iniuſtè,aut peierant citò;nec diſſimilem malorum farraginē recenſet Paulus dicens, Faciunt ea quæ non conueniunt,repleti omni iniquitate,malitia,fornicatione,auaritia,nequitia, plenos inuidia, homicidijs,contentione,dolo,malignitate,ſuſurrones,detractores, Deo odibiles, contumelioſos, ſuperbos,elatos, inuentores malorum,parentibus non obedientes, inſipientes,incompoſitos, ſine affectione, abſque fræno ſine miſericordia. Veloces pedes eorum in malum, tardi autem ad bonum.

Sap.14.

Roman.1.

Chriſtus aūt claudū hoīem erexit,rectificauit affectū,illuminauit gratia ſua;his qui in tenebris ſedebāt,ad dirigendos pedes eorū in viā pacis, commōſtrauit viam ſalutis;Hæc via eſt,quæ ducit ad cœlū, non ea quidē lata ſed anguſta; ambulate per eam, nō declinetis ad illam quæ fluxuoſa ſpatio immenſo ducit ad infernum:Claudi ambulant:Mortui reſurgunt: Da mihi quem vis,ſiue cogitationis,ſiue linguæ,ſiue operis iaculo confoſſum,etiam ſepulchro prauæ conſuetudinis illatum, & lapide obſtinationis compreſſum;Chriſtus omnes excitat,omnibus imperat, Surge à mortuis, Veni foras,omnibus vitam animæ,quæ eſt in gratia confert: Gratia enim & veritas per Ieſum Chriſtum diffuſa eſt.

Pauperes euangelizantur,dum charitatem,& virtutes,& gratiam quā acceperunt cæteris communicare pergunt,alios ſiue exemplo, ſiue oratio

num

num efficacia, ſiue doctrinæ ui, Chriſto lucrari cupiunt. Surdi audiunt: Vociferarat olim Deus ad Adamum cęcutientem, Adam vbi es? Cur me ſpreto aliud idolum tibi confinxiſti, & alterum vt Deum veneratus es? Ille verò abſcondit ſe, ſurdas Diuinæ voci exhibuit aures. Clamarat olim Propheta ad Iudæos, Vſquequo claudicatis in duos pedes? Illi nihilominus ſuo cucurrerunt itinere, inueterati claudicauerunt in ſemitis ſuis. Vocabat olim Deus, Surdi audite, & cæci intuemini ad videndum: At quis cęcus, niſi ſeruus meus? & ſurdus, niſi ad quem nuntios meos miſi? quis cęcus, niſi qui venundatus eſt? & quis ſurdus, niſi ſeruus Domini? Et noluerunt in vijs eius ambulare, & obturauerunt aures ſuas ne audirent legem eius: Nunc autem vocat cęcos; Illuminamini, aperite oculos veſtros, & videte; & illi etiam in lucem inacceſſam aciem figunt: Dicit leproſis, Ite oſtendite vos ſacerdotibus: Ex ore ſacerdotis requirite ſcientiam: at illi contagioſam errorum reijciunt lepram: Dicit claudo, Surge & ambula; at ille ceruos velocitate ſuperat, pernici curſu affectus & amoris cęlos ipſos ſupergreditur: Dicit mortuis, Tibi præcipio ſurge, veni foras; at illi, faſcias, peccatorum occaſiones in ſepulchris relinquunt, nouamque ſanctitatis vitā viuere incipiunt: Olim flagitijs omnibus obruti, ſqualebant; nunc virtutum cunctarū ſplendore fulgent: Olim rapiebant aliena, nunc elargiuntur propria: Antea fornicati ſunt, nunc à legitimo quoque abſtinent coniugio, & perpetuam cōtinentiam meditātur: Antea iniurijs omnes afficiebant; nunc benedictionis verbis conuitia repēdunt: Antea vulnus vulnere vindicabant; nunc percutienti alteram maxillam exhibent; nunc perſecutores officijs placare cōtendunt; Delitijs & temulētia olim diffluebant; nunc ieiunio & aquæ pōtu vtrumque compenſant: Antea & Reginæ in conuiuijs virorum ſaltabant, ſicut filiam Herodiadis feciſſe legimus; nunc verò Chriſti edocta ſpiritu famula vix dignatur hoc facere: Antiquitus gentis Perſarum filij parentibus ſociabantur connubio, & ſoror fratri iūgebatur impunè; nunc verò virginitatem appetunt. Ante hoc quoties in Britannia humanis veſcebantur carnibus? nunc ieiunijs reficiunt animam ſuam. Maſſagetæ miſeros putant, qui ægrotatione moriuntur, & parentes, cognatos, propinquos, cum ad ſenectam venerint, iugulatos deuorant, rectius eſſe dicentes, vt à ſe potius quàm à vermibus conſumantur; nunc uerò poſt aduentum & prædicationem Chriſti, abſtinētia & caſtitate deuotè militant Chriſto: & propè omnes gentes paratæ ſunt pro nomine Domini fundere ſuum ſanguinem: Ante hoc impij & perſecutores erant Reges; nunc uerò ad cęlum efferunt pietatem, & ingredientes limen Eccleſię deponunt coronam; & crucē Chriſti depingunt in ſuis frontibus. Ante hoc oēs diabolo genua inflectebant, & eius mēdacia oracula auſcultabant, nunc uix Angelum de cęlo deſcendentem audire dignantur. Ante hoc uniuerſa repleta erant impietate; nunc autem non ſolum Ciuitates religione florent, & fide Chriſti, ſed etiam heremus in nomine

Iſa. 42.

mine Chriſti gloriatur; Chriſtus enim Dominus tanquam nouus iuſtitiæ Sol mundo oriens tenebras diſcuſſit, morbos depulit, ſanitatem reſtituit, iuſtitiam contulit, impiam ſuperſtitionem extinxit, Principemque huius mundi foras protruſit.

Quas ergo huic beneficio meritas perſoluemus grates? Beneficiũ immenſum, maius quolibet corporali eſt: quid retribuemus Chriſto pro omnibus quæ tribuit nobis? Illud in primis canticum laudis reſonemus, quod pueri Domino pijs ſtudijs præcinebant, Benedictus qui ũenit in nomine Domini; Benedictus ſis qui nos à tot malis eripuiſti, totque ac tantis bonis ornaſti. Deinde enitamur pro uiribus ut ſalutem animæ à Chriſto collatam conſeruemus; Cæcitatem noſtram illuſtrauit? tenebras abhoreamus. A lepra nos purgauit? errores euitemus. Claudos erexit? ne amplius cum Deo luctemur. Mortuos ſuſcitauit? ne ad ſepulchrum curramus; ne mortem manibus noſtris accerſamus, ſed uitali ſpiritu gratiæ informati, abnegantes impietatem & ſęcularia deſideria, ſobriè, iuſtè, & ſanctè uiuamus in hoc ſæculo, expectantes beatam ſpem, & aduentum gloriæ magni Dei, uiuentis in ſęculorum ſęcula. Amen.

DOMI-

DOMINICA III.

ADVENTVS.

Miſerunt Iudæi ab Hieroſolymis Sacerdotes & Leuitas ad Ioannem, vt interrogarent eum,&c. Ioan. 1. cap.

PVNCTVM PRIMVM.

De Inquiſitorum, in Chriſti Eccleſia, ſumma neceſſitate.

SVMMI in lege antiqua Pontificis, illud non poſtremum erat munus, variarum hæreſum in quocũque homine vel loco multicolorem enaſcẽtem lepram, ſumma cum induſtria perquirere, atque expurgare inuentam: Cùm etenim homines rationem habeant à natura menti datam vigentem, & ſagacem, celerrimeque multa ſimul agitantem; cùm eadem natura cupiditatem ingenerauerit homini veritatis nouæ inueniẽdæ; ſub ſpecie autem veri, ſimplicis, atque ſynceri, nonnunquam plurima vana, falſa & fallentia occultò deliteſcũt; ſi quiſpiam aliquid noui in Religione & cultu Diuino adinueniſſet, ſupremo Sacerdoti illud renunciare adſtringebatur; vt ſcilicet ille nouitatem iſtam emergentem, ſimplexne, candida, ſyncera, an verò falſis permixta ſit, diſcerneret: Paucis tabulas Leuitici ſuper hoc inſtituto enunciabo: Homo, (ita loquitur Deus ad Moyſen & Aaron) in cuius cute & carne ortus fuerit diuerſus color ſiue puſtula, aut quaſi lucens quippiam, id eſt plaga lepræ, adducetur, ad Aarõ ſacerdotem, vel ad vnum quemlibet filiorum eius; Qui cum viderit lepram in cute, & pilos in album mutatos colorem, ipſamque ſpeciem lepræ humiliorem cute & carne reliqua, plaga leprę eſt, & ad arbitrium eius ſeparabitur: Sin autem lucens cãdor fuerit in cute, nec humilior carne reliqua, & pili coloris priſtini; recludet eum Sacerdos ſeptem diebus, & conſiderabit die ſeptimo: & ſiquidem lepra non creuerit vltra, nec tranſierit in cute priores terminos, rurſum recludet eum ſeptem diebus alijs, Et die ſeptimo contemplabitur; ſi obſcurior fuerit lepra & non creuerit, mundabit eum: Si verò color albus in cute fuerit, & capillorũ mutauerit aſpectum, ipſa quoque caro lepra ſuccreſcente viua apparuerit, lepra vetuſtiſſima iudicabitur, atq; inolita cuti; cõtaminabit itaque eum Sacerdos, & non recludet, quia perſpicuæ immunditiæ eſt.

Leuit. 13. & 14.

Candor lucens diuerſi coloris, ſcientia eſt; quæ ſi candida fuerit, veritatis lumine fulgeſcit; ſi reſperſa multiformibus maculis, hæreſis eſt: Vera enim falſis inordinatè pmixta, dicebat Beda, in vna diſputatione vel narratione, hominis tanquam in vnius corporis colore apparentia ſignificãt lepram, tanquam veris falſiſque locis humana corpora variantem atque maculantem: leproſi autem non abſurdè intelligi poſſunt, qui ſcientiam veræ fidei non habentes varias doctrinas profitentur erroris: Nouo ergo candore ſcientiæ excogitatæ nitentes, Sacerdotum, non medicorum iudicio ſubdit; Sacerdotis.n. de lege, & cultu & religione Diuina nouas examinare doctrinas officium eſt. Labia Sacerdotis cuſtodient ſcientiam, & legem requirent ex ore eius. Angelus ſiquidem Domini exercituum eſt: Sacerdotes diſcernere debent, an doctrina iſta contagioſo reſperſa errore ſit, necne: an candori ſcripturarum, lumini Spiritus Prophetici, cultui & religioni ſacræ, vnitati fidei congruat vel repugnet: Sacerdotibus ex officio incumbit, videre, an ille qui multum ſibi promiſſa barba, oblongoque pallio ac baculo placet, & neſcio quam ſapientiã iactat, doctrinam neſcio quam, pleno ore concrepat, commentaque noua diſpergit, an ſcilicet ſanã doctrinam vel corruptam prædicet? ſitne in eo candor veritatis in mendacium commutatus? ſuccreuerit ne in eo ſcientia turgida, inflata? apparuerit ne caro viua ſine pelle, ſine operimẽto charitatis, ſapientia prophana? Quod ſi tale quiddã in eo agnouerit, contaminatum eum iudicabit, hæreticum eſſe decernet; prophanarum nouitatum buccinatorem eſſe manifeſtò declarabit; quia perſpicuæ immunditiæ eſt: Separabit eum à communione fidelium, ne cæteros inficiat: Corrumpunt enim bonos mores colloquia praua.

Candidam quandã doctrinam elucere in Ioanne Baptiſtã, Summi Põtifices Iudæorum agnouerãt, quæ abſtruſa, noua, & ſubobſcura ſenſibus, eſſe videretur. Audierant.n. illum ea prædicare, quæ nuſquam vel à prophetis, vel à quibuſcunq; alijs audierãt. Nihil enim de terrenis promiſſionibus, nihil de oblationibus & ſanguineis hoſtijs, ſed de cœleſtibus quibuſdam inadſpectabilibus, de baptiſmate inaudito, clariſſima illum voce loqui animaduertebant: Quia noua quadam prophetica ſcientia Ioãnem illuſtrari cernebant, veriti ne ſub hoc cãdore nouitatis, aliquid minus ſynceri deliteſceret, ne forte quid contra legem Diuinis oraculis traditam, digitoque Dei conſcriptam, contra ſanctiones Patriarcharum, contra inſtituta Patrum, vel contra vaticinia Prophetarum, vel contra ſeniorum decreta annunciaret, officij ſui admoniti mittunt ad eum, non Laicos, ſed eruditos in lege Sacerdotes & Leuitas, vt ipſum diligenter animaduerterent, an aliquid minus legi cohærens prædicaret: & vt eum interrogarẽt; Tu quis es? Si non es Chriſtus, neque Helias, neq; Propheta, cur ergo baptizas? Cur nouam doctrinam de noua baptiſmi ablutione introducis & promulgas? Quæ eſt iſta tua concio? Pœnitentiam agite, appropinquabit

vobis

vobis regnum cœlorum: Quid eſt quod doces, appropinquabit regnũ cœlorum: Tunc clauſiſti cœlum vt Helias, vt appropinquare nobis debeat? an verò cœlũ locum ſibi à Deo præfinitum relinquet, & ad terras deſcendet, vt illud manibus palpemus & contrectemus? Quæ Poetarũ noua ſigmenta doces? Appropinquabit regnum cęlorum: Cur verò non Regnum Iſrael? Ex ſacris nouimus literis, Regnum Iſrael ſempiternis ſæculis durabile fore; Thronum Dauidis & Iudę nunquam cõmouendum. Ponam, ait Deus Salomoni, thronum regni tui ſuper Iſrael in ſempiternum, ſicut locutus ſum patri tuo Dauid dicens, Non auferetur vir de genere tuo de ſolio Iſrael; fidelis erit domus tua, & regnum tuum vſque in æternũ ante faciem meam, & thronus tuus erit firmus iugiter: ecce nunc ad Romanorum Imperium defecimus; nihil habemus ſtirpe Regia dignum; thronus Dauidis ſubuerſus eſt: quare non potius dicis, appropinquabit vobis regnum Iudæorum, non regnum cœlorum? Cæteri Prophetarum dum pœnitentiam peccatoribus ſuadebant, liberationem à ſeruitute, reſtitutionẽ ad regnum terrenum in præmium pollicebãtur; tu quis es? Es ne propheta? Si propheta? cur à Prophetarum vſu & conſuetudine prædicandi deſcendis? Cur alia, noua & inaudita præmia pœnitentibus proponis? Si nõ es Propheta? qua temeritate prædicandi officium tibi vſurpas? Cur viperarum progenies, nos qui filij Dei & Patriarcharum ſumus, qui Patrẽ habemus Abraham, qui Regum & Pontificum, & amicorũ Dei ſoboles ſumus, cur nos inquam tales ac tãtos, adeò mordaci lingua impetis? infamibus titulis compellas? Tu quis es? quis tibi liberè in nos debacchandi, excidium nobis minitandi, neſcio quam metamorphoſim lapidum in Abrahæ filios fabulandi licẽtiam conceſſit? A quonam Deo miſſus es? Quis tibi officium prophetæ cõmiſit? Tu quis es? Quid verò prædicas quendam baptiſmum pœnitentiæ, in remiſſionem peccatorum? Quid ſibi vult, ego quidem baptizo vos in aqua in pœnitentiam? Quæ eſt iſta noua expiatio delictorum? Cur inſtitutis Diuinis obfirmata legis Sacramenta, auſu temerario abrogas? Cur ſimilam oleo inſperſam, hyſſopum ſanguine paſſeris tinctum, turturum detorta colla, panes propoſitionis, puluerem vitulę rufæ, ſanguinem hircorum & agnorũ, illas alias peccatorum abolitiones, ex altari, menſa, tabernaculo, Templo Dei reijcis? Cur nouam abluendorum peccatorum formam antiquis incognitam, à lege Dei alienam, obſeruas? Quid aquæ cum peccatis? Aqua abluit corporis non cordis maculas: Tu quis es? Quis nouus candor in tua fronte, in tua cute, in tuis horridis pilis enitet? Nobis de nouitatibus in lege emergentibus, ex officio iudicare incumbit; nobis de lege, de prophetis, de cultu, de cęremonijs, de ſacramentis, de ſacrificijs, traditionibus, obſeruantijs, concionibus, doctrina diſcernere permiſſum eſt: tu noua quędam aduehis: dicito nobis, Tu quis es? Helias es tu? Propheta es tu? Quis es, vt reſponſum demus his qui miſerunt nos? quid dicis de teipſo? Quid baptizas, ſi tu nõ es Chriſtus, neq;

Helias,

Helias,neque propheta? Optarem ſanè dilectiſſimi,vt pari vigilantia, ſimili ardore ſucenſi eſſent Reipublicæ Chriſtianæ cōſeruatores;illi quibus caſtitas Eccleſiæ ſponſæ Chriſti Ieſu, quibus animarū ſalus in cuſtodiam commiſſa eſt?illi è quorum manibus non ſanguinem ſed ſanguine Chriſti precioſiſſimo redemptas animas, die horrendo iudicij requiret iudex implacabilis: Cuperem vt ſicut Iudæorum Pontifices nouam Ioānis exorientem doctrinam,ſumma cum diligentia contemplantes,de illa vera ne an falſa ſit requiſierunt; ita noſtri, quamcunque nouam pullulātem ſectam,acri iudicio perquirerent & iudicarent: Fœliciſſimè actum eſſet de Chriſtiano orbe,ſi Luthero vel Caluino, vel alio quolibet eius ſectæ pſeudo Apoſtolo,cum ſuis nouis figmētis enaſcente, ab illis inueſtigatū eſſet; Tu quis es? Cuius religionis? Cuius Eccleſię? Quā affers doctrinā? Quis tibi huius doctrinæ prædicandæ delegauit munus? A quonam Spiritu ꝓfecta? Cohæreatne documentis Sanctorum Patrum? Probeturne authoritate Eccleſiæ? Fœliciſſimè inquam actum eſſet de orbe Chriſtiano. Veterem enim religionem miraculis inchoatam , ſanguine martyrū obſignatam,retentam atque auctam videremus; neque tot ſectas diſperſas, non ſine graui mœrore & ſcandalo puſillorum,cōtueremur: neque tot & tam turbulentiſſimos hominum motus,euerſas vrbes,populos mactatos,Regna opulentiſſima ditioni Tyrannicæ ſubacta vel ſciremus vel oculis ipſis aſpiceremus: Hæc.n.duplex,& ea permaxima vtilitas,ex nouitatū diſtricta inquiſitione promanat;ſcilicet, Veteris religionis conſeruatio per phanaticorum errorum expurgationem : & pacis quæ cum iucunda, tum ſalutaris eſt,& propagandæ & conſeruandæ optimus modus.

Et ne à duobus iſtis cōmodis diſcedamus, hinc ſumma neceſſitas Inquiſitorum in Eccleſia Chriſti demonſtranda nobis eſt. Prima igitur neceſſitas Inquiſitores expoſcit in Chriſti Eccleſia; ſcilicet,veteris religionis conſeruatio: Cuique vel modicum verſato in ſacris literis conſtat. Deum nihil magis exoptare,quàm religionis antiquę,Diuinitus traditæ,ſumma conſenſione populorum receptæ,confirmatæ clariſſimis indicijs,progreſſus & incrementa: Sic dum legem veterem tradiderat Iſraeli, per manus
Deut.13. Moyſis præcepit illis,Si,inquit,ſurrexerit in medio tui prophetes,aut qui ſomnium ſe vidiſſe dicat,& prædixerit ſignum atque portentum,& euenerit quod loquutus eſt,& dixerit tibi,Eamus & ſequamur Deos alienos quos ignoras,& ſeruiamus eis. Nō audies verba Prophetæ illius aut ſomniatoris,quia tentat vos Dominus Deus veſter, vt palam fiat, vtrum diligatis eum an nō,in toto corde,& in tota anima veſtra: Dominum Deum veſtrum ſequimini,& ipſum timete,& mandata illius cuſtodite,& audite vocem eius;ipſi ſeruietis & ipſi adhęrebitis. Propheta autem ille aut fi-
Deut. 6. ctor ſomniorum interficietur: Clarius verò alibi Moyſes eandē Dei mentem declarat: Hæc ſunt,inquit,præcepta & cęremoniæ atque iudicia, quæ mandauit Dominus Deus veſter vt docerem vos,vt faciatis ea in terra,ad

quam

quam tranſgredimini poſſidēdam; vt timeas Dominum Deum tuum, & cuſtodias omnia præcepta & mandata eius, quæ ego præcipio tibi & filijs ac nepotibus tuis cunctis diebus vitę tuæ: Erūtq; verba hæc, quæ ego pręcipio tibi hodie in corde tuo; & narrabis ea filijs tuis, & meditaberis ſedens in domo tua, & ambulans in itinere, dormiens atque conſurgens: Et ligabis ea quaſi ſignum in manu tua, eruntque & mouebuntur ante oculos tuos, ſcribeſque ea in limine & oſtijs domus tuæ. Apertius autem hoc idem ipſemet Deus, apud Ieremiam præcipit dicēs, State ſuper vias, & videte, & interrogate de ſemitis antiquis, quę ſit via bona, & ambulate in ea, & inuenietis refrigerium animabus veſtris: State, inquit, fixi & immobiles eſtote in perpetuò conſeruanda religione Patrum veſtrorum; ne varijs & peregrinis abduci à via antiqua vos patiamini cuniculis; ne ad dexteram vel ſiniſtram declinetis, ne claudicetis ſuper alterum pedem, ne ſitis vt paruuli fluctuantes, qui quod hac hora amplexi ſunt, altera reijciūt: qui modò hoc, modò illud; modò hac, modò illac ingredi cupiūt: vos autem ſtate ſuper vias antiquas, & illas videte, in illis ambulate: ſtate fortes, prius vobis omnia, etiam chariſſima, eripi patiamini, quàm à veteri religione, nouitate ꝓphana abduci: Et interrogate de ſemitis antiquis; ſemitę antiquæ ſunt, ſemitæ patrum veſtrorum; pręcepta in quibus ambulauerūt, obſeruationes, doctrinæ quas vobis à ſuis maioribus & illi à me, à meo ſpiritu acceptas per manus tradiderunt, pari qua illi obſeruarunt diligentia, non abrogandas ſed arctè retinendas, & ad poſteros veſtros integrè incorruptè tranſmittendas. De his interrogate, in his ſtate, ne præbueritis aures his qui nouitatibus, vt Syrenes, vobis demulcent aures; qui ſuperbia ſcientię turgentes, apud ſimplices & imperitos admirationē ſui facere, non ſalutem animarum veſtrarum, quærunt: ſed de antiquis ſemitis interrogate, quæ ſit via bona, per quā tot ſæculis Patriarchę ſancti ambularunt, quam inclyti legislatores vobis oſtenderunt; quam iuſti Reges conſeruabant, & tuebantur; quam ſanguine ſuo obſignarūt tot myriades martyrum, quàm Prophetæ oraculis vel illuſtrarunt, vel adumbrarunt; quam tot doctiſſimi Eccleſiaſtæ, ſapientiſſimi Sacerdotes docuerunt. Interrogate de ſemitis antiquis: hoc enim facere ſolēt, (aiebat, verba Dei explanans, Theodoretus) viatores, quādo à via regia deflexerint, vt ſemitas conſiderent, ſi aliquorum recedentium aut venientium pedum typos habeant, aut hominum, aut equorum, aut aſinorum, aut mulorum; & quādo inuenerint, per eorum veſtigia inſequuntur, nec prius deſiſtunt, q̄ rectā viam recuperauerint: ſic & vos interrogate de ſemitis antiquis: nō iſtis nouis, erraticis; non quomodo obtorto collo ambulent Phariſæi, nō quomodo ſplendidè viuentes Saducæi, nō quomodo Eſſæi, vel quilibet alius Nouatorum; ſemitas & veſtigia antiquorum obſeruate; State ſuper vias antiquas. Neque.n. puerorum inſtar pręſcripſi vobis religionem, vt quolibet momento eam mihi permutare neceſſum ſit. Immutabilis ego, nō mu-

Hierem. 6

tor ego in meis inſtitutis:cęlum & terra prius prætcribunt, voluntas aūt mea,& meum conſilium ſtabit.Religio in qua uos exultos eſſe cupio,licet progreſſus ſuos habeat, & creſcat cum incremēto tēporum & morū ueſtrorum;licet aliam faciem,alia ornamenta,& ritus externos in lege naturæ,in lege ſcripta,& in gratiæ teſtamento præſeferat,eadem tamen ſubſtantia illius immobilis perſeuerat. Filius meus non uenit ſoluere legem naturæ & Moyſis,ſed adimplere,ſed perfectiorem efformare, eāque maiori candori reddere;State igitur in uijs antiquis.Neque.n.à principio cū eam uobis tradidi,aliqua figmenta uobis proponebam,ut modo quaſi ueritate perſpecta,illius innouandæ,uel permutandæ in nouam ſpeciem neceſſitate adſtringar: Natura.n.mea mendaciorum fabulis nō oblectatur; ſed neque paterer ullo modo tot Sanctorum Patriarcharum deluſam eſſe fidem,tot Sanctorum Martyrum fruſtra profuſum eſſe cruorem,tot Prophetarum deceptas eſſe mentes,tot Regum,Principum, Sacerdotum,Pōtificum,gentium, populi illius quem ego in peculiarem amorem & tutelam tanto ſanguine acquiſiui meis quaſi ementitis nugis animas damnari:Sanguine turpiter profuſo,animarum miſerāda ad cruciatus ſempiternos dānatione minimè delector, quin potius eam abhorreo: State igitur in uiis antiquis,Religionem antiquam quam à me didiciſtis retinete, eā totis uiribus conſeruate. Hanc Dei ſanctam,de religione ueteri tuenda, Prou. 22. ſanctionem,aduertentes Sancti, illud idem uoluntati Diuinæ inſiſtentes docuere.Sapiens monebat,Ne trāſgrediaris terminos antiquos, quos poſuerunt patres tui. Alter uerò Sapientem inſtituens dicebat, Sapientiam Eccl. 39. omnium antiquorum exquiret ſapiens, & in Prophetis uocabit,& narra Rom. 16. tionem uirorum nominatorum cōſeruabit. Paulus uerò alios rogabat dicens, Rogo uos fratres ut obſeruetis eos qui diſſenſiones & offendicula, præter doctrinam quam didiciſtis faciunt,& declinate ab illis; Huiuſcemodi.n.Chriſto Domino noſtro non ſeruiunt,ſed ſuo uentri, & per dulces ſermones & benedictiones ſeducunt corda innocentium. Alios uerò Eph. 4. monebat,ne ſint ſicut paruuli fluctuantes; ne circumferantur omni uēto doctrinæ,in nequitia hominum, in aſtutia ad circumuentionem erroris. Alijs deinde pręcipit, Doctrinis uarijs & peregrinis nolite abduci; opti Hebr. 13. mum eſt.n.gratia ſtabilire cor. Alios demū miratur,quod translati eſſent Galat. 1. ab eo qui illos uocauit in gratiam Chriſti,in aliud Euangelium:Iiſdē ſub anathemate interdicit,ne etiam ab Angelis nouum quid recipiant; Si,ait, nos ipſi licet,aut Angelus de cęlo euangelizet uobis, pręterquā quod euā gelizauimus uobis,anathema ſit;Sicut pręDiximus,& nunc iterum dico, Si quis uobis euangelizauerit,pręter id quod accepiſtis,anathema ſit.

Cur uerò illi tantum ſtudium de retinenda & tuēda antiqua religione Cauſæ hę rum. habuerint,ſi ſcire uultis?ea ratio eſt. Præſagiebat eorum animus,quoſdā ignorantia,alios ſuperbia,alios inuidia, nonnullos uerò Dæmonum præſtigijs ſeductos, docendi & noua cudendi cupidine accenſos, ad fontem

tanto-

tantorum errorum, adeò horrendarum blaſphemiarum aperiendum inſudare.

Præuidebant,quod eorum fideliſſimus interpres Hieronymus expreſſit,quod ſola Scripturarunn ars eſt, quam ſibi paſſim omnes uendicant: hãc garrula anus,hanc delirus ſenex, hanc ſophiſta verboſus, hanc vniuerſi præſumunt,lacerant,docent antequam diſcant:propterea,vt Chryſoſtomus aduertit, nihil ſanum,nihil vtile apud ignaros fit, ſed omnia errorum plena ſunt.Pręſciebant,quod Petrus iam ſuis temporibus experiebatur, futuros eſſe quoſdam magiſtros mendaces,qui introducerent ſectas perditionis;negantes eũ qui emit eos;per quos via veritatis blaſphemaretur;qui in auaritia fictis verbis de fidelibus negotiarentur;qui voluptatem exiſtimantes diei delitias, coinquinationis & maculæ delitijs affluentes,in conuiuijs ſuis luxuriantes; oculos habentes plenos adulterij, & inceſſabilis delicti,in ſuperbia vanitatis loquentes, cor exercitatum in auaritia habentes, pellicientes in deſiderijs carnis luxurię, illudentes, in errorem ſeducentes, libertatem illis promittentes, cum ipſi ſerui ſint corruptionis. Præcognoſcebant, quod in nouiſſimis diebus inſtarent tẽpora periculoſa, in quibus eſſent homines (ſcilicet magiſtri nouitatum) ſeipſos amantes,cupidi,elati,ſuperbi,blaſphemi, parẽtibus non obedientes,ingrati,ſceleſti,ſine affectione,ſine pace,criminatores, incontinẽtes, immites,ſine benignitate, proditores,proterui, tumidi,cæci,& voluptatum amatores magis quam Dei; habentes quidem ſpeciem pietatis,virtutem autem eius abnegantes,reſiſtentes veritati, corrupti mente, reprobi circa fidem. Augurabatur eorum mens, Philonicum illum & Eriſticum, (ita rixoſum Lutherũ vocarunt Vvittembergẽ.)bardum & ſtupidum,in tantam efferendum ſuperbiam vt effutire auderet, Quod nos interpretamur(ò blaſphemũ os)hoc ſenſit Spiritus ſanctus: quod adferunt alij,quã uis magni,quamuis multi,à ſpiritu Satanæ, & alienata mente profectum eſt:Quod Orthodoxi docuerunt,quod auctoritas Eccleſię tradidit, quod populus Chriſtianus amplexus eſt,quod ſcholæ defendunt, exitiabile venenum eſt Sathanæ;Quod ego doceo,ſpiritus eſt vitæ; ſi omnes cęcutiãt, ego non cæcutio:Nam mihi conſcius ſum,me habere ſpiritũ Chriſti,quo poſſum de omnibus iudicare,nemo de me:nolo iudiciũ, ſed requiro obſequium: Qui meis probationibus diffidunt, blaſphemiam committunt in Spiritum ſanctum.Viderant ipſius rabie affectum aduerſus Eccleſiam animum,vt teſtaretur,Hoc,ait,diffiteri nec poſſum, nec volo,quod ſi Caroloſtadius,aut alius quiſquam ante quinquennium mihi perſuadere potuiſſęt, in Sacramento præter panem & vinum eſſe nihil; ille magno beneficio me ſibi deuinxiſſet; cum probè perſpiciam, hac re Papatui valdè me incommodare poſſe. Nouerant,ex ipſius Miſſa angulari, omnia illius commenta,blaſphemias,errores,ſectas,horrẽdas hæreſes ex improbo dæmonis capite inuenta iri.Sciebant cum illo Saxonũ Duce,quid hoc anno

In prolog. Bibliæ.

In epiſ.ad. Hebr. cō 8.

2. Pet.2.

2. Tim.3.

Ad Argẽ torati

crederent vicini ſui nouatores; cæterum quid eſſent anno proximè inſequenti credituri, ſe neſcire: quia tanta innouandæ religionis & doctrinæ hæreticos tenet cura, vt hoc momēto illud credant, altero illud placitum anathemate damnent. Ne igitur licitum eſſet cuique nouas adinuenire fides, nouas ſtatuere inſtitutiones, tot errorum nefandorum, tot hæreſum ſceleſtarum blaſphema eboare inuenta, voluit Deus antiquæ religioni inſiſtendum eſſe; veterum inſtituta obſeruanda eſſe; cupiuit ne ab antiquitate veneranda, vel latum vnguem, quis diſcedat, ſed eam ſummo honore reuereretur, complecteretur; noua autem deteſtaretur figmenta. Hinc in antiqua lege, vt voti compos eſſet, exploratores, ſeu ſi mauis dicere, Inquiſitores; ſeu ſi magis placet Religionis conſeruatores inſtituerat, qui & veterem conſeruarent, & nouam quamcunque reciderent ſiue doctrinam ſiue inſtitutionem. Si, inquit, inter portas tuas videris verba variari, ſurge & aſcende ad locum quem elegerit Dominus Deus tuus, venieſq; ad Sacerdotes Leuitici generis (non laicos) & ad iudicem qui fuerit illo tempore, quæreſq; ab eis veritatem; & facies quodcunque dixerint qui præſunt loco quem elegerit Dominus, & docuerint te iuxta legem eius, ſequeriſque ſententiam eorum, nec declinabis ad dexteram neque ad ſiniſtram: Qui autem ſuperbierit, nolens obedire ſacerdotis imperio, qui eo tempore miniſtrat Domino Deo tuo; ex decreto iudicis morietur homo ille, & auferes malum de Iſrael, cunctuſque populus audiens timebit, vt nullus deinceps tumeſcat ſuperbia. Rurſus apud Malachiam præcipiebat, Labia ſacerdotis (non laici) cuſtodient ſcientiam, & legem requirent ex ore eius; quia Angelus Domini exercituum eſt. Labia ſacerdotis cuſtodient ſcientiam à me traditam, illam à conatibus nouatorum defendent, illam incorruptam conſeruabunt, illam à nemine lædi aut corrumpi, aut ſubuerti patientur.

Deut 17.

Malac. 2.

Quod an à noſtris ſacerdotibus, à noſtris ſanctiſsimæ Inquiſitionis Præfectis obſeruatum ſit, an illi Religionem Catholicam, de cœlis à Spiritu ſancto allatam, Chriſti benignitate, Petro & eius ſucceſſoribus concreditam, ſanguine illius immaculato obfirmatam, martyrum cruore firmiſſimis radicibus fundatam, conſenſione populorum & gentium concretam, miraculis roboratam, ſpe nutritam, charitate auctam, an illi talem ac tantam Religionem ſanctiſſimam, in locis vbi manus ſolutas habent, conſeruarint, defenderint. qui vel annales Eccleſiæ legiſtis, vel in fide Chriſti florentem Italiam oculis adſpexiſtis, teſtes eſtote.

Auguſt. 5 epi. fund: 4.

Quis (vt ab initio Ordinis D. Dominici hæreſum expugnatoris acerrimi incipiam) Eccleſiam Galliæ ab Albigenſium longè latèque bacchante hæreſi tutatus eſt? Inquiſitorum parens Dominicus. Quis Eccleſiæ Lateranenſi ruinam minitanti, & iamiam labenti humeros ſuppoſuit? Inquiſitorum Pater Dominicus. Quis incendium Mediolanenſis, & Galliæ Ciſalpinæ Eccleſiæ faces imbre doctrinæ, & ad extremum ſanguine reſtinxit pro-

xit proprio? Patriarcha Inquiſitorum Petrus. Quis vulpes ſubdolas Arrianorum, vnà cum ſemẽte dogmatis illorum in Italia exuſſit? Petrus pugil fidei. Quis ſacratiſſimum corpus Chriſti idolo demonſtrans, & fraudes detexit, & confictis miraculis Eccleſiam oppugnantes diſſipauit? Petrus athleta inuictus? Quis ad hæc vſque noſtra tempora, & Italiam, & Siciliam, & Hiſpanias, & Neapolis regnum, in auita religione continuit? Petri Inquiſitoris ſequaces? Cur Gallia, Anglia, Scotia, Germania ab antiqua religione defecit? Cur in ijs Regnis quot ſentẽtiæ, tot dogmata? quot domus, tot fides? quot homines, totidem religiones? Quia Sacerdotes trucidarunt, quia Conſeruatoribus fidei linguas præciderunt, quia Inquiſitoribus horrendas intulerunt mortes: Credite mihi, ſi Chriſtiani principes zelum Principum Iſraelis ardentem habuiſſent: ſi Luthero excucullato, ſuperbo, procaci, Diabolico perflato ſpiritu, prædicatori exurgenti, ſummo conatu obſtitiſſent, ſi ad eum non adeò benignum, ſed aliquem ſeuerum Caietanum miſiſſent, ſi linguam illi nefariam in ſanctorum, in Eccleſiæ, in ipſius Chriſti blaſphemias tot vibratam vicibus precidiſſent, ſi ſceleſto ori ſilentium impoſuiſſent; ſi iudices illi Chriſtiani, hunc ab Eccleſia pro nouatore temerario declaratũ, ſupplicijs iuxta Dei legem è viuis abſtuliſſent, non profectò tot gentes, tot ampliſſima regna priſtinam reliquiſſe religionem videremus: Nõ auribus audiremus latratores illos dirum efflare virus in Eccleſiam Chriſti: Non certè tot mõſtra ſine capite, ſine Pontifice, ſine Sacerdote, ſine lege, ſine ordine aſpiceremus: Non tot horrendas voces audiremus, non Deum eſſe auctorem & cauſam peccati volentem, ſuggerentem, iubentem, operantem; Nõ Chriſtum eſſe Deum ex ſeſe, & alia infanda audiremus. Illæ impiæ obmutuiſſent fauces, ſiluiſſent illæ voces, Chriſtus non eſt genitus de eſſentia Patris? Anima mea odit hoc verbum homouſion, Chriſtus ab infantia non fuit in gratia conſummatus, Chriſtus cũ orans in horto, ſudore aquæ madere & ſanguinis, ſenſu damnationis æternæ cohorruit. Chriſtus cum actus in crucem exclamaret, Deus meus vt quid dereliquiſti me, accẽſus flammis inferni, deſperationis vocem emiſit. Chriſtus mortuus gehennam guſtauit, nihilominus quàm animæ damnatorum. Tempora, tẽpora cuiuſmodi monſtra aluiſtis? quas voces perſenſiſtis? Si ab Illyrico, Caluino, Sarcerio, Kemnitio, Vvicleſo, Bucero, perueſtigatum fuiſſet, Tu quis es? conticuiſſent illæ voces, Imago Dei penitus in homine deleta eſt: Poſt peccati lapſum, Diabolus animas procreat: omnia peccata ſunt paria, Gratia Dei nec purgat, nec illuminat, nec ditat, ſed peccatũ diſſimulat. Chriſtianus etiam volens, non poteſt ſalutem perdere, Sacramentum nullum eſt, Baptiſmus non eſt phiala gratiæ, non deriuat in nos Chriſti merita, Panis Euchariſtiæ venenũ eſt: Non audiſſemus, ſi in eos inquiſitũ eſſet, illas impudiciſſimas voces, Si nolit vxor, veniat ancilla: Res vxoria tam eſt cuique neceſſaria, quàm eſca & potus: Matrimonium virginitatẽ nul-

tò præſtantius: Virginitatem diſſuaſit Chriſtus Chriſtianis. Vultisne plura? Quidni? Quantò ſceleratiores, tantò vicinior gratiæ: Omnes actiones bonæ, peccata ſunt: Nemo malum ſuaptè voluntate cogitat: Decalogus nihil ad Chriſtianos: Soli rectè participant cęnæ Dominicæ, qui triſtes, afflictas, perturbatas, confuſas, erraticas apportant conſcientias. Non alia tam inuiſa, tam inſulſa, tam tetra audiſſemus; non his inficeremus peſtibus aures & oculos noſtros: Non Chriſtianas animas, Chriſti ablutas ſanguine, Mahumeto dediſſe manus, ad Atheiſmum defeciſſe, ad Orcum, ad fauces Satanæ detruſas eſſe contueremur, ſi Conſeruatoribus fidei obtemperatum eſſet, ſi Inquiſitoribus Pontifices delegaſſent, Vade & vide, contemplare diligenter quis eſt iſte nouorum doctor dogmatum? quid docet? quid annunciat? Si ſua figmenta, perquire ab eo, Tu quis es? Vnde hæc tua noua doctrina? Si de terra? terrena ſapientia animalis eſt & diabolica; ſi de cęlis? aut veteri congruit, aut ab ea longiſſimo interſtitio diſiungitur? ſi antiquæ doctrinæ congruit? hanc nos tecum ſuſcipiemus, ſi eam veteri conuenire demonſtrabis; ſi veteri repugnat? non modò tu qui à Satana transfigurante ſe in cęleſtem Angelum, ſed etiam ſi ipſe Angelus Deiformis, beatus, nobis aliud annunciauerit, præter id quod à Patribus edocti ſumus, & cũ lacte ex vberibus exuximus maternis, anathema ſit. Idcirco euidenter nobis comproba, Tu quis es? Esne quidam ex antiquis Patribus Auguſtinus, vel Cyrillus? ſi nouum quempiam te effingis, veteri deſpecto doctore, omne nouum nobis ſuſpectum eſt; Si in nouum te Diuino flamine permutatũ temerè aſſeris? Miraculis & ſignis vt Moyſes, vel aliquis ex Apoſtolis nouam iſtam miſſionem tuam teſtare; Etneque hoc nobis ſufficit. Quia ſcimus Spiritum ſanctum ſibi nõ contraire tuam doctrinam nouam veteri non repugnare, ſed hanc maximè vel perficere, vel declarare, omnium nationum, gentium, populorum, auita conſuetudine, communi conſenſu oſtende. Demum, Tu quis es? Docesne aliquid contra vnitatem Eccleſiæ? Diſſuere contendis tunicam Chriſti inconſutam? Hoc ſi contendis? quia altare contra altare cõſtruis, quia cathedram contra cathedram conſtituis, quia quod Chriſtus in ſeipſo coniunxit ſeparas & diſcindis; quia Paulus prohibuit in grege Chriſti fieri ſchiſmata, doctrinam tuam non agnoſcimus; Doctrina tua diſpergens, tecum ſit in diſſipationem & in perditionem. At quia de iſtis nihil cogitarunt, ideò noui recenteſque venerunt, quos non coluerunt patres eorum; ideò (quod de ſuo ſæculo ſcripſit Hilarius, hoc de noſtro dici põt) tot nũc fides exiſtunt, quot volũtates; tot doctrinæ, quot mores; tot cauſæ blaſphemiarum pullulant, quot vitia ſunt, dum aut ita fides ſcribũtur, vt volumus, aut ita intelliguntur; Et cum ſecundum vnum Deum, & vnum Dominum, & vnum Baptiſma, fides etiam vna ſit, excidimus ab ea fide, quæ ſola eſt; & dum plures fiunt, ad id cœperunt eſſe, ne vlla ſit.

Ad Conſtantium, lib. vlt.

Rogatos vellem hic eos, quibus gubernacula Eccleſiarum commiſſa ſunt,

ſunt,vt ſi in Eccleſijs ſuæ curæ traditis nondum eò res proceſſerunt, quò (proh dolor) alibi progreſſas videmus, ſi aduerterint aliquã leproſam & contagioſam ſuccreſcere doctrinam, primis obſtent initijs: Si quem videretis(ad vos ò ampliſſimi Patres patriæ meæ ſermonem contraho) ignem manibus ac ligonem geſtãtem,ædem D.Stanislai protectoris noſtri unà cum altaribus demoliri,euertere,incendere cupidum eſſe, nõne fieret ut ab omnibus uobis qui rem fortè ſpectaretis,interrogaretur, Quod ſcelus paras? nonne ab omnibus lapidibus obrueretur, tanq̃ impius & exlex? Quid igitur? Si quis flammam geſtet, hoc quo utimur igne edaciorẽ,non lapidum ędificia demolientem,neque aureum altare euertentẽ, ſed quod longè & lapidibus & altari precioſius eſt,Eccleſiaſticę religionis, pietatis auitę,quam à Deo per manus Patrum noſtrorum accepimus, præceptorũ ædificia ſubuertentem ac deuaſtantem; Vos omnia iſta intuemini; hæreticos vetera omnia abrogare,& noua dogmata introducere, nouam Babylonem extruere;antiquam,Sanctam,Apoſtolicam, & Catholicam Eccleſiam funditus eradicare conſpicitis;cur diſſimulatis?cur in eos nõ inquiritis?cur non ſeuerè animaduertitis? Solus arcę ruiturę contactus,ad tantam indignationem Deum prouocauerat,vt qui hęc auſi fuerant, ne minimum quidem venię ſunt conſequuti;hi qui adorandam Eccleſiam deijciunt,qui Sacroſanctam religionem exturbant, qui ineffabilia dogmata corrumpunt, veniam à vobis conſequentur? hæc ſcelera perpetrare permittentur? Si alicuius ſponſę caſtitas veſtrę cuſtodiæ demandata eſſet, & videretis procum libidinoſum ad violandam ipſius pudicitiam inuolare, non interrogaretis,quid tu hic? cur ante eius conſpectum frequenter prodis?quid illa hominis impudici ſigna, geſtus, ſalutationes,cantilenæ,nocturnę vigilię,libidinoſę faces?quid illi internũcij?quid vetulę? quid munuſcula?quid blãdimenta,pollicitationes,ſalaces epiſtolę? Niſi hinc procul abieris, niſi finem his impoſueris, tui amores amaros tibi parturient fructus.Sponſæ Chriſti Ieſu, pro qua ille corpus & ſanguinem, animam & ſeipſum tradidit, quã ille mundauit lauacro aquę in verbo vitæ, ut exhiberet eam ſibi glorioſam, non habentem maculam, aut rugam, aut aliquid huiuſmodi, ſed vt ſit ſancta & immaculata; huius ſponſę ſanctitas & pudor veſtrę tutelę credita eſt; ecce procos ipſam prophanare cupiẽtes videtis,concentibus ſuauibus aures eius demulcere auditis; ab eis perquirite,Tu quis es? Quid hæ turpiſſimæ fauces exſibilant? Quid intẽtas tuis blanditijs? Ecce,immaculatã hanc ſponſam leproſis ſuis ſermonibus contaminare nituntur,videte,conſiderate, à communi vſu illos contagioſos exturbate:pauciſſimi in noſtro Regno ſunt: Facilius naſcens malum opprimi poteſt,quam quod iam eſt inueteratũ: Principijs obſtate; ne quod ſequitur, occini vobis, quod abſit, poſtea queat,ſerò medicina paratur: De Regis noſtri Chriſtianiſſimi, auxilijs pręſtandis non diffidite, cum vobis luce meridiana clarius conſtet, illum potius ad ſuum hęreditarium

Aſtrophe ad Epiſco pos Poloniæ.

2. Reg. 6

Suecię Regnum redire voluiſſe, quam fœdiſſimam Nouatorum confœderationem iuramento confirmare: Non deerit ille, ſi vos totis conatibus illud ipſum perquirere intelliget: Faciet vt Iehu, vel aliquis ſanctus Ioſaphat, qui hos Baalis pſeudoProphetas, ſi neceſſe erit, ferro & igne è ſuis finibus profligabit.

Patres patriæ, pro Diuina in nos benignitate eſtis; rebus proſpicite futuris: Si vos mouet, Diuini honoris, & Sanctorum cultus ab his prophanati amor; Si (quod de vobis nemo non ſibi pollicetur) antiquæ religionis retinendæ, animarum ſalutis promouendæ ſummam habetis curã, rebus (iterum dicam) proſpicite futuris: Extra controuerſiam eſt, nulla re quam religione auita, atque eius vnitate, in vnius corporis ſocietatẽ conciliari, cõtinerique liberos homines; Nihil verò eos magis ſeparare, & contra ſe diuidere quam in religione diſſidium, pugnam & diſcordiam: Noſtis quas turbas, quas ſeditiones, quę horrẽda bella Catholicis excitarint, eos multitudine ſuperantes hæretici: Legiſtis apud Lirinenſem, quid Arrianorũ multitudo effecerit; Tunc enim, vt recenſet iſte, non ſolum paruæ res, ſed etiam maximæ labefactatæ ſunt: nec etiam tantum adfinitates, cognationes, amicitiæ, domus; verumetiam vrbes, populi, prouinciæ, nationes, vniuerſum poſtremo Romanum Imperium funditus concuſſum, & commotum eſt. Nam cum prophana ipſa Arrianorum nouitas, velut quædã Bellona, aut furia capto prius omnium Imperatore, cuncta deinde palatij culmina legibus nouis ſubiugaſſet, nequaquã deinceps deſtitit vniuerſa miſcere, atque vexare, priuata ac publica, ſacra prophanaque omnia, nullum boni & mali gerere diſcrimen, ſed quoſcunque collibuiſſet tanq̃ de loco ſuperiore percutere: Tunc temeratæ cõiuges, dehoneſtatæ viduæ, prophanatæ virgines, dilacerata monaſteria, diſturbati clerici, verberati leuitæ; acti in exilium Sacerdotes, oppleta Sanctis ergaſtula, carceres, metalla; quorum pars maxima interdictis vrbibus protruſi, atque extorres, inter deſerta, ſpeluncas, feras, ſaxa, nuditate, fame, ſiti affecti, contriti & tabefacti ſunt. Atque hæc omnia non aliã ob cauſam, niſi quod pro cęleſti dogmate, humanę ſuperſtitiones introducuntur; dũ bene fundata antiquitas, ſceleſta nouitate ſubruitur; dum ſuperiorũ inſtituta violantur; dũ reſcinduntur ſcita patrum, dum cõuelluntur decreta maiorũ; dum ſeſe intra ſacratæ atque incorruptæ vetuſtatis caſtiſſimos limites, prophanæ ac nouellæ curioſitatis libido non cõtinet: Neſcio an eoſdem, an verò alios turbulentiſſimos deplorat motus, magnus ille Baſilius, recenſens, quod non

Epiſt. 70. propter pecunias, non propter gloriæ ſplendorem, non propter aliud aliquid rerum temporalium, ſed propter communẽ theſaurum, propter hæreditatem paternam, propter ſanam fidem, acerbiſſima quęq; à multitudine prępualente hęreticorum paterentur. Sed quęnam? Domus, inquit, precationum clauſę ſunt, altaria cultu ſpirituali vacant, nulli amplius Chriſtianorum cętus, nulla amplius doctorum pręſidentia, ceſſarunt doctrinę

ſalubres

ſalubres,ceſſarunt Panegyres,hymnodię nocturnę non habentur,neque ſupereſt beata illa exultatio,qua Domino credentium animę in ſynaxi & communione ſpiritualium chariſmatum exhilarantur. Nobis iam dicere licet,quod in hoc tempore non ſit neque princeps,neque propheta,neq; pręſes,neque oblatio,neque incenſum,neque locus in quo corã Domino poſſit offerri ſacrificium & miſericordia acquiri: Interea rident nos infideles,nutãt qui modicę ſunt fidei,fides ipſa in ambiguum vocatur;ignorantia mẽtibus offunditur; propterea quod formam ad ſpeciem veritatis prætexũnt,qui verſutè ſermonem adulterãt: Sed quid ego antiquitatem commemoro? Reſpicite oro quid pauciſſimi eorum in noſtræ matris gremio faciãt, quos non tumultus excitant? quid non intentant? Nõ minus certè(vobis veſter perſuadet Hoſius)nũc infęlix eſt & calamitoſus ſtatus, quam olim fuit:Graue piaculum viſum eſt Baſilio, quod clauſæ tũ fuere domus orationum:at nunc à paucis illis,partim priuatorum domicilia facta,partim in horrea & equorum ſtabula commutatas,partim prorſus euerſas;& quod horrendum eſt dictu,vix etiam apud poſteros credibile futurum, crucem in quam furti aut alicuius ſceleris condemnati aguntur, in eo ipſo loco vidiſtis collocatã, ubi crucis qua redempti ſumus & mortis Chriſti iugis repręſentatio recordatioq; fiebat: Altaria tum ſpirituali cultu uacabant;nunc diruta ſunt & confracta,ut in pleriſque locis, ne ueſtigium quidem illorum ſuperſit vllum; Vincentij Lirinẽſis temporibus temeratæ erant coniuges,prophanatæ virgines: nunc etiam de locis Deo dicatis,ſacrę Chriſti ſponſę,uiolenter abductę & uiolatę:Tum ſacra prophanaque omnia,priuata ac publica commixta,affinitates, cognationes, amicitiæ,domus,vrbes,populi,nationes, Imperia cõcuſſa atque funditus commota ſunt: Tum ſanguine omnia reſperſa: Quid in Anglia, Germania,Gallia,Flandria actum ſit & agatur? auribus audimus:Qui violẽti inſultus? quæ cædes? quæ facinora? quæ coniurationes vulgi? quæ ſanguinis effuſiones? quæ inteſtina bella? quæ multa alia tetra & inaudita crudelitatis genera, non eſt neceſſe recenſere; voſipſi quotidie percipitis: Fallar protſus & errem; ſi noſtri hæretici plures eſſent, ſi potentia, viribus, copiis nos ſuperarent, ſi multitudine pręſidiorum nos antecederent,multò grauiora nos,nos tum infęlices ſuſtineremus:Seditioſum & inſolens hęreticorum genus eſt. Quomodo intolerabilem eorum tyrãnidem deſcripſerit illorum magiſter Eraſmus,pauca referam:Excuſſa,inquit,ab eis eſt obedientia Epiſcoporum,ſed ita,ut ne prophanis quidem magiſtratibus pareatur:magna olim Senatus fuit reuerentia,populi magna obedientia; nunc eò res recidit, nulla ut ſit Senatus autoritas,populi uerò ſumma licentia:Olim Chriſtiani ſub Ethnicis principibus quietè uiuebant,ſtudio ſè cauentes,ne quam ſeditionis occaſionem darent,exhibentes honorem cui debebatur honor;uectigal cui uectigal,tributum cui tributum; hortabantur Chriſto initiatos, ut idololatris etiam magiſtratibus obtemperarent;

In epiſt. cõtra Pſeudoeuãg.

rent;pro illorum incolumitate quotidie Deum orabant: At iſte populus tam Euangelicus,etiam Turcarum principi dicitur eſſe deteſtabilis, quẽ ait ſeditioni natum, quos ſubinde tumultus excitat? Quoties leuibus de cauſis procurrit ad arma? Quot millium ruſticam contra magiſtratus commouit turbam? Nec uana temeritate hęc in illos iactat Eraſmus: Nonne in Germania ſuperioribus annis innumera penè millia plebeiorum, arma contra Imperium mouerunt? Nonne idem anno proximè elapſo moliti ſunt? Geneuæ,ſimul ut ibi regnum ſibi Caluinus uſurpauit, nonne Principis iugum excuſſum, magiſtratus ciuitate pulſus, nobiles, & populares, omnia ſurſum deorſum ſubuerſa? Lugduni & Rothomagi,quas eadem occupauerat ſecta, nonne iudiciorum ſubſellia erant fracta,tabulę incenſę,curię nomen abrogatum. Iurarunt, credite Hoſio, conſpirarunt vniuerſi; vt cum primum liceret, vniuerſi fratres coniũctis viribus ad tres orbis terrarum, vt aiunt iſti, peſtes ſiue quiſquilias exterminandas cócurrerent, nimirum Pontificiam Eccleſiam, nobilitatem & Iuris diſciplinam: An illud alibi faciant videmus: an illud facturi ſint in veſtra patria,ex augurio horret animus:Et iſta pericula nõ vos mouebũt? Amor patrię,cognatorum,fratrum,ſororum,ſanguine iunctorum; Amor fortunarum veſtrarum,facultatum,poſſeſſionum, pulcherrimi & opulentiſſimi huius regni;Amor templorum,vaſorum ſacratorũ,Sacerdotũ,Sacramentorum,cultus & honoris Diuini; Amor(ſi omnibus his voſipſi vobis chariores eſtis) animarum veſtrarum; ſi terrena plus quàm ſpiritualia æſtimatis,amor ſalutis & incolumitatis,&pacis veſtræ non uos excitabit? Pacẽ vniuerſa exoptant.Paci leges gentium conſulendum eſſe iubent:certiſſimum ab hæreticis aliquando inſtat bellum: Hebræi (vt quondam,de ſui temporis vaticinatus eſt Rex Ægypti,idem quoq; de noſtris opinari licet)quorũ infinita multitudo eſt,illos & diuitijs & copijs iuuare poterũt: Oro per ſalutem eorum omniũ quæ vobis chariſſima ſunt, hiſce ingruentibus malis ſuccurrite:Sed ad quem modum? Conſeruatores vnitatis Eccleſiaſticæ inſtituite;Inquiſitores delegate, qui ab eis explorẽt,Tu qui es? Quam doctrinam adfers?es ne amator,an verò oſor pacis & vnitatis? Diuidiſne illud quod Chriſtus cõiunxit? Diſpergis illos quos paſtor bonus in vnum coadunauit? Separasne oues à ſuo legitimo paſtore? Agnoſcisne Petrum principem vnitatis? Quod ſi ſeditioſum,pacis turbatorem,vnitatis diuiſorem inuenerint? diuidant illum à conſortio cæterorum; Melius eſt,vt ait Bernardus, vt eradicetur vnus quam vnitas: Exploratores iſtos per vniuerſam terram mittite:Inquiſitores & religionẽ antiquam, & pacem dulciſſimam conſeruabunt: Inquiſitores dogmata blaſphemiæ expurgabunt,ſeditiones & tumultus imminentes ſedabũt. Hi ſunt etenim per quos Italia, Hiſpania, Sicilia in ſanctitate, in fide veteri, in vnitate charitatis,in communione Sanctorum hucuſq; conſeruatæ ſunt. Hi ſunt qui ab iſtis fœliciſſimis Regnis,hæreſiarchas profligarunt, errores diſpulerunt,

In libello de adorã. Trinit.

lerunt, ſeditiones & tumultus quoſque,vel exoriendos præcauerunt, vel exortos compeſcuerunt. Hos ergo,licet reclamantibus plurimis,in Eccleſias veſtras introducite; Regis poteſtate illorum vires & conſilia iuuate; hoc vobis è lege Dei incumbit,hoc vos edocet ſuo exemplo Chriſtus,qui ventilabrum tenet in manu, vt emundet aream ſuam: Ventilabra iſta & vos ſucceſſores atque Vicarij Chriſti tenete in manibus veſtris, quibus paleas à tritico areæ veſtræ permundare, & ſeparare;& permundatū triticum in ſupremum cœleſte horreum inferre valeatis,præſtante Chriſto Ieſu qui viuit in ſæcula ſempiterna Amen. Matth. 3.

Et confeſſus eſt, & non negauit;& confeſſus eſt, Quia non ſum ego Chriſtus Ioan. 1.cap.

PVNCTVM SECVNDVM.

De Arrogantia euitanda.

PYTHAGORAE illius,quem Valerius Maximus perfectiſſimum opus & ſapiētiæ & omnis virtutis appellauit,dum ſymbolica legerem præcepta; diuturno tēpore à me perquirebam, quid illo cæteris abſtruſiore inſtituere vellet? In annulo Dei imaginem ne geſtato.Non reuerentiam ſacrorum numinum; hanc.n.nō ſolum annulo ſed & ſtatuis,tabellis, liminibus domorum, nummis æreis imagine Dei inſculptā,teſtatam fieri volebat antiquitas: Non vt circulo illi ſuperadmirabili animæ noſtræ, non ſuperinducamus ſimilitudinē Diuinam: Cum.n.natura cæteras animantes abieciſſet ad paſtum, ſolùm verò hominem erexiſſet,& ad ſuſpicienda atque appetenda cœleſtia excitaſſet,atque vt ad inſtar Dei ſe efformaret, vigore mētis ornaſſet, virtutumque ſemina & ſtimulos indidiſſet:gradibus ſiquidē virtutis & rebus præclarè geſtis Dei formam animis imprimimus noſtris; Pythagoras autem ſymbolis ſuis virtutis præcepta edebat;quòd dixit,In annulo,Dei imaginem ne geſtato; non interdixit,ne ſpeciem pulchritudinis Diuinæ paſſibili animæ inferamus. Quid ergo? In annulo, Dei imaginem ne geſtato? Duo genera hominum,vt arbitror,inſtruere niſus eſt. Alterum eorū,qui res à ſe ſumma cum prudentia vel iuſtitia aut fortitudine inuicta patratas cæteris prædicant;qui generis antiquitatem,nobilitatem proauorum,diuitiarum copiam,ſapientiæ ſplendorem,liberalitatis,temperantiæ,cæterarumque,ſi quas poſſident,cumulum virtutum & ornatum,de ſe tumenti ore iactitāt, & ſe velut digito omnibus conſpiciendos atque admirandos indicāt:hos tales argutus ſapiens admonet, In annulo, Dei imaginem ne geſtato:

geſtato: Ne imaginem ſpecioſam cuiuſdam ſiue terreni ſiue cœleſtis Dei per virtutes & celſitudinem ſublimiũ operum, tuo animo impreſſam, in annulo digiti quo temetipſum indicas, geſſeris: ne teipſum ſapientia eſſe excultum iactaueris: ne temet virtutibus præditum, clara progenie à fortuna ornatum, clarioribus facinoribus magnificè elatum, velut digito demonſtres: ne hanc Diuinam ſpeciem tuæ inſculptam menti, in annulo geſtato; ne ipſam tibi ineſſe, te illa condecoratum eſſe, vana iactantia ad externos pandito: Imaginem quippe Dei in annulo geſtat, ille, qui eam ſibi intus impreſſam, vano ſermone foris demonſtrat: Tu autem ne eam in te tuo prodideris digito: parum illuſtris, imo anguſti atq; demiſſi animi eſt, ſuarum eſſe buccinatorem virtutum: excelſi & illius Diuini eſt hominis, quum præclara geſſeris; contemnere laudem licet oblatam. Plurimum facere, nihil de ſeipſo loqui, prudentiſſimi eſt.

Alterum docet genus hominum Pythagoras, illos nempe qui virtutibus vacui nihil præclari vnquam geſſere; nullã.n. ſpeciem hominis rectè efformati, quin potius bruti, pręſetulere; qui delitijs & libini obnoxij, omnia indigna patrarunt; cuncta candida, incontinentia, mollitie, & ſceleribus deturparunt; temere tamen ſibi & virtutem & Dei ſimilitudinem affingunt; licet idola ſint abominanda, Deorum tamen nomina vſurpãt; licet omni ſcelere cõſpurcatas oĩum aſpectui oſtendant manus, Deorum tamen forma cuniculis ſuis violentèr obtorta, illas contegere nitunť; Dei imagine interminatum ad quæque nefanda, eundemque velociſſimum annularem curſum obtegere volũt: Hos ergo monet. In annulo, Dei imaginem ne geſtato. In annullante hominẽ vitio, ne ſuperinducas Dei pulchritudinem; ne externis factis turpitudinem tuam diſſimules; & hypocritarum more, te cum ſis ſceleſtus, ſanctum oſtendas: ne temere illud qđ tibi minime conuenit vſurpes; ne de te illud quod non es, ventiles; ne ſpolijs cuipiam Deo detractis, tuos exornes digitos; ne te talem qualis nõ es, ſub imagine Diuina oſtendas: In annulo, Dei imaginem ne geſtato; ſcilicet, Diuinam virtutum ſimilitudinem, Diuinam pulchritudinis formam, ſi quam vel habes impreſſam, vel ea cares, ne illam arroganter, tibi ineſſe, verbis vel digito, commonſtres.

Amos 7 Hoc ſymbolũ ad ſe pertinere forte intellexerat Amos Propheta; Ad quem cum veniſſet Amaſias Sacerdos Bethel, & diuinum quiddam in eo elucere conſpexiſſet, percontabatur ab eo; Quid tu vides? Habesne aliqđ internum Dei in corde tuo ſimulachrum, in quo rerum futurarum euentus cernis? Propheta es tu? Quid ſeu propter quid vaticinaris? Filius forſan es prophetarum? An verò, vt olim Saul, fuiſti inter prophetarum numerum; vt in te ſpiritus inſiluerit Domini? Quid tu vides? Amos prophetæ huius præcepti gnarus; & illud quod in ſe erat occultat, & illud quo carebat non ſibi vſurpat; ſed reſpondet: Non ſum propheta, & non ſum filius prophetæ, ſed armentarius ego ſum vellicans ſycomoros.

Magis

Magis ad ſe illud idem ſymbolum pertinere forſan intellexit Ioãnes: Ad quem cum veniſſent Sacerdotes & Leuitæ, vt ab eo requirerent, quid eſſet quod in eo ſingulare qddã reſplenderet, Tu quis es? Ille, quia digito ſuo Deum indicabat, ecce inquit agnus Dei, qui tollit peccata mundi; noluit eum in ſui digiti annulo geſtare; noluit propter illuſtrandam illã ineffabilem Dei imaginem, ſibi ſimilitudinem communicatam alicui propalare; recuſauit illud de ſe temere & arroganter prædicare, qd alteri poſt ſe venienti, non ſibi, cernebat conuenire: Et confeſſus eſt & non negauit; & confeſſus eſt, quia non ſum ego Chriſtus; quia candor ille lucis æternæ & ſpeculum ſine macula Dei maieſtatis, & imago bonitatis illius, non eſt delineata in anima mea: non imago, ſed ad imaginem; non ſimilitudo, ſed ad ſimilitudinem ego ſum: figura illa incomprehenſibilis ſubſtantiæ, portans omnia manu virtutis ſuæ, purgationem peccatorum faciens, non eſt inſculpta digito manus vel annulo operationis meæ: non ego purgationẽ peccatorum facio; Baptiſmus meus nec abluit, nec ſanctificat; ſed ad ſanctificationem diſponit animas: non ego defero tribus pugillis omnia, aut verbo virtutis meæ; non ſum.n. virtus Dei Patris, nõ ſum ego figura ſubſtantiæ Diuinæ, fruſtra in annulo digiti mei imaginem Diuinitatis requiritis; Non ſum ego Chriſtus: alienum vſurpare ſtultiſſimi eſt. Dum poſtea ab eo, vt quondam ab Amos inueſtigant, Quid ergo vides? Helias es tu? Propheta es tu? cur vaticinaris? cur baptizas? Quamobrem nouam adfers doctrinam? nouam expiationem delictorum? Ille ne ſeipſum prædicaret, neve ſe vt Deum quendam alijs indicaret; ne plenitudinem Spiritus ſancti ſibi infuſam, in ſe eſſe iactaret, reſpondit, Non ſum Helias, nõ ſum Propheta. Deforme eſt de ſeipſo prædicare, falſa præſertim: & cum irriſione audientium imitari militem glorioſum; Nemo.n. de ſe ſatis honeſtè, ac ſine multorum inuidia loqui põt: quapropter laudet me alienus, & os meũ nunquam me laudabit: extraneus & non labia mea; alij dicant quid ſim ego, ſimne Helias, vel propheta, vel filius prophetæ: mihi, Sybariticos iactare ſermones inconueniens eſt, Non ſum Propheta, nõ ſum Helias: Sapiens mihi demonſtrauit, quod Abominatio Domini eſt omnis arrogãs, etiam ſi manus ad manum fuerit, nõ eſt innocens: me itidem ille docuit. Laudet te alienus & non os tuum, extraneus & non labia tua: Audiui deinde ex Ieremia, ſublimitatem & arrogantiam, ſuperbiam & altitudinem cordis Moab, quomodo eã habuerit Deus inuiſã: Ego ſcio, aiebat Dñs, iactãtiam eius, & quod non ſit iuxta eã virtus eius, nec bono iuxta qđ potenrat conata ſit, facere: Ideo ſuper Moab eiulabo; omne.n. caput, caluitium; & omnis barba raſa erit; in cũctis manibus colligatio: & ſuper omne dorſum, cilicium; & ſuper omnia tecta, Moab, & in plateis eius, omnis planctus; eritque Moab in deriſum, & in exẽplum omnibus in circuitu ſuo: panor, & fouea, & laqueus ſuper habitatores Moab: Qui fugerit à facie pauoris, cadet in foueã: & qui conſcẽderit de fouea, capietur laqueo: quoniam contra

Sap. 7. *Hebr. 1.* *Prou. 16. & 27.* *Hiere. 48.* *Arrogantium ſupplicia.*

Ezech 28. contra Dominũ gloriatus eſt. Noui deinde ex Ezechiele propheta quam ſeuerè principis Tyriorum punierit Deus arrogãtem animum: Eò quod, ita cum alloquebatur, Eleuatum eſt cor tuum, & dixiſti, Deus ego ſum, & in cathedra Dei ſedi in corde maris, cum ſis homo & non Deus, & dediſti cor tuum quaſi cor Dei: Propterea hæc dicit Dominus Deus, Eò quod eleuatum eſt cor tuum, quaſi cor Dei: idcirco ecce ego adducam ſuper te alienos robuſtiſſimos gentium, & nudabunt gladios ſuos ſuper pulchritudinem ſapientiæ tuæ, & pollucnt decorem tuum: Interficient & detrahent te, & morieris in interitu occiſorum in corde maris: Nunquid dicẽs loqueris, Deus ego ſum, coram interficientibus te; cum ſis homo & non Deus, in manu occidentium te? Morte incircumciſorum morieris, in manu alienorum, quia ego locutus ſum, ait Dominus Deus. Scio præterea, ꝙ arrogantia & primum parentem noſtrum, & virtutem illam incorporeã Deo inuiſos efficiens, illum de loco voluptatis ad terram miſeriæ; hũc de ſublimi cœlorũm cardine ad batathrũ inferni deiecit ac deturbauit: Lucifer ſiquidem Diuinã ſimilitudinem ſibi affingere conatus eſt, & ideò & natiuam pulchritudinem commaculauit; & ſedem ſublimem in cœlis amiſit: Hoc ipſum poſtea callidè propoſuit & ſuaſit Adamo, vt conciperet cogitationem ſua conditione maiorem, ſibique cum Deo ſperaret æqualitatem: Si.n.inquit arrogantia me è cœlo expulit, multò magis eadem hũc eijciet è paradiſo; quod & rei probauit euentus; Ita.n.improperans homi-

Gen. 3. ni Deus locutus eſt, Ecce Adam, quaſi vnus ex nobis factus eſt, ſciens bonum & malum: nunc ergo ne forte mittat manum ſuam, & ſumat etiam de ligno vitę, & comedat & viuat in æternum, eiecit eum Dominus Deus de paradiſo voluptatis, vt operaretur terram de qua ſumptus eſt. Tales pęnas huic flagitio Deus intulit: non eſt reueritus perſonas Regum & Principum, & Angelorum: non ſublimitati naturæ, non perfectioni hierarchicæ, non capiti & parenti tot generationum, non celſitudini ſui plaſmatis pepercit; de Thronis regalibus potentiſſimos Reges deturbauit, de paradiſi inacceſſo loco primum & decore & perfectione ſumma ornatum hominem expulit: de cœleſti ſupremo vertice, ſignaculũ illud ſimilitudinis, plenum ſapientia, perfectum ſplendore Cherubinum & Luciferum deiecit, & in infimo terræ carcere rudẽtibus & vinculis ferreis alligauit, ſempiterniſque cruciatibus addixit: Tantum malum eſt arrogantia, quæ Dei implacabile odium homini concitat: Deus ſuperbis reſiſtit & arroganti-

Eccl. 10. bus: Non dixit, Deus arrogãtes dimittit, & in peccatis deſerit, ſuoque nudat auxilio, ſed aduerſatur; inquit, nõ quod inſtructa acie, aut pugna Deo ſit opus aduerſus arrogantem, ſed vt vehemens odium declaret erga ſuperbum.

Cum ergo Deus (ad Ioannem regredior) adeo infenſus ſit arrogãtibus: ego nolo meipſum vobis prædicare, vereor ſiquidẽ ne ſuper me vt ſuper Moabum eiulet Deus, ne decaluet & denudet turpitudinem meã, ne vin-

cula

cula iniiciat manibus,aut cópedes pedibus meis:timeo ne præparet mihi vel foueam,vel laqueum,ne tradat me in deriſum cunctis gentibus, & in exemplum: Præcauco ne ſuper me, vt quondam ſuper illum qui in annulo imaginem Dei geſtabat,adducat alienos, qui nudarent ancipites gladios ſuos ſuper pulchritudinem animæ meæ,qui pollueret decorē meū. Vereor ne me ex hoc deliciarum mearum paradiſo in terram horroris expellat:timeo ne me vt alterum Angelum, (Angelum etenim me quoque Propheta nūcupauit)de ſublimi gradu meo deiiciat: Imaginem Dei,ſiue quam impreſſam,Dei ſolius cōſpectui patentem habeo,ſiue quam nō habeo,vobis digito pandere nolo: Nō ſum ego Deus,nō ſum ego Chriſtus, non ſum Helias,nō ſum Propheta; Deus enim arrogantibus ſibi quiſpiā Diuini hominibus,reſiſtit. Et confeſſus eſt, & non negauit, & confeſſus eſt,quia nō ſum ego Chriſtus. Quæ verba (aduertit Granaten.) non vulgarem emphaſim habent:alioquin reſpondere potuiſſet, non ſum ego Chriſtus;ſed Euangeliſta iterum atque iterum repetit,& confeſſus eſt, & non negauit;& confeſſus eſt,quia non ſum ego Chriſtus;vt hac loquendi figura ſolicitudinem atque timorem ſancti præcurſoris haud obſcurè declararet; cum ſibi Diuinos honores tribui imprudentis populi opinione cerneret. Nullus enim vir etiam zelotypiæ ægritudine laborans, vſque adeò de vxoris ſuæ pudicitia ſolicitus eſt;quàm ſancti omnes fuerunt,ne ſibi quicquam Diuini honoris,aut arrogarent,aut ab aliis ſibi tribui paterētur: Sic Paulus & Barnabas,cum eos, Lyſtris,ciues propter edita miracula adorare vellent,cōſciſſis tunicis,tantę impietati obſtiterunt dicentes, Viri quid hæc facitis?& nos mortales ſumus ſimiles vobis homines: neque verò cōtenti populum ab hac temeritate reuocaſſe,curſu, voce, veſtiumque abſciſſione,quantus eos tremor inuaſiſſet,ſatis indicarunt: Conſciſſis enim tunicis ſuis,exilierunt in turbas clamantes & dicentes,Viri quid hæc facitis? Simili conſilio & affectu Ioannes à ſe Diuinos honores depulit, vt qui probè teneret,quā immane nefas eſſet, hominem ſibi Diuini aliquid aſſumere:In annulo, igitur,Dei imaginem ne geſtato.

Alluſio ad heremitoriū Ioannis.

Simile.

Act.14.

Sed quæretis à me,quid eſt quod adeò grauiter arrogantiam perſequitur Deus? vt de illa ſpecie arrogantiæ quam iactātiam & vanam gloriam cæteri appellant,ſileam;de illa tantum,quæ ſibi quod non eſt,attribuit & temere vſurpat,dicā;duas eſſe cauſas,propter quas atroci odio ipſam proſequatur Deus:Altera eſt,quia hominem excæcat: Altera,quia eundē hominem ſtultum efficit:Excæcat hominem arrogantia, illa quæ vſurpat ſibi quod non eſt:Vt enim oculis obductum aureum vel depictum velum excæcat ideò hominem, quia næuos turpes corporis & ſcabiem defluentem obtegit,ne turpitudo eorum appareat: vt conſpicilla viridi vel rubeo colore tincta;vtēti illis,omnia ſordida & abominãda colore ſuo inficiūt, & ſic affecta oculis præſentant;ita ſpecies alienæ pulchritudinis & virtutis vſurpata,homini turpiſſima quæque vitia ne illa cognoſcat,obtegit;cę

cum

cum in cognitione Dei,alieni colores efficiunt;Non eſt difficilè hoc ex illis ſupradictis quatuor arrogantibus,Moabo,ſ.Principe Tyri,protoparẽte noſtro,& ſupremo Angelo,demonſtrare:Vſurparat ſibi virtutem quãdam omnipotentem Moab;Fortes,inquit,ſumus,& viri robuſti ad prçliãdum;omnia nobis licent;Nullus eſt qui contraire nobis poteſt;omnes pedibus noſtris cõculcemus;quis contradicet nobis? Excçcarat eũ hçc vſurpata fortitudo,ne videret turpiſſimum iactantiæ vitium, & imbecillitatẽ ſuam,& quod non ſit iuxta eam virtus eius,& quod ei omnia nec licebãt, nec expediebant:Falsò vendicarat ſibi Princeps Tyri formam Diuinitatis,dum cor ſuum vt cor Dei poſuit:excæcarat eum vſurpata hæc Deitas, ne & multitudinem flagitiorum, & vanitatem ſuperbiæ, & ſtultitiæ ſuæ veſanos conatus agnoſceret:Deo,inquit,omnia ad libitum parent; Quid non mihi? Deus etenim ego ſum:Deus pro arbitrio ſapientiſſimç voluntatis ſuæ diſponit & gubernat vniuerſa; Quid non ego? Deus etiam ego ſum:Deus quicquid operatur,quicquid manibus ſuis efformat,Diuinum eſt;Cur & non manuũ mearum figmenta Diuina erunt? Deus enim ſum: Diuina facta nemo eſt qui vel turpitudinis,uel inſipientiæ,uel iniuſtitię, uel cuiuſuis delicti inſimulet;meis quis audebit maculã aſſingere? Deus ergo ego ſum. Vſurparat ſibi Protoparens noſter Diuinitatis quandam æqualitatẽ;Diuinitas hæc uſurpata eum excçcarat,ne ſe de limo eſſe plaſmatũ,uilem,& abiectum,intueretur: Deus,ait Adam,de fructu ligni ſciẽtiæ boni & mali ueſcitur: Deus omne bonũ & malum exactè nouit; Cur non et ego? Mihi ſiquidem quoque ſerpẽs pollicitus eſt, Eritis ſicut Dij? Quid uerò ſupremus Angelus? An illius ſublimes oculi per arrogantiam non caligarunt? Caligarunt,& ſempiternis tenebris obumbrati ſunt: Deo Diuinitatis iure debetur,inquit,ut is ultimus rerum omnium finis ſit, ut ab omnibus ſuper omnia diligatur,ut omnes omnia ſua ad illum referãt, ut ille beatitudo & ſua & cunctorum ſit;Quid? An nõ ego quoque Deus ſum? ego igitur mihi ero meus finis,meus amor,mea beatitudo, meũ omne bonum,mea fœlicitas: Collocabo & ego ſuper ſydera cęli fulgentiſſima,ſolium meum,& ſimilis ero altiſſimo: Parem fçlicitatem,æqualem potentiam,eandem celſitudinem habebo cum illo, poſtquam eandem Diuinitatis imaginem impreſſam geſtamus: Vides quia ut periſtromata oculis obiecta,parietum nigredinem obtegunt;ut color uiridis,omnia,etiam nigra, uiridia repreſentat; ut ueſtis aurea corporis turpitudinem ne agnoſcatur obuoluit,ita uſurpata Diuinitatis figura,ita alienæ ſpeciei arrogatus decor,proprię naturæ qualitatem,& peccatorum deformem laruã,ne uideatur,contegit;Arrogantia quæ uendicat ſibi quod non eſt,hominem cęca caligine afficit.

Cæterum quod arrogantia ſtultum efficiat hominem,non ego ſed Sapiens ille declarauit, Videbam,ait,hominem, qui ſibiipſi prudẽs eſſe uidebatur;inſipiens uerò ſpem habet præ illo potiorẽ,non inſipiens eſt,ait,

ſed

ſed inſipiente inſipientior. Sed quare? Chryſoſtomus cauſam affert tali ſimilitudine ornatam; Quemadmodum ſi quis cum ſtatura cubiti ſit, inſtar montis, imò etiam altiorem ſe putet, ac ideò ſeipſum quaſi montem exceſſurus erigat, nullum aliud argumentũ inſaniæ ſuæ quæreremus: ſic cũ inflatum videris hominem, qui meliorem cæteris ſe arbitretur, conténique opinetur, ſi cæteris hominibus conferatur, nullum iam aliud ſignum vecordiæ hominis exquiras; tantò quippe ridiculoſior his eſt qui natura inſaniunt, quãtò ipſe ſpontè hũc ſibi morbum cõtraxit: nec hac re ſolum miſer, verumetiam quia in miſeriæ fundum ſe detruſit, vt nihil ſentiat: Quãdo.n. is peccata ſua, vt oportet cognoſcet? Quando nimium ſe delinquere ſentiet? Et vt ſtultitiam arrogantium ex his quæ apud nos quotidie accidunt videamus? Cur inanis gloriæ cupidos vituperas, mille opprobrijs laceramus? Cur arrogantes, & aliorum hominum contemptores odimus? Cur illos qui ceruicem in altum extendunt, ſupercilia extollunt, ſummis incedunt pedum articulis, nec aſpicere dignamur? Cur claram progeniem Scarabombonidorum militum, qui ſe innumeram militum multitudinem olim cõſcripſiſſe, caſtra mouiſſe, aciem contra tot Regna inſtruxiſſe, tot hoſtes & inuaſiſſe & debellaſſe, tot trophęa glorioſè reportaſſe iactant; qui horribiles Turcarũ claſſes ex natantibus quaſi mõtibus conſtructas, ſubruiſſe; aerem fumo, telis, ſaxis, lignis, quaſi concretis nubibus repleſſe: micantium magis armorum, quam ſolis aut diei fulgore coruſco tenebras illas illuſtraſſe; diſſipaſſe triremes, naues fregiſſe, profudiſſe gazas, aquarum claram limpiditatem in ſanguineũ ruborẽ commutaſſe; mortuorum corpora ad ſupremum cœli globum pugnis proieciſſe; Reges catenis onuſtos abduxiſſe gloriantur: cur, inquam, eiuſmodi milites deteſtamur? non riſu ſed cachinnis excipimus? Propter ſummam illorum inſipientiã: Inſanis.n. & ijs qui natura ſtulti ſunt, miſeriores ſunt arrogantes. Æquè ſiquidem cum his riſum mouent, atque æqua cum illis moleſtia laborant, & exorbitant quidem, non aliter quam illi; eorum tamen nemo miſeretur, quemadmodum illorum: deſipiunt ſimiliter vt hi, veniam tamen quemadmodum hi, non merentur, ſed potius exoſi ſunt: Cum autem plaſtes hominis Deus, hominem mente vigentẽ & ſeipſum & omnia ſua agnoſcentem eſſe voluerit; cum hominem non, vt ſtultus & riſui omnium, vt inſanus, ſit expoſitus, ſed vt ſapientia ornatus omnibus admirabilis & conſpiciendus appareat, creauerit: cum hominem humilitatis virtute ſupremas ſuperborum deiectorum ſedes conſcendere inſtituerit; quod arrogantibus vehemẽtiſſimè reſiſtat, eoſq; atrociter puniat, mirum non eſt. Deforme ſiquidem eſt falſa præſertim de ſeipſo prædicare, & cum irriſione audientium militem imitari glorioſum. Deus autem noluit hominem deformem & ſtultum, & cæcum fieri; ſed ſapientem & pulchritudine, cùm interna tum externa fulgentẽ; quod ſuo animi decreto fruſtretur, grauiter arrogantiam odit.

Hom. 50. in Matth.

Hæc itaque ſcientes, In annulo Dei imaginem ne geſtemus; arrogantiam deuitemus & humilitatem exerceamus. Nihil.n.humilitate potentius; quia eſt petra fortior, & adamante ſolidior, & in maiorem nos ſecuritatem collocat quàm vel turres, vel vrbes, vel muri; omnibuſque Diaboli machinamentis ſublimior facta, contingere volentibus inſuperabiles facit; quemadmodum è contra arrogantia etiam quibuslibet captu faciles reddit; ampulla vitrea facilius rumpitur, aranearum textura citius ſcinditur, fumo lenius diſſoluitur.

Chryſoſt. hom. 20. in epiſto. ad Rom.

Non dico vobis, vt vitia veſtra vniuerſo prædicetis populo, & flagitia veſtra vt ſordes fœtidas cunctorum olfactui exponatis; ſed ne imaginem Diuinitatis in annulis veſtris geſtetis; Reuelate ſoli Deo vias veſtras, & ipſe vos enutriet, ipſe vobis peccata dimittet: In mũdanis licet ac forenſib., iudicijs, poſt accuſationem & confeſſionem criminum, reſtat mors; cæterum apud Diuinum tribunal, poſt accuſationem & confeſſionem criminum, datur corona. Soli Deo receſſus ſecreti cordis veſtri noti ſint; tamen hominibus, falſa vſurpatione ſanctitatis riſum ne moueatis; voſipſos inſipientes & ſtultos ne faciatis; Ita ſiquidem & in præſenti vita quietem inueniemus, & in futuro ſæculo omnibus fruemur bonis, gratia & benignitate Saluatoris noſtri qui ſuperbis reſiſtit, humilibus verò cõſummatum gratiæ fructum tribuit de cœlis Amen.

Ego vox clamantis in deſerto. Ioan. 1. cap.

PVNCTVM TERTIVM.

Cur Ioannes, aduentum CHRISTI *præceſſerit?*

QVAE antiquitas illa, poſteritati reliquit ingenij ſui contemplanda ſigna, etſi omnia admiranda ſint; nullum tamen maiori induſtria elaboratũ; & ideò maiori admiratione dignũ exiſtimaui monumentum, quàm illam ſublimem ſtatuã indicem exorientis Solis; cuius Pierius in ſuo Hieroglyphico rũ meminit libro. Mẽnonis inquit ſtatua ſedens nigro è lapide, magna regionis celebritate in Æthiopia viſebatur: Erat ea diei aduenĩetis indiciũ, vt auroræ filius maternum officium imitaretur: Eo autem artificio fabricata erat, vt ſol primo ſtatim ortu radios ſuos in os eius eiacularetur, ac veluti plectrum aliquo, ibi ſonum excitaret, vocalique ſignificatione iam adeſſe diem annunciaret. Nemo veſtrum (exiſtimo) mihi vitio vertet, ſi dixero, Deum ad ſimilitudinem antiquitatis huius quiddam admirandum effeciſſe; Sed quid tale? Omnibus vobis manifeſta eſt nox illa denſiſſima pecca-

Hierogli. libr. 52.c. de loto.

peccatorum, præcedens ortum ſolis iuſtitiæ; quando vniuerſam terrã tenebræ craſſiſſimæ operuerant; quãdo omnes in tenebris & in carcere vmbræ mortis, vincti ferreis Satanæ catenis ſedebant, & Solis inacceſſibilis ortum deprecabãtur: Domine inclina cœlos & deſcende: vtinam diſrumperes cœlos & deſcenderes, & fulgore tuo cæcam caliginem illuminares: Illuminare tandem ò lux vera quæ illuſtras omnem hominem venientem in hunc mundũ, irradiare his qui in tenebris & in vmbra mortis ſedent.

Pollicitus quondam fuerat Deus, ex vtero caſtiſſimę fulgentis auroræ, lucem ſuam nube carnis obtectam educturum; Super te, ait, orietur Dominus, & gloria eius in te videbitur, & ambulabunt gẽtes in lumine tuo, & Reges in ſplendore ortus tui; non erit tibi amplius Sol ad lucendũ per diem, nec ſplendor lunæ illuminabit te; ſed erit tibi Dominus in lucem ſempiternam, & Deus tuus In gloriam tuam; Non occidet vltra ſol tuus, & luna tua nõ minuetur, quia erit tibi Dominus in lucem ſempiternam, & complebuntur luctus tui. Pſal. 109. Iſai. 60.

Iam inſtabat tempus fœliciſſimum, quo miſertus cæcitatis humanæ lumen ſuum toti mundo exerere debuit; Quid fecit? Efformauit indicẽ ſui ortus nigro è lapide ſtatuam, Ioannem ſuum præconem, ex corrupta aluo Annæ ſterilis, & iam ſenio deturpatę naturæ materia procreauit; & tanta artis inuẽtione mirabilem effecit, ſic fibras oris & gutturis eius diſpoſuit, vt dum gratiæ ſuæ Chriſtus primos eiacularetur radios, primò in os Ioannis apertũ, illos immitteret; quibus illuſtratus & incalefactus ille, ortum Solis iuſtitiæ non eius quidem occæcantis ſed illuminantis, voce ſonora prædicaret & demonſtraret propinquum eſſe: Sic dum adhuc inuolucris carnis, in vtero lucentis auroræ Mariæ, obumbratus deliteſceret, & iam iam quiddam rutilãtis luminis in terras diffunderet; primò illud lumen, ſtatua hæc clauſtris maternis recluſa perſenſit: Ecce vt facta eſt, ait mater præcurſoris, ad geſtatricem Solis Mariam, vox ſalutationis tuæ in auribus meis, exultauit gaudio infans in vtero meo: Ecce, inquit, vt p te ſuã baiulam Sol iuſtitiæ irradiauit in domo mea; vt per te aurei luminis ſui micantes radios diffundere cępit, percepit vim huius fulgoris nondum perfectè efformatus index Chriſti; & licet nõdum laxatis fibris gutturis, reſonare tñ externo cępit corporis motu, ſignaque futuri eius exortus inſolito gaudio dedit: exultauit infans gaudio in vtero meo.

Sic etiam dum ad perfectæ ætatis adoleuit ſtatum, & non iam ſcintillã vel radium, ſed totum lumen doctrinæ & gratiæ huic noſtro cœlo expãdere voluit, primò in os Ioannis teſtificantis de lumine lumen ſuum circulatus eſt; quo ille illuſtratus tales edidit clamores, vt & in deſerta ſolitudine, & in circumiacente regione, in pagis, vicis, ciuitatibus vniuerſis præconium Chriſti venientis audiretur: Omnes ſenſerunt indicem illũ vociferantem, pœnitentiam agite; iam appropinquabit vobis regnũ cœlorum,

ducauit, neque bibit: Ad hunc modum, ſi vniuerſis primò appareret, quis non timeret? non paueret? non cæcutiret? Quocirca oportuit primo Ioannem, qui erat lucerna lucens & ardens præmittere, vt luci ſanctimoniæ aſpiciendæ ſenſim aſſuefacti in Ioanne relucente, ferre poſſent aſpectum illius quem vidimus plenũ gratiæ & veritatis: Chriſtus ex puriſſimis ſanctiſſimæ Virginis ſanguinibus ſine peccato cõceptus, in plenitudine gratiæ enixus, etiam ſupernis ſpiritibus lætitiam ſuo exortu attulit: Ne incredibile videretur hoc myſterium cæcis hominibus, præmiſit lucernã Ioannem, qui ex ſterili, in peccato quidem, conceptus, ſed mox in vtero, ſancto Spiritu repletus, gaudium natiuitate ſua multis effecit: Chriſtus ab ineunte ætate virginitatis, patientiæ, fortitudinis, beneficentiæ, miſericordiæ, charitatis immenſæ, puritatis immaculatæ radijs micantibus cunctorum oculos in ſui admirationem pertrahebat: ne talem ſanctitatis ſplẽdorem impoſſibilem in mortali corpore, dicerent hoĩes, præmiſit lucernam & lucentem & ardentem Ioannem, qui huic integritati ſigna daret, & huius luminis ſcintillas in ſe elucentes monſtraret: qui virginitatem Chriſti illibatam, ſuo cœlibatu præcedente credibilem faceret: qui patientiam Chriſti, ſua tolerantia: ieiunium quadraginta dierum, ſua quotidiana parcitate; fortitudinem in tot malis & in morte crucis ſuſtinenda, ſua in decollatione conſtantia; charitatem immenſam, ſuo intenſo ſalutis animarum ardore; qui puritatẽ immaculatã Chriſti, ſua à peccato mortali incontaminata vita, poſſibilem eſſe in paſſibili homine oſtenderet: Si.n. Ioannes zona pellicea & piloſa veſte indutus nõ præceſſiſſet, quis vnquã crederet vnius inconſutilis veſtis vſu, Chriſtum ab intemperie cœlorum ſe protexiſſe? Quis Apoſtolorum illi præcepto acquieuiſſet, Nolite poſſidere duas tunicas, neque calceamenta? Si Ioannes non melle & locuſtis quotidianam expleſſet famem, quis Chriſtum quadraginta dierum decurſu ſine cibo & potu perſtitiſſe, vt verum cenſuiſſet? quis Anachoretarum & heremi cultorum vitam adeò auſteram elegiſſet? quis abſtinentia perpetua maceraſſet corpus? Si Ioãnes inculpatã à mortali crimine nõ vixiſſet vitam, nullus vnquam Chriſto daret fidem de ſe atteſtanti; Quis ex vobis arguet me de peccato? Talem.n. vitæ ſanctimoniam, tantum conuerſationis candorem, tantum nitorem animi, vt qui nulla aſpergatur peccati macula, nullum vel minimum contrahat næuum, cæca illa peccatorũ turba impoſſibilem in homine indicabat: Qualis quiſque eſt, tales cenſet eſſe alios: omnes flagitijs contaminati ante Chriſti aduentum erant; omnes in cæca caligine ſcelerum colligati reſidebant: ſi Chriſtus ſanctus ſanctorũ primo adueniſſet, nemo hominum illum eſſe talem credidiſſet; ſi lux ipſa immenſa omniũ oculis oborta fuiſſet, omnes excæcati tenebras illam eſſe exiſtimaſſent.

Ioan. 1. Quod ſi, licet Ioannem lucernam præmiſerit, plurimi tamen ſplendorem eius contueri nequiuerunt: In mundo.n. erat, & mundus eum nõ cognouit

gnouit,& lux in tenebris lucet, & tenebræ eam non comprehenderunt: quid ſi illum non præmiſiſſet? ſi lucernæ huius aſpectu, aciem oculorum ægrorum non contemperaſſet? quid tum fieret? proculdubio, oẽs vt quondam Saulus, in terram ſemimortui decidiſſent, cęcitate ſempiterna perculſi, in maioribus quàm olim tenebris, & interioribus & exterioribus permãſiſſent: Sicut igitur carnem induit, ait Chryſoſtomus, ne ſi nuda ſe Diuinitate exhiberet, omnes perderet; ita virum qui ſe annunciaret miſit, vt cum familiarem vocem populi audirent, facilius ad credendum adducerentur. Hom. 5 I. Ioann. c. 1

Sicut lucifer ante Solem exoriens, oculos ſomno depreſſos ſenſim illuminat, ad Solis adſpiciendi aciem diſponens; ita Ioannes velut ſpiritualis quidam Lucifer, Solis iuſtitiæ aduetui, lumine ſuo præuius fuit: Ne igitur credentes in Chriſtum natum, repentino fulgore illuſtrati, in cæcitate priſtina, virtute venientis Chriſti vt immenſi luminis exorientis obſirmarentur, Chriſtus Ioannem præmiſit.

Erat alterum genus hominum, qui in Chriſtum natum credere recuſabant, & qui ab aſpectu lucis huius, ſuos oculos auertebant: Quidam in ipſum non credebant: Alij ſeductorem, voracem, ebrioſum, & amicum publicanorum, & blaſphemum, & peccatis obnoxium cenſebant: nonnulli eum etſi eſſe bonum dicebant, non tamen lucem illam immenſam atq; indeficientem, ſed quendam Diuinæ bonitatis exorientem radium eſſe putabant: Quapropter cum Apoſtolos interrogaret, Quem homines dicunt eſſe filium hominis? dicebant, Alij Ioannem Baptiſtam, alij autem Heliã, alij verò Hieremiam, aut vnum ex prophetis: Nullus pene, præter paucos diſcipulos, ex illa numeroſa multitudine quæ ipſum ſequebatur, quę contemplabatur tot & tanta eius miracula, ipſum eſſe veram lucem à Dei maieſtate effulgentem, credebant: Et hoc quidem ex Iudæis. Cæterum gentiles, qui à Balaamo de huius luminis nouo in terris exortu p̄moniti erant; licet cum Magis ſtella pręeunte, Solem in ſtabulo nube carnis inuolutum aſpexiſſent, tamen præter illos (quod ſciamus certò) tres Magos, illum eſſe illuminatorem mundi, nullus tũ opinatus eſt: Omnes aſſueti fabulis Poetarum, putabant denuò Phaetontem præſumere gubernacula Solis; Dicebant fortè, dum Solem verum illuſtrantem homines cæcos, cernerent in terris diſcurrentem; Nouum hoc genus eſt illuminationis, non Phœbus, non ſydera, non Cynthia, ad eum modum toto effulſerunt cœlo; ſplendor iſte inſolitus eſt: Quid? Forte vel Phœbo quales accreuere micantes flammæ? Forſan argenteæ illius domus bifores valuæ non argenteo amplius ſed aureo fulgore reſplendent? Sed Dijs cœleſtibus vt nihil detrahi, ita nihil accreſcere põt. Quid ergo? Proculdubio ambitioſus Phaeton, rurſus multiplicarat preces ad Patrem: O lux immenſi publica mundi, Phœbe pater, ſi das vſum mihi nominis huius, Nec falſa Clymene culpam ſub imagine celat, Pignora da genitor, per quæ tua vera propago, Credar, & Math. 16. Num. 24. Ouid. metamorph. lib. 2.

Ezech 28. contra Dominũ gloriatus eſt. Noui deinde ex Ezechiele propheta quam ſeuerè principis Tyriorum punierit Deus arrogãtem animum: Eò quod, ita eum alloquebatur, Eleuatum eſt cor tuum, & dixiſti, Deus ego ſum, & in cathedra Dei ſedi in corde maris, cum ſis homo & non Deus, & dediſti cor tuum quaſi cor Dei: Propterea hæc dicit Dominus Deus, Eò quod eleuatum eſt cor tuum, quaſi cor Dei: idcirco ecce ego adducam ſuper te alienos robuſtiſſimos gentium, & nudabunt gladios ſuos ſuper pulchritudinem ſapientiæ tuæ, & polluent decorem tuum: Interficient & detrahent te, & morieris in interitu occiſorum in corde maris: Nunquid dicẽs loqueris, Deus ego ſum, coram interficientibus te; cum ſis homo & non Deus, in manu occidentium te? Morte incircumciſorum morieris, in manu alienorum, quia ego locutus ſum, ait Dominus Deus. Scio præterea, ꝙ arrogantia & primum parentem noſtrum, & virtutem illam incorporeã Deo inuiſos efficiens, illum de loco voluptatis ad terram miſeriæ; hũc de ſublimi cœlorũm cardine ad barathrũ inferni deiecit ac deturbauit: Lucifer ſiquidem Diuinã ſimilitudinem ſibi affingere conatus eſt, & ideò & natiuam pulchritudinem commaculauit; & ſedem ſublimem in cœlis amiſit: Hoc ipſum poſtea callidè propoſuit & ſuaſit Adamo, vt conciperet cogitationem ſua conditione maiorem, ſibique cum Deo ſperaret æqualitatem: Si.n. inquit arrogantia me è cœlo expulit, multò magis eadem hũc eijciet è paradiſo; quod & rei probauit euentus; Ita.n. improperans homi-
Gen. 3. ni Deus locutus eſt, Ecce Adam, quaſi vnus ex nobis factus eſt, ſciens bonum & malum: nunc ergo ne forte mittat manum ſuam, & ſumat etiam de ligno vitę, & comedat & viuat in æternum, eiecit eum Dominus Deus de paradiſo voluptatis, vt operaretur terram de qua ſumptus eſt. Tales pęnas huic flagitio Deus intulit: non eſt reueritus perſonas Regum & Principum, & Angelorum: non ſublimitati naturæ, non perfectioni hierarchicæ, non capiti & parenti tot generationum, non celſitudini ſui plaſmatis pepercit; de Thronis regalibus potentiſſimos Reges deturbauit, de paradiſi inacceſſo loco primum & decore & perfectione ſumma ornatum hominem expulit: de cœleſti ſupremo vertice, ſignaculũ illud ſimilitudinis, plenum ſapientia, perfectum ſplendore Cherubinum & Luciferum deiecit, & in infimo terræ carcere rudẽtibus & vinculis ferreis alligauit, ſempiterniſque cruciatibus addixit: Tantum malum eſt arrogantia, quæ Dei implacabile odium homini concitat: Deus ſuperbis reſiſtit & arroganti-
Eccl. 10. bus: Non dixit, Deus arrogãtes dimittit, & in peccatis deſerit, ſuoque nudat auxilio, ſed aduerſatur; inquit, nõ quod inſtructa acie, aut pugna Deo ſit opus aduerſus arrogantem, ſed vt vehemens odium declaret erga ſuperbum.

Cum ergo Deus (ad Ioannem regredior) adeo infenſus ſit arrogãtibus: ego nolo meipſum vobis prædicare, vereor ſiquidẽ ne ſuper me vt ſuper Moabum eiulet Deus, ne decaluet & denudet turpitudinem meã, ne vin

cula

cula inijciat manibus,aut cõpedes pedibus meis:timeo ne præparet mihi vel foueam,vel laqueum,ne tradat me in deriſum cunctis gentibus,& in exemplum:Præcaueo ne ſuper me, vt quondam ſuper illum qui in annulo imaginem Dei geſtabat,adducat alienos, qui nudarent ancipites gladios ſuos ſuper pulchritudinem animæ meæ,qui polluerent decorẽ meũ. Vereor ne me ex hoc deliciarum mearum paradiſo in terram horroris expellat:timeo ne me vt alterum Angelum, (Angelum etenim me quoque Propheta nũcupauit)de ſublimi gradu meo deijciat: Imaginem Dei,ſiue quam impreſſam,Dei ſolius cõſpectui patentem habeo,ſiue quam nõ habeo,vobis digito pandere nolo: Nõ ſum ego Deus,nõ ſum ego Chriſtus, non ſum Helias,nõ ſum Propheta ; Deus enim arrogantibus ſibi quiſpiã Diuini hominibus,reſiſtit.Et confeſſus eſt, & non negauit, & confeſſus eſt,quia nõ ſum ego Chriſtus.Quæ verba (aduertit Granaten.)non vulgarem emphaſim habent:alioquin reſpondere potuiſſet, non ſum ego Chriſtus;ſed Euangeliſta iterum atque iterum repetit,& confeſſus eſt, & non negauit;& confeſſus eſt,quia non ſum ego Chriſtus;vt hac loquendi figura ſolicitudinem atque timorem ſancti præcurſoris haud obſcurè declararet; cum ſibi Diuinos honores tribui imprudentis populi opinione cerneret. Nullus enim vir etiam zelotypiæ ægritudine laborans,vſqueadeò de vxoris ſuæ pudicitia ſolicitus eſt;quàm ſancti omnes fuerunt,ne ſibi quicquam Diuini honoris,aut arrogarent,aut ab alijs ſibi tribui paterẽtur.Sic Paulus & Barnabas,cum eos, Lyſtris,ciues propter edita miracula adorare vellent,cõſciſſis tunicis,tantę impietati obſtiterunt dicentes,Viri quid hæc facitis?& nos mortales ſumus ſimiles vobis homines: neque verò cõtenti populum ab hac temeritate reuocaſſe,curſu, voce, veſtiumque abſciſſione,quantus eos tremor inuaſiſſet,ſatis indicarunt: Conſciſſis enim tunicis ſuis,exilierunt in turbas clamantes & dicentes,Viri quid hæc facitis? Simili conſilio & affectu Ioannes à ſe Diuinos honores depulit, vt qui probè teneret,quã immane nefas eſſet, hominem ſibi Diuini aliquid aſſumere:In annulo, igitur,Dei imaginem ne geſtato.

Alluſio ad heremitoriũ Ioannis.

Simile.

Act.14.

Sed quæretis à me,quid eſt quod adeò grauiter arrogantiam perſequitur Deus? vt de illa ſpecie arrogantiæ quam iactãtiam & vanam gloriam cæteri appellant,ſileam;de illa tantum,quæ ſibi quod non eſt,attribuit & temere vſurpat,dicã;duas eſſe cauſas,propter quas atroci odio ipſam proſequatur Deus:Altera eſt,quia hominem excæcat: Altera,quia eundẽ hominem ſtultum efficit:Excæcat hominem arrogantia, illa quæ vſurpat ſibi quod non eſt:Vt enim oculis obductum aureum vel depictum velum excæcat ideò hominem, quia næuos turpes corporis & ſcabiem defluentem obtegit,ne turpitudo eorum appareat: vt conſpicilla viridi vel rubeo colore tincta;vtẽti illis,omnia ſordida & abominãda colore ſuo inficiũt, & ſic affecta oculis præſentant;ita ſpecies alienæ pulchritudinis & virtutis vſurpata,homini turpiſſima quæque vitia ne illa cognoſcat,obtegit;cę-

cum

cum in cognitione Dei,alieni colores efficiunt;Non eſt difficilè hoc ex illis ſupradictis quatuor arrogantibus,Moabo,ſ.Principe Tyri,protoparēte noſtro,& ſupremo Angelo,demonſtrare:Vſurparat ſibi virtutem quādam omnipotentem Moab;Fortes,inquit,ſumus,& viri robuſti ad prçliādum;omnia nobis licent;Nullus eſt qui contraire nobis poteſt;omnes pedibus noſtris cōculcemus;quis contradicet nobis?Excçcarat eū hçc vſurpata fortitudo,ne videret turpiſſimum iactantiæ vitium,& imbecillitatē ſuam,& quod non ſit iuxta eam virtus eius,& quod ei omnia nec licebāt, nec expediebant:Falsò vendicarat ſibi Princeps Tyri formam Diuinitatis,dum cor ſuum vt cor Dei poſuit:excæcarat eum vſurpata hæc Deitas, ne & multitudinem flagitiorum, & vanitatem ſuperbiæ, & ſtultitiæ ſuæ veſanos conatus agnoſceret:Deo,inquit,omnia ad libitum parent;Quid non mihi?Deus etenim ego ſum:Deus pro arbitrio ſapientiſſimę voluntatis ſuæ diſponit & gubernat vniuerſa;Quid non ego? Deus etiam ego ſum:Deus quicquid operatur,quicquid manibus ſuis efformat,Diuinum eſt;Cur & non manuū mearum figmenta Diuina erunt?Deus enim ſum: Diuina facta nemo eſt qui vel turpitudinis,uel inſipientiæ,uel iniuſtitię, uel cuiuſuis delicti inſimulet;meis quis audebit maculā aſſingere? Deus ergo ego ſum. Vſurparat ſibi Protoparens noſter Diuinitatis quandam æqualitatē;Diuinitas hæc uſurpata eum excęcarat,ne ſe de limo eſſe plaſmatū,uilem,& abiectum,intueretur: Deus,ait Adam,de fructu ligni ſciētiæ boni & mali neſcitur: Deus omne bonū & malum exactè nouit; Cur non et ego?Mihi ſiquidem quoque ſerpēs pollicitus eſt, Eritis ſicut Dij? Quid uerò ſupremus Angelus?An illius ſublimes oculi per arrogantiam non caligarunt?Caligarunt,& ſempiternis tenebris obumbrati ſunt:Deo Diuinitatis iure debetur,inquit,ut is ultimus rerum omnium finis ſit, ut ab omnibus ſuper omnia diligatur,ut omnes omnia ſua ad illum referāt, ut ille beatitudo & ſua & cunctorum ſit;Quid? An nō ego quoque Deus ſum?ego igitur mihi ero meus finis,meus amor,mea beatitudo, meū omne bonum,mea fœlicitas: Collocabo & ego ſuper ſydera cęli fulgentiſſima,ſolium meum,& ſimilis ero altiſſimo:Parem fęlicitatem,æqualem potentiam,eandem celſitudinem habebo cum illo, poſtquam eandem Diuinitatis imaginem impreſſam geſtamus:Vides quia ut periſtromata oculis obiecta,parietum nigredinem obtegunt;ut color uiridis,omnia,etiam nigra, uiridia repreſentat; ut ueſtis aurea corporis turpitudinem ne agnoſcatur obuoluit,ita uſurpata Diuinitatis figura,ita alienæ ſpeciei arrogatus decor,proprię naturæ qualitatem,& peccatorum deformem laruā,ne uideatur,contegit;Arrogantia quæ uendicat ſibi quod non eſt,hominem cęca caligine afficit.

Cæterum quod arrogantiā ſtultum efficiat hominem,non ego ſed Sapiens ille declarauit, Videbam,ait,hominem, qui ſibiipſi prudēs eſſe uidebatur;inſipiens uerò ſpem habet præ illo potiorē,non inſipiens eſt,ait,

ſed

ſed inſipiente inſipientior. Sed quare? Chryſoſtomus cauſam affert tali ſi militudine ornatam; Quemadmodum ſi quis cum ſtatura cubiti ſit, inſtar montis, imò etiam altiorem ſe putet, ac ideò ſeipſum quaſi montem exceſ ſurus erigat, nullum aliud argumentũ inſaniæ ſuæ quæreremus: ſic cũ inflatum videris hominem, qui meliorem cæteris ſe arbitretur, contẽnique opinetur, ſi cæteris hominibus conferatur, nullum iam aliud ſignum vecordiæ hominis exquiras; tantò quippe ridiculoſior his eſt qui natura inſaniunt, quãtò ipſe ſponte hũc ſibi morbum cõtraxit: nec hac re ſolum miſer, verumetiam quia in miſeriæ fundum ſe detruſit, vt nihil ſentiat: Quãdo.n. is peccata ſua, vt oportet cognoſcet? Quando nimium ſe delinquere ſentiet? Et vt ſtultitiam arrogantium ex his quæ apud nos quotidie accidunt videamus? Cur inanis gloriæ cupidos vituperas, mille opprobrijs laceramus? Cur arrogantes, & aliorum hominum contemptores odimus? Cur illos qui ceruicem in altum extendunt, ſupercilia extollunt, ſummis incedunt pedum articulis, nec aſpicere dignamur? Cur claram progeniem Scarabombonidorum militum, qui ſe innumeram militum multitudinem olim cõſcripſiſſe, caſtra mouiſſe, aciem contra tot Regna inſtruxiſſe, tot hoſtes & inuaſiſſe & debellaſſe, tot trophęa glorioſè reportaſſe iactant; qui horribiles Turcarũ claſſes ex natantibus quaſi mõtibus conſtructas, ſubruiſſe; aerem fumo, telis, ſaxis, lignis, quaſi concretis nubibus repleſſe: micantium magis armorum, quam ſolis aut diei fulgore coruſco tenebras illas illuſtraſſe; diſſipaſſe triremes, naues fregiſſe, profudiſſe gazas, aquarum claram limpiditatem in ſanguineũ ruborẽ commutaſſe; mortuorum corpora ad ſupremum cœli globum pugnis proieciſſe; Reges catenis onuſtos abduxiſſe gloriantur: cur, inquam, eiuſmodi milites deteſtamur? non riſu ſed cachinnis excipimus? Propter ſummam illorum inſipientiã: Inſanis.n.& ijs qui natura ſtulti ſunt, miſeriores ſunt arrogantes. Æquè ſiquidem cum his riſum mouent, atque æqua cum illis moleſtia laborant, & exorbitant quidem, non aliter quam illi; eorum tamen nemo miſeretur, quemadmodum illorum: deſipiunt ſimiliter vt hi, veniam tamen quemadmodum hi, non merentur, ſed potius exoſi ſunt: Cum autem plaſtes hominis Deus, hominem mente vigentẽ & ſeipſum & omnia ſua agnoſcentem eſſe voluerit; cum hominem non vt ſtultus & riſui omnium, vt inſanus, ſit expoſitus, ſed vt ſapientia ornatus omnibus admirabilis & conſpiciendus appareat, creauerit: cum hominem humilitatis virtute ſupremas ſuperborum deiectorum ſedes conſcendere inſtituerit; quod arrogantibus vehemẽtiſſimè reſiſtat, eoſq; atrociter puniat, mirum non eſt. Deforme ſiquidem eſt falſa præſertim de ſeipſo prædicare, & cum irriſione audientium militem imitari glorioſum. Deus autem noluit hominem deformem & ſtultum, & cæcum fieri; ſed ſapientem & pulchritudine, cùm interna tum externa fulgentẽ; quod ſuo animi decreto fruſtretur, grauiter arrogantiam odit.

Hom. 50. in Matth.

Hæc itaque ſcientes, In annulo Dei imaginem ne geſtemus; arrogantiam deuitemus & humilitatem exerceamus. Nihil.n.humilitate potentius; quia eſt petra fortior, & adamante ſolidior, & in maiorem nos ſecuritatem collocat quàm vel turres, vel vrbes, vel muri; omnibuſque Diaboli machinamentis ſublimior facta, contingere volentibus inſuperabiles facit; quemadmodum è contra arrogantia etiam quibuslibet captu faciles reddit; ampulla vitrea facilius rumpitur, aranearum textura citius ſcinditur, fumo leuius diſſoluitur.

Chryſoſt. hom. 20. in epiſto. ad Rom.

Non dico vobis, vt vitia veſtra vniuerſo prædicetis populo, & flagitia veſtra vt ſordes fœtidas cunctorum olfactui exponatis; ſed ne imaginem Diuinitatis in annulis veſtris geſtetis; Reuelate ſoli Deo vias veſtras, & ipſe vos enutriet, ipſe vobis peccata dimittet: In mũdanis licet ac forenſib. iudicijs, poſt accuſationem & confeſſionem criminum, reſtat mors; cæterum apud Diuinum tribunal, poſt accuſationem & confeſſionem criminum, datur corona. Soli Deo receſſus ſecreti cordis veſtri noti ſint; tamen hominibus, falſa vſurpatione ſanctitatis riſum ne moueatis; voſipſos inſipientes & ſtultos ne faciatis; Ita ſiquidem & in præſenti vita quietem inueniemus, & in futuro ſæculo omnibus fruemur bonis, gratia & benignitate Saluatoris noſtri qui ſuperbis reſiſtit, humilibus verò cõſummatum gratiæ fructum tribuit de cœlis Amen.

Ego vox clamantis in deſerto. Ioan. 1. cap.

PVNCTVM TERTIVM.

Cur Ioannes, aduentum CHRISTI præceſſerit?

QVAE antiquitas illa, poſteritati reliquit ingenij ſui contemplanda ſigna, etſi omnia admiranda ſint, nullum tamen maiori induſtria elaboratũ, & ideò maiori admiratione dignũ exiſtimaui monumentum, quàm illam ſublimem ſtatuã indicem exorientis Solis; cuius Pierius in ſuo Hieroglyphicorũ meminit libro. Mẽnonis inquit ſtatua ſedens nigro è lapide, magna regionis celebritate in Æthiopia viſebatur: Erat ea diei adueniẽtis indiciũ, vt auroræ filius maternum officium imitaretur: Eo autem artificio fabricata erat, vt ſol primo ſtatim ortu radios ſuos in os eius eiacularetur, ac veluti plectrum aliquo, ibi ſonum excitaret, vocalique ſignificatione iam adeſſe diem annunciaret. Nemo veſtrum (exiſtimo) mihi vitio vertet, ſi dixero, Deum ad ſimilitudinem antiquitatis huius quiddam admirandum effeciſſe; Sed quid tale? Omnibus vobis manifeſta eſt nox illa denſiſſima pecca-

Hierogli. libr. 32. c. de Ioue.

pecca-

peccatorum, præcedens ortum ſolis iuſtitiæ; quando vniuerſam terrã tenebræ craſſiſſimæ operuerant; quãdo omnes in tenebris & in carcere vmbræ mortis, vincti ferreis Satanæ catenis ſedebant, & Solis inacceſſibilis ortum deprecabãtur: Domine inclina cœlos & deſcende: vtinam diſrumperes cœlos & deſcenderes, & fulgore tuo cæcam caliginem illuminares: Illuminare tandem ò lux vera quæ illuſtras omnem hominem venientem in hunc mundũ, irradiare his qui in tenebris & in vmbra mortis ſedent.

Pollicitus quondam fuerat Deus, ex vtero caſtiſſimę fulgentis aurorę, lucem ſuam nube carnis obtectam educturum; Super te, ait, orietur Dominus, & gloria eius in te videbitur, & ambulabunt gẽtes in lumine tuo, & Reges in ſplendore ortus tui; non erit tibi amplius Sol ad lucendũ per diem, nec ſplendor lunæ illuminabit te; ſed erit tibi Dominus in lucem ſempiternam, & Deus tuus in gloriam tuam; Non occidet vltra ſol tuus, & luna tua nõ minuetur, quia erit tibi Dominus in lucem ſempiternam, & complebuntur luctus tui. Pſal. 109. Iſai. 60.

Iam inſtabat tempus fœliciſſimum, quo miſertus cæcitatis humanæ lumen ſuum toti mundo exerere debuit; Quid fecit? Efformauit indicẽ ſui ortus nigro è lapide ſtatuam, Ioannem ſuum præconem, ex corrupta aluo Annæ ſterilis, & iam ſenio deturpatę naturæ materia procreauit; & tanta artis inuẽtione mirabilem effecit, ſic fibras oris & gutturis eius diſpoſuit, vt dum gratiæ ſuæ Chriſtus primos eiacularetur radios, primò in os Ioannis apertũ, illos immitteret; quibus illuſtratus & incalefactus ille, ortum Solis iuſtitiæ non eius quidem occæcantis ſed illuminantis, voce ſonora prædicaret & demonſtraret propinquum eſſe: Sic dum adhuc inuolucris carnis, in vtero lucentis auroræ Mariæ, obumbratus delitefceret, & iam iam quiddam rutilãtis luminis in terras diffunderet; primò illud lumen, ſtatua hæc clauſtris maternis recluſa perſenſit: Ecce vt facta eſt, ait mater præcurſoris, ad geſtatricem Solis Mariam, vox ſalutationis tuæ in auribus meis, exultauit gaudio infans in vtero meo: Ecce, inquit, vt p te ſuã baiulam Sol iuſtitiæ irradiauit in domo mea, vt per te aurei luminis ſui micantes radios diffundere cępit, percepit vim huius fulgoris nondum perfectè efformatus index Chriſti; & licet nõdum laxatis fibris gutturis, reſonare tñ externo cępit corporis motu, ſignaque futuri eius exortus inſolito gaudio dedit: exultauit infans gaudio in vtero meo.

Sic etiam dum ad perfectæ ætatis adoleuit ſtatum, & non iam ſcintillã vel radium, ſed totum lumen doctrinæ & gratiæ huic noſtro cœlo expãdere voluit, primò in os Ioannis teſtificantis de lumine lumen ſuum eiaculatus eſt; quo ille illuſtratus tales edidit clamores, vt & in deſerta ſolitudine, & in circumiacente regione, in pagis, vicis, ciuitatibus vniuerſis præconium Chriſti venientis audiretur: Omnes ſenſerunt indicem illũ vociferantem, pœnitentiam agite; iam appropinquabit vobis regnũ cœlorum,

Zach. 6. ſerum, Inclinabũtur vobis cœli, & lumen ſuum inaceſſum expandet vir ille, cuius nomen oriens eſt, & ſubter eum orietur, & ædificabit templũ Domino, & ipſe portabit gloriam & ſedebit, & dominabitur ſuper ſolio ſuo: Vniuerſi vocem eius audierunt dicentis, Parate viam Domini, & videbit omnis caro ſalutare Dei. Nam & turbæ, & publicani, & milites, & ipſi Reges & Pontifices, veniebant ad eum vt eos doceret, quomodo ſe, venturo ſoli gratiæ, omnem hominem in mundum venientem illuminãti, exhiberent: Quid, aiunt, faciemus? Quid faciemus & nos? Cuncti vide-
Ioan. 1. runt etiam indice prodentem & clamantem, Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi: Hic eſt de quo dixi, Poſt me venit vir qui ante me factus eſt, quia prior me erat, & ego neſciebam eum, ſed vt manifeſtetur Iſraeli, propterea ego veni in aqua baptizans: Et ego vidi ſpiritum deſcẽdentem quaſi columbam de cęlo, & manſit ſuper eum: Et ego neſciebam eum, ſed qui miſit me baptizare in aqua, ille mihi dixit, Super quem videris Spiritum deſcendentem, & manentem ſuper eum, hic eſt qui baptizat in Spiritu ſancto; & ego vidi & teſtimonium perhibui, quia hic eſt filius Dei, Deus de Deo, lumen de lumine, Lux vera quæ illuſtrat omnem hominem venientem in hunc mundum, quę radios rutilantes per vniuerſum orbem diffundit; non Iudæum, nõ Græcum, non Barbarum, non Scytham, non liberum, non ſeruum, non virum, non mulierem, non ſenem, non iuuenem ſuo priuat fulgore, nullum dedignatur, effugit neminem, omnibus ſe facilem exhibet, omnes pari honore aduocat.

Vt ergo ſtatua Memnonis ſolis viſibilis, ſic Ioannes Solis iuſtitiæ exortus index erat: Vt Sol viſibilis primo ſtatim ortu radios ſuos in os ſtatuæ lapideæ, ita Sol iuſtitiæ gratiarum primos radios in os Ioannis eiaculabatur, ac veluti plectrum aliquod in eius gutturis fibris ſonũ excitabat, quò vocali ſignificatione iam adeſſe Deum nũciaret. Et ne cuiquam veſtrum diſtorta appareat ſimilitudo, quid Ioannes fuerit, quale officium exercuerit, ex ſacro Euangelio audite: Quid fuerit? ita de eo teſtificatur Chriſtus, Ecce, inquit, ego mitto Angelum meum ante faciem tuam, qui præparabit viam tuam ante te. Iudæis verò de ipſo ſciſcitantibus, Quis es, vt reſponſum demus his qui miſerunt nos? Quid dicis de teipſo? reſpondet & manifeſtat ſe eſſe ſtatuam indicem Chriſti: Ego, ait, vox clamantis in deſerto, dirigite viam Domini, ſicut dixit Iſaias Propheta: Quod verò officium exercuerit? Licet iam exiſtimo ex his duobus teſtimonijs conſpicuũ ſit, tamen vt omni ex parte ſimilitudo cohæreat, Euangeliſta Ioannes dicit eum pręcurſorem aduentus luminis veri: Fuit homo miſſus à Deo, cui nomen erat Ioannes. Sed ad quid miſſus fuit? Hic venit in teſtimonium, vt teſtimonium perhiberet de lumine, vt omnes crederent per illũ: Non erat ille lux, ſed vt teſtimonium perhiberet de lumine. Non auditis Ioannem eſſe vocem clamantis? Clamantis: Ante cuius exortum? Dei, ſcilicet & hominis. In qua forma aduenientis? Luminoſi fulgidi Solis. Huius So-

lis ortum Ioannes prædicabat. Non erat ille lux, ſed vt teſtimonium perhi-
beret de lumine, vt in peccatorũ tenebris ꝓfundiſſimo ſopitos ſomno ex
citaret, Deũq; oĩa colluſtrantẽ à cęlis ad terras deſcendentẽ annunciaret.

Iam conſpicio vos ad illius quam initio propoſueram quæſtionis ſolu
tionem præuolare: Quærebam, Cur Ioannes, Chriſti præceſſit aduẽtum?
Cur ſtatua hæc ſublimis, ortum Chriſti voce ſonora prænunciabat? Cla-
rum eſt vnicuique veſtrum: Nimirum, vt teſtimonium perhiberet de lu-
mine: Verum quia hæc cauſa duobus verbis à Ioanne comprehenſa, pro-
funda & iucunda ad contemplandum eſt, paulò latius excutienda eſt.

Duo genera hominũ in Saluatoris Chriſti ad nos in carne mortali ad-
uentu, extitiſſe, ex Euangelio didicimus: Murmur multum erat in turba Ioan. 7.
de eo, vt recenſet Ioannes: Quidam enim dicebant, quia bonus eſt. Alij
autem dicebant, Non, ſed ſeducit turbas: Alij credebãt in eum, quia eſſet
Chriſtus: Quidam verò dicebant, Nunquid à Galilæa venit Chriſtus? &
quidam ex ipſis volebant apprehendere eum; nonnulli verò magnifican
tes atque laudantes ſequebantur eum: Omnes autem, ante Chriſti aduen
tum, peccatorum æqualibus tenebris offuſi, Chriſtum venturum præſto-
labantur: Vnde apud Iſaiam hanc ſuam cæcam noctem omnes deplora- Iſai. 59.
bant. Propter hoc, inquiunt, elongatum eſt iudicium à nobis, & non ap-
prehendit nos iuſtitia; expectauimus lucem, & ecce tenebræ; ſplendorem
& in tenebris ambulauimus; Palpauimus ſicut cęci parietẽ, & quaſi abſq;
oculis attrectauimus; impegimus meridie quaſi in tenebris, in caligino-
ſis quaſi mortui: multiplicatæ ſunt enim iniquitates noſtræ coram te, &
peccata noſtra non reſpõderunt nobis, quia ſcelera noſtra nobiſcũ: Cum
ergo omnes in vno carcere obſcuriſſimo peccatorũ detenti fuerint, Deus
conſulens imbecillitati humanæ, ne ex repentino ortu Solis iuſtitiæ Ieſu
Chriſti, vt à luce quadam improuiſa & inſolita cæcutirent homines,
Ioannem vt lucernam quandam primò præmiſit; quatenus ex aſpectu il-
lius parui luminis oculorum acie contemperata, & conſpiciendę ſanctita
ti quaſi aſſuefacta, non adeò ferrent ægrè intuitum figere in lucem Chri-
ſti immenſam: Ea eſt medicorum conſuetudo in cæcitate hominum, quã Simile.
in horrendo atque tetro carcere recluſi contrahunt ſananda; vt non pri-
mò permittant cæcutientibus, aſpicere plenum fulgorem Solis, alioquin
vſum amitterent oculorum: ſed in camera tenebroſa lumine cãdelæ, dein
de modico ſplendore Lunæ aut Solis, paulatim vim oculorum attempe-
rant: Sic & lux mundi Chriſtus, non primò immenſum ſplendorem ſuũ
mundo irradiauit, amiſiſſent ſiquidem vſum videndi cęci homines, ſi in-
ſolitum ſplendorem ſanctitatis & puritatis Diuinæ in mundo rutilantem
primò vidiſſent: Quia enim Saulo furijs agitato infernalibus, ſine promiſ
ſa lucerna apparuit, ex aſpectu luminis inacceſſi excæcatus eſt: Quia ſubi Act. 9.
tò circumfulſit eum lux de cęlo, tremẽs ac ſtupens decidit in terram, aper
tiſque oculis nihil videbat: Et erat tribus diebus non videns, & non man

ducauit,neque bibit: Ad hunc modum,ſi vniuerſis primò appareret,quis non timeret? non paueret? non cæcutiret? Quocirca oportuit primo Ioannem,qui erat lucerna lucens & ardens præmittere,vt luci ſanctimoniæ aſpicien̄dæ ſenſim aſſuefacti in Ioanne relucente, ferre poſſent aſpectum illius quem vidimus plenū gratiæ & veritatis: Chriſtus ex puriſſimis ſanctiſſimæ Virginis ſanguinibus ſine peccato cóceptus,in plenitudine gratiæ enixus,etiam ſupernis ſpiritibus lætitiam ſuo exortu attulit: Ne incredibile videretur hoc myſterium cæcis hominibus, præmiſit lucernā Ioannem,qui ex ſterili,in peccato quidem,conceptus,ſed mox in vtero,ſancto Spiritu repletus,gaudium natiuitate ſua multis effecit: Chriſtus ab ineunte ætate virginitatis, patientiæ, fortitudinis, beneficentiæ, miſericordiæ, charitatis immenſæ, puritatis immaculatæ radijs micantibus cunctorum oculos in ſui admirationem pertrahebat: ne talem ſanctitatis ſplẽdorem impoſſibilem in mortali corpore,dicerent hoīes, præmiſit lucernam & lucentem & ardentem Ioannem, qui huic integritati ſigna daret, & huius luminis ſcintillas in ſe elucentes monſtraret: qui virginitatem Chriſti illibatam, ſuo cœlibatu præcedente credibilem faceret: qui patientiam Chriſti, ſua tolerantia: ieiunium quadraginta dierum, ſua quotidiana parcitate; fortitudinem in tot malis & in morte crucis ſuſtinenda, ſua in decollatione conſtantia;charitatem immenſam,ſuo intenſo ſalutis animarum ardore;qui puritatẽ immaculatā Chriſti,ſua à peccato mortali incontaminata vita,poſſibilem eſſe in paſſibili homine oſtenderet: Si.n. Ioannes zona pellicea & piloſa veſte indutus nō præceſſiſſet, quis vnquā crederet vnius inconſutilis veſtis vſu, Chriſtum ab intemperie cœlorum ſe protexiſſe? Quis Apoſtolorum illi præcepto acquieuiſſet, Nolite poſſidere duas tunicas, neque calceamenta? Si Ioannes non melle & locuſtis quotidianam expleſſet famem,quis Chriſtum quadraginta dierum decurſu ſine cibo & potu perſtitiſſe,vt verum cenſuiſſet? quis Anachoretarum & heremi cultorum vitam adeò auſteram elegiſſet? quis abſtinentia perpetua maceraſſet corpus? Si Ioánes inculpatā à mortali crimine nō vixiſſet vitam,nullus vnquam Chriſto daret fidem de ſe atteſtanti; Quis ex vobis arguet me de peccato? Talem.n.vitæ ſanctimoniam;tantum conuerſationis candorem,tantum nitorem animi, vt qui nulla aſpergatur peccati macula, nullum vel minimum contrahat nævum,cæca illa peccatorū turba impoſſibilem in homine iudicabat: Qualis quiſque eſt,tales cenſet eſſe alios:omnes flagitijs contaminati ante Chriſti aduentum erant,omnes in cæca caligine ſcelerum colligati reſidebant: ſi Chriſtus ſanctus ſanctorū primo aduenisſet,nemo hominum illum eſſe talem crediſſet; ſi lux ipſa immenſa omniū oculis oborta fuiſſet, omnes excæcati tenebras illam eſſe exiſtimaſſent.

Ioan. 1. Quod ſi,licet Ioannem lucernam præmiſerit, plurimi tamen ſplendorem eius contueri nequiuerunt: In mundo.n.erat,& mundus eum nō cognouit

gnouit,& lux in tenebris lucet, & tenebræ eam non comprehenderunt: quid ſi illum non præmiſiſſet? ſi lucernæ huius aſpectu, aciem oculorum ægrorum non contemperaſſet? quid tum fieret? proculdubio, oẽs vt quondam Saulus, in terram ſemimortui decidiſſent, cęcitate ſempiterna percuſſi, in maioribus quàm olim tenebris, & interioribus & exterioribus permãſiſſent: Sicut igitur carnem induit, ait Chryſoſtomus, ne ſi nuda ſe Diuinitate exhiberet, omnes perderet; ita virum qui ſe annunciaret miſit, vt cum familiarem vocem populi audirent, facilius ad credendum adducerentur. Hom. 5 I. Ioann. c. 1

Sicut lucifer ante Solem exoriens, oculos ſomno depreſſos ſenſim illuminat, ad Solis adſpiciendi aciem diſponens; ita Ioannes velut ſpiritualis quidam Lucifer, Solis iuſtitiæ aduẽtui, lumine ſuo præuius fuit: Ne igitur credentes in Chriſtum natum, repentino fulgore illuſtrati, in cæcitate priſtina, virtute venientis Chriſti vt immenſi luminis exorientis obſirmarentur, Chriſtus Ioannem præmiſit.

Erat alterum genus hominum, qui in Chriſtum natum credere recuſabant, & qui ab aſpectu lucis huius, ſuos oculos auertebant: Quidam in ipſum non credebant: Alij ſeductorem, voracem, ebrioſum, & amicum publicanorum, & blaſphemum, & peccatis obnoxium cenſebant: nonnulli eum etſi eſſe bonum dicebant, non tamen lucem illam immenſam atq; indeficientem, ſed quendam Diuinæ bonitatis exorientem radium eſſe putabant: Quapropter cum Apoſtolos interrogaret, Quem homines dicunt eſſe filium hominis? dicebant, Alij Ioannem Baptiſtam, alij autem Heliã, alij verò Hieremiam, aut vnum ex prophetis: Nullus pene, præter paucos diſcipulos, ex illa numeroſa multitudine quæ ipſum ſequebatur, quę contemplabatur tot & tanta eius miracula, ipſum eſſe veram lucem à Dei maieſtate effulgentem, credebant: Et hoc quidem ex Iudæis. Cæterum gentiles, qui à Balaamo de huius luminis nouo in terris exortu p̃moniti erant; licet cum Magis ſtella pręeunte, Solem in ſtabulo nube carnis inuolutum aſpexiſſent, tamen præter illos (quod ſciamus certò) tres Magos, illum eſſe illuminatorem mundi, nullus tũ opinatus eſt: Omnes aſſueti fabulis Poetarum, putabant denuò Phaetontem præſumere gubernacula Solis; Dicebant fortè, dum Solem verum illuſtrantem homines cæcos, cernerent in terris diſcurrentem; Nouum hoc genus eſt illuminationis, non Phæbus, non ſydera, non Cynthia, ad eum modum toto effulſerunt cœlo; ſplendor iſte inſolitus eſt: Quid? Forte vel Phæbo quales accreuere micantes flammæ? Forſan argenteæ illius domus bifores valuæ non argenteo amplius ſed aureo fulgore reſplendent? Sed Dijs cœleſtibus vt nihil detrahi, ita nihil accreſcere põt. Quid ergo? Proculdubio ambitioſus Phaeton, rurſus multiplicarat preces ad Patrem: O lux immenſi publica mundi, Phœbe pater, ſi das vſum mihi nominis huius, Nec falſa Clymene culpam ſub imagine celat, Pignora da genitor, per quę tua vera propago, Credar, & Math. 16. Num. 24. Ouid. metamorph. lib. 2.

hunc animis errorẽ detrahe noſtris. Proculdubio currus petierat ille paternos,inq; diẽ alipedũ ius & moderamẽ equorũ; proculdubio ille dictis recuſans paternis propoſitũ premebat,flagrabatq; cupidine currus; ſine dubio,illius currus cuius aureus axis,temo aureus,aurea ſummæ curuatura rotæ,radiorũ argenteus ordo;per iuga chryſoliti,poſitæq; ex ordine gẽmæ,reddũt lumina Phœbo; Huius,inquã,radiantis currus fulgẽti throno impoſuit Phaetontem pater,& illius curæ micantes impoſuit radios. Ad mirandũ ſiquidem,& naturæ inſolitũ lumen videmus.Sic de Christo for ſan fabulati ſunt Gentiles.Vt igitur & Iudæi & Gentes crederent Chriſtũ eſſe lucem verã,Deumq; illuſtrantẽ tenebras huius ſæculi,Ioannẽ premiſit,qui teſtimoniũ perhiberet de lumine,vt oẽs crederent per illũ, qui voce ſua clara præcineret;Expectaſtis ò cęci hoĩes,Deum ipſum in ſpolijs mortalis carnis abſcõditũ,ad vos venturũ,Ecce medius veſtrũ ſtetit, quẽ vos neſcitis;q ante me factus eſt,licet poſt me vẽturus eſt:Deprecati eſtis Dñm,vt vobis agnũ auferentẽ ſcelus mundi demitteret; Emitte,dixiſtis, Dñe agnum dominatorẽ terrę,de petra deſerti ad montẽ filiæ Syon:Ecce agnus Dei,ecce qui tollit peccata mundi: Supplicaſtis cũ Patriarcharum agmine,Illuminare his qui in tenebris,& in vmbra mortis ſedent,ad dirigendos pedes noſtros in viã pacis;Ecce iſte eſt lux mundi,lux vera quę illuminat oẽm hoĩem;quæ lucet in tenebris,& tenebræ eã non comprehenderunt:Illum Deũ & agnũ,& Solem orientẽ,germẽ fore vnicum Dei,vobis prophetę præſignarũt:Et ecce ego eum vidi, & teſtimoniũ perhibui, quia hic eſt filius Dei:Illum Spiritu ſancto repleri ex Iſaia cognouiſtis,Et requieſcet,inquiebat Propheta, ſuper eũ Spiritus Dñi;Spiritus ſapientiæ & intellectus, Spiritus conſilij & fortitudinis,Spiritus ſciẽtiæ & pietatis, & replebit eũ ſpiritus timoris: Dñi Ecce ego vidi ſuper hunc Solẽ oriẽtẽ, ſpiritum deſcendentẽ de cęlo quaſi columbã,& manſit ſuper eum:Et ego neſciebã eũ,ſed qui miſit me baptizare in aqua,ille mihi dixit,Super quẽ videris Spiritum deſcendentem & manentẽ ſuper eum, hic eſt qui baptizat in Spiritu ſancto.Expectaſtis ſtellam illam Balaami,oriturã ex Iacob: Non ſum ego illud iubar, ego veni vt teſtimoniũ perhiberem de lumine; Ecce iſte eſt vir & oriens nomen eius: Ecce in illo vaticiniũ Prophetarũ impletur dicentiũ,Et orietur vobis timentibus nomen meũ, Sol iuſtitiæ, & ſanitas in pennis eius:Orietur ſtella ex Iacob,& conſurget virga de Iſrael;iſte eſt.n.ſydus mundi,hic eſt lux cęcorum,non conficti Phaetontis: ſed huius lumine immenſo oẽs ſæculi tenebræ diſpellentur: Ioãnes ergo venit vt teſtimonium perhiberet de lumine; præceſſit Solis iuſtitiæ ortũ, vt Diuinitatẽ eius non credentibus,& pro Meſſia ipſum recipere renuentibus,illum eſſe & Deum verum,& Meſſiam pręſentem, & lucem exorientem demonſtraret; Qua luce tenebras mentis noſtræ diſſipare digneris Chriſte Ieſu lux mundi, qui in cœlorum altiſſimo vertice illuſtras beatas mentes in ſæcula ſęculorum. Amen.

Collatio doctrinæ Ioann. de Christo cum prophetarũ oraculis.

Eſai. 11.

Malach. 4

DO-

DOMINICA IIII.

ADVENTVS.

Anno Quinto Decimo. Luc. 3.cap.

PVNCTVM PRIMVM.

Cur Deus hominis conſortium exoptat?

QVONAM deſiderio, Maximus ille Deus, exoptet copulam humanam, dum perueſtigarem diligenter; occurrit mihi in Apocalypſi Ioannis imago quædam Dei admirãda, quę eius flagrantem cupiditatẽ connubij humani eſſe, mihi inſinuauit: Conuerſus (inquit) vidi ſeptem candelabra aurea, & in medio ſeptem cãdelabrorum aureorum; ſimilem Filio hominis veſtitum podere, & præcinctum ad mamillas zona aurea: Capur autem eius & capilli erant candidi tanquam lana alba, & tãquam nix, & oculi eius tanquam flammæ ignis, & pedes eius ſimiles aurichalco in camino ardenti, & vox illius tanquam vox aquarum multarũ, & habebat in dextera ſua ſtellas ſeptem; & facies eius, ſicut ſol lucet in virtute ſua: Omnia hęc Diuinę figurę lineamenta, eius immenſum deſideriũ coniunctionis cum homine demonſtrant: Auro vt catena quadam homines connectuntur ad inuicem: Ipſe eſt in medio ſeptem cãdelabrorum aureorum; Zona aurea qua ſuo pectori omnia colligat, ad mamillas præcinctus: Similitudo, cauſa amoris & copulæ, dici ſolet. Ipſe eſt ſimilis Filio hominis; imò ipſe homo fieri voluit, vt hominem indiſſolubili nodo ſibi copularet: Candido colore tincta, omnia ad ſui amorem pertrahunt: Ipſius caput & capilli erant candidi tanquam lana alba, & tanquam nix; imò ipſe totus candidus & totus deſiderabilis. Vox aquarum multarum, piſces ad ſe congregat? Ipſe vocem ſibi efformabat ad inſtar aquarum, vt facies hominum quę ſunt, ſicut aiebat Propheta, vt piſces maris ad ſe conuerteret, illis ex ſe omnem oblectationem exhibiturus: Sol deſiderio diffundendę ſuæ bonitatis, etiam intimis terræ viſceribus illabitur? Dei autẽ facies lucebat ſicut Sol in virtute ſua, vt declararet, ſe in extremos quoq; receſſus animæ hominis illabi ſumma cum animi voluptate exoptare: Et ne ſingula perſequar, licet vt dixi, omnia huius Diuinę figurę lineamenta, eius immenſum deſiderium coniunctionis cum homine demonſtrent, illud tñ Apoc. 1.

magis

magis quod viſus eſt habere pedes ſimiles aurichalco ſicut in camino ardenti: Aurichalcum, quandoque oculis aſpeximus, in camino ardens, nunquam immobile permanere, ſed huc atq; illuc in vaſe volutari, in hác & in illam partem vaſis motu velociſſimo ſeſe diffundere videtur: Sic &
Sap. 7. Deus, ſeu (vt propius accedam) Dei ſapientia ab æterno ex ore paterno genita; quæ omnibus mobilibus mobilior eſt, attingens vbique propter ſuã munditiam: Sic inquam Dei verbum, Saluator noſter Ieſus Chriſtus, coniunctionis humanę auidus, nunquam vno loco, vel uno corde clauditur, huc atque illuc, vt flamma pernix, diſcurrit; hũc atque illum velociſſimo inceſſu adit; & illos, ut ignis quaſlibet materias, in ſe conuertere cupit: Nũc ſtabat ad oſtium illius & pulſabat; modo illum uocabat ad cęnãdum ſecum; nunc ut hinnulus ſaliens in montibus, tranſiliens colles, ad huius ædes aderat; Modo ſponſam ad delicias ſuas precibus ardentibus inuitabat; Nunc ardore quodã ſuccenſus exoptabat; Deus locutus eſt in ſancto,
Pſal. 59. Quis deducet me in ciuitatem munitam? Quis me deducet uſque in Idumæam? Meus eſt iam Galaad, & meus eſt iam Manaſſes, & Ephraim fortitudo eſt iam capitis mei: Iuda Rex meus, Moab olla ſpei meę: mihi iam alienigenę ſubditi ſunt: Nihil meę poſſeſſioni remanet. In Idumęam illam obfirmatam ſcelere, illam ſanguine pollutam flagitiorum, extendere calceamentum meum ſummopere concupiſco; Illius amore langueo. O quis deducet pedes meos in hanc Ciuitatẽ obſtinatione munitam? O quis deducet me uſque in Idumęam in ſanguinibus cõceptam? In ſanguine peccatorum oblitam animam, quis aduolare faciet pedes meos?

Delicię meę ſunt, eſſe cum filijs hominum: quis meis diriget greſſibus iter? quem pręcurſorem mittam? quis parabit uiam pedibus meis ſuccenſis? Terra ſcabellum pedum meorum eſt: quis procumbẽs ad pedes meos non dico, corrigiam ſoluet calciamẽti mei, (nolo.n. diſſolui ſed magis, cõnubium inter me & relictam fratris mei, humanam naturam, mihi colligari) ſed terram hanc ſanguine pollutã ſupponet pedibus meis? Quis deducet me uſque in Idumęam? Quis parabit iter pedibus meis? Quis remouebit offendiculũ? O quis parabit uiam Domino? Non ſunt hęc ſomnia mea; audite uocem Dei ad Ioannem, ut Euãgelium hodiernum recenſet.
Luc. 3. Anno quintodecimo Imperij Tiberij Cęſaris; procurãte (recitat tot Principum tempora, ne fictitię Dei uoces putẽtur) Pontio Pilato Iudęã; Tetrarcha autem Galilææ, Herode: Philippo autem fratre eius Tetrarcha Iturææ, & Thraconitidis regionis: & Lyſania Abilinę Tetrarcha: ſub Prĩcipibus Sacerdotum Anna & Caypha: factum eſt uerbum Domini ſuper Ioannem Zacharię filium in deſerto: Sed quod uerbum? Cum Euangeliſta huius uerbi non meminerit; ad Iſaiam cuius uaticinio cohærent ſequẽtia, & ad Angeli, ortum Ioannis prænunciantis, prophetiam recurrentes, aduertemus; non aliam uocem Ioanni eſſe dictam, niſi ut Diuini ardoris,
Iſai. 40. quo ſuccẽſus erat erga hominem, coadiutor eſſet. Iſaias.n. hęc Dei uerba habet.

habet. Dicit Deus veſter, Loquimini ad cor Ieruſalem, non ad aures: & aduocate eam ad me, quoniam completa eſt malitia eius: Parate viam Domino, rectas facite in ſolitudine ſemitas Dei noſtri. Quid verò Angelus de Ioanne prædicit? Spiritu, ait ſancto replebitur adhuc ex vtero matris ſuæ, & multos filiorum Iſrael conuertet ad Dominum Deum ipſorum; & ipſe præceder ante illum in ſpiritu & virtute Heliç, vt conuertat corda patrum in filios, & incredulos ad prudentiam iuſtorum, parare Domino plebem perfectam. Cùm ergo munus Ioannis non aliud erat, niſi vt filios Iſrael conuerteret ad Dominum Deum ipſorum, vt conuerteret corda patrum in Filium Patriarcharum & Regum: vt incredulos reduceret ad iuſtorum prudẽtiam, vt pararet Domino plebem perfectam: quid aliud ad eum Deus locutus eſt? præterquàm, Loquere ad cor Ieruſalem, dic ei ꝙ iã explerit menſuram malitiæ patrum ſuorum; quod iam completa ſunt facinora eius; tempus eſt vt his finem imponat, vt ſcelera ſua derelinquat, vt dæmoni renunciet: Loquere ad cor Ieruſalem, & eam ad me aduoca; mihi eam prępara, adorna; ſummo enim ſalutis eius deſiderio teneor; illã mihi arctiſſimo vinculo coniungi vehementer cupio: Dicito ei vt me reducat in memoriam, quomodo poſt eam pedibus ardẽtibus cucurrerim: quomodo poſt illam vociferarim, Vulneraſti cor meum ſoror mea ſpõſa; Vulneraſti cor meum in vno oculorum tuorum, & in vno crine colli tui. Non meum à te bonum requiro; lana caprina mihi eſt quę tui amorem in me ſuccendit: lana hęc non meum ſed tuum collum exornat, aſpectus hic furtiuus unius oculi, tui non mei perfectio eſt; eo tamen tales flammas in me excitaſti, illis non ſolum ut pedes mei conflagrentur, ſed uſque ad cordis exuſtionem penetrarunt; uulneraſti flammanti deſiderio tui cor meũ: Quapropter ſurge, propera ò amica mea, colũba mea, formoſa mea: Surge tandem & aperi mihi ſoror mea, immaculata mea, quia caput meum plenum eſt rore, & cincinni mei guttis noctium: per totam noctem parietes tuos circumcurſito, per totam noctem tuum exopto cõmercium; ad te clamito, ſurge; & tu ſomno depreſſa, meos recuſas complexus? Te compello, aperi mihi, & tu cunctabunda obducis peſſulum oſtij tui? te precor, propera, ueni; & tu oſcitans nec pedẽ mouere pergis? Laui, inquis, pedes meos, quomodo inquinabo illos? Expoliaui me tunica mea, quomodo induar illa? Surge tandem non inquinabis ad me tuo acceſſu, imò purificabis tuas plantas: Nuda ſis licet, ad me excurre, non te uerecũdia aliqua contineat, ego operiam turpitudinem tuam: Surge, intuere quod noctem in ſomnem duxerim, quod pericula eius ſubierim, eius intemperiem ſuſtinuerim; uide quia caput meum plenum eſt non ſolum rore, ſed ſanguine ſpinis extracto, quia cincinni mei pleni ſunt guttis cruoris: Vulpes foueas habent, & filius hominis non habet ubi caput ſuum reclinet; & tu ſomnolenta in ſtrato tuo non me recipies? tu cruda non mihi compatieris? tu inſenſibilis non tuis proſpicies commodis? O quis me deducet in domum huius obfirmatam?

Luc. 1.

Cant. 4
De^s amat creaturas non propter ſuum ſed creaturæ bonũ.
Alluſio.

firmatam? Quis deducet me uſque in Idumæam? Meæ iam ditioni cuncta ſubacta ſunt; Bonorum alienorum acceſſione non indigeo; in memetipſo mihi theſauros perfectionum, ut inæſtimabiles diuitias, reconditos habeo; hominis amore exardeſco; quis me ad hominem deducet? hominem quis mihi copulabit?

Si bonitatis tuæ, ò Deus optimè, proprietatem ignorarem, mirarer, q̄d eſt, q̄d tu nullius boni indigus conſortium hominis adeò exoptas? Quid tibi, ò Deus meus, cum homine? Tu bonorū abyſſus immenſa, tu fons indeficiens aquarum ſalutis: tu inexhauſtum promptuarium uetarum, nō fallacium diuitiarum; quid tibi cum uinculis hominis, qui eſt abyſſus miſeriæ, malorum fons, ſentina flagitiorū? Fœdere ſempiterno uniuerſum terræ orbem, & ea quæ in ipſo ſunt atque uitali ſpiritu mouentur, tibi deuincta poſſides; tuus eſt orbis & plenitudo eius; ſi minima pars orbis, ſi unus homo tuus eſſe recuſat, quod damnum tibi accidere poteſt? Supremæ illę à uinculis corporis & defectibus quibuslibet ſecretæ mentes, perpetuo nexu amoris tibi coniunctæ ſunt: quid ad te ſi gleba terræ, ſi ſpurciſſimus limus è manibus miſericordiæ tuę elabitur? tuam dedignatur recipere diuinam formam? Beatitudine fœliciſſima ſine famulorum conſortio frui potes: In temetipſo ſine quouis adiacente perfectus cōſiſtis; ut quid hominis amore ſic inflammaris? quid ad humanum conſortiū pręceps laberis? Si inquam bonitatis Diuinę natiuam ignorarē proprietatem, ego mirarer, quid ſit, quod Deus in ſe ſibi ſufficiens, tanto connubij humani deſiderio flagrat: At quia illam optimè perſpectam habeo; magis ſummam noſtram uecordiam & incredibilem ſtupiditatem, qui ad talem ac tantū ſponſum ſic amantem & vocantem uenire recuſamus, quàm ſummam & inęſtimabilem Dei noſtri bonitatem mirabor.

Bonitatis Diuinæ ea conditio eſt, vt eam omnibus cōmunicare pro cuiuſque modo ſtudeat: Non ſecus Deus ſuis inſtitūtus eſt affectibus, quàm mater: Hęc.n. diſtenta geſtans lacte ubera, lactis illius non indiga, ſeipſam naturæ quodam inſtinctu bono illo exonerare cupit, & paruulū ipſa quęrit, aduocat ipſa, ipſa uel inuitum attrahit & papillis ſuis admouet, ipſa mamillam uel plangentis & renitentis imponit ori; ipſa dulciſſimum lac manibus exprimit & labellis teneris infundit, delicias quaſdam reputans ſi non tantum ſua ſed & ſeipſam paruulo cōmunicare, & quaſi quodam interno illapſu coniungere queat: Sic & nutritius ille Ephraim, qui quēdam populum admotum uberibus ſuis geſtabat; Sic & ille Deus, qui ad inſtar matris ſuos affectus inflammatos eſſe, Iſaię teſtabatur; diſtēta lacte bonitatis geſtat ubera; & quia boni illius indigus nō eſt, zonam illam uniuerſitatis mamillis ſuis accinxit & admouit ut quendam paruulum, quo ipſum talibus ac tantis exoneret bonis: Et quia neſcio quid lactis diuini remanſerat in eius papillis, cuius creatura inanimata incapax eſt; ipſe circuit, & ad inſtar matris anxię quęrit hominem paruulum, ut cū uberibus

Alluſio ad zonā auream, qua ad mamillas pręcinctus erat filius hominis.

ribus

ribus ſuis admoueat, vt ſibi nexu inſolubili coniungat, vt ei ſuam Diuini tatem communicet, & illapſu quodã ineffabili in eius interiora penetret. Ipſe vocat, Vſquequo paruuli diligitis infantiam? Quouſque tandẽ mea refugietis vbera? non ſunt tincta abſynthio, non felle, ſed melle plusq̃ hyblæo. Quouſque tandem mihi terga vertetis? mater ſum, non nouerca; Mater, & illa onuſta bonis; mater, & illa affectu ardentiſſimo vobis ea impertiendi exæſtuans; Venite ad me: Vſquequo, paruuli, me ſuperfluis mihi diſcruciari patiemini? Nõ ſecus Deus eſt, vt ignis: Deus.n.quidã ignis conſumens eſt. Ignis conſumens, calorem ſuum vnicuique, ſuæ bonitatis ſpontaneo motu communicare, & vnumquodque in ſeipſum tranſmutare cupit: Sic & Christus igneis pedibus incedens, Diuini ſui caloris, (vapor ſiquidem eſt virtutis Dei, & emanatio quædam claritatis omnipotentis Dei ſyncera) hominem participem efficere, & in ſeipſum transformare deſiderat; vt ſit Diuinæ conſors naturæ, vt vnam in ſpiritu, in charitate, in beatitudine, in fœlicitate, in diuitijs ineffabilibus, in Diuintate, in perſona communionem habeat: Non aliter Deus eſt quàm ſponſus. Deſponſabo.n.ait homini, te mihi in ſempiternum, & ſponſabo te mihi in iuſtitia & iudicio, & in miſericordia & miſerationib. & ſponſabo te mihi in fide, & ſcies quia ego Dominus: Sponſus autem amore ſponſæ captus, eam ſibi glutino tali coniungere vult, vt diebus & noctibus, domi & foris, in terra & in mari, & quocunque pergit, eam ſibi in intimis, ſi fieri poſſet, viſceribus connexam deportet; & quia natura non permittit talia vincula, ipſe in ſuis bonis ſe illi communicat, neque quippiam aliud q̃ ipſius conſortium deſiderat: Sic & Deus amore flagrans humano, eodem deſiderio coniunctionis cum homine tenetur: nihil aliud in votis habet; hoc vnum cogitat, hoc quærit, hoc per ſanctos procurat, vt hominem ſibi vniat: Ipſi noſtis, quo ardore vocarit illam proſtitutam, vt ad ſe reuerteretur: Si dimiſerit vir vxorem ſuam, & recedens ab eo duxerit virum alterum, nunquid reuertetur ad eam vltrà? An non polluta & contaminata erit mulier illa? Tu autem fornicata es cum amatoribus multis; tamen reuertere ad me, dicit Dominus: Saltem amodo voca me, Pater meus, Dux virginitatis meæ tu es: Nũquid iraſceris in perpetuum, aut perſeuerabis vſque in finem? Nunquid ſolitudo factus ſum tibi, aut pluuia ſerotina? Quid in me tibi cõcupitum defuit vnquam? Reuertere tandem Sunamitis; ecce ego omne bonum tuũ; omne bonum meum tibi impertiri volo: Si ornari velis, ornatum meum accipe: Siue armari, arma mea: ſiue indui, veſtimenta mea: ſiue veſci, menſam meam: ſiue ambulare, viam meã: ſiue hæreditatem petere, hæreditatem meam; ſiue patriam ingredi, ciuitatem cuius ego ſum artifex & creator: ſiue domum ædificare, in tabernaculis meis; Ego pater, ego frater, ego ſponſus, ego domus, ego alitor, ego veſtimentum, ego radix, ego fundamentum: Quicquid vis, ego ſum: nullius indigeas. Ego quoque ſeruiam; Nam & veni miniſtrare, non miniſtrari;

Alluſio ad illã viſionẽ Ioãnis.

Oſeæ 2.

Ierem. 3.

Ego

Ego & amicus, & membrum, caput, frater, ſoror, & mater, omnia ego: Tantum mihi te familiarem exhibeas; Ego propter te pauper & peregrinus propter te, in cruce propter te, propter te in monumento, ſurſum pro te penes patrem intercedo, deorſum pro te legatus à patre deſcendi, Omnia mihi tu, & frater, & cohæres, & amicus, & mẽbrũ; Quid vis amplius? Quid amantem auerſaris? Veni, reuertere; Quid in mũdo fatigaris? Quid è perforato hauris dolio? Quid ignem fodis? Quid aerem percutis? Quid me refugis? Veni, reuertere ad me. Quid ſi nerui pedum tuorum ex lucta cum Deo cõtracti ſunt; ſi debilis pedibus claudicans, ad me non potes regredi; ecce pedes mei velociores ſunt igne diſcurrenti, tantum aperi mihi ſinus tuos, ego paratus ſum ad te venire, ad te intrare, te conſortem conſumentis meæ naturæ efficere cupio, hoc vnum deſiderabo, bonitatem meã tibi impertiri. Ea. n. lex bonitatis meæ eſt, vt ſui diffuſiua ſit.

Concio 3. 4 Domin. Aduentus — Alteram flammantis huius Diuini deſiderij exhibet rationem Granatẽ. quæ cum pulcherrima ſit eam adducendam cenſui: Non debet alicui mirum videri, ait, cur ſuperna illa & infinita bonitas in animam fidelem venire, & ſtabilem in ea ſedem figere deſideret, cum anima iuſti ſit naturalis locus, & ueluti cẽtrum, in quo Diuina mens requieſcit. Videmus autem res omnes, quæ natura conſtant, vehementiſſimo impetu in ſua propria & naturalia loca, hoc eſt, ad ſuum centrũ, in quo placidiſſimè requieſcant, ferri. Summus autem ille rerum omnium conditor, habet & ſuum (vti diximus) centrũ, in quo quieſcit (ſi tamen ita loqui de ſumma illa maieſtate licet) nec id quidẽ ſimplex, ſed etiam duplex; Alterum quidem in ſeipſo, in quo pleniſſimè requieſcit, omnibuſque Diuinitatis ſuæ delicijs fruitur; Alterum in anima iuſti, quæ ſedes eſt ſapientiæ, in qua etiam mirificè oblectatur; Vnde vnigenitus ille, qui in ſinu Patris tanquam in cẽtro ſuo placidè cubat, ſuum quoque habet in terris, uelut humile & exiguũ centrum, in quo delicijs ſuis fruitur cum filijs hominum. Sicut. n. Salomõ post ampliſſimam domum, quam ſibi in Ieruſalem ædificauerat, aliã quoque ſolatij domum in ſaltu Libani, quæ venationi ſeruiebat extruxit; ita verus Salomon Chriſtus, alteram quidem domum in cœleſti Ieruſalem non manufactam habet; alteram verò in hoc inferiori mũdo delegit, hoc eſt in hac ferarum regione, in qua nobiſcũ inhabitare dignatur. Vtrumq; autem centrum atque domicilium per Iſaiam inſinuauit, cum ait, Hæc dicit excelſus, & ſublimis habitans æternitatem, & cum humili & contrito ſpiritu, ut uiuificet ſpiritum humilium, & uiuificet cor contritorũ. Vides ergo quam diſparia ſint duo hæc Dei noſtri loca, quando alter incomprehenſibilem cõprehendit æternitatem; alter humani cordis anguſtijs continetur: Et tamen in hoc habitat Deus, mirîſque in eo delicijs inter candida lilia candidior ipſe ſponſus paſcitur, & oblectatur. Sed de supernę Ieruſalem delicijs, nulla mortalis lingua eloqui dignè poteſt; de hac autem inferiori, hoc eſt anima iuſti, per Iſaiam ipſe ait, Non uocaberis ultra derelicta;

Allegoria Salomonis. (margin)

Iſai. 57. (margin)

Iſai. 62. (margin)

licta;& terra tua non vocabitur amplius deſolata; ſed vocaberis volūtas mea in ea;hoc eſt,Ciuitas voluntati meę gratiſſima & iucūdiſſima;in qua ad votum meum libentiſſimè commorabor: Caſtæ igitur mentes, ſimplicitatis & humilitatis cæterarumque virtutum gemmis ornatæ, ſunt veluti centrum,in quo Diuina mens ſuauiſſimè,tanquam in loco ſibi ſimili & cognato,requieſcit. Vnde facilè colligere licet, quo ſtudio, quo affectu & ardore ſummus ille puritatis & innocentiæ amator ad illas venire,& in illis habitare deſideret: Si.n.corpora grauia tanta velocitate in locum ſibi à natura præſcriptū feruntur:ſi aer terris violenter incluſus ingentes mōtes à ſedibus frequenter ſuis reuellit, & vaſtam terræ molem tremefacit & concutit, quo in ſuperas euadat oras, quas ei ad habitandum naturę cōditor præfixit; Si deniq; ignis ſulphureo puluere excitatus,munitiſſimiſque arcibus ſubiectus, ipſas tāquam leues ſtipulas volitare per aera facit, quò ſedem ſibi in ſupremo mundi loco poſitam occupet;qua quæſo auiditate,quo deſiderio ſummus ille honeſtatis, ſimplicitatis & humilitatis amator, & auctor in eam mentem illabi contendet, quam ipſe ſibi ſedem & veluti centrum fabricauit,propter quam cœlum, terras,maria,naturāque vniuerſam cōdidit & adminiſtrauit? quodque mirabilius eſt,propter quam & homo fieri, & in crucē tolli, & ſanguinem fundere non renuit, quo illius pulchritudinē roſeo ſanguinis ſui cruore illuſtraret, ſibiq; hac ratione glorioſam ſponſam omni macula & ruga vacantem exhiberet?

Quominus mirandum eſt,ſi immenſa illa & infinita bonitas,tāto ſtudio hoc ſibi domicilium parari & exhiberi cupiat: Hoc.n.illa eius verba apud Salomonem teſtantur, Fili,præbe mihi cor tuum: Ad quid obſecro cor noſtrum poſtulas Domine? nimirum, vt in te meam ſedem conſtituā, in te habitem,in te quieſcam,in te lucis & ardoris mei ſplendidiſſimos radios effundam: Ego cor tuum feci, ego iterum reficere volo; Imò verò quia illud ego cōſtruxi, tu verò deſtruxiſti,nec alius inſtaurare opificium poteſt,niſi qui formauit;trade illud formatori, vt quod tu vitio tuo deformaſti,ego virtute & ſpiritu meo reformē: Cur,igitur tantopere Deus conſortium exoptet humanum iā cuique veſtrū planum eſt. Quid,quis,Ioannis hoc anno quintodecimo locutus ſit, perſpicuū eſt: nēpe vt nihil aliud pro poſſe ſuo quæreret, q̄ vt pedibus Dei flāmantibus viā præpararet, & Diuino ardori materiam diſponeret, pararet Dn̄o plebem perfectam, filioſque Iſraelis conuerteret ad Dominum Deum ipſorum;illamque ſponſam tot vicibus adulterantem,ſponſo animarum Chriſto ſuo copularet. Prou. 23.

Verū quæ vtilitas ais ex hac ratiocinatione colligitur? Permaxima quidem: Primò.n.inde Diuini amoris incendia nobis patēt;cum ille nullius alioqui egens,nihil nō fecit vt nos ſibi nexu ineffabili coniungeret,nihil omiſit, nihil nō eſt commentus vt nos ſibi perpetuò deuinciret: Ipſe vocauit, accurrit, nos auerſati ſumus vocantem & vndequaque allectantem. At nec ſic quidem de nobis pœnas ſumpſit; ſed veniens ipſe, atque reſi-

ſtentes

ſtentes fugitãteſque inhibuit: nos autem ab illius manibus elapſi, ad Diabolum trãsfugimus: At nec ſic quidem deſtitit ille, ſed & Ioannem & ſexcentos rurſus, qui nos ipſi coniungerent miſit, Prophetas, Patriarchas, Angelos ipſos: nos autem legationem pronuborum non ſolum nõ admiſimus, ſed & pronubos nobiſcum agẽtes iniuria affecimus: Ille autem nec per hæc quidem nos reſpuit; ſed quod facere ij ſolent, qui vel vehementiſſimè cum amant, negliguntur tamen, circumiens ad omnes adijt, tum in cœlo, tum in terra ſeſe manifeſtans, congreſſuſq; nũc cum Hieremia, nũc cum Michæa, nunc cum Apoſtolis, nunc cum Dominico, modò cũ Hyacintho, modò cum alijs; nos tamen nihil adhuc fecimus, terga, non facies vocanti vertimus; nihil eorum quæ fecit, nos ei conciliauit: At nec ſic quidem nos ille deſtituit, ſed perſiſtit ſempiternis ignibus amoris noſtri æſtuans, quà gehennam minitans, quà cęlorum regnum promittens, vt vel hac demum ratione ad ſeſe nos illectet, nos ſibi coniungat; nos aũt adhuc veluti ſtupidi facti, nullum erga ipſum affectum exhibemus; non ad eum properamus: Quid hac feritate deterius? Si à Rege aliquo terreno ad conſortium vocati eſſemus, nonne illi ſæpiſſimè ſeruitutem addixiſſemus noſtram? Deum autem nos ſibi velle coniungere anhelantem, auerſamur? O Deus immortalis, miram noſtram tum ignauiam, tum ingratitudinẽ? Nunquid ſolitudo vobis Deus factus eſt? Vos concupiſcitis illis cõnecti, qui ſuos amores in vos conuertãt: ecce Chriſtus nihil magis amat, quàm vos, veſtraſque animas; cur ipſum refugitis? Deſideratis commercium illorũ qui vobis ſimiles ſunt; Chriſtus per omnia vobis ſimilis factus eſt, cur ipſius aſpernamini commercia? Optatis pulchritudinem formæ, integritatem animi, ſynceritatem mẽtis, diuitiarum copias in ſponſis veſtris; Chriſtus ſpecioſus forma eſt præ filijs hominum; Chriſtus labia doloſa execratur, in manu eius diuitiæ & gloriæ; nobilitas, beatitudo, fœlicitas, ipſe nihil veſtri à vobis exigit, vobis omnia ſua cõmunicat, cur eius auerſamini conſortium? quæ ſtupiditas? quæ vecordia? Si, qui ſic quidem noſtri amore incenſus, quiſpiam vilis; qui autem ſic adamatur, Rex eſſet; ab amoris quidem magnitudine erubeſceret; nunc verò vbi prorſus res è cõtrariò ſe habet; eſtque eius qui noſtrum deſiderat connubium tanta tamque excellens pulchritudo, gloria, opulentia; noſtra autem tenuitas, vilitaſque tam ingens; nonne infinitis ſupplicijs digni ſumus? utpotè qui ſic tenues & abiecti à tanto, tam magno, tamque admirabili ſupra omnem, quàm deſideremus modum; delitias tamen facientes illius erga nos amori ſic illudamus?

Recedite ergo ad eum & illuminamini; oſculamini pedes ipſius, quos in terreno hoc corpore noſtro, ſed à uitijs expurgato deponere cupit; ipſius coniugium ne reſpuatis; ſed dum per Ioannem uos ad ſe aduocat, Parate uiam Domino, ut ad ueſtrum cordis thorum declinans uos in amplexus ſuos recipiat nunc & in ſempiterna ſecula Amen.

Para-

Parate viam Domino. Luc. 3 cap.

PVNCTVM SECVNDVM.

Poteſtne homo ſeipſum diſponere ad gratiam?

EA Maximi Dei immenſitas eſt, ut nullis locorum ſpacijs circumcluſus, omnem & ſupremum & infimum adimplẽs locum, ubique locorum ſit. Aſcende in cęlum, illic thronum gloriæ ſuæ collocauit: Deſcẽde in infernum, illic uindicem gladium iuſtitiæ extendit: Plumis ut Icarus quidam te operias, & euoles uſque ad extremos terminos maris, illuc deducet te dextera ſua: Scruteris interna terræ uiſcera. in illis mirandos fœtus potẽtiæ ſuę generat: Vitreo uaſi recluſus, ut Alexãder, intres in profundũ maris abyſſum, illic uocat aquas Oceani, ait Amos, & effundit eas ſuper faciẽ terræ. Amos 9.
Vagabũdus obambules uaſtam & inhabitabilem ſolitudinem, faſciculũ, ut idem Propheta dixit, ſuũ ſuper terram fundauit, illic in faſciculo quodam inuolutum Deum reperies: In ſpinis pungentibus ſiue rubi, ſiue peccatorum animabus (quæ ad inſtar ſpineti pungentis, ab Iſaia uiſę ſunt, Et Iſai 5.
aſcendent, inquit, ſuper eam uepres & ſpinę) ſi ipſum quæſieris, inuenies: Exo 3. Allegoria
Moyſes enim dum paſceret oues Iethro ſoceri ſui, & minaſſet gregem ad Rubi.
interiora deſerti, uenit ad Montem Dei Oreb; Apparuitque ei Dominus in flamma ignis de medio rubi, & uidebat quod rubus arderet, & non cõburebatur: Ignis iſte intellectualis, ut etiam Pythagorici agnouerunt, per oĩa diffuſus eſt: Diuinus hic ęther, iuxta ueterum Theologorum placitũ, ab omnibus hauſtus, etiam in mundi centro feruet: Pedes ignei, Dei immenſi ubique attingunt; A ſummo cęlo egreſſio eius & occurſus eius uſq; Pſal 18.
ad ſummum eius, nec eſt qui ſe abſcondat à calore eius: Cęlum & terram (ipſe de ſua immẽſitate teſtabatur) ego impleo; Cœlum mihi ſedes eſt, terra autem ſcabellum pedum meorum.

Cum igitur Deus omnia adimplens, etiam in deſerta ſolitudine, in rubo quoque ardenti, in anima quoque, ſpinis etiam atque uepribus peccatorum cooperta, Deus ardeat; ad quid uociferatur Ioannes, Parate uiam Domino, rectas facite in ſolitudine ſemitas Dei noſtri? Si iam reperitur in ſolitudine, ſi omnia & cęlum & terram adimplet, ſi omnibus adeſt etiã in extremis orbis terræ ad Indos uel Garamantas degentibus: ſi in ipſis animabus peccatorum, ut in quodam ſpineto pungenti ardet, quid eſt parate in ſolitudine uiam Domino? Forte animæ ſedem reliquerat, qui nullum deſerit unquam, ut ad illam iteratò redire uelit? Sed in ipſo peccatores etiam, uiuimus, mouemur & ſumus. Ab ipſius calore, nec ipſi ſpinoſi

peccatores ſeſe abſcondere poſſunt: Forſan participatione bonorum ſuorū illos priuarat? Sed ab eo & eſſe, & viuere, & moueri, & ratiocinari, & omne quicquid ſunt, indeficienter recipiunt: Quid eſt ergo, Parate viam Domino, in ſolitudinem, in animam vitijs oppreſſam venienti, cū in anima & ea peccatrice ſit? Quod ſi, Deum quidem in anima peccatoris aſſeris eſſe, ad eum quidem modum communem, quo omnibus ēt inanimatis adeſt; non ad eum quo mentibus caſtis & ſimplicibus immoratur, & huic Diuino ſpirituali aduentui Ioannes viam præparare nos monet; aſſentior his & ego: tamen fruſtraneas eſſe Ioānis voces videre mihi videor: Quid enim Parate viam Domino in animam peccatricem ſpiritualiter venieti? Non eſt hominis propria eius via, nec viri vt dirigat greſſus ſuos; à Dño greſſus hominis diriguntur: quomodo viam, ſi ſibi nequit, Domino parabit? Ignis Diuinæ gratiæ ante Deum aduenientem præcedit, omnem rubiginem peccati conſumens, madidam ſanguinibus & aquis delictorū animam exiccans, ad ſuſcipiendam Diuinitatis flammam eam diſponens: quid homo de ſeipſo efficere valet? nunquid lignū aquis repletū, ad ignis calorem excipiēdum ſe diſponet? pedes illi ſimiles aurichalco in camino ardenti, velociter quo illos animus fert decurrūt, Spiritus.n. quo vult ſpirat: ad quid illis pedibus parare viam? Præparatur volūtas hominis à Domino veniente, aiebat quidam: quomodo nos eam præparare poſſumus? Quid.n. eſt homo vt aliquid dignum offerat Deo?

Verum quidem eſt (vt vobis clarè aperiam illud, poteſtne homo Deo venienti viam præparare, ſeſeq; diſponere ad gratiam) nos ex noſtra virtute nihil efficere poſſe; quoniam in nobis Deus operatur velle & perficere; Nos nō ſumus ex nobis ſufficientes bonum aliquid cogitare, quaſi ex nobis; ſed omnis ſufficientia noſtra ex Deo eſt. Verum eſt, quod à Domino greſſus hominis diriguntur, quod non eſt hominis propria via; nec viri eſt vt greſſus ſuos dirigat: quod ignis gratiæ præcedit faciem Dei, quo exiccat, omne quod eſt madidum, quo omne quod eſt immundum exurit, quo rubiginem peccatorū ex vaſe animæ abſumit, quo purificat, illuſtrat, calefacit, Deiformem, ſplendidam efformat animam, quo igne gratiæ animam vt illud igneū ſolium Diuinitatis ſit, in ignem conuertit participatæ Diuinitatis; Verum & illud eſt quod pedibus ſuis flāmantibus diſcurrit quò vult; illo igne ſuo adurit quem vult; illomet igne præparat uoluntatem cuius uult: omnia pro arbitrio ſuæ uoluntatis operatur, quæcūque ad noſtram ſpectant ſalutem. Verum eſt quod ille operatur in nobis uelle bonum, & perficere bonum; ille præparat in nobis iter pedibus ſuis; ille præparat ſibi uoluntatem noſtram, ille ſibi diſponit in ſolitudine animæ noſtræ uiam; ille rectas facit ſemitas greſſibus ſuis, ſed non ſine nobis; ſed nō ſine nobis cooperantibus: præparatur uolūtas hominis à Domino, ſed non ſine homine: homo etiam præparat uoluntatem ſuam Domino. Hominis enim, ut Sapiens ait, eſt præparare animam.

Prou. 16.

Quam-

Quamuis niſi adiuuãte illo, docebat Auguſtinus, ſine quo nihil poſſumus facere, os non poſſumus aperire, tamen nos aperimus, illius adiumẽto & opere noſtro: Implet autem illud Dominus ſine opere noſtro; Nam quid eſt præparare cor, & os aperire, niſi uoluntatem parare? Et tamen in eiſdem literis legitur, Præparatur uoluntas à Domino, &c, Labia mea aperies, & os meum annunciabit laudem tuam: Ecce Dominus admonet ut præparemus uolũtatem, in eo quod legimus, Hominis eſt præparare cor, & tamen ut hoc faciat homo, adiuuat Deus; Quia præparatur à Domino, & aperit os, ita iubendo, ut nemo poſſit, niſi ipſe id faciat adiuuando, cui dicitur, Labia mea aperies. In ſentẽtia ergo illa ubi dicitur, aperi os & im plebo illud; quaſi unum uidetur ad hominem pertinere, alterum ad Deũ. In hac autem ubi dicitur, Ego aperiam os tuum, & inſtruã te; utrumque ad Dominum. Quare hoc? niſi quia in uno iſtorum cooperatur facienti, alterũ ſolus facit: Quapropter multa Deus facit in homine bona, quæ nõ facit homo: nulla uerò facit homo, quæ nõ facit Deus, ut faciat homo: ſic cum dicitur, præparatur uoluntas hominis à Domino, & hominis eſt præparare animam, unum ad Deum pertinet, & alterum ad hominem; Deus præparat ſibi hominem, ſed cum homine; homo præparat cor ſuum Domino, ſed non ſine Deo. L. 15. 2. c. 8 cõt. 2. epiſtolas Pelagian.

At quoniam hæc abſtruſa & nõ parum difficilia ſunt, altius mihi propter maiorem claritatem exordiendum eſt. Perſpicuum eſt, omnes cuiuſque creaturæ actus à Deo, omnia in ſuos fines ordinante, depẽdere: quod ignis comburit, aqua refrigerat, terra deorſum mouetur; quod animalia ſentiunt, quod piſces profundos maris gurgites innatant, quod uolucres leuibus pennis ad uſque globum Lunæ uolitant; quod homo ratiocinatur, deſiderat; quod Angeli intelligunt, omnia hæc à Deo in creatis agẽte promanant. In ipſo uiuimus, mouemur & ſumus, ſiue quod aliquis inter homines, ut aiebat Paulus, manifeſtationem habet ſpiritus ad aliquã utilitatem; ſiue ſermone ſapientiæ loquitur, ſiue ſermone ſcientiæ eloquens eſt, ſiue gratiam ſanitatum poſſidet, ſiue operatur uirtutes, ſiue uidet uiſiones propheticas, ſiue diſcernit ſpiritus, ſiue diuerſis loquitur eloquijs, ſiue interpretatur ſermones, hæc omnia operatur unus atque idem ſpiritus, diuidens ſingulis prout uult. Nemo poteſt dicere, Dominus Ieſus, niſi in Spiritu ſancto. Diuiſiones gratiarum ſunt, idem autem ſpiritus. Et diuiſiones miniſtrationum ſunt, idem autem Dominus. Et diuiſiones operationum ſunt, idem uerò Deus qui operatur omnia in omnibus: Deus igitur eſt qui operatur omnia in omnibus: at non ſine omnibus. Cum.n. non deſtruat ſed perficiat cuiuſque operantis creati naturam, & unumquodque crearit ad hoc, ut proprio opere, proprio marte, innata Minerua ſuum aſſequatur fœlicem ſtatum: cum in creatura quippiam uirtute ſua operatur, ad modum illius ſe adaptat, & ſecundum quod inſtituta eſt uis creata, legibus à prima creatione ſibi ab authore naturæ datis, iuxta illas 1 Cor. 12.

leges operationem ſuam exercet: Sic per ignem non refrigerat, ſed cõbu rit; per aquam non comburit, ſed humectat: ore bouino non loquitur, ſed boatum emugire facit; ſic cuique ſuam actionem cõtemperauit, vt & nul lum à propria cooperatione excludat, & modo cuiuſque ſuos exequatur conatus? Cum igitur homo, præſtantiſſimum ipſius plaſma, & libertate arbitrij donatus, & vt proprijs laboribus ſempiternam ſortiatur quietem inſtitutus à Deo ſit; Vtriuſque proprietatis, multis in locis meminit Scri-
Eccleſ. 15. ptura Diuina; vnius tamen Sapientis teſtimonio & ab eo omnibus rece-pto hoc ipſum comprobabo: Deus ab initio cõſtituit hominẽ, & reliquit eum in manu conſilij ſui: Adiecit mãdata, & præcepta ſua: Si volueris mã data ſeruare, conſeruabunt te, & in perpetuum fidem placitam facere: Appoſuit tibi aquam & ignem, ad quod volueris porrige manum tuam: Ante hominem vita & mors, bonum & malum, quod placuerit illi, dabit illi. Cum igitur, vt dixi, homo & libertate voluntatis prædiτus ſit, & pro-prio opere ſuam aſſequatur fœlicitatem; Deus qui omnia operatur in om nibus hominibus, non ſine hominibus, & nõ ſine hominibus Diuino mo tui liberè aſſenſum prebentibus, ſuas operationes perficit. Conuertit ali-quem, ſceleribus ante deditum, ab iniquitate; ſed non ſine homine volun tariè ſeſe conuertente: Quamobrem ſicut nos ab illo deprecamur, Cõuer te nos Dñe ad te, & conuertemur; ita ille viciſſim à nobis expoſcit, Con-uertimini filij reuertentes, & ſanabo auerſiones veſtras. Reuerſis ad ſe, peccata dimittit, ſed non ſine homine peccata relinquente; ideò ſicut nos ab illo obnixè rogamus, Demitte nobis debita noſtra; ita ille viciſſim nos
Eccleſ. 17. exorat, Relinque peccata tua, & auertere ab iniuſtitia tua, & nimis odito execrationem: Conuerſos ad ſe, aqua gratiæ abluit ab omnibus ſordibus; ſed non ſine homine: Quare ſicut ab eo poſtulamus, Amplius laua me ab iniquitate mea, & à peccato meo mũda me; ita ille viciſſim à nobis exigit,
Hier. 4. Laua, inquit, à malitia cor tuum Ieruſalem, vt ſalua fias. Lauamini, mũdi eſtote, auferte malum cogitationum veſtrarum. Iuſtificatos à ſe adornat vt veſtimentis & monilibus precioſis, fulgore virtutum & gratiæ, ſed nõ
Ezech. 16. ſine homine. Quare ſicut ille gloriatur, Veſtiui te, dicens, diſcoloribus, & calceaui te hyacintho, & cinxi te byſſo, & indui te ſubtilibus, & ornaui te ornamento; ita viciſſim alibi deprecatur, Adorna ò filia Syon thalamũ
Eſai. 52. tuum, Conſurge, conſurge, induere fortitudine tua Syon, induere veſti-mentis gloriæ tuæ Ieruſalem ciuitas Sancti. Et Paulus quoſdam monebat, Induimini Dominum Ieſum Chriſtum. Diſſoluit colligationes veterum Adami pellium Deus; eleuat de puluere eliſum; ſed non ſine nobis. Qua-re ſicut de eo à Pſalte dicitur, Dominus erigit eliſos, Dominus ſoluit com
Eſai. ſup. peditos: ſic alio loco vociferatur, Excutere de puluere, conſurge, ſede Ie-ruſalẽ; ſolue vincula colli tui captiua filia Syon. Fingit Deus in nobis cor nouum, ſed non ſine nobis. Quare ſicut ille pollicetur, Auferam à vobis cor lapideum, & dabo vobis cor carneũ; ita à nobis expoſtulat præcipiẽs,

Facite vobis cor nouum & ſpiritum nouum. Omnia opera noſtra operatur in nobis, ſed non ſine nobis: Nos ſiquidem etiã illi cooperamur: Quapropter nos quoque monebat, Operamini dum lucem habetis. Nos volumus, ſed Deus operatur in nobis & velle: nos operamur ſed Deus operatur in nobis, & operari pro bona voluntate: nos quidem ambulamus, verum eſt; nos obſeruamus, nos facimus, ſed ille facit vt ambulemus, obſeruemus vt faciamus; nos ſumus qui uiuimus, nos ſumus qui laboramus, nos qui meremur; ſed ut uiuamus facit uita noſtra Chriſtus: ut laboremus facit, qui & uoluntatem inſpirat, & uires ad laborãdum ſuppeditat adiutor noſter Chriſtus: ut mereamur, facit qui nobiſcum merita ſua cõmunicat, redẽptor noſter Chriſtus. Hęc eſt gratia Dei, bonos faciẽs nos; hæc miſericordia eius, præueniens nos; Opera noſtra, addit Guilelmus, opera ſunt etiã Dei, quæ ipſe operatur in nobis, & etiam per nos; per nos, liberè Diuinę uoluntati conſentientes; per nos, Diuino operi cooperantes. Sanctificat, & caſtas efficit Deus animas noſtras, ſed non ſine nobis. Quare ſicut ab eo precamur, ſanctificetur in nobis nomen tuum; ita nos etiam Apoſtoli hortantur. Alter dicebat, Caſtas ſeruate animas ueſtras: Alter teſtabatur, Omnis qui habet hanc ſpem, ſanctificat ſe. Sed, inquis, ſi nos omnes immundi ſumus, ab immũdo quis ſanctificabitur? quomodo nos ſanctificamus nos? Si manus colligatas habemus, quomodo operabimur? quomodo reſoluemus uincla colli noſtri? ſi cor ſaxeum habemus, inſenſibile, uitali priuatũ ſpiritu? quomodo carneum efformare poſſumus? Si Deus eſt qui ſanctificat, & caſtas efficit animas, Deus omnem labem abluit, Deus effingit & donat cor nouum, erigit eliſos, compeditos ſoluit, monilibus adornat precioſis, Deus ſanat omnes auerſiones, dimittit peccata, conuertit animas, Deus eſt qui & uelle & perficere & omnia in omnibus operatur; quomodo nos aliquid bonum præſtamus? nos ad quem modum noſtram in noſtra ſalute operam exhibemus?

Auguſ. de bono perſeuerant. c. 13 & cõ. duas epiſ. Pelag. lib. 4. c. 6.

lib. de meritis.

1. Pet 1.

1. Ioan. 3.

Operatur in nobis Deus, uerum non otioſis nobis, ſed uoluntatis conſenſum & conatum exhibentibus; Operatur in nobis, (iterum Auguſtini uerbis utar) non quia nos non uolumus, aut nos non agimus, ſed quiã ſine ipſius adiutorio, nec uolumus aliquid boni, nec agimus: Deus etenim omnia ſuauiter diſponens, attingit à fine uſque ad finem; fortiter quidẽ, ſed etiam iuxta cuiuſq; modum non inſuauiter: Inſuaue quiddam eſſet, ſi hominem libero vſu præditum, ad ſe vt iumentum, vi pertraheret; Inſuaue eſſet, ſi hominem natum ad laborem, atque creatum, vt ſudoribus proprijs ſuam adipiſcatur fœlicitatem, immobilem vt quandam non ſentientem ſtatuam præmijs coronaret æternis: Diuinum deordinaret ordinem, ſi Deus animam hominis, vt bruti cuiuſdam deformis, ad ſalutis & ſanctificationis pulchritudinem abſque homine perduceret.

lib contra Pelag. & Cęleſti. 1. c. 25.

Quocirca vt ad illud quod initio propoſuerã reuertar; Dum à me perquiritis, Poteſt ne homo Deo aduenienti viam præparare? Poteſtne ſeipſum

ſum diſponere ad gratiam? Si poteſt? vt quid præparatur voluntas à Domino? vt quid diriguntur hominis greſſus à Deo? vt quid aſſiduis precibus ſupplicamus, Dirige Domine Deus in conſpectu tuo viam meam? in conſpectu tuo, non meo, viam meam tantùm, non tuam? Diſponit certè Deus animam noſtram, Deus ipſe præparat voluntatem, ipſe dirigit iter pedibus ſuis, igne præcedente ſuam faciem, ipſe excoquit ſcoriam peccatorum noſtrorum, ipſe illuſtrat, ſed non ſine nobis: nos quoque diſponimus animam noſtram, nos præparamus voluntatem, nos etiam paramus viam Domino, nos quoque rectas facimus in ſolitudine ſemitas Dei noſtri: Sed ad quem modum? Voluntatis conſenſum Deo diſponenti & præparanti exhibendo: Maxima & illa prima præparatio ad gratiam eſt, Deo venienti non repugnare, ſed ſe vt iumentum ad omnia paratum prębere: Summa illa eſt diſpoſitio, Deo venienti dicere, Paratum cor meum Deus, paratum cor meum: Beatus ille eſt, & ille viam Domino ſtrauit pulcherrimam, qui Deo talem ſe exhibet, vt dicat, Paratum cor meum Deus, paratum cor meum: Vocas me ad te ò Deus, iubes vt carnis relinquam luxũ; præcipis vt vitia deponam, vt flagitiorum maculas è mea abluam anima; ecce paratum cor meum Deus; ego non cõtradico, retrorſum non abij: Iubes vt conuertar ad te, vt tibi faciem meam lachrymis purgatam oſtendã, vt vox pœnitentię meæ reſonet in auribus tuis; paratum cor meum Deus: Iubes vt præparem iter greſſibus tuis, vt peſſulum oſtij mei confringam, vt tibi ſinum animæ meæ internum aperiam; Paratum cor meum Deus: Surgam & aperiam tibi dilecte mi; tu tantum ne declines, neve tranſeas ſeruum tuum: Iubes vt te in cubiculum meũ laſſum & iniurijs omnibus laceſſitum, ſanguineis guttis noctium madentem introducam; Cor meũ à me poſtulas, Da mihi, ais, cor tuũ; Ecce, ò Deus meus, paratum cor meũ; ecce, tibi patent viſcera mea; ingredere ſi lubet; licet non ſim dignus vt in peccatis commaculatum tectum animæ meę intres; ecce tibi totum me deuoueo, tibi cor meum trado; tu creaſti, tu recrea; tu formaſti, deformatum reforma; tu infudiſti in os meum ſpiraculum vitæ, renoua hunc ſpiritum rectum in viſceribus meis; tu mũdaras & purificatum mihi dederas cor, ecce illud ſceleribus meis deturpaui; Cor mũdum crea in me Deus: tu impreſſeras in corde meo imaginem & ſimilitudinem Diuinitatis tuæ; rubigo peccatorum imaginem obliterauit in me tuam; peccatum me ſimilem iumentis inſipientib. fecit; exure, ò ignis Diuine, pedibus tuis igneis quicquid eſt in eo ſordidum; mollifica adamantinum hoc pectus; in eo inſculpe quam exoptas Diuinitatis tuæ figuram: ecce paratum cor meum Deus; in illud vt in rubum ſpinis & vepribus plenum intra; in eo recuba, illud non ſolum vt rubum ſpineum adure, ſed adure & combure; Rubus iſte cordis mei & ardeat & cõburatur. Faſciculus iſte meus & tuus in terreo corpore fundatus & tuis pedibus ſubſtractus, ſentiat calorẽ pedum tuorum flammantium: Sentiat mens mea dulcedinem beatiſſimæ præſentię

tuæ,

tuæ: ne ſim ſicut rubus qui inſenſibilis ad tuum calorem remanſerat: ecce ego non contradico, retrorſum non abij; Paratum cor meum Deus, paratum cor meum.

Hanc præparationem à nobis Deus ſuo iure exigit; Conſenſum poſſumus pręſtare Deo vocanti; tali modo viam pedibus Dei parare poſſumus: hoc pacto diſponere nos poſſumus ad gratiam. Deus(vt docebat, ad mẽtem S. Scripturæ, & SS. Patrum, Doctor Angelicus) mouet omnia ſecundum modũ vniuſcuiuſque; ſicut in naturalibus videmus, quod aliter mouetur ab ipſo grauia, & aliter leuia: propter diuerſam naturam vtriuſque: vnde & hominem mouet ad iuſtitiam, ſecundum conditionẽ naturę humanæ: Homo autem ſecundum propriam naturam habet, quod ſit liberi arbitrij; & ideò in eo qui habet vſum liberi arbitrij, non fit motiò à Deo ad iuſtitiam abſque motu liberi arbitrij: Si.n. ad hominem vt ad ſaxeam quandam ſtatuam Deus veniret; Si homo nequit ad gratiam ſeſe diſponẽre: ſi non poteſt parare Domino viam rectam: ſi in homine nullus ex homine exigitur cõſenſus, cur Sapiens dicit, Hominis eſt præparare animã? Si à Deo ſolo præparatur voluntas; mentitur vtique Salomon dicens, hominis eſſe partes, vt præparet animam Domino: Cur deinde vociferatur Deus, Proijcite à vobis iniquitates veſtras? Facite vobis cor nouum: Hodie ſi vocem eius audieritis, nolite obdurare corda veſtra: Conuertimini ad me, & ego cõuertar ad vos; ſi nos neq; conuerti, nec verba eius audire, nec cor nouum efformare, nec à noſtris fęcibus peccatorum nos emundare valemus? Si nos nihil, & ille totum quicquid eſt facit, vt quid præcepit Amos prophetæ vt clamaret ad hominẽ, præparare in occurſum Dei tui: vt quid præmiſit Ioannem, qui præiret ante faciem Domini, parare vias eius, qui pararet Domino plebem perfectam? cur Samuel Sacerdos hortatur, Si in toto corde veſtro reuertimini ad Dominum, præparate corda veſtra Domino: Cur Iſaias, & poſt eum Ioannes præcurſor homines admonent, Parate viam Domino, rectas facite in ſolitudine ſemitas Dei noſtri? Si Deus non expectat conſenſum noſtrũ, quorſum ſtat ad oſtium & pulſat? nonne poteſt ferreos etiam obices noſtri pectoris confringere? quorſum preces multiplicat, Surge, propera, áperi, reuertere, quid in me mali inueniſti? quid tibi in uia Ægypti, vt bibas aquã turbidam? reuertere ad me fontem aquæ viuæ: quorſum rebellibus interminatur ſupplicia æterna: Niſi paraueritis viam Domino: niſi ex hac arbore elatæ voluntatis ueſtræ exciſis ramis ſtraueritis iter Domino, iam ſecuris ad radicem arboris poſita eſt: Omnis arbor quæ non facit fructum bonum; quæ ingredienti Domino, virgulta ſua non ſubijcit pedibus Dei, excidetur & in ignẽ mittetur. Quorſum, inquam, iſta, ſi Deus & renitente homine ad hominem venire, & obłectante eo ad ipſum intrare, & in ipſo thronum ſuum collocare, & in eo recubare, & operari quæque ad nutum ſuæ uoluntatis poteſt?

1.2 q.113. art.3.

Amos 4.

Alluſio ad ramũ oliuarum.

Aſſenſum proculdubio requirit à nobis: Vt.n,ſiue naturà,ſiue naturæ imitatrix ars,aptam requirit atque obſquentem materiã in qua operetur, & vim ſuam exerceat;ita planè Deus,non reluctantem animum occupat, obduratum autem deſerit: Vt Reges & Principes mundi, illas abhorrent domus quæ è luto uili effictæ ſunt;ut per uias ſterquilinijs,ſtercoribus,& quibusuis fętoribus conſpurcatas recuſant tranſire, mundanda & adornanda eſt domus,in quam intrare diſponunt; repurganda eſt uia,qua pręterire debent: Qui.n.in itinere canem mortuum,uermibus corroſum,ſanie deturpatum,& fœtidũ, naribus Regis obijceret,nonne ſupplicio graui mulctandus eſſet? Qui in domo aliqua ſulphure uel pice ſuffitum excitaret,& hic uaſa plena ſtercorum in menſa collocaret, hic ſpurcitias omnes ſimul collectas diſtenderet,hic in ſedili uel thoro, omnia graueolentibus collinirct,quis illuc ingrederetur Regum terræ? quis per hãc uiam commearet? Voluntate tua peruerſa,peius cane & quouis cadauere fętenti oles, & Deum putas ad te uelle declinare? Deus obturat nares ſuas, ne olfaciat,non dico peccatorum ſordes, ſed nec delinquentium ſacrificia; ut per Iſaiam teſtatur:& ſordes ſcelerum gratum odorem Deo eſſe exiſtimabis? Homo q peruerſis graditur uijs,Deo diſplicet; & tu Deũ per tuas ſceleſtas uias ad te uenire cogitas? Si quis,cadauer putridũ circumferens, per ciuitatem uagaretur,nonne eum omnes fugerent? Qui animam peccatis obrutam, atque mortuam circumducis, & Deo occurrens ad te uenienti,tua furta,tuos rancores,tuas libidinoſas delicias, tuum quatriduo mortuum cor naribus offers, pedibuſque ſubijcis tranſeuntis; exiſtimas quod hoc itinere tranſibit? Non utique illac tranſibit: Spiritus Domini eſt fugiet omne diſciplinæ figmentum,nec habitabit in corpore ſubdito peccatis: Adornanda eſt domus animę;parãda eſt uia pedibus Dei; Aſſentiendum eſt,non reluctandum Deo ad nos dignanti uenire: Remouẽda ſunt quæuis offendicula ex itinere: Sternendum eſt iter Domino: Cuique ueſtrum euidens eſt,quomodo ingredienti Domino Vrbem Hieroſolymorum populorum turbæ pararint uiam: plurima turba ſtrauerunt ueſtimẽta ſua in uia;alij autem cędẽtes ramos de arboribus ſternebant in uia: turbæ autem quæ pręcedebant,& quæ ſequebantur clamabant dicentes, Hoſanna fili Dauid, Benedictus qui uenit in nomine Domini. Mat.21.

Ad eum modum nos parare debemus uiam Domino;ſternamus ueſtimẽta noſtra in uia,necem afferamus ſenſibus noſtris,corpus noſtrum inedia conficiamus, carnem noſtram cum uitijs crucifixam ad terram allidamus,eam uſque ad terram maceratione proſternamus: Vel ſternamus ueſtimenta noſtra in uia, & ramos oliuarum ſubijciamus pedibus Chriſti: opera.ſ.miſericordiæ in pauperes exerceamus;miſericordię operibus alienam foueamus carnem: Frange eſurienti panem tuum,& egenos uagoſque induc in domum tuam; cum uideris nudum,operi eũ,& carnem tuã ne deſpexeris: Tunc erumpet quaſi mane,lumen tuum, & ſanitas tua ci- Iſai 58

tius

tius orietur, & anteibit faciem tuã iuſtitia tua, & gloria Domini colliget te: Tunc inuocabis, & Dominus exaudiet, clamabis ad eum ad me ingredere, ne tranſeas ſeruum tuum; & dicet, Ecce adſum: Tunc declinabit ad te, ſicut ad Abraam Patriarcham: uel ſi peccatis obnoxius es, mittet ad te ut ad Centurionem, aliquem Petrum uel Angelum ſuum, qui te ad Deũ tuum adducet: Cum effuderis eſurienti animam tuam, cum ramos oleæ miſericordiæ ſuppoſueris ignitis eius pedibus, orietur in tenebris iuſtitia tua, & tenebræ tuæ erunt ſicut meridies; & implebit ſplendoribus animã tuam. Quod ſi non habes vnde hos ramos exſcindas; ſi veſtimento, quo pauperis nuditatem operias, cares; præeas aut ſubſequaris ad te venientem; præcedas, oratione, vt iter ſibi ad tuum tabernaculum præparet; pręoccupes faciem eius in confeſſione peccatorum tuorum: ſubſequere poſtea, voluntatis tuę arbitrio; ne reluctèris ad te venienti, ſed obſequioſum te præſtes, aſſenſum eius voluntati præbeas. Hinc.n. fiet vt pulcherrima ad hunc modum præparata via, ad te deſcendat, tecumque inhabitare dignabitur, qui omnia immenſa ſua bonitate implens, eſt omnia in omnibus per infinita ſæculorum ſæcula. Amen.

Omnis vallis implebitur, & omnis mons & collis, humiliabitur.

PVNCTVM TERTIVM.

Ad quem modum præparanda via Domino?

SPONSI illius Diuini miram agilitatem, dum recenſebat eius donorum conſcia ſponſa, tali ſimilitudine eam adũbrabat. Similis, inquit, eſt dilectus meus capreæ, hinnuloq; ceruorũ: ne verò cuiquã abſurda videretur ſimilitudo caprec, hinnulique ceruorum (homines.n. neque capreis, neq; hinnulis, nec quibuſuis alijs animãtibus brutis, ſed hominibus tantum ſimiles ſunt) ideò addidit, Ecce venit iſte ſaliens in montibus, tranſiliens colles. Ne mireminí, ait, quod dilectum meum ſimilem capreæ dixerim; ipſe.n. ac quoduis velociſſimum animal tantæ eſt agilitatis, vt in vno oculi momento diſtãtia accedat loca: Ipſe aſcẽdit ſuper pennas ventorũ, vel ſuper alas Cherubinorũ, & præteruolat quãſcũq; terras inuias, nec à ſuo itinere impediri poteſt montium excelſis culminibus, nec vallium profundo gurgite, nec viarum quauis aſperitate; ipſe.n. licet in ſole poſuerit tabernaculum ſuũ, tamen dum exultat ad currendam viam, vt gygas immenſi corporis, hũc præterit ſeu non attingit ſuis pedibus locum, & ad illum accedit. A ſummo Cant. 2.

mo cęlo egreſſio eius, & adeò latos paſſus figit, quod vno greſſu delabitur in terræ extrema, & vno paſſu de terra occurſus eius uſque ad ſummum
Apoc. 10. cœli. Vidi, ait Ioannes, Angelum fortem deſcendentem de cęlo, amictum nube & Iris in capite eius, & facies eius erat vt Sol, & pedes eius tanquã columnæ ignis, & poſuit pedem ſuum dextrum ſuper mare, ſiniſtrum autem ſuper terram: Quapropter ne admiratio vos capiat, dicit ſpõſa, quod ſpõſus meus ſimilis ſit capreę, hinnuloque ceruorum, quia venit ſaliens in montibus, trãſiliens colles, ſaliens in montibus, vt eos tranſiliat, ne ſuũ iter detineãt deſtinatũ: Quod ſi aliquos tranſilire non põt, flammãtib' pedibus ſuis illos diſſoluit: Allucẽt fulgura eius orbi terræ, videt & cõmouetur terra, montes ſicut cera reſoluuntur & defluunt, à facie Domini omnis terra, venit ſaliens in montibus, tranſiliens colles. Quid eſt ergo, quũ tantæ agilitatis ſit Deus ad hominem veniens, quod viam ſibi præparare iubet? quod montes & colles humiliare, valles adimplere, aſpera complanare, praua dirigere præcipit? Si tranſilit montes & colles, ad quid eradicare & extirpare illos de itinere? Si tranſilit valles, ponit. n. vnum pedem in mari & prætergreſſa abyſſo, alterum figit in terra, ad quid valles adimplere? Si ad infimum terræ vſque, ab altiſſimo cęli ſolio in ictu oculi delabitur, quod impedimentum itineri eius exhibent montes? Si montes & colles & valles tranſilit, nullũ igitur obſtaculum in via gradiẽti ponunt: Superuacaneum eſt prorſus parare illi viam, valles replere, montes & colles humiliare, complanare aſpera, praua directa facere: Sed ſi duplicẽ eſſe Chriſti ad homines aduentum agnoueritis, alterum iuſtitiæ, alterum gratiæ, videbitis, in aduentu iuſtitiæ montes & colles nullum obicem; in aduentu autem gratiæ, illum & permaximum ponere. Cum. n. ad iuſtitiam exercendam, ſumma cum potentia, accenſus furore & indignatione repletus veniat; nullus eſt quem ipſe timeat, tam excelſus nemo eſt, quem ipſe expaueſcat, nemo tam elatus, quem gladio virtutis ſuæ non attingat:
Naum. 1. Deus, aiebat Naum Propheta, æmulator, & vlciſcens Dominus, & habẽs furorem; vlciſcens Dominus in hoſtes ſuos, & iracens ipſe inimicis ſuis: Dominus magnus in fortitudine, in tempeſtate & turbine uię eius, & nebulæ puluis pedum eius: Increpans mare, & exſiccans illud, & omnia flumina ad deſertum deducens. Infirmatus eſt Baſan, & Carmelus, & flos Libani elanguit: Montes commoti ſunt ab eo, & colles deſolati ſunt, & contremuit terra à facie eius, & orbis, & omnes habitantes in eo. Ante faciem indignationis eius quis ſtabit? & quis reſiſtet in ira furoris eius? Indignatio eius effuſa eſt ut ignis, & petrę diſſolutæ ſunt ab eo.

Allegoria Atlãtis, & aliorũ nõ num. Sit quicunque ſit ille homo, qui uerticem ſuum attollat uſque ad ſydera, qui ut Atlas, ira in immenſum excreſcat, ut in eo totum cum ſyderibus cęlum quieſcere & gubernatio mundi ab illo pendere uideatur: Sit ut Baſan fertilitate donorum; uel ut Carmelus coccineus tyrannide uel ſanguinee effuſo clarus: Sit ut Libanus ſplendore quodam naturæ ſubtilis, colorum

lorum altiſſima faſtigia ſuperás Angelus. Ante Dei uindicis faciem quis
ſtabit? quis ex iſtis montibus ſe opponet furori eius? Nullus omninò: In-
firmabitur Baſan, quicunque ſit ille, qui ob fertilitatem donorum naturę
uel fortunę, uel ingenij, uel gratiæ in ſuperbiá effertur: Carmelus qui ſan
guine ui effuſo ſe ſuper alios extulit, eius igneo gladio tranſuerberatus cō
mouebitur: Libanus, candore intellectualis puriſſimę naturæ ſupremos
cęlorum globos excedens ab eo eradicabitur, & in profundam uallem in
ferni deturbabitur. Meminiſtis quomodo montibus quibuſdam intermi
natus ſit per Prophetas. Hæc dicit Dominus Deus apud Ezechielem, Ec Ezech. 35.
ce ego ad te mons Seyr, & extendam manum meam ſuper te, & dabo te
deſolatum atque deſertum: Vrbes tuas demoliar, & tu deſertus eris. Viuo
ego, dicit Dominus, quoniam ſanguini tradam te, & ſanguis te perſeque
tur: Et implebo montes tuos occiſorum tuorum, in collibus tuis, & in ual
libus tuis, atque in torrentibus interfecti gladio cadent. In ſolitudines
ſempiternas tradam te, & Ciuitates tuæ non habitabuntur: Sicut gauiſus
es ſuper hæreditatem domus Iſrael, eo quod fuerit diſſipata; ſic faciam
tibi: diſſipatus eris mons Seyr, & Idumęa omnis, & ſciēt quia ego Domi-
nus Deus: Sic quendam alium montem Babylonis, ſ. Regem, ſeuerè allo- Hiere. 51.
quitur, Ecce ego ad te mons peſtifer, ait Dñs, qui corrūpis vniuerſam ter
rā, & extendam manū meā ſuper te, & euoluam te de petris, & dabo te in
montem cōbuſtionis: Et non tollent de te lapidē in angulum, & lapidem
in fundamentum, ſed perditus in æternum eris: Sic ad illū montem fulgi
dum quem ante in monte Dei poſuerat, aiebat, Quia polluiſti ſanctifica-
tionem tuā, & eleuatum eſt cor tuū in decore tuo, ideò proieci te in terra,
& producā ignē de medio tui, qui comedat te, & dabo te in cinerē ſup ter
rā, in conſpectu oīum videntiū te: Oēs qui nouerint te in gentib. obſtupe
ſcent ſuper te, nihili factus es & non eris in perpetuū: Dū ergo ad opus iu
ſtitiæ exercendū procedit, dū vt caprea vel ceruus cornibus ventilans fa-
cinoroſos, ad vindicandū procedit, ſalit tūc in montibus, trāſilit tunc col
les; nullus eſt q opponere ſe ei audeat, qui dicat, Cur ita facis? cur iſtū euel
lis? illū cur eradicas? Neminē tunc veretur, & Pharaonē, & Nabuchodo-
noſorē, & Principē Tyri, & Reges Seyr, & Epulonē, & Antiochū, & qſ-
quis ſit ille mons terrens, oēs conterit, & cornibus ſuis impetens triturat:
Sanctus veniet de monte Pharan vmbroſo, ſplēdor eius vt lux erit, ſic de
ſcribit Abacuc, cornua in manibus eius, ibi (. ſ. in illis cornibus caprę vel Abac. 3.
hinnuli paruulis,) abſcōdita eſt fortitudo ei⁹: Ante faciē eius ibit mors, &
egredietᷣ diabolus ante pedes ei⁹: ſtetit & mēſus eſt terrā, aſpexit & diſſol
uit gētes, & cōtriti ſunt mōtes ſęculi, īcuruati sūt colles mūdi ab itinerib.
ęternitatis eius: ignis ardebit ſuccēſus ī furore meo, aiebat De⁹, & ardebit Deut. 32.
vſq; ad īferni nouiſſima, deuorabitq; terrā cū germine ſuo, & mōtiū fun-
damēta cōburet. At dū aduenit vt Agn⁹ māſuet⁹ deiectis cornib. iuſtitię;
cū nō vt gygas efferus, ſed vt paruul⁹ graditᷣ ad currendā viā, & ambulat

ante

ante fores,expoſtulās voce benigna, vt ei quis oſtiū animæ aperiat; cumque vel ad menſam, vel ad cubiculum ſecretum excipiat; dum gratiæ & miſericordiæ ſuæ Diuinos pedes ponere cupit; non ſalit tunc in montib. non tranſilit colles: Aduenienti tāquam paruulo, vel vt agniculo tenero, parare viam neceſſe eſt: oportet valles adimplere, & humiliare montes & colles deijcere, & complanare aſperá, & tortuoſa recta facere: Agniculi non ſaliunt, ſed plano itinere incedunt; paruuli nec per limen domus ſi altius fuerit, pedem efferunt, præcipitia quæque naturali timore exhorreſcunt, Chriſtus dum aduenit vt paruulus, veretur ne in foueæ alicuius occultæ præcipitium cadat, ſi abſcondita eſſet in via; adimplendæ ergo ſunt foueæ, ne pedibus in aliquem impingat lapidem; neve tenellas plantas offendat; complananda ſunt aſpera quæque, ne in Dædaleis viarum ambagibus deuiet vt paruulus; multiplici errore impletæ viæ, à fallacia explicādæ ſunt; ne ex aliquo montis altiſſimi decidat culmine, quia paruulus eſt, eruendi ſunt montes, & colles humiliandi: Et vt ſingula ſuo perſequar ordine, Valles profundæ ſunt adimplendæ. Chriſto, vt paruulo venienti: puſillanimitatis & deſperationis foueæ, ſpe ſunt explendæ: Si quiſpiam filiū Regis à palatio Regalī ad Eccleſiā deducere vellet; et in medio itinere eſſet abyſſus quædā terra hiante patens, vbi reptilium, & ſerpentū igneis linguis exſibilātium, & draconum ſulphureas flammas euomentium, & aliorum horrendorum monſtrorum infinita multitudo eſſet; ibique uideretur ſtygium flumē exhalare denſas nebulas, illic è veſtigio videat dæmonem atrum exangues ſine corpore & oſſibus deportare vmbras, ibi deinde Satellites eius, quoſdam horrendis vultibus tectos ad ſpecum adamante occluſam deferre, & hunc igneis facibus adurere, illum in ſulphure & pice volutare, illi ſerpētes pectori admouere, hunc truci Draconi lābendum, alterum tricipiti cani deuorandum tradere, illum rotis ferreis & ijs ignitis implecti, tertium palo medullitus configi, hos & illos inter caliginis tenebras diuerſis vexari cruciatibus, oīa deſperationis plena, omnes obſtinato animo vnanimi ore clamantes audiret, Maledicta nox in qua dictum eſt, conceptus eſt homo; pereat dies illa in qua natus ſum: Supremas.n. euadere ad oras nō datur: Graue & implacabile eſt numen Diuinitatis; maior eſt iniquitas mea quā Dei miſericordia. Hæc & alia ſi in illa fouea promiſcuè ſine ordine operta vmbra mortis continerentur, exiſtimatis paruulum Regis filium illac tranſire? cenſetis illum qui damnatos abhorret, qui cruciatus expaueſcit illam abyſſum præire velle? Infernus eſt, cor deſperantium: profundiſſima abyſſus ſunt corda de Diuina miſericordia diffidentium; miſerè torquentur, viui defodiuntur in inferno, & inferni incipiunt pati pœnas, in carne mortali degentes. Delabūtur quaſi in foueam inferi, & iuſtitiæ Diuinæ præſentiētes rigorem, putāt ſe in faucibus dæmonis eſſe, putāt ſibi horrenda illa inferi ſupplicia; iam catenis ferreis ſe colligatos, & in cratem vel rogum ardentem coniectos, & pi-

Alluſio ad labirynthū dædali.

Simile.

& pice perfuſos perpetuis exuri flammis, extremas perpeti pœnas arbitrãtur: iam cum illo Caymo concrepãt, Maior eſt iniquitas mea, quàm vt veniam aſſequi merear; è manibus Dei nullus eſt qui me eripiat; de ſalute animæ meæ actum eſt. In hanc profundam & horrendam abyſſum paruulus Chriſtus introibit? Paruulus eſt, vallem hanc tranſilire non poteſt: Venit vt miſericordiam & gratiam ſuam omnibus faciat; abyſſus iſta, abyſſum Diuinæ miſericordiæ non inuocat; miſericordia non intrabit per illam: horrenda hæc vallis lucem Diuinæ gratiæ exoſam habet; non lucebit in iſtis tenebris Sol illuſtrans iuſtitiæ: Damnatorum receptaculum eſt cor deſperatione repletum; paruulus iſte, cruciatus abhorret, non delectatur in conuerſatione perditorum; Quæ conuentio Chriſti ad Belial? lucis ad tenebras? Quia paruulus eſt, veretur ne in ſimiles cuniculos, in eãdem vallem incidat; quia agniculus eſt, pertimeſcit, ne immaculatũ ipſius vellus vel ſtygijs aquis polluatur, vel edacibus ſulphureis flammis exuratur. Vallis ergo cordis replenda eſt ſpe miſericordiæ Diuinę: Bonus eſt Dominus, ait Propheta, animæ ſperanti in ſe; aĩæ cum fiducia quærenti Deum. Thren. 3.

Olim apud Romanos templa ſpei & ſapientiæ coniuncta erant, vt quicunque Deorum vel hominũ ad ædes ſapientiæ accedere vellet, tranſeundum erat per templum ſpei: Deus noſter ſapientiæ, ad templum ſapientiæ in anima hominis conſtructum accedere cupit; ordinem gẽtium prætergredi non vult; tranſire deſiderat per tẽplum ſpei: Quapropter erigite per fiduciam corda veſtra, olim deiecta. Sperate in eo omnis congregatio populi, effundite coram illo corda veſtra. Deus adiutor noſter in æternũ; Adiuuabit, etiam ſi innumeris & grauiſſimis ſceleribus depreſſus ſis: adiuuit multos licet paruulus fuerit, ipſe tulit vt agnus peccata totius ſæculi; tantummodo ſperate in eum: Si impius es, cogita publicanũ; ſi immundus es, attende meretricem; ſi homicida es, perſpice latronem; Si iniquus es, cogita blaſphemum: Conſidera Paulum Apoſtolum, prius perſecutorem, poſtea annunciatorem: ante hoc, zizanium, poſt hoc, frumentũ: antea lupum, poſtea paſtorẽ; antea plumbum, poſtmodum aurum: antea piratam, poſtea gubernatorem: ante diſperſorem ouium, poſtea diſpenſatorem Eccleſiæ; Vidiſti multimodam malitiam, ſed perſpice ineffabilem miſericordiam: Nolo mihi dicas, blaſphemus ſum; nolo dicas perſecutor ſum; immundus ſum, Habes omnium oſtenſiones, in quem volueris por tum confugito: Vis in nouum? vis in veterem? In veteri Dauid, in nouo Paulus. Nolo excuſationes mihi afferas; nolo mihi ignauiam tuam prętendas. Peccaſti? pœnite; Millies peccaſti? millies pœnite. In ſilentio & ſpe erit ſaluatio tua: Omnis ergo vallis deſperationis, ſpe & fiducia in Deũ oppleatur. Omnis mons & collis paruulo IESV venienti humilietur.

Hector ſuper Threnos Iere.

Pſal. 61.

Similium facilior eſt coniunctio animorum. Chriſtus autem cum ſit humilis paruulus, Diſcite, inquit, à me quia mitis ſum & humilis corde; in humilibus quoque ſummopere delectatur: Quocirca dicebat quædam

ſancta

ſancta fęmina, quod illi humilium & māſuetorum ſemper placuit oratio: Ille etiam non ad quemcunque, ſed ad humilem ſe velle declinare obteſtatur: Dum.n. illi neſcio quàm ſuperbam & magnificam domum in terris conſtruerent, & percontaretur ab Iſraelitis, Quæ eſt iſta domus quam ædificatis mihi? Quis eſt iſte locus requietionis meæ? Vana opinione ſeducimini; non ego has ædes ſubintrabo; non huc ego meos dirigam oculos? ſed ad quem reſpicies? Ad humilem & quietum, & cōtritum ſpiritu, & trementem ad ſermones meos: Ad illum qui dicit, Domine nō ſum dignus, ego intrabo; ego ipſum præſentia mea dignabor, ego ei faciē meam oſtendam, porrigam manum, in omnibus auxiliator ero, vbertim in eum meam liberalitatem profundam: Quare cum ad deiectos & humiles intret, faſtuoſos verò & tumidos diuites deſpiciat, tumidos quoque mōtes & colles viarum quas tranſit, declinet; paruulus.n. eſt & humilis, alta faſtigia conſcendere non valet; veretur ne ſi per prerupta montium ad domum abiectam introierit, de montibus illis ſublimibus fulmine Diuinitatis exturbetur, & à petra illa in ſempiternum fundata eradicetur. Montes ergo & colles ſuperbarum cogitationum deprimendi ſunt, & humile iter parandum eſt Chriſto humiliter venienti; quia enim vt paruulus, & vt agnus tenerrimus, per gratiā venire dignatur, tranſilire montes & colles ſuperbiæ nequit: Licet quoque poſſemus dicere, quod vt agnus & paruulus ſaliat in montibus.

Iſai. 66.

Ad hoc, venit ſaliens, aduertebat Bernardus, vt tranſiliat, qui nō vult ad omnes pertingere: neque.n. in omnibus beneplacitū eſt Deo: Fratres, monebat idem, ſi iuxta ſapientiam Pauli ſcripta ſunt iſta ad correctionē noſtram, obſeruemus ſponſi diſcretos & circumſpectos ſaltus: quemadmodū, videlicet, tam apud Angelos, quàm apud nos & in humiles ſaliat, & ſuperbos trāſiliat. Siquidem excelſus Dominus & humilia reſpicit, & alta à longè cognoſcit. Hæc inquam, attendamus, quo cauti ſimus ſponſi nos ſalutiferis ſaltibus preparare, ne veluti à montibus Gelboe fortè tranſeat & à nobis, ſi indignos nos ſua viſitatione cōſpexerit: Quid ſuperbis terra & cinis? Et de Angelis trāſilijt Dn̄s execrans eorum ſuperbiam; Ergo repudiatio Angelorum, fiat emendatio hominum: ſcripta eſt.n. ad ipſorum correptionem: Cooperetur mihi in bonū, ēt diaboli malum, & lauem manus meas in ſanguine peccatoris. Qualiter inquis? Superbo certè diabolo horrenda & formidabilis maledictio intorquetur, propheta Dauid in ſpiritu dicente de illo, ſub typo Gelboe: Montes qui in circuitu eius ſunt viſitet Dominus, à Gelboe autem tranſeat: Atque vt nōueris, quod ad Angelos qui præuaricati ſunt, ſub figura montium Gelboe iſta loquatur, vbi, inquit, ceciderunt multi vulnerati. Quam multi in his maledictis montibus de exercitu Iſrael ceciderunt à principio, & quotidie cadunt? Sanè ego hoc legens, referenſque oculos in me, & intuens diligenter, inuenio nos peſte ipſa infectos, quam in Angelo Dominus intantum

Serm 54. in Cant.

Pſal. 138.

intantum exhorruit, quatenus propterea declinaret ab eo, cum omnes in circuitu eius montes, ſiue de Angelis, ſiue de hominibus, viſitationis ſuæ gratia dignaretur; & pauens tremenſque aio ad meipſum, Si ſic actum eſt de Angelo, quid de nobis fiet terra & cinere? Ille in cœlo intumuit, nos in ſterquilinio: Quis non tolerabiliorem in diuite ſuperbiam quam in paupere dicat? Væ nobis: Si tam durè in potentē illū animaduerſum eſt, pro eo quod eleuatum eſt cor illius; nec ei profuit quod cognata potentibus ſuperbia eſſe cognoſcitur: quid de nobis miſeris & ſuperbis exigendum? Si ab illo cuius tabernaculum omni precioſo ornatum lapide, cuius decorem, aurum & omne quod eſt ſplendidum, ſpecioſum reddebat; qui plenus ſapientia, perfectus decore, vt ſignaculum ſimilitudinis Diuinæ in paradiſo Dei fulgebat: Si à tali & tam excelſo, declinauit paruulus; ad nos qui è luto plaſmati ſumus diuertet? Saliens eſt in montibus, tranſiliens colles: Paruulus iſte exoſum habet, quicquid ſublime eſt: *In ſublimibus quippe*, Deo abnegato, idolis mētis noſtræ, noſtras affectiones libamus: In montibus ſuperbiæ, omni diuaricantur pedes trāſeunti; nullum eſt ſcelus in quod ſuperbus, præceps non ruat: Superbia eſt initium omnium malorum: Superbus humili paruulo contradicit; Omnis ergo mons & collis paruulo Chriſto venienti humilietur.

Praua ſint in directa, & aſpera in vias planas: Viæ enim ſapientię, vt aiebat Sapiens, debent eſſe pulchræ & pacificæ, pulchræ & ideò directę; Prou. 3. Diſplicet Deo quicquid eſt diſtortum: Hominem ſiquidem fecit rectum, vt regula legis Diuinæ & rationis ſuos dirigeret actus: vt nil, niſi quod rectum, honeſtum, decorumque eſt, aut admiretur, aut exoptet; ne ſeipſum abijciat, atque proſternat: vt multùm inter ipſum, atque inter quadrupedem interſit; ne alicui perturbationi animi ſuccumbat; caueat ne quid indecorè effœminateve faciat; tum in omnibus & opinionibus & factis, ne quid libidinosè aut cogitet, aut peragat; ſed ad formam Diuinitatis ſuos moderetur conatus: parandæ ſunt vię rectę Domino; ad regulam rationis perficiendæ ſunt actiones noſtræ, reprimendæ ſunt carnis affectiones, eliminanda eſt ex anima omnis illicita concupiſcentia, omnis mala cogitatio, ira, ſtomachatio, inuidia; non eſt ſpectandum ad ea quæ mundi ſunt; gloria vana non quęrenda, ſed contemnenda; luxus carnis, & corporis ornatus, fugiendus; ridendę delitię; gula & crapula abominandæ; non cœnæ & conuiuia & comeſſationes ſectandæ; fornicatio nec nominanda; omne quicquid vitioſum, deteſtandum eſt: Turpe eſt, aiebat Cicero, ſi cōſiderare velimus, quæ ſit in natura hominis excellentia & dignitas, hominem diffluere luxuria & delicatè ac molliter & contra rationem viuere; honeſtum verò parcè, continenter, ſeuerè, ſobriè, & ſecundum virtutem: Dederim conſilium, nec contemnendum, ad dirigendum vias veſtras. lib 1. offi.

Furto auferatis regulam non illam quidem Hiericho, ſed voluntatis Diuinæ; dum aliquid otij nacti per occaſionem fueritis, (quęrere autem Alluſio ad Achan.

quouis

quouis momento deberetis) arripite pauliſper in animarum veſtrarum domos legis Dei normam, & ea ad rectificandas vias Domini vtimini; hac omnes actiones veſtras dirigite: Sublimes, apud homines, opinione iuſtitiæ aut ſapientiæ geſtabat aliquis oculos? vide an hoc rectum ſit ad regulam Dei; & cum aduerteris diſtortum eſſe; depone ſupercilium: Suis quiſpiam viribus, vel potentię, vel diuitijs confidebat? Conſidera an hoc Diuinę congruat regulę; & cum aduerteris deflexum eſſe, in Domino ſperans confide: Totis neruis ad carnem, carniſque concupiſcentias currebat opus? Vide an carnea ingrediatur via Deus; & cum in carne, Dei veſtigia impreſſa non eſſe cognoueris; continentiæ & ſobrietatis iter præpara Domino: Manibus & pedibus iniuſtitię & iniquitati, & cupiditati, & cæteris facinoribus quis ſe totum dederat? Vide an tales ſemitas Deus declinet, an pedibus Diuinis reſpondeant illa veſtigia: & cum deprehenderis tales abhorrere, virtutis iter, iuſtitiæ, benignitatis, temperantię, miſericordię, charitatis prępara Domino: Omne à ratione diſtortum, à legis Diuinæ norma deuium, dirige; Praua ſint in directa & aſpera in vias planas. Vię.n. eius ſunt vię pulchrę, non ſceleribus commaculatæ; & ſemitę eius pacificæ; nō odijs, iracūdia, inimicitijs, perturbatæ: Vniuerſæ deniq; vię Domini, miſericordia & veritas: Ad quē modum ſi vias Domino pręparauerimus; ſi, ſcilicet, valles & foueas deſperationis, ſpe & confidentia oppleuerimus: ſi montes & colles ſuperbię elatos, deiecerimus; ſi illa quæ anteà erant praua & obliqua, recta effecerimus: ſi aſpera, complanauerimus; Veniet, & non tranſibit nos Dominus; declinabit ad nos paruulus iſte, & non tranſiliet: Videbit omnis caro ſalutare Dei noſtri: Quod nobis concedas Chriſte benigne, qui exaudis præparationem cordis tuorum pauperum in ſæcula ſempiterna. Amen.

NATI-

NATIVITAS CHRISTI

Et pannis eum inuoluit, & reclinauit in præſepio. Luc 2. cap.

PVNCTVM PRIMVM.

Cur DEVS *in faſcijs.*

SVPEREXCELSI omnium Dei Maieſtatem, Eſſentiã & opera, ſi quis mente attigerit; ipſum vt intellectu incomprehenſibilem, ita eloquio ineffabilem eſſe deprehendet: Cum etenim illa tantum mentis acie percipiamus, quæ ex naturis cócreta, naturæ lumine perſpicua ſunt; Deus autem abſtracta à compoſitione forma quædã eſt, nulli omnino materiæ mixta, nulli paſſibili coalita rei; Deus vt in natura, ſic in opere ſuo, lumen excedit creatum; lucem habitans inacceſſibilem; Deus legibus nó tenetur creaturæ; ſed magis quàm cęlum terram, ſic ille omne quicquid virtute eius effectum eſt, ſuperat; fieri ergo nequit vt vel ab ingenio comprehendatur, vel ab ore ſatis deprędicetur vel humano, vel Angelico: Eſſentiam quis concipere meditatur Diuinam? At illa omnino incomprehenſibilis eſt: Deum, aiebat Plato, inquirere, delectabile; inuenire, difficile; cóprehẽdere, impoſſibile eſt: Magnitudinem eius emetiri quis pót? Sed illa nullo deſcribitur, ait Chryſoſtomus, fine: Quid Deus ſit animo complecti, quis opinatur? At quantò diutius conſiderabit, (exemplo ſuo teſtatur Simonides,) tãtò res ei obſcurior apparebit: Sublimitatem proprietatum cognoſcere aliquis cupit? Sed Paulus altitudinem diuitiarum ſapientiæ & ſcientiæ Dei inſcrutabilem eſſe dicit: Non incomprehenſibilia, ſed inſcrutabilia: Quod ſi ſcrutationem non patiantur, longè minus percipi & comprehendi poſſunt: Viarum eius ſecretos & multiplices receſſus inuenire vult? Sed inueſtigabiles ſunt viæ eius: Fœlicitatis beatitudinem percipere quis exoptat? At oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcendit, nec intellectu Angelico, contineri valet profluuium illud aquæ vitæ promanans à ſede Dei & agni: Quomodo & ante Luciferum in æternitate, ex vtero ſui cordis, ineffabile generat verbum, & in

cæca nocte ex vtero Virginis ad quem modum iterum ſuum introducit in orbem terræ primogenitum filium, quis rimari curioſius deſiderat? At generationē eius quis enarrabit? Adeò ſunt omnia abſtruſa, vt nullus hominum & Spirituum Beatorum vel enunciare vel concipere queat quomodo fetus iſte Diuinus formatus ſit.

Obfirmatum eſt ſecretum Patris cubiculum, in quo ab æterno grauidus ſuam effigurat prolem: Diuerſorium quoq;, in quo ex tempore aluo profertur virgineo occluſum erat: In ſecretū Patris thalamum, nullus ēt Seraphinorum cōtueri audet; ne ſcrutator luminis opprimeretur gloria: In diuerſoriū nec ipſi Angeli introire & peruestigare virginei partus natiuitatem volunt; ſed deforis in aere contemplantes admirantur: In abditiſſimo Patris corde Deus iſte genitus, abſconditus exoritur: Tantum in
Iſai 45. te eſt Deus, dicebat Iſaias, & non eſt Deus abſque te: Verè tu es Deus abſconditus, Deus Iſrael Saluator: Eſt abſconditus ipſis ſupremis mentibus, quæ alis ſuis & caput & pedes diuinos recondunt, & generationis non concipientes modum; glorificant Deum iubilantes, Sanctus: Sanctus: Sanctus: Dominus Deus exercituum: plena eſt omnis terra gloria eius: In diuerſorio à communi congreſſu omnium ſegregato Deus iſte genitus abſconditus quoque exoritur, ita vt dicere debeamus, Verè tu es Deus abſconditus: Abſconditus denſis tenebris; qui tenebras latibulum ſuum poſuit. Dum.n. medium ſilentiū tenerent omnia, & nox in ſuo curſu permaneret, omnipotēs ſermo Dei de regalibus ſedibus venit: Abſconditus, mortalitatis noſtræ exuuijs; Exinaniuit.n. ſemetipſum forma Diuina, formam ſerui accipiens; habitu inuentus vt homo: Obtectus, nō Cherubinorum ſplendentibus alis, ſed viliſſimis faſcijs: Peperit filium ſuum primogenitum Maria & pannis eum inuoluit, & reclinauit & abſcondit in præſepio: Quid tibi venit in mentem ò Beatiſſima mater; Cur eum faſcijs alligas, quem neque terræ, nec maris, nec cœlorum limites continere poſſunt? Eius, qui tribus ſuis digitis orbem vniuerſum ſuſtinet, qui manibus ſuis quotidie noua perficit opera, cur manus faſcijs ſtringis? Cur & mundum vniuerſum quem geſtat, & mundi opificem & gubernatorem, ſtricta cingis faſcia? Eius pedes qui per vniuerſæ pūadit naturæ confinia, qui ſuper pennas ambulat ventorum; qui aſcendit ſuper alas Supernorū ſpirituum; qui graditur ſicco ſuper aquas veſtigio, cur pannis colligas? Illum, ne excurrat in vniuerſam mundi molē, ne intus in penetralibus cuiuſquam vagetur liberè, ligaminibus cohiberi putas? Soluere venit compeditos, cur illum in vincula conijcis? Clarum & conſpicuum ſe omnib. exhibere, non in angulo Iudęorū latere, ſed omnibus palam ſe facere aduenit, cur illum pannis inuoluis? Cur lumen quod radios ſuos per vniuerſos orbis terminos exerere cupit, occulis ſub modio? cur denſis pannis velut tenebris operis? cur in pręſepi deponis? Cur non omnibus & paſtoribus & Regibus, & Herodi, & Hieroſolymæ, & Iſraeli & cunctis terrę incolis

colis ipſum nudum venerationi non exponis? Ioſeph dum Principatum obtinebat Ægypti, veſtitus ſtola byſſina, torque aureo collo tenus circun datus, annulum precioſiſſimum geſtans in digito, aſcenderat in currum ſecundum Regis, clamante præcone vt omnes coram eo genuflecterent, & præpoſitum eſſe ſcirent vniuerſæ terræ Ægypti: Ecce filius tuus aſcen dit ſuper thronũ Dauid patris ſui, illi defertur Regnum Dauid patris Iſrael; principatum geſtat in humeris ſuis, cur non purpura ipſum induis? quid Regi cum faſcijs? cur non in ſolium Regale infantem defers? quid Regi cum præſepi? cur Ioſeph per Bethleem non excurrit vt veniant gentes ad adorandum Dominum? quid Regem iumenta adorant? Cur ipſum vt alterum Moyſem ſcyrpea inuolutis fiſcella; & eum vt vile quippiã in ſterquilinium proijcis? Quæ ratio myſterij? Quæ cauſa, cur Deus in faſcijs? Myſterium & illud ſummum; Cauſa & illa permaxima, cur Deus in faſcijs, cur pannis Deum inuoluit Maria.

Quare Sanctiſſima Virgo Deum inuoluit pannis, myſterium eſt, vt, ſ. Deum & Dei generationem à curioſa inueſtigatione abſcondat; vt de eo vaticinium Iſaiæ ſuam habeat ueritatem, dicens, Verè tu es Deus abſconditus: Sciebat ſerpens ille antiquus auidus perditionis humanæ, Deum quandoq; ad liberationem hominis venturum; Recordabatur prędictionis diuinæ olim in paradiſo; quando maledictis omnibus in eum coniectis, diris eum deuouiſſet, dixerat Deus, Inimicitias ponam inter te & mulierem, & ſemen tuum & ſemen illius; ipſa conteret caput tuum: Audiebat vaticinia prophetarum qui populo dæmoni ſeruienti quotidie auribus inſonabant, Egredietur virga de radice Ieſſe, & flos de radice eius aſcendet: Orietur ſtella ex Iacob, & virga aſcẽdet ex Iſrael, & percutiet duces Moab: Ex te egredietur, ò Bethleem, dux qui reget populum meum Iſrael, & exitus eius ab initio à diebus ſæculi: Omnis uiolenta prædatio cũ tumultu, & uestimentum mixtum ſanguine, erit in combuſtionem & cibus ignis: Paruulus.n. natus eſt nobis, & filius datus eſt nobis, & factus eſt principatus ſuper humerum eius, & uocabitur nomen eius Admirabilis, Conſiliarius, Deus, Fortis, Pater futuri ſæculi, Princeps pacis: Multiplicabitur eius imperium, & pacis non erit finis: Super ſolium Dauid & ſuper regnum eius ſedebit, ut confirmet illud in iudicio & iuſtitia amodo & vſque in ſempiternum: Audiebat Deum ipſum populo promittentem, Deus ipſe ueniet & ſaluabit uos; Ego ſum, ego ſum Dominus & abſque me non eſt Saluator; ego ſum qui deleo iniquitates tuas propter me; ego qui loquebar ecce adſum; ego ante te ibo, & glorioſos terrę humiliabo, portas ęreas conteram, & uectes ferreos cõfringam: Sciebat Tyrannidem ſuam defecturam: In die illa, ſic prophetabat Deus, inclinabitur homo ad factorem ſuum, & oculi eius ad Sanctum Iſrael reſpicient; & non inclinabitur ad altaria quæ fecerunt manus eius; & quæ operati ſunt digiti eius, non reſpiciet lucos & delubra: Et præcipitabit in die illa in monte

Gen 3.

Iſai 17. & 25.

iſto faciem uinculi colligati ſuper omnes populos, & telá quam orditus eſt ſuper omnes nationes: præcipitabit mortem in ſempiternum, & auferet Dominus Deus lachrymam ab omni facie,& opprobrium populi ſui auferet de vniuerſa terra: quia Dominus locutus eſt; Et dicet in illa die, Ecce Deus noſter iſte,expectauimus eum,& ſaluabit nos; iſte Dominus, ſuſtinuimus eum, & exultabimus & lætabimur in ſalutari eius: Quia requieſcet manus Domini in monte iſto, & triturabitur Moab ſub eo,ſicuti teruntur paleæ in plauſtro: Sciebat deinde leonem quendam de monte ſancto Iudæ deſcenſurum, qui ore ſuo deuorare debuit mortem & infernum;Ero,inquit,mors tua ô mors,& morſus tuus ô inferne; & educá cæcos in viam quam neſciunt, & in ſemitis quas ignorauerunt ambulare eos faciam;ponam tenebras coram eis in lucem: Hæc omnia futura eſſe nouerat Satan:& ideò ſemper pauebat, ne Deus veniret, ne pede ſuo collum illius ſepticeps contereret;ne regnum illius deprædaretur & eureteret;quoſcunque partus obſeruabat, & hinc ad Gẽtiles parturientes Lucinas dæmonis larua obtectas mittebat,quæ explorarent,an ex aliquo vtero iubar Balaami oriretur; an aliqs Deus,deitatis ſitæ initia ab aluo materno duceret:lege poſtea inuiolabili decreuerat ne quiſpiam ſine ſuo arbitrio in numerum deorum referretur; ne Deum ſe quiſquam abſq; ſua promulgatione decernat:Hinc verò ad Hebræas generantes, vel Sephoras & Phuas deſtinabat,quæ, ſi quid diuinum enixum eſſe aduerterent, ſtatim occiderent;vel matres proprias ſtimulabat vt ſi quid elegantis formæ diuinæ mundo edidiſſent, ſtatim pice & bitumine oblitum in fiſcella ſcirpea in flumine ſubmergerent; vel ipſe ſecreta thalami & graue geſtantium & exonerantium vterum cuſtodiebat, & in parturientem diligẽtes obtutus figebat,vt deprehenderet, orireturne flos aliquis pulcherrimus ex ſpineto alui;prodiretne quis admirabilis,q̃ ſtatim ac ortus eſſet miranda meditaretur,& moliretur; qui ex viſceribus maternis diadema & ſceptrum regni geſtaret;qui in humeris principatum ferret; perſcrutabatur an ille qui in mũdum prodibat Dux vel Rex ſtatim in throno Regio efferretur,an eſſet paruulus an magnus;an fortis vel infirmus;an pater vel filius;an princeps pacis,vel fomentum belli;an agnus vel Leo;eſſetne Deus vel quiſpiam homo:Si Deus eſt? ita ratiocinabatur intra ſe, Deus amicitur lumine vt veſtimento: Si ſtella eſt? lumen tenebras abhorret & diſpellit:Si Rex eſt Iſrael? In palatio aulæis ornato naſcetur; in cunis auro & gemmis ornatis,in mollibus plumis,cinctus non vilibus pannis,ſed regalibus faſcijs,reponetur: Si Rex eſt Iſrael, venient ad eum oẽs gentes;cuncti Reges,dicebat Iſaias,videbunt inclytum Meſſiam,& adorabunt poplite flexo Dominum Deum ipſorum. Videbat & Virginẽ Mariam grauidam pergere ad Bethleemi oppidum;tempus partus illius iam iam propinquũ eſſe. Forte aduerterat non ex Ioſepho ſene, nec ex aliquo mortalium,tumentem illam nouem menſibus habere aluum: reminiſcebatur

batur Micheam prædixiſſe Bethleemiticis ciuibus,'Ex te,inquit,egredietur Dux,& exitus eius ab initio à diebus ſęculi;'obſeruabat quàm diligentiſſimè Mariam,ingreſſus eſt cum illa in ſtabulum,nõ vt adoraret & glorificaret cum Angelis,ſed vt perſcrutaretur paruulum naſcentem : Vidit parturientem ſine dolore & ſine corruptione; Virginem parere & permanere virginem agnouit, & iam quiddam Diuinum enatum eſſe opinatus eſt;Aſcendit dæmon ad cor altum,& humiliatus eſt Deus: Maria illũ ab intellectu dæmonis humiliauit & abſcondit': Ne à Satana perfectè agnoſceretur,pannis eum inuoluit,& cõdidit in præſepio:Dicebat Satan, Si Deus eſt?amicietur lumine vt veſtimento;ecce iſte poſuit tenebras latibulum ſuũ;ecce iſte pãnis inuoluitur vili ſinis:Dicebat,Si ſtella eſt?lumen tenebras diſpellit;en iſte nocte intẽpeſta oritur:dum nox in ſuo curſu permanet,verbũ à Regalibus ſedibus venit: putabat,Si Rex eſt Iſrael? in palatio auleis ornato naſcetur;Sed video, hunc in ſtabulo fętido naſci: Si Regia eſt proles , in cunis aureis reponetur , at hunc in præſepio aſpicio reclinari;in duriſſimo fęno,non in mollibus plumis;nõ regalibus,ſed pauperrimis faſcijs cinctum, algere; vagitus vſque ad ſydera edere; fame & matrem & filiũ cõnfici; extrema pauperie detineri;quibuſuis malis exponi aſpicio:Si Rex Iſrael eſt,venient gentes & adorabunt; hic nihil niſi iumenta viliſſima,nullos niſi opiliones intueor : Perplexus in meis cogitationibus hæreo : Virgo parturiens,& Bethleem, & Angeli concinentes Deum eſſe teſtantur;Deum non eſſe & ſtabulum,& panni abiecti,& preſepe, & bos,& aſinus,& paſtores,& manus ligatæ, & pedes cincti,& omnia quæque humilia demonſtrant.Deus ſolutas habens manus vincla reſoluit,iſte alligatur manibus.Iſte greſſus mouere nequit, Deus autem per intima cuiuſque viſcera præterlabens diſcurrit.Deus in altiſſimo cęlo reſidet Angelis ſtipatus,hic in præſepi animalibus circundatus iacet.

Sanctiſſima ergo virgo Deipara illum pãnis inuoluit, & à dæmone abſcondit: vt aliquis gemmas precioſas deferens, non palam ſed inuolutas & abſconditas,ne expolietur à latronibus portat; Deferebat & Beata genitrix lapidem illum precioſiſſimum,exciſum de monte ſine manibus;verebatur ne prædo ille nequiſſimus ipſam adoriens, vi gemmam hanc coruſcam eriperet;ne Herodem quempiam excitaret, qui & matrem & infantulum in ſtabulo vel flammis exureret,vel gladio excinderet, vel malleo cõtunderet;ideò pannis inuoluit & reclinat in præſepio: Deportabat lumen illud Iuſtitiæ,ad illuſtrandas mentes cęcas hominum;timebatque ne aliquis turbo vel vẽtus validus flatu ſuo extingueret;ideò pannis operuit:Deum verũ Iſraelis, ſed in ſtabulo,parturiebat; & pertimeſcebat, ne Satan rurſus reſumpto animo vel in cœlum ad partes Aquilonares,vel in Hieruſalem ad montem Syonis conſcendere & illic ſolium & ſuper homines & ſuper aſtra, & ſuper Deum ipſum collocare vellet: Si enim dũ Deum in ſua Maieſtate aſpexerat,thronum ſuper aſtra exaltare moliebatur;

Mich. 5. Similitudo.

tur,quid,ſi Deum in ſtabulo deiectum cognouiſſet, nónne ſuper ipſum ēt
Allegoria Dauidis. ſeſe extollere eniteretur? Et pannis eum inuoluit: Parturiebat lęna hęc caſtiſſima fortiſſimum leoné: at verebatur ne puſillus à dracone immani trucidaretur atque diſcerperetur;ideò vellere agni ipſum cooperuit: Hūc
1. Reg.19. vt ſpecioſum quondam Dauidem Saul, dæmon ſuperbus perquirebat, ēt in lectis eburneis,vt eum interficeret;at ſapientiſſima Virgo,vt altera Michol,tulit hanc ſublimem ſtatuam,& poſuit eam ſuper lectum,& pellem piloſam caprarum poſuit ad caput eius,& operuit eam veſtimentis; quaſi aliquem ex peccatoribus,cum iumentis coæquarat,& has duas pelles bouis & aſini ad caput eius poſuerat;vt velut vnus ex iumentis inſipientib. eſſe à Satana exiſtimaretur; hunc velut ſtatuam inſenſibilem, nullū vigorem & motum habentem cooperuerat veſtimētis,ne ſapientia illa quæ mobilior eſt omnibus mobilibus,pro ſapiētia putaretur: Cur igitur Deus in faſcijs? Myſterium ſecretum eſt, vt ſcilicet Deus & Dei generatio à dæmonis curioſitate celaretur.

Quod ſi cauſam quoq; & illam permaximam vultis audire,Cur Deus in faſcijs? Ea eſt, vt manus eius vindices in Aduentu miſericordiæ colligentur:Quo furore olim Deus exardeſceret in hominis peccatum,manifeſtum eſt:dum expulſis à paradiſo deliciarum primis parētibus noſtris,
Allegoria Cherubin & gladij. collocauit ante paradiſum Cherubin, & flammeum gladium atq; verſatilem:Poſt hominem deſignarat Angelum exterminantem,illum qui de ſedibus ſuis ceciderat illum; ſcientiæ tumore inflatum atque extentū Che-
Ezec. 28. rub:Miſerat & gladium iuſtitiæ euaginatum, ad quem vel continuis vocibus clamabat,Mucro,mucro euagina te ad occidendum, lima te vt in-
Ezec. 21. terficias & fulgeas;Exacuere,vade ad dexteram ſiue ad ſiniſtram,quacūque faciei tuę eſt appetitus;& ego plaudam manu ad manum,& implebo indignationem meam: Dupliceτur gladius ac triplicetur gladius interfectorum: Hic eſt gladius occiſionis magnæ, qui obſtupeſcere eos facit, & corde tabeſcere,& multiplicat ruinas. Hunc ancipitem gladium iuſtitiæ ſeueræ quoties non vibrabat? quoties non maculabat ſanguine? Obſidebat aliquis Hieroſolymorum vrbem;& repente Angelus Domini exercituum egrediebatur & percutiebat in caſtris Aſſyriorum centum octoginta quinque millia:Conſcribebat & receſebat aliquis populum; & ecce ſtatim Angelus cædebat à Dan vſque ad Berſabee ſeptuaginta millia virorum.Choreas ducebat quiſpiam ad ſtatuam vituli; & ecce filij Leui accingebantur gladio,& tranſeuntes de porta vſque ad portam per mediū caſtrorum occidebāt omnes promiſcuè;nec fratri,nec ſorori, nec vxori,nec matri,nec patri,non dicā amico & proximo ſuo parcebant,& ceciderunt in die illa quaſi triginta millia hominum: Peccatum aliquod patrabat quis? & ecce ſtatim Deus loquitur,Si acuero vt fulgur gladiū meum & arripuerit iudicium manus mea, reddam vltionem hoſtibus meis, & his qui oderunt me retribuam:Inebriabo ſagittas meas ſanguine, & gladius

meus

meus deuorabit carnes; de cruore occiſorum & de captiuitate nudari inimicorum capitis. Quot millia populi Iſraelis gladio iſto vindice non trucidauit? ſexcenta millia egreſſa ſunt ex Ægypto; duo tantum intrarunt terram promiſſionis, reliqua multitudo morte perempta: Decies centena millia deinde altera vice cuiuſdam gentis proſtrauit: Verum nec iſta ſatis erant Diuini furoris exacta inſtrumenta: Manus eius non tantum labia vt ſponſa recenſebat, diſtillabat myrrham primam: nihil aliud niſi amarum, niſi inſuaue, trux quiddam & ſeuerum ex manibus eius ſtillabat. Modo ſulphureum ignem ſuper Pentapolim pluebat; nunc arcum tendebat & parabat, ſagittas ſuas ardentibus venenis inficiebat: alias grandinem multam nimis, vel tonitrua & fulgura mittebat; modo cimices, veſicas turgentes, voraces locuſtas, nunc ranas, muſcas, peſtes, ignes, fames, in perniciem & populationem hominũ multiplicabat; nunc mandabat nubibus ne pluerent deſuper, modo cœlorum portas occludebat, aliàs terræ abyſſos aperiebat, modo ſerpentes excitabat, nunc vrſos, & leones, & tygres, aliaque ſanguinis ſitibunda animalia irruere in hoĩes faciebat; Modo his & alijs innumeris atque inſupportabilibus malis homines diſcruciabat: Manus eius myrrham & illam primam ſuper mundum ſtillabant: Manus Dei vt alterius Moyſis graues erant nimis; nullus furorem Diuinum ſufferre poterat: omnes conquerebantur, Si iniquitates obſeruaueris Domine, Domine quis ſuſtinebit? Quis iræ tuæ magnitudinem, manus tuæ pondus quis excipere poterit? Beatiſſima mater Dei, pertæſa horum quid fecit? Quo vſa eſt conſilio? Quum Deum peperit, pannis eum inuoluit, alligauit manus faſcijs quibuſdã. Non luctabatur cum eo vt quondam Iacob; periculi.n. plenum eſſe cum Deo duellũ exiſtimabat: Non illa prece obteſtata eſt vt quondam Moyſes Deum, Aut dimitte, aut me de libro dele; Primum ſiquidem, præſumptionis quadam cenſeri nota putabat; Quid enim Aut dimitte? An forte Deus legibus tenebitur humanis? vel forſan imperio ſerui obtemperabit? Alterum verò non modò non optabat, verum ne in mentem quidem venire ſuam patiebatur. ſ. vt è libro ſcripto intus & foris, quem ſcriptor ſanctus ſpiritus ſanguinibus illius conſcripſit, vel deleretur, vel ab eo ſeiungeretur: Quid fecit? Quo Diuinum furorem repreſſit modo? Et pannis eum inuoluit: Inuoluit eum, Ligauit manus & pedes: Pedes ne velociter ad vindicandum ſed ad miſerendum currant; Manus ne myrrham primam ſed vel oleum largo flumine non diſtillent ſed profundant; vel ſi myrrham, ſecundam tamen, pęnas ſcilicet non adeò graues in eos qui miſericordiæ oleum & balſamum gratiarum reſpuunt, non profundãt, ſed diſtillent: Pannis eũ inuoluit, & manus eius ligauit, vinculis humanitatis noſtræ: Humanitatis ſubſtãtia, ò dulciſſime fili opertus es, (ita videtur mihi ad Deum loqui Maria,) hominum naturæ humanitas amica eſt; nihil tam regium, tam liberale, tamq; munificum, quam opem ferre ſupplicibus, afflictis dare ſolatium,

latiū, liberare periculis homines, parcere proſtratis: nihil eſt laudabilius nihil magno & præclaro viro dignius placabilitate & clemētia: nihil eſt, magis inimicum homini quam crudelitas; nihil tam deforme, quam ad ſummum imperium acerbitas adiūncta naturæ; omnibus eſt odio ſeueritas crudelis, & amori, pietas & clementia: tu, o dulcis fili, ad ſummum imperij faſtigium aduenisti; homo es? humanitatem à te nō alienam putes; homo es? crudelitatem illam depone; homo es? ſeueras illas cohibe manus; pietatem, clementiam, miſericordiam oſtēde ſupplicibus: Parce proſtratis: Pannis eum inuoluit humanitatis noſtræ: Inuoluit eū ſiſcella ſcirpea, pice & bitumine oblita; fragilitatis noſtræ ſcilicet natura oculis eius obiecta: Non vides ò clementiſſime fili, (ita eum affatur Maria,) quod homo ſit fragilis vt ſcirpus quidam: Omnis caro fœnū & omnis gloria eius quaſi flos agri; Mane exoritur, & meridie calore Satanæ vel deſideriorū ſuccenſus areſcit: Vides poſtea quod Dæmon & malitia ſua eum irretit, & fomenta peccatorum, vt picem quandam ardentem ei ſubminiſtrat: Homo ſi delinquit, ex fragilitate delinquit; homo ſi à pulchritudine ſua delabitur, non tam ſua ſponte quam ſuggeſtione & ſuaſu illectus dæmonis: vt pice & bitumine penitus exſiccatur & decidit; At ſi rore gratiæ ipſum perfuderis, orietur in eo priſtinus viror, primamque acquiret pulchritudinem: Ne, oro, diſtilles amplius ſuper hominem ſulphur, vel grandinem: Manus tuæ ne ſtillent amplius myrrham primam: Riga hortum plantationis tuæ, aqua gratiæ tuæ: Homo natus de muliere breui viuens tempore, repletur multis miſerijs: Qui quaſi flos egreditur, & conteritur, & fugit velut vmbra, & nunquam in eodem ſtatu permanet: Et dignum ducis ſuper huiuſcemodi aperire oculos tuos, & adducere eum tecum in iudicium? Parce obſecro proſtratis, ne demetiaris amplius falce iræ tuæ hominem ſcirpeum; ne effundas iram indignationis tuę ſuper hominem: Comprime manum tuam in malum, & dilata ad bonum effundendum.

Allegoria Moyſi pulcherrima.

Nec in vanum iactauit verba Maria, exaudita eſt pro reuerentia ſua; pannis Deum inuoluit, & manus eius vindices ligauit. Quid enim nunc de manibus Diuinis profluit niſi miſericordia? niſi gratia? Olim Cherubinū exterminantem poſt nos miſerat: nunc conſolantes deſtinat Angelorum choros; qui nobis congratulantes Deum collaudent dicentes, Gloria in excelſis Deo: Olim gladium diſtrictum ante paradiſum collocarat: nunc eius incendia cruore ſuo reſtrinxit: Olim manus eius ignem, grandinem, glaciem, ſulphureas flāmas, ſpirituum procellarum, myrrham & illam primam diſtillabant: nūc balſamum & oleum largiſſimo amore profundūt. Antea carbones ſpargebat ſuper vniuerſam terram ignitos & vaſtatores; nunc manus eius ſunt tornatiles, plenæ Hyacinthis: Sic manus efformauit eius B. mater his ligaminibus, vt ſint tornatiles; vt nullo mouente ex ſeipſis voluerentur, & refunderent chariſmata gratiarum: Nec manus ſolum, ſed & montes tunc ſtillarunt dulcedinem, & colles iuſtitiam: Nec hi

Antitheſis iuſtitiæ & miſericordię Diuinæ.

Cant. 5.

tantum

tantum, ſed & tabernæ meritoriç fuderunt riuos olei: nec illę ſolum, ſed cataractę cœlorum ruptæ ſunt, & omnem bonorum copiam abundè pluerunt: nec cœli tantum, ſed & ſedes Diuina non riuulos produxit, ſed flumina aquæ viuę ſplendidiſſimę vt cryſtallum: nec thronus tantum, ſed & ipſe Deus factus eſt vt fons, & profluuium quoddam irrigans vniuerſam terram. Manus eius tornatiles, plenę Hyacinthis: Quis ſublimitatem donorum quæ nobis contulit, concipere poteſt? Quis magnitudinem charitatis, quam erga nos oſtendit ſatis collaudabit? Immenſam miſericordiá, clementiam ineffabilem quis vel comprehendet animo, vel eloquio celebrabit? Quis multitudinem gratiarum percenſere valet? Plenę ſunt modo Hyacinthis manus eius, repletę diuitijs charitatis, benignitatis, miſericordię; ceſſerunt tandem illa horrenda ſitauibus; manus illæ piloſę ante, non ſunt amplius hiſpidæ, illę graues olim, modo ſunt leuiſſimæ: Modò, ô ſponſa, deſiderare potes, Leua eius ſit ſub capite meo, & dextera illius complectatur me: Gloria.n. & diuitiæ in manibus eius: non amplius ignis, non gladius, non confuſio: Ante ſpiritu ſuo exſufflabat, & florem atque herbam hominum exiccabat; modò flos iſte campi de radice virgulæ Ieſſe egrediens, paſcitur inter lilia: Antea pugnam & bellum atrox homini ciebat: modò pacem annunciat per ſuos internuncios in terra; Gloria in excelſis Deo, & in terra pax hominibus bonę voluntatis: Antéa nō niſi triſtia & funeſta hominibus vaticinabatur; ecce nunc euangelizat nobis gaudium magnum, quod erit omni populo: Olim maieſtatis ſuæ fulgorem exerens, omnes exterrebat; ecce nunc pannis inuolutus, verè & verè eſt Deus abſconditus: Olim manibus ſolutis, quemcunq; peccatis obnoxium corripiebat; nunc manibus ligatis omnibus condonat; vlciſci, cū paruulus & faſcijs ligatus ſit, ſuas iniurias iam nequit: nunc manibus inuolutis miſericordiæ oleum, & balſamum gratię, non amplius myrrham primam diſtillat.

Et pannis Deum Beata Deipara inuoluit: Quas huic ſanctiſſimę Virgini meritas perſoluemus grates? Quid huic beneficio par, quod nobis Deum & eum faſcijs inuolutum ediderit, referemus? Sempiterna deuinctos gratitudine Iſraelitę ſe eſſe teſtabantur Moyſi, qui Deum nube velatum ad colloquendum eis deduxit; quę Deum non nube, ſed faſcijs mortalitatis noſtrę inuolutum, non ad confabulandum, ſed ad communicandum igne & aqua, ad conuerſandum, profudit; quę Dei manus vindices colligauit; quę ei gladium quaſi excuſſit; quę iuſtitiam Dei miſericordia contemperauit; quę tot bonorum author fuit, quid à nobis expoſtulabit? quam grati ſignificationem animi exiget? Non aliam prorſus, pręter eam vt filium ſuum Deum hunc abſconditum, in prę ſepi reconditum, cū paſtoribus viſitemus & ſempiterna cogitatione meditemur, & ei animo & corpore ſubmiſſo gloriam atque honorem & reuerentiam pręſtemus: Deinde ne ſceleribus noſtris id quod illa pannis ligauit & inuoluit, diſ-

ſolua-

ſoluamus: Ligauit faſcijs Dei manus; ne illas peccatis noſtris contra nos vi erumpere faciamus: Gladium illa è Dei excuſſit manibus, ne illum rurſus in noſtrum exterminium, Deo tradamus: Pacem reddidit hominibus cum Deo, Deum effecit pacatum hominibus; ne rurſus ad iracundiã paruulũ prouocemus. Sed cum Angelis in genua prouoluti occinamus, Gloria in excelſis Deo qui dedit pacem in terra hominibus bonæ volũtatis, nunc & in ſempiterna ſæculorum ſæcula. Amen.

Et reclinauit eum in præſepio.

PVNCTVM SECVNDVM.

Cur DEVS *in præſepio?*

RERVM omnium olim præfinitũ, in Natiuitate Dei & Saluatoris noſtri immenſum eſſe ordinem qui aduertet, illam ſuperadmirabilem eſſe, facilè pronũciabit. Superadmirandum eſt illud omne, quod pręter diſpoſitionem euenire ſolet aliquorum perpetuam: præter diſpoſitionem oĩum perpetuam, in Natiuitate Chriſti omnia euenere; ſuperadmiranda ergo ſine quæuis controuerſia cenſeri debet: An non mirandum eſt miracula fieri & in cœlo ſurſum & deorſum in terra, & vniuerſa in Dei naſcentis inſueto exortu, nouam præſeferre formam? Olim terra grauitate ſui preſſa vltimum poſſederat locũ; in Dei exortu ſupra cuncta creata in Deo homine effertur: Olim terra maledictio Dei percuſſa, nõ niſi ſpinas & tribulos homini, & homines, nonniſi homines, & illos peccatis obnoxios generabat; nunc in Dei natiuitate, facta vt ſpecioſiſſimus hortus, florẽ odoriferum non Parnaſſæum ſed ſupercœleſtem; florem, non ſuper quem apes aculeos figerent, ſed ſuper quem columba diuina Spiritus ſanctus corporaliter quieſceret, & illum omnifario munere gratiarum repleret: nũc tellus non hominem tãtum, ſed Deum & hominem germinauit: Veritas.n. de terra orta eſt, & terra noſtra dedit fructum ſuum; Cœli rorarunt ſuper eam & illa germinauit Deum Saluatorem: Olim homines, humano ſemine tumentem geſtantes aluum, temerato vtero mũdo edebant fœtus; nũc Virgo Spiritu grauida diuino, incorrupto corporei pudoris clauſtro Deũ profudit: Quis non admirabilia hęc iudicabit? vt hominis moles intemerato prodeat vtero; quis non prẹter inſtitutũ naturę ordinem fieri videat? Sed proſequamur cętera.

Videbas noctem peccati exitioſam, malis omnibus artibus auctam ad ſummas malitię tenebras deueniſſe; en hodie reciditur ne longius ſerpat,

dum

dum verę lucis pręſentia totus colluſtratur terrarũ orbis: Aſpiciebas diẽ nocte obſcuriorem, hominesque in meridie palpantes parietem: ecce hodie vberiores lucis radios Sol iuſtitiæ ſolito ſplendidior nobis refundit: Vidiſti noctem ad ſummam longitudinem deueniſſe, & tenebris circum tegi denſiſſimis; en hodie nouo ſplendet ſydere; & nox ſicut dies illuminabitur, prędicebat Dauid: Olim exoriente ſole lumen ſtellarum occulebatur; nunc in exortu Solis & alterius ſeptemplicitcr fulgentis luminis, in oriente nouum iubar nouo rutilat lumine: Inſigniuntur conuexa cœlorum ſtella lucentiori, & multo lumine loca flammantia perſtringũtur: Diffunduntur per quadrifidum orbem radij lucentiores, & pluralitatem ſtellarium ignium, nouus ignis obtundit: Miratur orbis cœlos nouum pe periſſe ſplendorem, & inconuertibilem eorum ſtatum, ad ſigna & prodigia eſſe conuerſum: Antea cœlorum orbes ſumma in orbis arce primum ſibi deligentes locum, motu perenni voluebantur; & iuſſu vnius Heliæ, ærei nobis & duriſſimi effecti, nullum rorem ſalutis ſtillabant; nũc in aduentu Dei ad infimum delapſi ſunt locum: Inclinauit.n.cœlos & deſcendit: nunc per totum mundum apertis cataractis ſuis dulcedinem nobis pluerunt: Hodie.n.per totum orbem melliflui facti ſunt cœli: Terra mota eſt; etenim cœli diſtillauerunt à facie Dei Synai, à facie Dei Iſrael; Pluuiã voluntariam ſegregauit Deus hæreditati ſuæ, quæ infirmata erat; tu verò perfeciſti eam: Diſtillauerunt, nõ manna, ſed panem Angelorum, panem animatum, viuum, deſcendentem de ardentiſſimo clybano, igneo.ſ. Diuinitatis ſolio: De illis ſupremis ſpiritibus quid dicam? Angeli dominatori orbis vniuerſi in cœlis aſſiſtebant olim; ad terram miſeriæ declinare cunctabantur; & ſi quandoque iuſſis obtemperantes Diuinis deſcendebant, videbar, ait quidam ex ipſis, quidem vobiſcum manducare & bibere, ſed ego cibo inuiſibili & potu qui ab hominibus videri non poteſt, vtor: Modò cœlos relinquunt, & in terris libentius commorantur: nunc cibo viſibili qui ab hominibus & videtur & contingitur & manducatur, fruũtur: Antea bellum indicebant hominibus, gladios acutos ſanguine aſpergebant humano: nunc pacem ſempiterno fœdere incarnationis firmatã nobis annũciant: Gloria in excelſis Deo, & in terra pax hominibus bonę voluntatis: O dulciſſimi ſupernæ Hieruſalem cœleſtis cantores, quid vobis modò cum terris? quid cum hominibus? Cur reliquiſtis ſublimes illas ſedes veſtras, à palatio illo ineffabilibus bonis repleto, inuiſibili pulchritudine coruſco; cur ad terras, ad hanc vallem miſerandam atque horribilẽ, & lachrymarũ plenam declinaſtis? Vallis plorationis eſt mundus; lachrymas veſtras potius noſtris lachrymis miſcete; nobiſcum noſtras miſerias deflete: Neutiquam, aiunt, ſed annuncio vobis gaudium magnum, quod erit omnĩ populo, quia hyems tranſijt ſeueritatis diuinæ; non amplius rigebitis à facie furoris diuini: imber abijt indignationis, & flores apparuerunt in terra noſtra: Iam egreſſa eſt virga Ieſſea, & de illius vtero proceſſit flos

Damian.

Alluſio.

Tob. 12.

ſit flos ſpecioſiſſimus: Natus eſt vobis hodie Saluator, qui eſt Chriſtus Dominus: Gloria in excelſis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis; quia natus eſt vobis Deus Saluator: Natus eſt vobis hodie Saluator; & ideò ſtupor miraculorum hinc me opprimit. Omnia enim inſueta in hac natiuitate elucere cerno; ita vt non immeritò cum Iſaia proclamē, Generationē eius quis enarrabit? Olim ab æterno, in cęleſti thalamo, ſtellis coruſco, lumine inſolito fulgente, nō auro, argento, periſtromatibus, aulęis acupinctis ſed decore indicibili ornato, nunc in tempore, & in ſtabulo, & eo ſtercoribus fętido, & ſpurcitijs omnibus abominando naſcitur: Olim ex corde paterno, ſine matris congreſſu, ante Luciferum in ſplēdoribus Sanctorum; nunc ex vtero fœmineo ſine Patris commixtione, poſt Luciferum in tenebris genitus eſt: Olim genitus in gremio æterni patris in cœlis requieuit; nunc è gremio Materno egeſtus, in terram proiectus eſt: Deus in terra, Deus inter homines, aiebat Baſilius, non per ignem & tubam, & montem fumigantem, aut caliginem & procellam animas audientium legem dans perterrefacientem, ſed per corpus, manſuetè ac blandè cum his qui eiuſdem generis ſunt, conuerſans: Deus in terris viſus eſt, & cum hominibus conuerſatus eſt: Deus in carne, non ex interuallis operans, velut in prophetis; ſed inſitam & vnitam ſibiipſi humanitatem adeptus, & per cognitam nobis carnem ſuam ad ſeipſum humanitatem reducens. Deum Maria fudit forma ſerui in terris, quem habent Angeli Imperatorem in cœlis: Olim genitus, patri conſubſtantialis remanſit, immortalis; incōprehēſus, infinitus: olim de eo omnes fatebātur, magnus Dominus & laudabilis nimis, & magnitudinis eius non eſt finis: nunc, omnes cum Bernardo conclamant, Non dicam amplius, magnus Dominus & laudabilis nimis; ſed, paruus Dominus & amabilis nimis, & amabilitatis eius non eſt nimis: Quō paruus Dominus? Igitur Deus paruus? Paruus certè: Paruulus.n.natus eſt nobis, qui filius datus eſt nobis; Verbum immenſum, incircumſcriptum, abbreuiatū fecit Deus ſuper terram; exinaniuit ſemetipſum formam ſerui accipiens, habitu inuentus vt homo, elinguis, paſſioni, corruptioni, morti denique ſubiectus: Qui in cœlis liber eſt (addo ex Athanaſio) in terris deſcribitur: Illic Dei filius, hic ſeruus: Illic rex, hic ſubditus; In cœlis diues, in terris pauper: In cœlis adoratur, in terris vectigal ab eo exigitur & ſoluitur; Illic diuino ſedet in throno, hic in agreſti & ruſtica naſcitur ſpelūca: Inuoluitur faſcijs, qui ſoluit omnia: Nutritur is qui nutrit vniuerſa; Qui emittit fontes, mammam ſugit; Qui volucres pennis veſtit, qui floribus agros, illius, frigore hyberno, membra tenera rigent; Qui fert omnia, inexplicabili quodam modo ferebatur: Qui fecit nitidi cœli radiantia ſydera, qui gemmantia tabernacula inhabitat, qui choris Angelorum iubilantium ſeptus; modò inter duo viliſſima iumenta, in lecta paludibus herba, in paleis aſperis, in duro præſepi reclinatur: O res mirabilis? O miraculum miraculorum

rum ſupremum? Quid enim mirabilius, quàm quod omnem replens locum, nullum in diuerſorio habeat locum? Quid mirabilius, quàm quod ſummus ad infima deijciatur? Beatus, miſerijs prematur? Supra Seraphinos, & Cherubinos reſidens, infra iumenta reponatur?

Vidiſti, ò Iſaia, olim Dominum ſedentem ſuper ſolium excelſum, & eleuatum, & plena erat domus à maieſtate eius, & ea quæ ſub ipſo erant replebant templum: Aſpexiſti & duos Seraphinos ſtantes, ſex alæ vni & ſex alæ alteri: duabus velabant faciem eius, & duabus velabant pedes eius, & duabus volabant: Et clamantes audiſti, dicentes, Sanctus, Sãctus, Sanctus Dominus, Deus exercituum; plena eſt omnis terra gloria eius: Præſenſiſti commota eſſe ſuperliminaria cardinum, à voce clamantis; & domum fumo repletam odoratus es; & in te ob ſtuporem non remanſerat ſpiritus: Quid ſi modò contuitus eſſes Deum non ſedentem, ſed iacentem; non in ſolio excelſo, ſed in præſepi abiecto; Nõ eleuatum, ſed depreſſum; non in domo maieſtate plena, ſed in ſtabulo ſordibus olido; non replentem veſtibus ſuis omnia, ſed operiri cupientem: Quid ſi aſpexiſſes, non duos Seraphinos, ſed bouem vili comitatum aſello aſſiſtentem, & flatu ſuo fœtido, illum qui irradiat omnia calefacientem: Si audiſſes, non Seraphinorum vocem, ſed bouis boatum & ruditum aſini, auribus Dei perſonantem; Si ſtabuli effractas fores; ſi ingreſſus, putidum, ſordidumque ſtabulum, hinc equos, mulos, aſinos, camelos, boues præſepi incubantes vidiſſes; hinc iumentorum actores ſtramenta vel ſubuertentes vel componentes, & fœnum illis atque pabula ſubminiſtrantes; Inde verò, oculos alio deflectens, ſi angulos omnes oculis perluſtraſſes, & vix tandem præ iumentorum multitudine virginem quandam genere nobiliſſimam, forma honeſtiſſimam, dignitate ampliſſimam, fortuna verò abiectiſſimam conſpexiſſes in angulo ſedentem, fabro tantum ſponſo comitatam, & quæ niſi à iumentis indigniſſimum locum ſibi eſſet mutuata: Ibi demùm vidiſſes & Deum infantem inter fœnum & paleas in præſepio iacentem, & inter inhiantes equos, perſtupentiaque iumenta vagientem, & piam iuxta illum genitricem aſſidentem, fouentem, vbera porrigentem, lachrymaſque ab ocellis materno ſtudio detergentem; quid diceres? quomodo non ſpiritum exhalares? quomodo non ſtupendam eſſe Dei natiuitatem diceres & ſuſpiceres? Reclinauit eum in præſepio. Iſai. 6.

Mirabare olim ò Moyſes, quomodo igne Deitatis ſuccenſus rubus nõ combureretur: viſionem hanc fore magnam exiſtimaſti: ecce nunc Deus in fœno reclinatus riget frigore externo; ecce nunc ardet internis flammis, paleę tamen non comburuntur, maxima hæc eſt viſio.

Tria tibi difficillima eſſe & quartum te penitus ignorare faſſus es ò ſapientiſſime Rex: Quintum verò illud forte comprehendiſti, quod quandoque dixeras? Mala aurea in lectis argenteis, qui loquitur verbum in tempore ſuo: Ecce nunc Deus locutus eſt verbum ineffabile, & locu- Prou. 24.

& locutus eſt in tempore oportuno; ecce nunc hoc idem verbum,
eſt pomum aureum, eſt fructus ventris Mariæ, & germen virgæ Ieſ-
ſeæ præclarum, cur non in lectis aureis vel argenteis repoſitum eſt?
cur reclinauit eum in præſepio? Locus & locatum, iuxta placita Philoſo-
phorum, debent eſſe proportionata; Deus eſt ſublimis; quid ei cum præſe
pio? quid cum vili & putido ſtabulo? Sed ſi officium Saluatoris noſtri ad
quod exequendum venerat exactius perpenderimus, conſultò illũ in an-
guſto præſepi reclinatum eſſe dicemus: Ad quid venit Saluator noſter?
Quamobrem carne veſtitus humana mortalibus apparuit? Venit primò
hominem perditũ quærere: Aberrauerat homo vt ouis quædam à paſcuis
illis cœleſtibus; Erraui ſicut ouis quæ perijt, aiebat Dauid, quære ſeruum
tuũ: Fugerat à facie Domini deambulantis in paradiſo; Elongaui, inquit
fugiens & manſi in ſolitudine; factus ſum ſicut paſſer ſolitarius in tecto:
Chriſtus igitur venit perquirere hominẽ, & reducere in humeris ſuis ad
cœlos: Hoc.n. pollicebatur Deus per Iſaiam & Ezechielem; per Iſaiã qui
Iſai. 40. dem; Dic, inquit, ciuitatibus Iuda, Ecce Deus veſter, ecce Dominus Deus
in fortitudine veniet, & brachium eius dominabitur; ecce merces eius cũ
eo, & opus illius coram illo: Sicut paſtor gregem ſuum paſcet, in brachio
Ezec. 34. ſuo congregabit agnos, & in ſinu ſuo leuabit, fœtas ipſe portabit: per Eze
chielem verò; Viuo ego, dicit Dominus Deus: pro eo quod facti ſunt gre-
ges mei in rapinam, & oues meæ in deuorationem omnium beſtiarũ agri,
ecce ego ipſe requiram oues meas, & viſitabo eas: Sicut viſitat paſtor gre-
gem ſuum, in die quando fuerit in medio ouium diſſipatarum, ſic viſita-
bo oues meas, & liberabo eas de omnibus locis, in quibus diſperſæ fuerãt
in die nubis & caliginis; Et educam eas de populis, & congregabo eas de
terris, & inducam eas in terram ſuam, & paſcam eas in mõtibus Iſrael, in
riuis, & in cũctis ſedibus terræ; Ego quod perierat requiram; & quod ab-
iectum erat, reducam; & quod confractum fuerat, alligabo; & quod infir
mum fuerat, conſolidabo; & quod pingue & forte, cuſtodiam; & paſcam
illas in iudicio, in paſcuis vberrimis paſcam eas: Hæc autem ad ſe pertinẽ
re Chriſtus Deus noſter teſtatus eſt plurimis Euangelij in locis. Alibi.n.
ſe paſtorem & illum bonum, & illum qui animã ſuam ponit pro ouibus
ſuis vocabat: Alibi verò ſe ad oues, quæ perierant requirendas veniſſe a-
pertè pronũciat: In alio demum loco, ſub ſimilitudine illius qui nonagin
ta nouem in deſerto reliquerat, & ad recuperandam vnam quæ euagata
fuerat diſceſſiſſet; ſeipſum adumbrarat; ſe eodem ſtudio teneri, ad idẽ offi
cium ſe veniſſe ſignificans. Sed vbi requirẽdus erat homo? In ſtabulo ad
præſepe alligatus: Cõparatus.n. erat & ſimilis effectus iumentis inſipienti
bus: Hinc quidam ex illis ad præſepe porcorũ applicatus, nec ſiliquis eo-
rum poterat ſuum implere ventrem: Alterum verò, dum ſauciatum ſuble
Luc. 10. uaſſet quidam Samaritanus, duxit in ſtabulum, & protulit duos denarios
& dedit ſtabulario, & ait, Curam iſtius pecudis habe, & quodcunque ſu-
perero-

pererogaueris,ego cum rediero reddam tibi : Alter verò proclamabat; vt iumẽtum factus ſum apud te: Quidam rurſus è regio deiectus throno, in ſtabulo fœnum,quaſi bos ad præſepe,comedit:Christus igitur cum hominem à paradiſo aberrantem quærere veniſſet; homo autem ad ſtabulum cum iumentis deiectus,ad præſepe contrarationalium cupiditatum à dæmone alligatus erat:Chriſtus ſtatim ac nat⁹ eſt in præſepi reclinari voluit; ſtatim vt promiſerat Samaritanus iſte miſericors ad hominem in ſtabulo relictum redire voluit, vt ſi illic quempiam ex hominibus more iumentorum viuentem,& ad terram proſpicientem, cœleſtia verò faſtidientem inueniret,humeris ſuis licet teneris & paruulis impoſitum ad patrias reduceret,cœleſtes affectus: vt exemplo ſuo,ille qui erat futurus magiſter & paſtor iam ab ipſis cunis inſtrueret,relinquendum eſſe omne,quicquid animale;& amplectẽdum,quicquid ſpirituale eſt: Vagitibus illis tales exprimere mihi viſus eſt ratiocinationes, O hoïes inſipientes; Eſtne quiſpiam veſtrum,qui cum in honore eſſet non intellexit,& comparatus eſt iumẽtis inſipientibus & ſimilis factus eſt illis? Attendite ad me ducem & paſtorem,& præceptorem veſtrum;quocunque me ire,quid facere,quid moliri me videritis,me ſequimini : Hæc eſt via quam ego vobis monſtrabo, ambulate in ea,& non declinetis ad dexteram nec ad ſiniſtrã. Videte q̃d ego cum in honore Diuino eſſem intellexi; me quidem exinanini & comparatus ſum iumentis,ſed non inſipientibus,ſed Deo obſequentibus,ſed ſapientibus: Vos quoque poteſtis vos comparare iumentis,ſed ſapientib. Nolite fieri ſicut equus & mulus,quibus non eſt intellectus : Noli eſſe ſicut leo,furens,ſuperbia & iracundia in domo tua: Ne ſis ſicut vulpes aſtuta,vel chameleon inſtabilis; ſed imitare elephantem in humanitate,leporem in vigilanti cuſtodia,bouem in laboribus continuis. Reſpice quoq; volucres cœli,quæ neque ſerunt neque metunt, & pater veſter cœleſtis alit eas;ne tu quoque fueris nimium ſolicitus circa craſtinum: Vade etiam ad formicam ò piger,& imitare vias eius, & ſis illa ſapientior : Vade & ad apem,& diſce quod ſit operaria,cuius labores Reges & priuati ad ſanitatem offerunt. Sis demum,vt ille qui dicebat, Sicut iumentum manſuetum, tractabile,obediens,non recalcitrãs,factus ſum apud te; & ego ſemper tecum : ſed vt ſis ſemper mecum ; vt ego teneam dexteram tuam , vt ego in voluntate mea te ducam, te gubernem , tuos effrenes motus refrenem , Tuum honorem intelligas ; honor enim eſt iumenti quod à Rege gubernatur,& inſidetur. Quid enim? Regi conuenit ne equiſonem eſſe ? Deus tui vult curam habere , te ornare , tuas ſpurcitias expurgare,te ſuis vſibus adornare , tuæ menti inſidere, te ſuis ſuauiſſimis ferculis paſcere , tibi omnia ſua donare ; ſis iumentum non inuideo , ſed magis opto , ſed tuum honorem intelligens,ſis iumentum ſapiens: Dicas,vt iumentum factus ſum apud te,& ego ſemper tecum: Tenuiſti manum dexteram meã, & in voluntate tuà deduxiſti me , & cum gloria ſuſcepiſti me ; A te nihil

Prou. 6.
Eccl. 11.
Pſal. 72.

volui

volui ſuper terram, quia defecit iam caro mea & cor meum; iſtæ ſiliquæ terrenæ non poſſunt ſatiare ventrem meum; Sis tu Deus cordis mei, & pars mea Deus in æternum: ne ſinas me ſeparari vel aberrare à te, quia ec ce qui elongant ſe à te, peribunt: Perdidiſti omnes qui fornicantur poſt te: ne alteri permittas meis dominari, & in meis reſidere affectibus; mihi enim adhærere Deo, à Deo repleti, diuinis ſubijci pedibus bonum eſt: po nere in Domino Deo ſpem meam, vt tandem deduci merear ab hoc ſtabulo mundi & annunciare laudes tuas in portis Syon cœleſtis.

Eſt ne aliquis hominum, (ita loquebatur tacitis vocibus vagiens infantulus) in hoc ſtabulo, qui ad inſtar iumentorum rationis oblitus ad terrã ſe proſtrauit atque deiecit? qui tantum ad id quod adeſt ſenſu mouetur? qui nullos ad cœlum attollit vultus? nullam futurorum malorum & bonorum rationem habet? Attendite ad me inter vos, veſtra in carne fragili iacentem, videte me Diuino animo omnia moderantem, ad cœlos non ad terram oculos attollentem, & præſentium & futurorum curam haben tem: Vos quoque eadem meditamini. Turpe ſiquidem eſt illud quod pręſtantiſſimum natura homini conceſſit obſcurari; deforme eſt homini vul tus ad terram vertere, ad terram ſe deijcere, ſuper terram ſerpere, terram comedere, in terra cor ſuum, animam ſuam, omnes ſpes ſuas collocare: Homini natura præſcripſit, vt nihil pulchrius, quam hominem ſe eſſe pu taret, atque homini ſe ſimilem efficeret. Pronaque cum ſpectent animalia cætera terram, Os homini ſublime dedit, cœlumque tueri Iuſſit, & erectos ad ſydera tollere vultus: Reperiturne in hoc ſtabulo aliquis hominum, qui ad inſtar iumentorum computruit in ſtercoribus ſuis? qui ſiliquis porcorum ſatiari nõ poteſt? qui fęnum vt bos comedit? qui luxurijs, vanitatibus, ſanguine humano crudeliter effuſo; qui facultatibus pauperum, pupillorum, ſuum replere ventrem deſiderauit? qui deuorat pauperem in abſcondito? qui nullo nec Dei timore, nec amore proximi, nec verecundia hominum, nec legum ſeueritate, nec virtutis deſiderio, nec naturæ recto inſtinctu cohibetur, ſed ad omne ſcelus, vt equus habenis ruptis, ad præceps currit? qui in omnem faſtum, tumorem, ſuperbiam, vt leo effertur? Attendite ad me. Videte quod ego ſum ſanctus; ſancti & mundi vos eſtote: Ego luxuriam, vanitatem ſæculi, cõtempſi; mundi illecebrę & carnis ne vos detineant, ab his abſtinete: Continentiam & abſtinentiam, aſperitatem, caſtitatem, diligite: Ego mitis, calamum quaſſatum non comminui, lignum non extinxi ſuffumigans, fęnũ quod ſub meis pedibus eſt, hominum fragile genus, à meo non exuſtum eſt furore; humilis ſum corde; Videte quomodo de ſummis ſedibus me deiecerim; aliena non rapui, mea omnia vobis communicaui, pauperibus miſertus ſum, propter vos liberandos de altiſſimo cœli ſolio deſcendi, propter vos carnem & carnis defectus, famem, frigus, contemptam matrem, fetens ſtabulum, vile præſepium, ſordidos pannos delegi & ſuſcepi; propter vos conſcribi, ſubijci

vt ſer-

vt ſeruus,contemni vt omnium abiectiſſimus volui; erga vos immenſam charitatem oſtendens nihil non perfeci; Diſcite à me,vt vos eadem proximis veſtris faciatis;charitatem,humilitatem,benignitatē,miſericordiā, patientiam,iuſtitiam,ſed non illam rigidam,omnibus commonſtrate,me ſequimini:Hæc eſt via,ambulate in ea;ne declinetis ad dexteram neq; ad ſiniſtram;per hanc.n.à iumentorum declinabitis moribus; per hanc à ſtabulo in quo loris alligati & funibus detenti fuiſtis, ad veram libertatem iuſtitiæ exibitis: per hoc iter ad amœniſſimum illud ouile in quo vnus paſtor,omnes ſeipſo, tanquam cibo ſuauiſſimo paſcit,intrabitis.

Ex hoc præſepio,velut è ſublimi cathedra,(ait Granateñ.) Sapiētia Dei tacendo loquitur, exemplo docet, quod poſtea prædicaturus eſt verbo: Diſcite ergo hinc fratres humilitatem, diſcite māſuetudinem,diſcite charitatem,diſcite patientiam,diſcite labores amplecti,delitias aſpernari,diſcite in iumentorum inſipientium non degenerare naturam, ac deniq; diſcite omnia quæ in hoc mundo bona putantur contemnere, & è ſtabulo ſqualido cū illo prodigo,quantò ocyus effugere, citius iumentorum eſcas abhorrere, cum videatis hæc omnia à veſtro paſtore ad amuſſim perfecta eſſe. Obſecro ne fruſtra in ſtabulum deſcendiſſe, & in præſepio decubuiſſe Chriſtū patiamini: Si dum itinera omnia plurima niue conſperſa ſunt aliquis è duro carcere fugiens per montana atq; inuia iter facturus, certiſſimum in via ducem nactus eſſet,illum vtique ſemper aſpiceret,illum oculis & animo ſequeretᵉ,illius ſemper veſtigijs hæreret,ne ab illo deuians in præcipitia & aſpera loca rueret: Si aliquis præſtigiatorum in belluas commutantium homines arte,vel in iuuencam vel in taurum, vel in aſinū,vel in aliquod brutum conuerſus, opera & præceptis & medicamentis alicuius erudit iſſimi medici, belluinam deijcere,ac priſtinam hominis acquirere poſſet formā, nonne illi perpetuò ſe deuinctū profiteretur? nonne illius iuſſis obſequeretur? illius medicamētis nōne vteretᵉ? vbi verò ſe inter beſtias deprehenderit colligatū extitiſſe,ſolutus nō à ſpurciſſimo illo porcili reſiliret? At nos infelices peccatores, vitijs Diuinam obliterraueramus in nobis pulcherrimam ſimilitudinem,iumentorum & dæmonum ſuper poſueramus laruam, conſuetudinis catenis ad præſepe terreū alligati fueramus: Chriſtus infantulus hanc belluinam nobis detraxit faciem; non illius obſeruabimus præcepta? non conſilijs acquieſcemus ipſius? Chriſtus ſoluit compeditos, non ex hoc exiliemus ſtabulo? ſatis, ſuperque ſatis & nimium ſatis, iam iumentorum more viximus; ne amplius illorū ſuperinduamus formas: Satis iam computruimus in ſtercoribus noſtris; ſurgamus; ſoluti.n.ſumus,& Chriſtum inſequamur: At quia iter ad cœlum aſperum nimis, & ſcrobibus atque præcipitijs plenum eſt, à quo plurimi propter locorum ignorantiam aberrantes, præcipites in barathrum inciderunt; En habemus certiſſimum huius viæ ducē quem ſequamur,huius voces aure cordis excipiamus;hunc oculis atque anima ſequamur, huius

Simile.

 inſiſti-

inſiſtamus veſtigijs; huius exempla nobis ante oculos proponamus, & à cãdore niuis,hoc eſt,à fallaci huius ſęculi ſplendore oculos deflectamus, ne mentis noſtræ aciẽ obtundat, & à recto itinere deducat. Hæc eſt cauſa cur in præſepio reclinari voluit Deus.

Eſt & altera non minus neceſſaria, qua adſtrictus Deus in præſepi recubare voluit, illa quam ex Bernardo, & Auguſtino adducit Granateñ. Quæramus ait à Virgine; cur à ſuo complexu abſtractum infantem,in duro vilique præſepio reclinarit? Annon mollius,non etiam dignius,in puriſſimo matris gremio tener fętus,quàm in tali præſepio requieſceret? ſed quis dubitare audeat,hoc ipſum ſpiritu ſancto ita ſuggerẽte factum eſſe? Nihil enim prudentiſſima illa Virgo moliebatur, nihil deſignabat, cuius non haberet authorem,eundem illum ſpiritũ, cuius virtute & obumbratione conceperat: Ipſo igitur inſpirante, in præſepi poſuit panem Angelorum,quem ſciebat vtique factum eſſe cibum iumentorum: Nam homo per peccatum comparatus fuit iumentis inſipientibus & ſimilis illis effectus; ideò qui propter huiuſmodi iumenta venerat, in loco iumentorum collocari debuit;vt ipſe etiam locus vbi collocabatur, eorum conditionẽ deſignaret, ad quorum ſalutem mittebatur. A ſinu igitur ſuo detractum infantem,in præſepio collocauit, quia nobis illum, hoc eſt iumentis inſipientibus peperit;nobis illum nutriuit atque lactauit,vt pro nobis tãdem adultus ſanguinẽm in cruce funderet: Nouerat vtique ſanctiſſima Virgo ingenitum hominis deſiderium ad lignum vitæ appropinquandi; viderat inexplebilem eſuriem fructus ligni manducãdi; reminiſcebatur Adamum & nos omnes cum eo, manus protendiſſe ad lignũ vetitum; at quia illud vetitum erat;quia nimis excelſum,nos autem puſilli Zachæi,iumentorum inſtar in terris repentes,attingere illud nequibamus:quia iter ad illud lignum vitæ,homini præcluſum erat:quid egit Deipara? Fructũ ventris ſui,quem ipſa vtero ſuo protulit,ligneo impoſuit pręſepi; Aduocauit homines, O mortales, inquit, deſideraſtis aliquando veſci fauſtiſſimæ & & pulcherrimæ illius arboris pomis? Ad illam non datur modò acceſſus; vos in iumentorum degeneraſtis ſimilitudinem;iumentorum greſſus ſpiritus ille flammeus arcet à paradiſo: Manus ad ſublime lignum vitæ porrigere cupitis? At puſilli eſtis, at gladius verſatilis veſtros prohibet conatus; Fruſtra irritatis odore vetitorum, fauces; Sed en ego vobis protuli fructum deſideratum cunctis gentibus, ego quaſi vitis fructificaui ſuauitatem odoris, & flores mei fructus honoris & honeſtatis: Si è ligno manducare concupiſcitis,en ligneo impoſui præſepio; accedite modò & guſtate quàm ſuauis eſt Dominus: Iumenta eſtis? ecce in præſepio reclinatum videtis: Zachæi eſtis? ecce ad terram deiectum manibus contrectare poteſtis: Cognoſcite panem veſtrum; vobis ego illum in caſtiſſimo vtero meo, Spiritus ſancti è tribus farinæ ſatis commixtum,concepi; vobis genui,vobis in præſepio collocaui: Paruulus natus eſt nobis,& filius datus

eſt no-

eſt nobis, nobis non angelis beneficium hoc exhibitum eſt. Guſtate ergo & videte, hæc vt iumenta rationalia ruminate, hæc meditamini; hanc immenſam eius charitatē, & humilitatem, quod ſcilicet pro nobis in præſepium vſque declinauit, nocte & die, foris & domi, ſecum, cum ſuis, cum externis contemplamini: At ò noſtram ſtoliditatem, ò ſtupiditatem, ò verè iumenta inſipientia: Cognouit bos poſſeſſorem ſuum, & aſinus præſepe Dñi ſui; & Chriſtiani dedignant aſſidua meditatione Dñm ſuũ in præſepio, in his ſpeciebus Sacramenti guſtare; Quid, guſtare? ſed nec meditatione continua in cunis duriſſimis inuiſere; Adeò huius beneficij immemores ſumus, vt nec hoc in ſuo tẽpore, quo ab Eccleſia eius recolitur memoria, quidnam hoc ſit quod colimus, mente & cogitatione tractemus: O ingratitudinem, ò ſtuporem, ò pluſquam ferrea hominum præcordia: Quid enim magis ferreum, quàm eo gratitudinis affectu carere, quò ne feræ ipſæ truculentæ carent, quæ beneficium agnoſcunt, & qua ratione poſſunt gratiam, referunt. Quid in hoc loco dicam, prorſus ignoro; niſi quod vehementer timeo, ne fortè non pertingat ad eos fructus redẽptionis, qui beneficium non æſtimant redẽptoris: Illis enim videtur Chriſtus nec natus, nec paſſus fuiſſe, qui nihilo magis his adeò ſtupendis myſterijs afficiuntur, quàm ſi nihil ad ipſos pertinerent: Cui rei vel illud certè argumento eſt, quod non talibus, (hoc eſt, non ingratis & improbis) ſed hominibus bonæ voluntatis, Angeli hodie pacem præcantur, bonaque omnia annunciant: ne quæſo tam ingrati, tamque ſtupidi poſthac ſimus, ne in tractandis atque contemplandis tantæ maieſtatis negotijs tandiu indormiamus; ſed quam hactenus exhibuimus, corrigamus tarditatem: Demus operam vt ex iumentis inſipientibus euadamus iumenta ſapientia; quod fiet ſi adorandum hoc præſepe ſedulò inuiſamus, & cibum qui in eo nobis propoſitus eſt aſſiduè ruminemus; vt in eo creſcamus ad ſalutem, & tandem in virum perfectum adulti, ad immortalitatis gloriam perducamur, pereunte reparatore noſtro Chriſto qui viuit in ſempiterna ſęcula. Amen.

Natus eſt vobis hodie Saluator.

PVNCTVM TERTIVM.

De Iudaeorum vana Meſſiae expectatione.

SI beneficiorum magnitudinem in Natiuitate ineffabilis Dei nobis collatorum diligentiſſimè vnuſquiſque veſtrum perpenderit; nullus mihi vitio dabit, ſi ſermonem meum cum Leone Pontifice exorſus fuero: Saluator noſter hodie natus eſt, exultemus: Tanta enim ingentis lętitiæ exortus Dei inter homines cauſa extitit, vt eam neque animus cõcipere, nec lingua effari, nec homo intra cordis ſui viſcera cõtinere queat; quin extra ſeipſum geſtiens efferatur, extaticoſque patiens in Diuini ardoris admiratione exceſſus, in ſuauiſſimos, at indicibiles, reſoluatur diuinæ laudis concentus: Qui etenim oculis corporis conſpexerit ſe è grauiſſima ſeruitute in libertatem aſſertum, diuitijs auctum, ſanitati & primo decori reſtitutum, ſummum inter mundi principes adeptum eſſe honorem, priſtinum & olim amiſſum obtinuiſſe Regnum, in gratiam redijſſe Imperatorum; magnam ſibi gaudiorum materiam acceſſiſſe æſtimans, toto pectore lætatur. recta ſiquidem, & honeſta, & iucunda, & vtilia quæ ſunt, ea per ſe faciunt animum vigere atque efferri à lætitia: At maiora quam corporis bona, in Dei natiuitate nobis elargita eſſe, qui mentis oculis perceperit; & ſenſu interno animi conſiderauerit. Nunc.n.non de hominis ſed dæmonis duriſſima Tyrannide in veram filiorum Dei libertatem vindicati, diuitijs & ijs incomparabilibus cumulati, reſtituti primo animarum ſplendidiſſimo fulgori, ad pulcherrimam diuinitatis ideam reformati, Diuinæ participio naturæ dignati, ſummum inter principes cœlorum honorem adepti ſumus: Nunc paradiſi, olim ſocordia & inobedientia perditas ſedes, perēnes recuperauimus, Regnum illud Stelliferi cœli beatum obtinuimus: Modò, in gratiam ſupremi Orbis vniuerſi Monarchæ reconciliati, ei (qđ maximum eſt atq; ineffabile) fędere ſempiterno, & indiſſolubili nexu in homine Deo coniuncti ſumus: quis adeò ſublimibus bonis locupletatus, non fronte læta gaudebit? gaudio interno non afficietur? affectu in Dei amorem excitato non exhilareſcet? Patres noſtri ſola diuinæ promiſſionis recordatione, (quod.ſ.ex eorum ſemine propagandus eſſet, qui ijs tãtorum bonorum author eſt) delectationem permaximam capientes, quaſi plaudebant lætitia: Abraam exultauit vt videret diem meum; & vidit in ſpiritu, & gauiſus eſt; quid non exultabimus nos, quibus exhibitũ, quod Sanctiſſimis Patriarchis promiſſum eſt? cur non lætitia afficiemur nos qui oculis aſpicimus, quod illi ſpiritu? qui manibus contrectamus; quod illi

illi mente? qui iam poſſidemus, quod illi præſtolati ſunt? Saluator noſter dilectiſſimi, natus eſt; gaudeamus: Adeſt.n.nobis hodie, cœli terręque iudex, qui reſciſſo chirographo delictorum, reatum noſtrum miſeratus abſoluit: Adeſt ille Dominus, qui iugum captiuitatis antiquæ, noſtris à ceruicibus ſoluens, mœrorem mundi æterna libertate lætificat: Adeſt Rex ille manſuetus, qui per ſpatia totius orbis, cęleſtis iuſtitiæ greſſibus incedens, ſuperbiérem furentis inimici contriuit tyrannidem: Hodie refulſit ſecundus ille Adam, non incola, ſed Dominus paradiſi; quem interdictæ arboris pulchritudo non fallat, ſerpens non decipiat, mulier nõ ſeducat: Hodie exortum eſt in tenebris lumen; hodie illud, quod cœlum & cœli cęlorum ſe habere gaudebant, mundus, dum neſciret, accepit: Hodie, (addo ego) Deus fortis humanæ miſertus, ad ſimilitudinem noſtram effectus, in mortali carne, inter iumenta in ſtabuli præſepio apparuit, vt nos ad ſimilitudinem ſuam reparatos, in immortalitatis corpore, inter beatas mentes, in cœleſti throno collocaret; Gaudeamus igitur, & totis præcordijs iubilemus: Neque enim fas eſt locum eſſe triſtitiæ, vbi Natalis eſt vitæ: Nemo ab huius alacritatis participatione arceatur, vna cunctis lætitiæ communis eſt ratio. Exultet Sanctus, quia appropinquat ad palmã: Gaudeat peccator, quia inuitatur ad veniam: Animetur gentilis, quia vocatur ad vitã: Lætetur vinculis mortis conſtrictus; Verbum.n.Dei, Deus filius Dei, propter liberãdũ hoĩem ab æterna morte, factus eſt homo: Iubilet vniuerſum genus humanum, ſuſcipitur.n.à maieſtate humilitas, à virtute infirmitas, ab æternitate mortalitas, vt quòd noſtris remedijs congruebat, vnus atq; idem Dei & hominum mediator, & mori ex vno, & reſurgere poſſet ex altero: Toto pectore òrbis exhilaretur: Natus eſt.n.nobis hodie Saluator: En ſupremi ſpiritus ad nos de cœlis delabentes, & inſolito iubilo nobis congaudentes, nos ad lætitiam prouocant: Ecce euangelizo vobis gaudium magnum, quod erit omni populo; quia natus eſt vobis hodie Saluator, qui eſt Chriſtus Dominus in Ciuitate Dauid: Euangelizo vobis gaudium magnum. Atque ob illud in primis lætandum vobis eſſe denuncio, quia deſiderium veſtrum completum eſt: Deſiderium ſiquidem, ſi re concupita fruatur, exhilarat animam: Deſideraſtis vt cœlos ipſos vel inclinaret, vel diſrumperet, & ad vallem hanc deſcenderet; ecce inclinauit cęlos & deſcendit; volauit ſuper pennas columbę illius deargentatæ, & declinauit ad ſtabulum; Non iam caligo, ſed fœnum ſub pedibus eius; non tenebras, ſed præſepe poſuit latibulum ſuum; non tenebroſis nubibus, ſed carne corruptibili ſe circumamicijt. Deſcendit, & non vltionis, ſed miſericordiæ & charitatis ignis exarſit à facie eius; non intonuit, non terribilẽ edidit vocẽ, ſed vagitus & ploratus multos; nòn miſit ſagittas, non diſſipauit gentes, non fulgura multiplicauit, nón aliquem conturbauit, ſed deſtinauit angelos, multiplicauit nouo fulgore lucentes ſtellas, coadunauit ad ſtabulum gentes, & paſtores, & Reges, Hæbreos, & Arabes ad pręſepe con-

Maximus in ſermo. ac.

Pſal. 17.

gregauit,collegit populos & pace inſolita conſolatus eſt. Deſcẽdit,& apparuerunt in Natiuitate eius fontes non aquarum quidem, ſed olei largiſſimè defluentes: in ortu eius non fundamenta,ſed mendacia orbis terrarum recondita olim & aſtu Satanæ contecta,reuelata ſunt, & noua noui orbis fundamenta collocata ſunt: Inclinauit cœlos & deſcendit: Euangelizo vobis gaudium magnum: Exoptaſtis cum ſponſa, Quis det te fratrem meum ſugentem vbera matris meæ,vt inueniam te foris, & deoſculer te,& iam nemo me deſpiciat? Ecce aſſecuti eſtis quod appetijſtis;exoptatus dies aduenit;habetis quod tota mente cupiuiſtis. Natus eſt vobis hodie Saluator; videte in præſepio vnigenitum Patris ſugentem vbera piæ matris: Iam inueniſtis eum foris,in veſtro exilio atq; ſuburbio; Iam ſuſcepiſtis oſculum oris eius,per myſterium incarnationis ipſius: Iã poſt hac nemo vos deſpiciet;non.n.deſpiciet pater,qui ſuum vobis tradidit filium: non Filius qui ſe vobis dedit in fratrem: non denique Spiritus ſanctus, qui huius myſterij velut pronubus & auctor extitit: Multo minus nos Angeli,vos deſpectui habebimus; quinimo & ſuperiores vos hoc nomine iudicamus, quia non nos Dei filius,ſed vos, ô ſemen Abrahæ, apprehendit: Euangelizo igitur vobis gaudium magnum. Poſtulaſtis ardẽtiſſimis precibus, Emitte Domine agnum dominatorem terræ, de petra deſerti, ad montem filiæ Syon: Ecce iſte eſt agnus Dei humano veſtitus vellere;ecce qui tollit peccata mundi;ecce paruulus natus eſt vobis,& filius datus eſt vobis, & factus eſt principatus eius ſuper humerum eius: Multiplicabitur eius imperium & pacis non erit finis; Super ſolium Dauid,& ſuper Regnum eius ſedebit,vt confirmet illud in iudicio, & corroboret in iuſtitia,amodò & vſq ue in ſempiternum. Lætamini ergo coram eo,ſicut qui lætantur in meſſe; ſicut exultant victores capta præda quãdo diuidũt ſpolia. Iugum enim oneris veſtri,& virgam humeri veſtri,& ſceptrũ exactoris veſtri,ſuperauit princeps veſter ſicut in die Madian: Omnis violenta Satanæ prædatio,omnis tumultus eius,& omne ſpolium mistum ſanguine,erit in combuſtionem & cibus ignis. Nolite ergo mœrore contrahi,nolite pauere;ſed gaudete, & exultate: Euangelizo.n.vobis gaudium magnum,quod erit non vni homini,ſed omni populo;quia natus eſt vobis hodie Saluator.

Cant. 8.

At Moſaycum populum, facie obuelata non velle in lucidiſſimum noui Prophetæ vultum intendere, conſpicio; Video germen Tobiæ tenebris ignorantiæ obfuſum,atque cęcutiens,in ſplendentiſſimi ex Bethleemitico ſtabulo orientis Solis,nolle dirigere mentis aciem: Video filios rebelles, ſemen nequam, Ducis ex Bethleem prodeuntis repudiare imperium;& nouum neſcio quem Principem,nouum iubar,nouum Meſſiam in fine ſæculi venturum expectare; Meſſias,inquiunt,non erat ille,quem vos dicitis eſſe Chriſtum,quem Patres noſtri ligno affixerũt crucis: Meſſias ergo nondum venit, ſed venturus eſt; Meſſiæ aduentus, non gaudio

cele-

celebrandus, ſed expectandus eſt: O cæcas hominum iſtorum mentes, ò ſpes fallaces? Quis cæcus, niſi (ita de eis cōqueritur ipſe Deus) ſeruus meus? & quis ſurdus, niſi ad quem nūcios meos miſi? quis cæcus niſi qui venun datus eſt? & quis cæcus, niſi qui olim ſeruus Domini? Meſſias, aiunt, non erat ille, quem vos dicitis eſſe Chriſtum: Quæ blaſphemia? Quæ cæcitas? Nuncij quos vobis, ò Hebræi deſtinarat Deus, quibus delinearant colori bus Meſſiam venturum? Dicite, quos exortus Meſſiæ, qualem vitæ progreſſum, quæ opera, quam doctrinam, quam religionis conſtitutionem, quod mortis genus prænunciarunt? Hæc ſi Chriſto propria eſſe vobis de monſtrauero, Chriſtum eſſe verum in lege promiſſum Meſſiam confitebimini? Primò omnium, quod Deus exiſtens, homo futurus erat, dicit Ba ruch propheta; Hic Deus noſter, non æſtimabitur alius ad eum; hic inuenit omnem viam ſciētiæ, & dedit ipſam Iacob puero ſuo & Iſrael dilecto ſuo; Poſt hæc in terra viſus eſt, & cum hominibus conuerſatus eſt: Vides, quomodo omnia paucis verbis declarauit; nēpe quod Deus exiſtens homo factus eſt, & quod etiam veterem legem ipſe condidit? Inuenit enim inquit omnem viam ſciētiæ, & dedit ipſam Iacob puero ſuo, & Iſrael dilecto ſuo; Ecce declarat his, quod & ante ſuum in carnem aduentum om nia ipſe diſpenſarit, & omnia ipſe fecerit, legem ſtatuens, prouidens quoque, curans & benefaciens. Iſai. 42. Desūpta ex Chryſoſtomo demonſt. qđ Chriſtus ſit De⁹. Bar 3.

Alius propheta, non ſolum quod homo futurus, ſed & quod è virgine naſcendus erat, dicit, quē audi, Ecce, inquit, virgo in vtero habebit, & pariet filium, & vocabunt nomen eius Emanuel; quod ſi interpretur quis, ſonat, nobiſcum Deus: Deinde oſtendit, quod nō apparenter, ſed verè homo ſit; adiecit. n. dicens, Butyrum & mel comedet; Mos. n. eſt, vt his cibis peculiariter paſcantur pueri, mox vt nati fuerint. Et declarans quod non purus homo, iterum addit dicens, Propter quod priuſquam ſciat puer bonum vel malum, bene ſciet à malo ſeligere bonum: Et quod non ſolū homo ex virgine, ſed & quod ex domo Dauid futurus, audi quomodo & hoc multò antea prædicit Iſaias, figuralibus verbis & translatione vſus multa; prædicit tamen, Egredietur virga de radice Ieſſe, & flos de radice aſcendet, & quieſcet ſuper eum ſpiritus Dei, ſpiritus ſapientiæ & intellectus, ſpiritus conſilij & fortitudinis, ſpiritus ſcientiæ & pietatis, ſpiritus timoris Dei replebit ipſum: Nam Ieſſe ille pater fuit Dauid: Manifeſtum igitur quod à tribu illa, & non ſolum à tribu illa, ſed & à domo illa profecturus erat: Et hoc prædixit dicens, Egredietur virga de radice Ieſſe, non de virga loquens, ſed de Chriſto & regno eius: Quod non de virga dixerit, conſequentia declarant; nam cum dixiſſet, Egredietur virga; adiecit, quieſcet ſuper eum ſpiritus ſapientiæ & intellectus: Nullus autē tam inſipiens qui dicat, quod ſuper lignum veniat ſpiritus gratię; ſed manifeſtū quod ſuper illud immaculatum templum; & non dixit veniet; ſed ſuper eum quieſcet: quia vt venit, manſit, & nō diſceſſit: Sed & modum aduen- Iſai. 7.

Pſalm. 71 tus eius longè ante prædixerunt: Vnus.n.dicit, Deſcendet ſicut pluuia in
vellus: quo aduẽtus illius tranquillus & quietus ſignatur: Alter verò, ſym
Iſa. 53. bolicè loquens, Aſcendet ſicut virgultum de terra & ſicut radix erum-
pet de ſolo ſitienti; Vidimus eum & non erat ei ſpecies Diuina, nec decor
regius; quo abiecta eius natiuitas paucis agnita obumbretur: Et alius lo-
Mich. 5. cum in quo naſcendus erat indicat; Et tu, inquit, Bethleem in terra Iuda,
nequaquam es minima in principibus Iuda; ex te.n.egredietur Dux, qui
reget populum meum Iſrael; & exitus eius ab initio à diebus ſæculi: En
Diuinitatem & humanitatem indicat: Nam dum dicit, & exitus eius ab
initio, & à diebus ſæculi, ſubſtantiam declarauit quæ ante ſæcula fuit; Cũ
autem dicit, Egredietur Dux qui reget populum meum Iſrael, natiuitatẽ
ſecundum carnem docet: Vide autem iterum & aliam prophetiam re-
fulgentem: Non ſolum enim quod naſcendus ſit, ſed & quod nobilis
locus ille futurus; tametſi vilis & paruus; nequaquam enim, inquit, mini-
ma eris in Ducibus Iuda; Item & tempus quo affuturus erat, alius mani-
Geneſ. 49. feſtauit, ſic dicens, Nõ deficiet princeps ex Iuda, neq; dux è lumbis eius,
donec veniat qui mittendus eſt, & ipſe erit expectatio gentium; ligans ad
vitem pullum ſuum, & ad vitem pullum aſinæ ſuæ: lauabit in vino ſtolã
ſuam, & in ſanguine vuæ pallium ſuum: iocundiores oculi eius vino; al-
biores dentes eius lacte: Vitæ autem Meſſiæ progreſſum, nequaquam etiã
vates ſiluerunt Diuini: Mox enim vt enixus fuiſſet, ſtragem quandam
& maximam, non populorum quidem, ſed infantium futuram, multis
ante temporibus prædixit Hieremias: Vox in Rhama audita eſt, luctus &
Ierem. 31. fletus & clamor multus: Rachel plorabat filios ſuos, & conſolari noluit,
eò quod non erat: Declinare furorem impiorum fuga in Ægyptum debe
bat, vt quidam teſtatur: Aſcendet Dominus ſuper nubem leuem, & ingre
dietur Ægyptum. Rediturus erat ex Ægypto; & hoc ſignificarũt Prophe
Oſe. 11. tæ: Ex Ægypto vocaui filium meum: Erat in locis inſignibus manifeſtan
dus, vbi ſtatim ſigna faceret & doceret; id ipſum prædictum eſt, ab Iſaia,
Iſai. 9. Regio, Zabulon, terra Nephtalim, populus qui ſedebat in tenebris, vidit
lucẽ magnã; ſedenti in tenebris & in vmbra mortis, lux orta eſt eis: Quod
Iſai. 35. doctrinam & cognitionem miraculis confirmaret, idem Iſaias prænun-
ciat; Tunc aperientur, inquit, oculi cæcorum & aures ſurdorum audient,
tunc ſaltabit quaſi ceruus, claudus; & clara erit vox inexpeditè loquen-
tium: Alter verò quod ingreſſo Meſſia aliquando in templum, pueri ad
huc ab vbere pendentes, & inexpeditam habentes linguã in illum hym-
Pſal 8. nos occinerent; Ex ore, inquit, infantium & lactentium, perfeciſti laudẽ,
dum deſtruis inimicum & vltorem: Quod ſapientiæ ſuæ myſteria ænig-
Pſal 77 matibus & parabolis adũbraturus eſſet, ipſe innuit per Pſaltem. Loquar,
ait, propoſitiones à fundatione mundi, eructabo occulta ab initio: Aperiã
Pſal. 44. in parabolis os meum: Quin & ſapientiam eius in concionando Prophe
ta prædixit inquiens, Diffuſa eſt gratia in labijs tuis: Et alius iterum, Ecce

intelli-

intelliget puer meus & exaltabitur, & glorificabitur, & valde ſublimis erit: Preterea aduentus ſui inſignia facta cum miraculis, quaſi in ſumma enarrat idē Iſaias, Spiritus, ait, Domini ſuper me, cuius gratia vnxit me; vt euangelizem pauperibus miſit me; vt prędicē captiuis remiſſionem & cæcis viſum. Iſai. 52 Iſai. 61.

Et quod vos, Iudęi, tanta beneficia in vos conferentē, quem nec in par uo nec in magno arguere poteſtis, ſine omni cauſa auerſaturi eſſetis, audite Dauid dicentem, Impugnauerunt me gratis, cum oſoribus pacis erā pacificus: Quod eſſet in aſino aliquando Ciuitatem ingreſſurus; hoc etiam olim prædictum eſt, Zacharia ſic dicente, Gaude valde filia Syon, exulta filia Hieruſalem; Ecce rex tuus venit manſuetus, aſcendens ſuper ſubiugalem & pullū nouum: Tradendus erat à participe menſæ ſuę, proditorem agente; vide quomodo & illum reuelauerit Propheta; Qui come dit, ait, panem meum, leuauit ſuper me calcaneū: Erat illum traditurus, non ſimpliciter, ſed vendens ſanguinem precioſum, & pro illo pecuniā accipiens; vt ait per Prophetam; Et appenderunt mercedē meam triginta argenteis: Tradito Meſſia, & voluntariè comprehenſo contra eū quare cogi debuit concilium iniquitate plenum; perquirit Pſaltes cauſam im pietatis, Quare fremuerunt gentes & populi meditati ſunt inania: aduerſus Dn̄m & aduerſus Chriſtū eius aſtiterunt; Reges terræ & principes cō uenerūt in vnum: Calūnias & falſos quos miſcebant ſermones, patienter tulit: Sicut ouis ad occiſionem ductus eſt, & ſicut agnus coram tondente ſe, mutus; ſic non aperuit os ſuum; Poſtea iniquam ſententiam mōſtrans latam contra eum, ait, In humilitate ſua iudiciū illius ſublatū eſt. Nullus illi iuſta iudicabit: Mortis verò genus qualenam foret Meſſiæ, ipſe apud Zachariam deſignat, plagas in cruce acceptas demonſtrans: His plagatus ſum, in domo eorum qui diligebant me: Poſtea & cauſam cędis Iſaias re cenſet; Nam ſuorum peccatorum gratia non erat paſſurus quæ paſſurus erat; Immaculatus enim erat, ſed pro mundi malis traditus eſt: Vide quo modo hæc duo aperuerit cum dixit, peccatum non fecit neque inuentus eſt dolus in ore eius. Cuius ergo rei gratiā occidendus erat? Pro inquitatibus populi; Vulneratus eſt propter inquitates noſtras, attritus eſt propter ſcelera noſtra: Quid lucri à cruce & morte illa? Peccati interitus, vulnerum animæ emendatio, curā & medicina mirabilis; quod & ipſum quomodo prædicat vide, dicit enim, Omnes ſicut oues errauimus; vnuſquiſque in viam ſuam aberrauit, & diſciplina pacis noſtræ ſuper eum; & liuore eius omnes nos curati ſumus: Reſurrecturus erat à morte & ſepulchro: Vide quomodo & hoc prædixerunt; Non derelinques animam meam in inferno; nec dabis ſanctum tuum videre corruptionem: Deſcendere debebat in infernum, & omnes diſturbare; Deſcendam, ait, in inferiores partes terræ, & viſitabo dormientes, portas æneas confringam, & vectes ferreos cōteram, & aperiam tibi; Theſauros

Pſal. 119. Zach 9. Pſal. 68. Zach. 11. Pſal 2. Iſai. 53 Zach. 13. Iſai. 53. Pſal. 15. Iſai. 45

ſauros obtenebratos & inuiſibiles oſtendam tibi: Non erat manſurus in terris poſt reſurrectionem, ſed aſcenſurus ad cœlos: hoc quoque manifeſtarunt dicendo, Aſcendit Deus in iubilatione, & Dominus in voce tubæ: At quod accenſurus ipſe, non ſtaturus eſſet cum Angelis, neque cum Archangelis, neque cum alijs adminiſtratorijs virtutibus, ſed ſeſſurus ſuper ſedem regiam, audi quid dicat, Dixit Dominus Domino meo, ſede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos ſcabellum pedum tuorum: Occiſores ipſius daturi erant tanti ſceleris pœnas; Tu, ait, Gabriel Danieli, animaduerte ſermonem, & intellige viſionem; Septuaginta hebdomades (anni 490.) abbreuiatæ ſunt ſuper populũ tuum, & ſuper vrbem ſanctam tuã, vt conſumetur præuaricatio, & finem accipiat peccatum, & deleatur iniquitas, & adducatur iuſtitia ſempiterna, & impleatur viſio & prophetia, & vngatur Sanctus ſanctorum: Et poſtea ſcito, & animaduerte; ab exitu ſermonis, vt iterum ędificetur Hieruſalem vſque ad Chriſtum ducẽ, hebdomades ſeptem & hebdomades ſexaginta duæ erunt, & rurſum ędificabitur platea, & muri in anguſtia temporum: Et poſt hebdomades ſexaginta duas occidetur Chriſtus, & non erit eius populus qui eum negaturus eſt: Et Ciuitatem, & Sanctuarium diſſipabit populus cum Duce, venturo, & finis eius vaſtitas, & poſt finem belli ſtatuta deſolatio: Confirmabit autem pactum multis hebdomada vna, & in medio hebdomadis deficiet hoſtia & ſacrificium, & erit in templo abominatio deſolationis, & vſque ad conſummationem & finem perſeuerabit deſolatio. Hæc de Meſſiæ aduẽtu, natiuitate, vitæ progreſſu, operibus doctrina, religionis ſtatu, mortis cauſa & genere, ſtatu poſt mortem, vindicta in eius crucifixores, à ſacris prophetis, in veſtra lege probatis dicta ſunt; quod ſcilicet Meſſias 1. Deus erat & homo, 2. de domo & familia Dauidica, 3. e Virgine incorrupta, 4. ſine tumultu, 5. in Bethleem puſilla, 6. poſtquàm Dux Iudæ defecerat, natus, 7. quod ſpiritu Diuino repletus, 8. quod ipſe mortis infantium fuit occaſio, 9. quod in Ægyptũ fugit, 10. quod ex Ægypto rediens multis in locis manifeſtè apparuit, 11. quod doctrinam parabolis obumbrauit, 12. & miraculis confirmauit, 13. quod ſanctitatem ſuam voce infantili declarauit, 14. quod multa & ingentia contulit mortalibus beneficia, 15. quod odium & inuidiam beneficijs in ſe ſuis concitauit, 16. quod aſello inſidens Ieruſalem ſolenni pompa introiuit, 17. quod participis menſę fraude traditus atque vili precio vẽditus eſt, 18. quod in concilio magnatum patienter falſos ſermones ſuſtulit, 19. quod Iudicio iniquo condemnatus, & in 20. crucem actus, plagis confoſſus, 21. propter peccata noſtra mortuus eſt. 22. Deſcendit ad inferos, 23. rediuiuus egreſſus eſt è ſepulchro: 24. Aſcendit ad cœlos, 25. ſedenſque ad dexteram Dei, 26. pedibus conquaſſauit inimicorum ſuorum capita, 27. diſſipauit Ciuitatem & Sanctuarium, 28. in templo olim magnifico abominationẽ deſolationis collocari permiſit,

Pſal. 67. Pſal. 109. Dan. 9. Recapitulatio.

miſit, 29. hoſtias & ſacrificium abrogauit, 30. populumque illum qui eum gratis negauit repudiauit. Hæc de vero Meſſia veſtri patres prædixerunt, talibus cum coloribus delinearunt: per hæc ſymbola, & ſigna in cognitionem eius deuenire nobis monſtrarunt. Conueniant iſta Chriſto qui hodie natus eſt nec ne? modo videamus. & ex his ſignaculis Meſſias ne ſit? vobis oſtendamus: Meſſias, Deus futurus erat & homo: Chriſtus verò qui hodie natus eſt quid? Nonne Deus & homo? Deus profectò & homo, q patribus veſtris, & Diuinitaté, & humanitaté ſuã tot & qdé eui dentiſſimis argumentis teſtatus eſt: Natus eſt vt homo, ſed ex Virgine intacta vt Deus: Affuit de familia Dauidica vt homo, ſed e cœlis deſcendit etiam vt Deus: Aduenit non fulmina vel fulgetra iaciens e ſuperis, nec concutiens terram, nec rotans cœlum, abſque ſtrepitu terreno, vt homo; ſed Angelos ſuo iubilantes ortui de ſupernis deduxit choris, vt Deus: Vagiebat vt paruulus ligatis manibus & pedibus, repoſitus eſt in præſepi, vt homo; ſed ſtellas in æthere nouas effingebat vt Deus: Conſcribebatur in terris vt homo; ſed nomina electorum ſcribebat in cœlis, vt Deus: Abiectus recumbebat in ſtabulo, vt paruulus; ſed à Magis flexo poplite adorabatur, vt Deus: Si tibi ſenſuum tuorum malignitate indignum videtur Chriſtum Deum natum de fœmina credere Virginem; cogita peperiſſe: Si tibi panni quibus obuolutus eſt fortaſſe vileſcunt; Angelos collaudantes, & multitudinem cœleſtis exercitus admirare: Si præſepe in quo infans iacuit deſpicis; erige pauliſper oculos & nouam in cœlo ſtellam teſtantem mundo natiuitatem Domini, eam contuere: Si credis vilia, crede mirifica: Si de his quæ humilitatis ſunt diſputas; quæ alta ſunt & celeſtia venerare. Iiſdem enim referentibus, iiſdemq; authoribus de Chriſto Saluatore quæ humilia, & quæ glorioſa ſunt tibi comprobamus: Teſtatur nox illa fœliciſſima nobis hodie anniuerſaria; teſtatur Bethleemiticũ ſtabulum, teſtãtur paſtores, teſtantur bruta animalia, ſe in præſepio vidiſſe, & ab vniuerſa creatura adoratum eſſe Chriſtum vt Deum: Adorarunt bos & aſinus; venerati ſunt paſtores; laudibus miris extulit Anna & Simeon; procubuerunt in genua ante ipſum Reges Æthyopum; Angeli ipſi de cœlis delabentes concentus ſuauiſſimos in natiuitatem eius cecinerũt; de Virgine Chriſtum natum eſſe; ne forte in ſuſpitionem vertas: Mariam ex ſemine alieno peperiſſe; audi quid Ioſepho vacillanti & de eodem cõceptu Chriſti neſcio quid ſiniſtri opinãti, Angelus loquatur, Noli, inquit, timere accipere Mariam coniugem tuam; quod enim in ea natum eſt de Spiritu ſancto eſt; Hoc enim totum factum eſt, vt adimpleretur quod dictum eſt à Domino per Prophetam dicentem, Ecce Virgo in vtero habebit, & pariet filium, & vocabitur nomen eius Emanuel, quod eſt nobiſcũ Deus: Angeli profitentur, vos negabitis? Angeli, Chriſtum eſſe virginis prolem annunciant, vos recuſabitis idipſum confiteri? Angeli Chriſtum eſſe illum à Deo promiſſum Meſſiam prædicant, iam in mundum editum

collau-

collaudant,grates Deo referunt;Gloria ſit in excelſis Deo,iubilant;Pacē hominibus bonæ voluntatis exoptant; gaudium magnum,quia natus eſt nobis Saluator,euangelizant;vos cæci Iudæi nouum Meſſiam expectabitis? Natus eſt vobis hodie Saluator;Natus Deus & homo,natus de domo & familia Dauidis, de Virgine incorrupta, natus ſine ſtrepitu in Bethleē puſilla, in abiectiſſimo omnium loco: Tunc comparuit cum iam deficerent principes veſtri;cum veſtri Romano Imperio ſubditi fuerūt patres: cum prophetia impleta eſt quæ dicit, Non deficiet Princeps à Iuda, neq; Dux à lumbis eius,donec veniat: Nam ſimul vt natus eſt,& deſcriptio orbis prima facta eſt imperantibus Romanis veſtræ genti,& eam ſub ſeruitutem ſuam agentibus: Vbi nunc,dicite mihi,aliquem ex Principibus veſtris veſtræ gentis habetis? vbi Regem? vbi Solium & Ciuitatem Regiā? vbiDucem? vbi adminus Iudicem vel Pontificem,vel Sacerdotem cuius dominio pareatis? qui ſceptro ſuo vos gubernet? vos ab hoſtibus tueatur? vos in vnam, vt olim, ſanctam cōgreget regionem? Defecit Princeps à Iuda,defecit Dux à lumbis veſtris;Non habetis,vt vos faſſi eſtis,Regē, ſed Cæſarem;Cęſareæ poteſtati, Imperio alienę gentis in alienis terris miſerè ſubiecti eſtis; quia venit Sylo,quia natus eſt Meſſias: Fruſtra alium Meſſiam præſtolamini.

Quod ſi ad progreſſum vitæ Meſſiæ procedere lubet: Mortis infantiū quorundam occaſio, futurus eſſet Meſſias. Quid verò Chriſtus? Nonne ſtatim ac mundo apparuit, Hærodem furentem & ſæuientem in pueruloꝰ infantes eius gratia vidiſtis? Nonne veſtræ matres deplorandas exequias celebrarunt,ſuper morte filiorum ſuorum, quos,iratus valde Herodes,occidit in Bethleem & in omnibus finibus eius,à bimatu & infra,ſecundum tempus quod exquiſierat à Magis? Si vos ea pernegare pergitis, conclamabunt contra vos,non hyſtoriæ prophanæ tātùm,ſed manes ſtirpis veſtræ horrendè trucidati; conclamabunt & fundamenta & muri ſi qui ſuperſunt, Ciuitatis Bethleem ſanguine innoxio horum puſillorum obliti,quod propter Chriſtum cruore ſuo terram illam reſperſerūt; quod Chriſtus fuga conſulere ſaluti ſuæ coactus eſt; qd in Ægyptum,vt inaudi tum furorem declinaret,cum matre deſcendit;quod ibi vſque ad mortem ſęuiſſimi Tyranni commoratus, vocante Deo, rurſum in Iudæam redierit:vt adimpleretur,(ait hæc confirmans Angelus,) quod dictum eſt à Domino per Prophetam dicentem,Ex Ægypto vocaui filium meum.

Non habeo hic dicere neceſſe, quod Spiritus S. in ipſum delapſus fuerit. Hoc non aliquis ex noſtris;ſed vnus è veſtris, filius Sancti ſacerdotis Ioānes,(quem veſtri patres pro Chriſto venerati ſunt,ad cuius baptiſmum veſtri à finibus extremis cucurrerunt)oculis proprijs aſpexit, & vobis clara voce denunciauit, dicens: Vidi Spiritum deſcendentem, quaſi columbam de Cœlo,& manſit ſuper eum: Quod omnibus conſpicuus & illuſtris,doctrinam ſuam ſublimem,at vobis abſconditam,miraculis confirmarit;

firmarit; teſtes ſunt claudi, cæci, ſurdi, paralytici, leproſi, ęgroti, febricitantes, dæmoniaci apud vos per eum ſanati, teſtes tot adoloſcentes, tot puellæ, tot Lazari quatriduani per eum à morte & à ſepulchro reſuſcitati: miraculis & inſignibus per eum factis Paleſtynæ vniuerſæ, & Tyri, & Sydonis, & Decapolis, & Samariæ condecorati incolæ eorum teſtes ſunt: Nolo hic adducere in medium, nec cæcum à natiuitate illuminatum; nec Centurionis ſanatum ſeruum, nec Hæmorrhoiſſæ fluxum ſanguinis duodecennalem ſanatum; nec filiam à dæmonio liberatam; nec filiũ Reguli curatum, nec hydropicum ab aqueo humore & à peccatis verbo ſolutũ; nec triginta annis ad piſcinam decumbentem languidum in pedes erectum; nec reliqua ſexcenta quæ Imperio ſuo geſſit, recenſere volo: proſequor cętera.

Sanctitati Meſſiæ acclamare debebant infantes ab vbere pendentes: Quid Chriſto dum Hieroſolymorum vrbem, aſello (vt Propheta prædixerat) inſidens ſolenni pompa ingrediebatur, accidit? Nonne elinguem habentes linguã pueri balbutientes ei cecinerunt hymnos? nonne ei decantarunt? Oſanna in excelſis: Benedictus qui venit in nomine Domini? nõne admirantibus eorum patribus dictum eſt, Si tacuerint iſti, lapides clamabũt? O Chriſte, cur iſti lapidibus inſenſibiliores; ſtupidiores pueris ad mammã ſugentibus, tuæ ſanctitati digna non impendunt præconia? Meſſias ingentia mortalibus conferre debuit beneficia: Quid verò Chriſtus? Viderunt patres veſtri in ſynagoga Nazareth, vbi nutritus fuerat, illum de ſe ex libro Iſaiæ vaticinantẽ: Spiritus Domini ſuper me, propter quod vnxit me, euangelizare pauperibus miſit me, ſanare contritos corde, prædicare captiuis remiſſionẽ, & cæcis viſum; dimittere confractos in remiſſionem, prædicare annum Domini acceptum & diem retributionis: Audierunt illum dicentem, Quia hodie impleta eſt hæc ſcriptura in auribus veſtris, & omnes teſtimonium illi dabant, & mirabantur in verbis gratiæ quæ procedebant de ore eius: Viderunt Patres veſtri illum vbiq; pertranſeuntem & omnibus benefacientem: Teſtificati ſunt illi, De bono opere & de beneficio nõ te lapidamus, agnoſcimus tua benefacta: Meſſias odiũ & inuidiam ſuis beneficijs in ſe concitaturus, ex inuidia, nullam ob culpam ad mortem querendus, triginta argenteis à proditore venundandus, in concilio malignantiũ, iniquiſſimè, crucis morti adiudicandus erat. Qđ Chriſtus turpiſſima crucis morte, clauis & lãcea confoſſus obierit, vos ſubſannãdo confitemini: Quod in humilitate iudicium eius ſublatum ſit: qđ iniuſtam in concilio iniquo ſententiam mortis pertulerit, vobis inclamauit ipſe Iudex vel Ethnicus, vel ab eius familiaritate, notitia, cognatione, gente alieniſſimus: Nullam in eo inuenio cauſam; Inclamauit vobis & ille qui Chriſtum vobis 30. argenteis diuendidit, dum ſanguinis precium in ærarium deferendum retulit; Peccaui, peccaui tradens ſanguinem iuſtum: Inclinauerunt, ipſi manes ab inferis in ſanctam Ciuitatẽ redeuntes,

quod

Pſalm. 71 tus eius longè ante prædixerunt: Vnus.n.dicit, Deſcendet ſicut pluuia in vellus: quo aduétus illius tranquillus & quietus ſignatur: Alter verò, ſym
Iſa. 53. bolicè loquens, Aſcendet ſicut virgultum de terra & ſicut radix erumpet de ſolo ſitienti; Vidimus eum & non erat ei ſpecies Diuina, nec decor regius; quo abiecta eius natiuitas paucis agnita obumbretur: Et alius lo-
Mich. 5. cum in quo naſcendus erat indicat; Et tu, inquit, Bethleem in terra Iuda, nequaquam es minima in principibus Iuda; ex te.n.egredietur Dux, qui reget populum meum Iſrael; & exitus eius ab initio à diebus ſæculi: En Diuinitatem & humanitatem indicat: Nam dum dicit, & exitus eius ab initio, & à diebus ſæculi, ſubſtantiam declarauit quæ ante ſæcula fuit; Cũ autem dicit, Egredietur Dux qui reget populum meum Iſrael, natiuitatẽ ſecundum carnem docet: Vide autem iterum & aliam prophetiam refulgentem: Non ſolum enim quod naſcendus ſit, ſed & quod nobilis locus ille futurus; tametſi vilis & paruus; nequaquam enim, inquit, minima eris in Ducibus Iuda; Item & tempus quo affuturus erat, alius mani-
Geneſ. 49. feſtauit, ſic dicens, Nõ deficiet princeps ex Iuda, neq; dux è lumbis eius, donec veniat qui mittendus eſt, & ipſe erit expectatio gentium; ligans ad vitem pullum ſuum, & ad vitem pullum aſinæ ſuæ: lauabit in vino ſtolã ſuam, & in ſanguine vuæ pallium ſuum: iocundiores oculi eius vino; albiores dentes eius lacte: Vitæ autem Meſſiæ progreſſum, nequaquam etiã vates ſiluerunt Diuini: Mox enim vt enixus fuiſſet, ſtragem quandam & maximam, non populorum quidem, ſed infantium futuram, multis ante temporibus prædixit Hieremias: Vox in Rhama audita eſt, luctus &
Ierem 31. fletus & clamor multus: Rachel plorabat filios ſuos, & conſolari noluit, eò quod non erat: Declinare furorem impiorum fuga in Ægyptum debebat, vt quidam teſtatur: Aſcendet Dominus ſuper nubem leuem, & ingredietur Ægyptum. Rediturus erat ex Ægypto; & hoc ſignificarũt Prophetæ: Ex Ægypto vocaui filium meum: Erat in locis inſignibus manifeſtan
Oſe. 11. dus, vbi ſtatim ſigna faceret & doceret; id ipſum prædictum eſt, ab Iſaia,
Iſai. 9. Regio, Zabulon, terra Nephtalim, populus qui ſedebat in tenebris, vidit lucẽ magnã; ſedenti in tenebris & in vmbra mortis, lux orta eſt eis: Quod
Iſai. 35. doctrinam & cognitionem miraculis confirmaret, idem Iſaias prænunciat; Tunc aperientur, inquit, oculi cæcorum & aures ſurdorum audient, tunc ſaltabit quaſi ceruus, claudus; & clara erit vox inexpeditè loquentium: Alter verò quod ingreſſo Meſſia aliquando in templum, pueri adhuc ab vbere pendentes, & inexpeditam habentes linguã in illum hym-
Pſal. 8. nos occinerent; Ex ore, inquit, infantium & lactentium, perfeciſti laudẽ, dum deſtruis inimicum & vltorem: Quod ſapientiæ ſuæ myſteria ænig-
Pſal 77 matibus & parabolis adũbraturus eſſet, ipſe innuit per Pſaltem. Loquar, ait, propoſitiones à fundatione mundi, eructabo occulta ab initio: Aperiã
Pſal. 44. in parabolis os meum: Quin & ſapientiam eius in concionando Prophetæ prædixit inquiens, Diffuſa eſt gratia in labijs tuis: Et alius iterum, Ecce

intelli-

intelliget puer meus & exaltabitur, & glorificabitur, & valde ſublimis erit: Preterea aduentus ſui inſignia facta cum miraculis, quaſi in ſumma enarrat idē Iſaias, Spiritus, ait, Domini ſuper me, cuius gratia vnxit me; vt euangelizem pauperibus miſit me; vt prędicē captiuis remiſſionem & cæcis viſum. Iſai. 52 Iſai. 61.

Et quod vos, Iudęi, tanta beneficia in vos conferentē, quem nec in par uo nec in magno arguere poteſtis, ſine omni cauſa auerſaturi eſletis, audite Dauid dicentem, Impugnauerunt me gratis, cum oſoribus pacis erā pacificus: Quod eſſet in aſino aliquando Ciuitatem ingreſſurus; hoc etiam olim prædictum eſt, Zacharia ſic dicente, Gaude valde filia Syon, exulta filia Hieruſalem; Ecce rex tuus venit manſuetus, aſcendens ſuper ſubiugalem & pullū nouum: Tradendus erat à participe menſæ ſuę, proditorem agente; vide quomodo & illum reuelauerit Propheta; Qui comedit, ait, panem meum, leuauit ſuper me calcaneū: Erat illum traditurus, non ſimpliciter, ſed vendens ſanguinem precioſum, & pro illo pecuniā accipiens; vt ait per Prophetam; Et appenderunt mercedē meam triginta argenteis: Tradito Meſſia, & voluntariè comprehenſo contra eū quare cogi debuit concilium iniquitate plenum; perquirit Pſaltes cauſam impietatis, Quare fremuerunt gentes & populi meditati ſunt inania: aduerſus Dn̄m & aduerſus Chriſtū eius aſtiterunt; Reges terræ & principes cō uenerūt in vnum: Calūnias & falſos quos miſcebant ſermones, patienter tulit: Sicut ouis ad occiſionem ductus eſt, & ſicut agnus coram tondente ſe, mutus; ſic non aperuit os ſuum: Poſtea iniquām ſententiam mōſtrans latam contra eum, ait, In humilitate ſua iudiciū illius ſublatū eſt. Nullus illi iuſta iudicabit: Mortis verò genus qualenam foret Meſſiæ, ipſe apud Zachariam deſignat; plagas in cruce acceptas demonſtrans: His plagatus ſum, in domo eorum qui diligebant me: Poſtea & cauſam cędis Iſaias recenſet; Nam ſuorum peccatorum gratia non erat paſſurus quæ paſſurus erat; Immaculatus enim erat, ſed pro mundi malis traditus eſt: Vide quo modo hæc duo aperuerit cum dixit, peccatum non fecit neque inuentus eſt dolus in ore eius. Cuius ergo rei gratia occidendus erat? Pro inquitatibus populi; Vulneratus eſt propter inquitates noſtras, attritus eſt propter ſcelera noſtra: Quid lucri à cruce & morte illa? Peccati interitus, vulnerum animæ emendatio, curā & medicina mirabilis; quod & ipſum quomodo prædicat vide, dicit enim, Omnes ſicut oues errauimus; vnuquiſque in viam ſuam aberrauit, & diſciplina pacis noſtræ ſuper eum; & liuore eius omnes nos curati ſumus: Reſurrecturus erat à morte & ſepulchro: Vide quomodo & hoc prædixerunt; Non derelinques animam meam in inferno; nec dabis ſanctum tuum videre corruptionem: Deſcendere debebat in infernum, & omnes diſturbare; Deſcendam, ait, in inferiores partes terræ, & viſitabo dormientes, portas æneas confringam, & vectes ferreos cōteram, & aperiam tibi; The Pſal. 119. Zach. 9. Pſal. 68. Zach. 11. Pſal 2. Iſai. 53 Zach. 13. Iſai. 53. Pſal. 15. Iſai. 45

ſauros

ſauros obtenebratos & inuiſibiles oſtendam tibi: Non erat manſurus in terris poſt reſurrectionem, ſed aſcenſurus ad cœlos: hoc quoque manifeſtarunt dicendo, Aſcendit Deus in iubilatione, & Dominus in voce tubę. Pſal. 67. At quod accenſurus ipſe, non ſtaturus eſſet cum Angelis, neque cum Archangelis, neque cum alijs adminiſtratorijs virtutibus, ſed ſeſſurus ſuper ſedem regiam, audi quid dicat, Dixit Dominus Domino meo, ſede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos ſcabellum pedum tuorum: Occiſores ipſius daturi erant tanti ſceleris pœnas; Tu, ait, Gabriel Danieli, animuerte ſermonem, & intellige viſionem; Septuaginta hebdomades (anni 490.) abbreuiatæ ſunt ſuper populũ tuum, & ſuper vrbem ſanctam tuã, vt conſumetur præuaricatio, & finem accipiat peccatum, & deleatur iniquitas, & adducatur iuſtitia ſempiterna, & impleatur viſio & prophetia, & vngatur Sanctus ſanctorum: Et poſtea ſcito, & animaduerte; ab exitu ſermonis, vt iterum ædificetur Hieruſalem vſque ad Chriſtum ducẽ, hebdomades ſeptem & hebdomades ſexaginta duæ erunt, & rurſum ędificabitur platea, & muri in anguſtia temporum: Et poſt hebdomades ſexaginta duas occidetur Chriſtus, & non erit eius populus qui eum negaturus eſt: Et Ciuitatem, & Sanctuarium diſſipabit populus cum Duce, venturo, & finis eius vaſtitas, & poſt finem belli ſtatuta deſolatio: Confirmabit autem pactum multis hebdomada vna, & in medio hebdomadis deficiet hoſtia & ſacrificium, & erit in templo abominatio deſolationis, & vſque ad conſummationem & finem perſeuerabit deſolatio. Hæc de Meſſiæ aduẽtu, natiuitate, vitæ progreſſu, operibus doctrina, religionis ſtatu, mortis cauſa & genere, ſtatu poſt mortem, vindicta in eius crucifixores, à ſacris prophetis, in veſtra lege probatis dicta ſunt; quod ſcilicet Meſſias

Pſal. 109. Dan. 9.

Recapitulatio. 1. Deus erat & homo, 2. de domo & familia Dauidica, 3. e Virgine incorrupta, 4. ſine tumultu, 5. in Bethleem puſilla, 6. poſtquàm Dux Iudæ defecerat, natus, 7. quod ſpiritu Diuino repletus, 8. quod ipſe mortis infantium fuit occaſio, 9. quod in Ægyptũ fugit, 10. quod ex Ægypto rediens multis in locis manifeſtè apparuit, 11. quod doctrinam parabolis obumbrauit, 12. & miraculis confirmauit, 13. quod ſanctitatem ſuam voce infantili declarauit, 14. quod multa & ingentia contulit mortalibus beneficia, 15. quod odium & inuidiam beneficijs in ſe ſuis concitauit, 16. quod aſello inſidens Ieruſalem ſolenni pompa introiuit, 17. quod participis menſę fraude traditus atque vili precio vẽditus eſt, 18. quod in concilio magnatum patienter falſos ſermones ſuſtulit, 19. quod Iudicio iniquo condemnatus, & in 20. crucem actus, plagis confoſſus, 21. propter peccata noſtra mortuus eſt. 22. Deſcendit ad inferos, 23. rediuiuus egreſſus eſt è ſepulchro: 24. Aſcendit ad cœlos, 25. ſedenſque ad dexteram Dei, 26. pedibus conquaſſauit inimicorum ſuorum capita, 27. diſſipauit Ciuitatem & Sanctuarium, 28. in templo olim magnifico abominationẽ deſolatioais collocari permiſit,

miſit, 29. hoſtias & ſacrificium abrogauit, 30. populumque illum qui eum gratis negauit repudiauit. Hæc de vero Meſſia veſtri patres prædixerunt, talibus cum coloribus delinearunt: per hæc ſymbola, & ſigna in cognitionem eius deuenire nobis monſtrarunt. Conueniant iſta Chriſto qui hodie natus eſt nec ne? modo videamus. & ex his ſignaculis Meſſias ne ſit? vobis oſtendamus: Meſſias, Deus futurus erat & homo: Chriſtus verò qui hodie natus eſt quid? Nonne Deus & homo? Deus profectò & homo, q patribus veſtris, & Diuinitatē, & humanitatē ſuā tot & q̄dē euidentiſſimis argumentis teſtatus eſt: Natus eſt vt homo, ſed ex Virgine intacta vt Deus: Affuit de familia Dauidica vt homo, ſed e cœlis deſcendit etiam vt Deus: Aduenit non fulmina vel fulgetra iaciens e ſuperis, nec concutiens terram, nec rotans cœlum, abſque ſtrepitu terreno, vt homo; ſed Angelos ſuo iubilantes ortui de ſupernis deduxit choris, vt Deus: Vagiebat vt paruulus ligatis manibus & pedibus, repoſitus eſt in præſepi, vt homo; ſed ſtellas in æthere nouas effingebat vt Deus: Conſcribebatur in terris vt homo; ſed nomina electorum ſcribebat in cœlis, vt Deus: Abiectus recumbebat in ſtabulo, vt paruulus; ſed à Magis flexo poplite adorabatur, vt Deus: Si tibi ſenſuum tuorum malignitate indignum videtur Chriſtum Deum natum de fœmina credere Virginem; cogita peperiſſe: Si tibi panni quibus obuolutus eſt fortaſſe vileſcunt; Angelos collaudantes, & multitudinem cœleſtis exercitus admirare: Si præſepe in quo infans iacuit deſpicis; erige pauliſper oculos & nouam in cœlo ſtellam teſtantem mundo natiuitatem Domini, eam contuere: Si credis vilia, crede mirifica: Si de his quæ humilitatis ſunt diſputas; quæ alta ſunt & cœleſtia venerare. Iiſdem enim referentibus, iiſdemq; authoribus de Chriſto Saluatore quæ humilia, & quæ glorioſa ſunt tibi comprobamus: Teſtatur nox illa fœliciſſima nobis hodie anniuerſaria; teſtatur Bethleemiticū ſtabulum, teſtātur paſtores, teſtantur bruta animalia, ſe in præſepio vidiſſe, & ab vniuerſa creatura adoratum eſſe Chriſtum vt Deum: Adorarunt bos & aſinus; venerati ſunt paſtores; laudibus miris extulit Anna & Simeon; procubuerunt in genua ante ipſum Reges Æthyopum; Angeli ipſi de cœlis delabentes concentus ſuauiſſimos in natiuitatem eius cecinerūt; de Virgine Chriſtum natum eſſe; ne forte in ſuſpitionem vertas: Mariam ex ſemine alieno peperiſſe; audi quid Ioſepho vacillanti & de eodem cōceptu Chriſti neſcio quid ſiniſtri opināti, Angelus loquatur, Noli, inquit, timere accipere Mariam coniugem tuam; quod enim in ea natum eſt de Spiritu ſancto eſt; Hoc enim totum factum eſt, vt adimpleretur quod dictum eſt à Domino per Prophetam dicentem, Ecce Virgo in vtero habebit, & pariet filium, & vocabitur nomen eius Emanuel, quod eſt nobiſcū Deus: Angeli profitentur, vos negabitis? Angeli, Chriſtum eſſe virginis prolem annunciant, vos recuſabitis idipſum confiteri? Angeli Chriſtum eſſe illum à Deo promiſſum Meſſiam prædicant, iam in mundum editum

collau-

collaudant, grates Deo referunt; Gloria ſit in excelſis Deo, iubilant; Pacẽ hominibus bonæ voluntatis exoptant; gaudium magnum, quia natus eſt nobis Saluator, euangelizant; vos cæci Iudæi nouum Meſſiam expectabitis? Natus eſt vobis hodie Saluator; Natus Deus & homo, natus de domo & familia Dauidis, de Virgine incorrupta, natus ſine ſtrepitu in Bethleẽ puſilla, in abiectiſſimo omnium loco: Tunc comparuit cum iam deficerent principes veſtri; cum veſtri Romano Imperio ſubditi fuerũt patres: cum prophetia impleta eſt quæ dicit, Non deficiet Princeps à Iuda, neq; Dux à lumbis eius, donec veniat: Nam ſimul vt natus eſt, & deſcriptio orbis prima facta eſt imperantibus Romanis veſtræ genti, & eam ſub ſeruitutem ſuam agentibus: Vbi nunc, dicite mihi, aliquem ex Principibus veſtris veſtræ gentis habetis? vbi Regem? vbi Solium & Ciuitatem Regiã? vbi Ducem? vbi adminus Iudicem vel Pontificem, vel Sacerdotem cuius dominio pareatis? qui ſceptro ſuo vos gubernet? vos ab hoſtibus tueatur? vos in vnam, vt olim, ſanctam cõgreget regionem? Defecit Princeps à Iuda, defecit Dux à lumbis veſtris; Non habetis, vt vos faſſi eſtis, Regẽ, ſed Cæſarem; Cęſareæ poteſtati, Imperio alienę gentis in alienis terris mi ſerè ſubiecti eſtis; quia venit Sylo, quia natus eſt Meſſias: Fruſtra alium Meſſiam præſtolamini.

Quod ſi ad progreſſum vitæ Meſſiæ procedere lubet: Mortis infantiũ quorundam occaſio, futurus eſſet Meſſias. Quid verò Chriſtus? Nonne ſtatim ac mundo apparuit, Hærodem furentem & ſæuientem in puerulos infantes eius gratia vidiſtis? Nonne veſtræ matres deplorandas exequias celebrarunt, ſuper morte filiorum ſuorum, quos, iratus valde Herodes, occidit in Bethleem & in omnibus finibus eius, à bimatu & infra, ſecundum tempus quod exquiſierat à Magis? Si vos ea pernegare pergitis, conclamabunt contra vos, non hyſtoriæ prophanæ tãtùm, ſed manes ſtirpis veſtræ horrendè trucidati; conclamabunt & fundamenta & muri ſi qui ſuperſunt, Ciuitatis Bethleem ſanguine innoxio horum puſillorum obliti, quod propter Chriſtum cruore ſuo terram illam reſperſerũt; quod Chriſtus fuga conſulere ſaluti ſuæ coactus eſt; qđ in Ægyptum, vt inaudi tum furorem declinaret, cum matre deſcendit; quod ibi vſque ad mortem ſęuiſſimi Tyranni commoratus, vocante Deo, rurſum in Iudæam redierit: vt adimpleretur, (ait hæc confirmans Angelus,) quod dictum eſt à Domino per Prophetam dicentem, Ex Ægypto vocaui filium meum.

Non habeo hic dicere neceſſe, quod Spiritus S. in ipſum delapſus fuerit. Hoc, non aliquis ex noſtris; ſed vnus è veſtris, filius Sancti ſacerdotis Ioãnes, (quem veſtri patres pro Chriſto venerati ſunt, ad cuius baptiſmum veſtri à finibus extremis cucurrerunt) oculis proprijs aſpexit, & vobis clara voce denunciauit, dicens: Vidi Spiritum deſcendentem, quaſi columbam de Cœlo, & manſit ſuper eum: Quod omnibus conſpicuus & illuſtris, doctrinam ſuam ſublimem, at vobis abſconditam, miraculis confirmarit;

firmarit;teſtes ſunt claudi,cæci,ſurdi,paralytici,leproſi,ęgroti, febricitantes,dæmoniaci apud vos per eum ſanati, teſtes tot adoloſcentes, tot puellæ,tot Lazari quatriduani per eum à morte & à ſepulchro reſuſcitati: miraculis & inſignibus per eum factis Paleſtynæ vniuerſæ,& Tyri, & Sydonis,& Decapolis,& Samariæ condecorati incolæ eorum teſtes ſunt:Nolo hic adducere in medium, nec cæcum à natiuitate illuminatum; nec Centurionis ſanatum ſeruum, nec Hæmorrhoiſſæ fluxum ſanguinis duodecennalem ſanatum;nec filiam à dæmonio liberatam; nec filiũ Reguli curatum,nec hydropicum ab aqueo humore & à peccatis verbo ſolutũ; nec triginta annis ad piſcinam decumbentem languidum in pedes erectum; nec reliqua ſexcenta quæ Imperio ſuo geſſit,recenſere volo:proſequor cętera.

Sanctitati Meſſiæ acclamare debebant infantes ab vbere pendentes: Quid Chriſto dum Hieroſolymorum vrbem,aſello(vt Propheta prædixerat)inſidens ſolenni pompa ingrediebatur,accidit? Nonne elinguem habentes linguã pueri balbutientes ei cecinerunt hymnos? nonne ei decantarunt? Oſanna in excelſis: Benedictus qui venit in nomine Domini? nõne admirantibus eorum patribus dictum eſt,Si tacuerint iſti, lapides clamabũt? O Chriſte,cur iſti lapidibus inſenſibiliores;ſtupidiores pueris ad mammã ſugentibus,tuæ ſanctitati digna non impendunt præconia? Meſſias ingentia mortalibus conferre debuit beneficia: Quid verò Chriſtus? Viderunt patres veſtri in ſynagoga Nazareth, vbi nutritus fuerat, illum de ſe ex libro Iſaiæ vaticinantẽ:Spiritus Domini ſuper me, propter quod vnxit me,euangelizare pauperibus miſit me,ſanare contritos corde,prædicare captiuis remiſſionẽ,& cæcis viſum; dimittere confractos in remiſſionem,prædicare annum Domini acceptum & diem retributionis: Audierunt illum dicentem, Quia hodie impleta eſt hæc ſcriptura in auribus veſtris,& omnes teſtimonium illi dabant,& mirabantur in verbis gratiæ quæ procedebant de ore eius: Viderunt Patres veſtri illum vbiq; pertranſeuntem & omnibus benefacientem: Teſtificati ſunt illi, De bono opere & de beneficio nõ te lapidamus,agnoſcimus tua benefacta: Meſſias odiũ & inuidiam ſuis beneficijs in ſe concitaturus, ex inuidia, nullam ob culpam ad mortem quærendus,triginta argenteis à proditore venundandus, in concilio malignantiũ,iniquiſſimè,crucis morti adiudicandus erat. Qđ Chriſtus turpiſſima crucis morte,clauis & lãcea confoſſus obierit,vos ſub ſannãdo confitemini: Quod in humilitate iudicium eius ſublatum ſit:qđ iniuſtam in concilio iniquo ſententiam mortis pertulerit, vobis inclamauit ipſe Iudex vel Ethnicus,vel ab eius familiaritate,notitia, cognatione, gente alieniſſimus:Nullam in eo inuenio cauſam; Inclamauit vobis & ille qui Chriſtum vobis 30. argenteis diuendidit, dum ſanguinis precium in ærarium deferendum retulit; Peccaui, peccaui tradens ſanguinem iuſtum: Inclinauerunt,ipſi manes ab inferis in ſanctam Ciuitatẽ redeuntes,

quod

quod iniquè in crucem, Chriſtum inſontē egiſtis: Terra ſuſtinere nequiuit ſcelus veſtrum, ſed contremuit; Sol immanitatem facinoris aſpicere renuens, tenebris in meridie obuolutus eſt: Velum tēpli ſua ſponte diſciſſum eſt; conciſum eſſe à vobis tabernaculi & templi authorem deteſtans: Quod rediuiuus ſurrexerit à ſepulchro, Chriſtus, milites licet à veſtris patribus pecunia corrupti, qui ſepulchrum obſignatum obſeruabant; lumine reſurgentis coacti vociferabantur: Chriſtus iam ſurrexit, Chriſtus iam ſurrexit: Quod aſcenderit ad cœlos; filij & filiæ veſtrę à monte Oliueti aſcendentem in cęlum lachrymis & gaudio proſecuti ſunt: Quod ſedens ad dexteram Dei conquaſſarit capita inimicorum ſuorum; quod diſſiparit Ciuitatē & Sanctuarium; quod hoſtias & ſacrificium abrogarit; quod vos olim ſuum populum repudiarit; vos, voſipſi, ò pertinaces Iudæi, teſtes eſtote: Vbi nunc Ieroſolymorum illa præclara & ſplendida Ciuitas? vbi tabernaculū & ſancta ſanctorum? vbi altare? vbi arca? vbi Cherubin gloriæ? vbi thuribulum aureum? vbi propitiatorium? vbi phiala? vbi pateræ libatoriæ? vbi ignis ille cęlitus demiſſus? vbi apud vos illa veneranda? vbi Pontifex? vbi ſtola & rationale? vbi declaratio? Ne verò mihi iſtos dixeritis Patriarchas, caupones veſtros, negotiatores, iniqtate plenos; Dicite mihi qualis eſt Sacerdos, cum non ſit vetus illud oleum, neq; quicquam omnino veteris ſanctimoniæ? Dicite mihi, inquā, qualis ſacrificus, cū non ſit neque altare, neque cultura, neq; ſacrificiū? Dicite mihi qualis cultus, quod altare, quale ſacrificium extra Hieroſolymam? Nec.n. in vllo orbis loco pmiſit hęc facere, niſi in vnis Hieroſolymis, vt Deuteronomij & Numeri & Regū libri declarant: Cultum ſui Deus vobis redegerat ad victimas; victimas ad certum modum; modum ad tempus; tempus ad vnā Ciuitatem contraxit; Ciuitatem hanc ipſam ſubuertit, vos per totum orbem ad habitandum diſperſit; ſolam Ieroſolymam, in qua ſola licet immolare vobis diruit; vos ab eius habitatione ſegregauit: Solas tubas, cum omnia vobis, eripuerit, vobis reliquit; quibus Deum & ad iracundiam, & ad extremam cladem veſtram encecetis; Quid amplius excutietis? Quid velamen ſuper oculos, ne hodie ſplendentem ſupra Bethleemi ſtabulum ſtellam intueremini ponetis? Quid oculos, ne lumen in tenebris fulgidū conſpiciatis auertetis? Quid aures, ne Angelos, ne Deū ipſum vobis de Chriſto teſtificantes; ne bruta irrationalia, ne dęmones ipſos Chriſtum Meſſiā

Iſai. 42. confitētes audiatis, obturabitis? Surdi audite, & cæci intuemini ad videndum? Hodie ſi vocē eius audieritis ad uos clamantis, Reuertimini ad me, quia ego Saluator veſter; ego Meſſias veſter; ego ſum filius Dei viui; pro ſalute veſtra natus in mundum; nolite obdurare corda veſtra. Hodie ſi vocem Angelorum, ſi clamorem vniuerſi Orbis audieritis iubilantis & prædicantis, Natus eſt nobis hodie Saluator, Nolite obdurare corda veſtra: Crede quia natus eſt, quia in Chriſto ſigna veri Meſſiæ vidiſti, quia tibi illum eſſe verum Meſſiam terra, aer, aqua, ſtellę, orbes cęleſtes, animalia

bruta,gentiles,Iudęi,paruuli,adoleſcentes,virgines, viri, mulieres,iuuenes,ſenes,cæci,claudi, paralytici,ſurdi,hydropici,contracti,ſanguiflui,febricitantes,languidi,dęmoniaci,dęmones ipſi,mortui, Angeli, Deus ipſe de cęlis voce clara denũciauit, Hic eſt filius meus dilectus,ipſum audite.

Natus eſt ergo Meſſias: fruſtra ergo vos ſpes veſtras in alium iactatis: fruſtra Meſſiã in carne præſtolamini: Nõ veniet amplius ad naſcendum, licet veniet ad iudicandum: Et veniet ad iudicandũ,non amplius in paſſibili,ſed in immortali carne; non in Bethleemi ſtabulo,ſed in valle Ioſaphat;non ad plangendum,ſed ad cum gentibus diſceptandũ; non ad ſaluandum,ſed ad perfidos & ſceleſtos puniendum: Non amplius fugiet abſconditus in medio veſtri; non declinabit ab ictu lapidum;ſed dicet, Eos qui noluerunt me ſuper ſe regnare, adducite ad me, & ante oculos meos occidite; & tunc videbitis eum vos qui eum pupugiſtis; & deplorabitis voſmetipſos, quod ſuper eum fuiſtis rebelles & crudeles: Tunc planget terra,(vobis prędicit Propheta,)familiæ & familiæ ſeorſum, familiæ domus Dauid ſeorſum,& mulieres eorum ſeorſum; familię domus Nathan ſeorſum, & mulieres eorum ſeorſum; familię Leui ſeorſum, & mulieres eorum ſeorſum;familiæ Semei ſeorſum & mulieres eorum ſeorſum: Omnes familiæ reliquę,familia & familię ſeorſum, & mulieres eorũ ſeorſum plangent planctu magno: A quo planctu Chriſte paruule per tuas precioſiſſimas lachrymas nos liberare digneris. Amen. Zach. 12.

DOMI-

DOMINICA INFRA
NATIVITATIS OCTAVAS.

Ecce poſitus eſt hic in ruinam, & in reſurrectionem. Luc 2. cap.

PVNCTVM PRIMVM.

Quomodo in ruinam, ſi in reſurrectionem multorum, Chriſtus poſitus eſt?

Cęli Calcagnin. in ſuis operibus.

MAGNVS ille Ferrarienſis Cœlius Calcagninus,
dum Præneſtinenſium antiquitates mira cum
oblectatione animi conſpiciebat, inter reliquas
imagines & ſculpturas miro artificio elegantiſ-
ſimè expreſſas, refert vnam cęteris, & pulchritu
dine, & varia ſecretorum copia eminentiorem
ſe vidiſſe, eiuſmodi figuræ: Cum, inquit, ad dex
teram oculos vertiſſem, ſeſe obtulit tabella ad-
mirabili artificis ingenio variegata: Hic mons
præruptus & confragoſus, cuius verticem planum ac floridum, fœmina
ornatu regio multoq; auro inſignis tenet; Nec ad eam patet vſquam adi-
tus, tanta eſt ſalebrarum immanitas: Ex lateris eius parte aſtabat Deus,
totus oculatus, totus auritus, lupi corio ſemiamictus, pileolo, Laconũ mo
re, tectus, laneis indutus crepidulis: Huic homines excellentes ſacrum fa
ciebant, non thure, non victima, ſed auicula quam noſtri turdum putaue
re: cuius aræ inſcriptum erat, Eide ſato: Dum verò ſacrum fieret, linguis
conſtanter fauebant. Duæ præterea aſſiſtebant matronæ Deo aſtanti; ea-
rum altera tortiles, ac multiuagas explicabat catenas; altera quadrato lapi
de nitens corollas ſubtiles complicabat: At magna vis mortalium poſtq̃
liberum rationis adepti eſſent vſum, ore hiulco ad Regiam fęminam in-
conniuenter aſpirabat, multiq; audacter, magis quàm ſapienter, ſuis viri-
bus freti nitebantur in ſublimia ſcandere; verùm illos ſæuus fruſtrabatur
euentus; Ea enim erat loci conditio & difficultas, vt plurimi in ipſis ini-
tijs; alij poſt diuturnos labores, præcipites ruerent: Qui verò ſacrificium
litaſſent, Matrona illa quæ catenas explicabat, lorum in cuius termino la
pis obſidionalis traiectus erat, demittebat. Hunc Deus ille ori ſupplicum
admouebat, & inſerebat, coarctanteſq; illi labia obſtringebant: Tum di-
ua fœmina ſenſim trahens, in montem prouehebat; quod ſi caſu illi ora ro

ſeraſſent

ſeraſſent, ò infortunatos homines, quibus præſens ruina immincbat, & quicquid eouſque itineris exantlarant, deperibat: At qui, fortuna meliori ſuffragante, eò perueniſſent, tum demum corona cingebantur, ac magno plauſu, è poculo, quod Regia fœmina propinabat, epotabant, perpetuumque æuum, poſt hac ſolutum curis magna cum fœlicitate tranſigebant.

Admiranda ſanè & digna contemplatione, referta ſummis myſterijs, figura in cuius aſpectu & diligenti obſeruatione, noctes, dieſque perſeuerare homines deberent; Antiquitas ſiquidem illa ſapientiſſima, ſecretorũ à Patribus acceptorum, ſub velatis vmbris (ne ab infidelibus ignaris deriderẽtur) cuſtos fideliſſima; abſtruſa, præclara, ſuprema myſteria in ea adũbrauit: Accipite totius ſeriem picturæ.

Conſpexiſtis fœminam in altiſſimo montis prærupti vertice Regio habitu, aureo ſubſellio inſidentem; fęlicitas & beatitudo omnium ſuprema eſt; in montis illius ſtelliferi apice collocata: Hanc Deus alti potens, qui omnia conſpicit, omnia comprehẽdit, omnium vel intimos audit motus, ab æterno complectitur: Dei.n. vita nihil beatius, nihil omnino bonis omnibus affluentius cogitari poteſt: Sua etenim potentia & virtute, & maieſtate gaudens, ſemper eſt tum in maximis, tum in æternis voluptatibus: Huic aſſiſtunt duæ illæ præclariſſimæ, fœminco nomine vocatę, virtutes, Miſericordia & Iuſtitia: Altera earum coronas ſplendentes ad beatitudinem anhelantibus complicabat, altera verò catenam gratiæ auream, (in cuius termino lapis ille, precioſiſſimus noſtræ ſalutis obſes & pignus,) de alto hominibus demittebat. Ad hanc fœlicitatem, quia natura omnibus quidem mortalibus ardentem cupidinem, nemini verò fidei religionem qua Deo bonorum largitori; litandum eſt, indidit omnes quidem ſumma cum animi auiditate beatitudinem deſiderant; oẽs vt fœlici perfruantur ſtatu, totis naturę viribus, pauciſſimi verò religioſa in Deũ fide contẽdunt; pauci & illi tantum excellentiſſimis gratiæ ornati donis, illi qui nõ thure, non victima, ſed animo ad ſuperos euolante, ſed fidei & charitatis aliarumque virtutum deargentatis pennis cooperta anima, ſacrificia offerunt Deo ſuauiſſima, ad cœleſtem fœlicitatem adire exoptant: Quocirca illi qui ſolius inſtinctu naturæ, audacter magis quam ſapienter nituntur ad ſublimia, cupito fruſtrantur euentu: Cœli.n. altitudo, & beatitudinis conditio ea eſt, vt nemo ad eam ſuis fretus viribus pertingat, ſed plurimi in ipſis initiis, alij poſt diuturnos labores, præcipites ad inferna corruunt: Illi verò qui fidei virtutumq; alis, vt volucres, ad ſydera mente elati, poſtquam laudis Diuinæ ſacrificium Deo obtulerunt, ſi lapidem cœlitus demiſſum, & à Deo gratiarum authore ori animæ applicitum Chriſtum, intimè amplexi fuerint, huius lapidis virtute agiles effecti, ad altiſſimum fęlicitatis locum pertrahuntur: Si verò Chriſtum ore quidem confeſſi fuerint, externè attigerint, ex corde autẽ omnibus peruio atque aperto prorſus reiecerit, ò infortunatos homines, quibus pſẽs ruina imminet, quos

lapis ille qui eos ad cœlum attollere debebat, ad infimum barathri detrudit.

Iam, vt arbitror, præmeditari poteſtis, illius quam initio propoſueram, quæſtionis, ſolutionem: Poſitus eſt Chriſtus lapis iſte precioſus in ruinã, & in reſurrectionem multorum: In ruinam eorum, qui poſtquam ſibi de ſuper miſſum Chriſtum, repudiarũt, & quaſi ori ſuo impoſitum euomuerunt; vel, vt Pſaltes ait, à ſuo ſpirituali ædificio reprobauerunt: In reſurrectionem verò illorum, qui ipſum caſto corde receperunt, & ſtrictis animæ brachijs amplexi ſunt, illorum, qui in ipſum crediderunt, ſperarũt, ipſum totis viribus dilexerunt, in eo nixi ſummum cœlum conſcenderunt: Poſitus eſt in ruinam incredulorum; in reſurrectionem verò credentium: In ruinam poſitus eſt, non quod cuipiam occaſio vel cauſa ruinæ ſit; [a] Excidit enim Spiritus ſanctus de monte illo excelſo, [b] Beatæ Virginis vtero, lapidem Chriſtum, & [c] eum vnctione chariſmatum perfudit, [d] & ad ſaluandum omnes non ad perdendum demiſit; Spiritus Domini ſuper me, eò quod, (loquitur de ſe hic lapis) vnxerit me, ad annunciandum manſuetis demiſit me, vt mederer contritis corde, & prædicarem captiuis indulgentiam & clauſis apertionem, vt prędicarem annum placabilem Domino, & diem vltionis Deo noſtro, vt conſolarer omnes lugentes, vt ponerem fortitudinem lugentibus Syon, & darem eis coronam pro cinere, oleum gaudij pro luctu, pallium laudis pro ſpiritu mœroris; & vocabũtur in ea fortes iuſtitiæ, plantatio Domini ad glorificandum: Et ſuper me ædificabunt deſerta à ſæculo, & ruinas antiquas erigent, & inſtaurabunt Ciuitates deſertas, diſſipatas in generationem: Dedit Deus in fundamẽtum Eccleſię lapidem Chriſtum, in quem credere, à quo ſalutem noſtram expectare, à quo ad ſummam cœlorum arcem aſſumi debemus: [e] Hæc dicit Dominus Deus, Ecce ego mittam in fundamentis Syon lapidem, lapidem probatum, angularem, precioſum, in fundamento fundatum; Qui crediderit, non feſtinet; & ponam in pondere iudicium, & iuſtitiam in mẽſura, & in eo delebitur fędus veſtrum cum morte, & pactum veſtrum cum inferno non ſtabit: Quandocunque lapis iſte pertrãſierit, tollet vos: quoniam mane diluculo pertranſibit in die, & in nocte; & tantummodo ſola vexatio intellectum dabit auditui: Huius lapidis meminit Zacharias [f] dicens, Ecce lapis quem dedi vobis, & ſuper eum ſeptem oculi ſunt, hoc eſt, ſeptem illa dona Spiritus ſancti, quæ Iſaias recenſet: Ex hoc lapide tãta vbertas limpidiſſimæ aquæ gratiarum emanat, vt & antiquorum & noſtrum omnium, & eorum qui præceſſerunt, & qui ſunt, & qui ſubſequentur ſitim animæ expleat: Veteres enim illi Patres [g] bibebant de ſpirituali conſequente eos petra: Petra autem erat Chriſtus. Hic eſt lapis in quo eximius ille Patriarcha Iacob [h] reclinauit caput, quando in ſomnis vidit glorioſam ſcalam ſublimem erectam, cuius altera pars erat ſuper terram, altera cœlos tangebat; per quam illi qui ſumma fœlicitate fruuntur, ad Deũ ſcalæ

Allegoria de Chriſto ſub lapidis Symbolo.
a Dan. 2.
b Hier. in Dan
c Gen. 28.
d Iſa 61.
e Iſa. 28.
f Zach. 3.
g 1. Co. 10
h Gen 28

ſcalæ innixum aſcendebant & deſcendebant: Super hunc lapidem cuiuſ- Pſal. 39.
dam ſtatuerat pedes, [i] ſtatuit, inquit, ſupra petram pedes meos: alterũ ve- Pſal. 26.
rò ſuper eundem eleuarat. [k] Protexit me, ait in abſcõdito tabernaculi ſui,
in petra exaltauit me: alterius refugium in eo poſuerat; petra, inquit refũ
gium erinacijs; peccatoribus. ſ. ſpinis vitiorum opertis: omnibus verò no
bis, Princeps Apoſtolorum Petrus ab hoc lapide ſalutem contingere aſ-
ſeruit; Hic eſt, ait, lapis qui reprobatus eſt à vobis ædificãtibus qui factus
eſt in caput anguli, & non eſt in alio aliquo ſalus: Nec. n. aliud nomen eſt
ſub cœlo datum hominibus in quo oporteat nos ſaluos fieri: Talem ergo
lapidem probatum, angularem, precioſum, in terrarũ orbem demiſit ſpiri
tus ille Diuinus, in quo totius noſtræ ſalutis ſumma cõſiſteret: in quo om
nes iuſtitiæ noſtræ, velut ſpiritualis ædificij prçcelſi parietes conſurgerẽt:
à quo gratiæ viuificãtis, ſaliens in vitam fons ſcaturiret; ex quo meritorũ
ſcala pertingeret cœlorum ad vſque verticem: ex quo torrentes aurei mul
tiformium promanarent donorum Spiritus; per quem ſibi mederentur
contriti, & captiui liberarentur; per quem, vt magnetem quendam, occlu
ſæ clauſis aperirentur portæ: propter quem, vt noſtrę fidei obſidem, nobis
offenſus placaretur Deus; propter quem lapidem, vt noſtræ redemptionis
pignus, cinere noſtro capiti reſperſo, coronam immortalitatis & ſempiter
ni decoris diadema imponeret, pallioq; fulgoris olim mærentes, circum-
amiciret: per quẽ fœdus noſtrum olim cum morte initum, ſempiterna dele
ret obliuione, atque pactum quod pepigeramus cum inferno, confractis
ferreis eius vectibus irritum faceret: per quem ori noſtro, ſed diluculo,
ſed in nocte, ſed in requie ſenſuum & affectuum, inſertum, nos ad ſu-
premum fœlicitatis montem pertraheret, & gloria honoreque cinctos è
ſuauiſſimo à ſede Dei & agni profluente latice nos inebriaret; Talem de-
dit nobis Deus Chriſtum Saluatorem, qui veniret ſaluare, non perdere;
redimere, non in captiuitatem tradere; à peccatis emundare, non in pec-
catorum fœcibus inuoluere; cui proprium eſt erigere eliſos, non allidere
erectos: illuminare cæcos, non illuminatos occæcare; denudatos veſtimen
tis gratiæ operire, non decenter ornatos ſpoliare; non vulnerare, ſed ſau-
cios ſanare; non occidere, ſed viuificare occiſos: Talis eſt Chriſtus qui nõ
in barathrum inferni vel in fauces Satanæ animas protrudere; verũ è fau
cibus Satanę & barathro inferni protruſas eripere deſideret: qui non,
de cœlis electos exturbare, ſed è cœlis expulſos ad cœlos reducere vellet:
Ecce ſeruus meus, ſuſcipiam eum, ait Deus; electus meus, complacuit ſibi Iſa. 42.
in illo anima mea; dedi ſpiritum meum ſuper eum: Non clamabit, non ac-
cipiet perſonam, non audietur vox eius foris, non conteret calamũ quaſ-
ſatum, & lignum fumigans non extinguet, in veritate deducet iudicium:
Ego Dominus vocaui te in iuſtitia, & apprehendi manum tuam & ſerua
ui te: Et dedi te in fœdus populi, in lucem gentium, vt aperires oculos cæ
corum, & educeres de concluſione vinctum, de domo carceris ſedẽtes in.

 tene-

tenebris. Ipſe poſtmodum Chriſtus, diſcipulis ſuis interrogantibus,
Luc. 9. an vellet vt ignis deſcendens de cœlo conſumeret quoſdam Ciues Samaritanorum; quod ſuum officium eſſet, reſpōdit, increpans illos & dicens, Neſcitis cuius ſpiritus eſtis? Filius hominis nō venit animas perdere, ſed ſaluare: Inſanitis; Ignoratis munus meum; Munus meum eſt, bonorum non malorum initium eſſe: Munus meum eſt ſaluare & erigere, non deprimere, non damnare; ego veni vt vitam non mortem habeant & abundantius habeant: in hoc natus ſum vt gratiarum liberalis largitor, non illator pęnarum ſeuerus ſim: ego de cœlis ad terras deſcendi, vt collapſum in terras hominem, de terra ad cœlum eleuarem; veni in reſurrectionem multorum, non in ruinam: Nemini mandaui impiè agere; omnibus inhibui ſcelera & facinora patrare; omnibus præcepi bene facere; omnibus ſcintillam boni ſuccendentem ad virtutem & retrahentem à malo à natura indidi: cum auxilio communi inſtigante & adiuuante ad bonum, nemini deſum: gratiā meam, qua & inchoare & perficere opus bonū queāt, pręſto ſum, ſi ipſi tātum velint, communicare: hinc plurimas peccandi occaſiones ſuſtuli; inde Angelos in cuſtodiam omnium ſingulis ſingulos, qui malos arcerent ab eis ſpiritus; qui hortarentur ad ſanctimoniam; deferrent mihi illorum deſideria; animas inſuper qui in meum deportarent ſinum, delegi & deſtinaui: Ipſe quid perficiam, videtis quid facturus ſum aſpicietis. Me ſalutis non ruinæ humanæ auidum teſtabuntur liuores, plagæ, vulnera, corpus lacerum, ſpinis cruētatum caput, manus clauis perforatæ, latus & cor ipſiſſimum cuſpide duriſſima confoſſum, ſanguis innocuus effuſus, anima ipſa tradita, mors ad vltimum & turpiſſima & acerbiſſima, quam pro ſalute animarum lubens ſubibo, me ſalutis, non caſus humani cupidine ardere fatebitur: Egone damnarem hominem qui ſanguinem in redemptionem eius fudi? ego perderem? qui pro eo tradidi animam meam? ego allidere m? pro quo ad crucem alliſus ſum? ego pedem vt caderet, ſupplantarem? propter quem vt ſurgeret, & mortuus fui & ſurrexi? Non vtique: Filius hominis non venit animas perdere ſed ſaluare: In reſurrectionem veni, non ruinam: Quod ſi aliqui turpiter cadunt; ſi grauiter colliduntur, non ego qui cadenti ſuppono manum ne collidatur
Pſal. 36. (apud Dominū enim greſſus hominis dirigentur & viam eius ſtabiliet; cū ceciderit nō collidetur, quia Dominus ſupponit manum ſuam) manu mea illos non proſterno, vel calcibus deijcio meis; perditio illorum ex illis eſt, ruina eorum ex ipſis eſt; eò quod me ex ore ſuo vomuerunt, me meamq; gratiam repudiarunt; me meamque, qua illos ad me pertrahebam, aureā torquem reſpuerunt; ex anima ſua reiecerunt; eò quia me ore, ad aduentū dæmonis aperto, à ſe pepulerunt; manibus verò operoſis, gratiæ catenam retinere noluerunt.

Lib. 6. in Ioan c. 21 Poſitus eſt in ruinam, aiebat Cyrillus Alexandrinus, eorum qui impegerunt in lapidem offenſionis & petram ſcandali, incredulitate mentis

ſuæ

ſuæ & obſtinati animi duritia credere in ipſum renuerunt: In reſurrectio nem verò illorum, qui doctrinā eius amplexi ſunt, & mandata ſeruarunt, per quæ ab imo barathro damnationis ad virtutum culmen, & cœli demum celſitudinem ſubuecti ſunt: Sicut ēt venit in iudicium in hunc mūdum, vt qui non vident, videant, & qui vident, cæci fiant. Qui non vidēt; Qui non videre ſe putant, & quærūt vt videant, interiori lumine illuſtrētur, & ad fidei veritatiſque perducātur cognitionem: Simplices enim, & humiles, ſuam confitentes & agnoſcentes ignorantiam à Chriſto illuminati ſunt: Et vt videntes cęci fiant; vt qui putant ſe videre, & medicum non quęrunt qui ipſos illuminet, cū in magna cęcitate verſentur, permaneant in ſua incredulitate & tenebroſitate errorum: quales erant ſuperbi ſapientes & Phariſęi, qui ſapientes erant in oculis ſuis, & apud ſemetipſos prudentes. Sanè vt Paulus ait, dicētes ſe eſſe ſapiētes; ſtulti facti ſunt. Rom. 1.

Ad eūdem modum reſpondet Auguſtinus, dicens, Simeon vir ſanctus & Diuinis oraculis commēdatus, per Spiritum ſanctum locutus eſt, quid futurum eſſet hominibus ex cauſa Chriſti, vt ruina eſſet his, qui cum ſibi videtentur ſtare per obſeruantiā & peritiam legis, diffidentia tamen operum Chriſti, caderent deſolati à promiſſione patrum: Illis autem qui nullius prope dignitatis eſſent in lege, credentibus verò in Chriſtum, reſurrectio in Iſrael; vt digni Deo fierent qui prius indigni & inutiles erant; & reprobarentur qui aliquid eſſe putarentur: Non enim legis Doctores, non Scribæ, nō Phariſęi, ſed ſimplices turbę, ignari piſcatores, ſecuti ſunt Chriſtum: Hi verò Sancti Patres non ex proprio ingenio excogitarunt, ſed à Paulo vniuerſi orbis doctore acceperunt hanc reſponſionem: Is etenim, dum fortè ad hoc Simeonis vaticinium reſpexerat, menteque conſpiceret quorundam perplexos animos dicere, Quomodo Chriſtus in ruinam? ſi Chriſtus in reſurrectionem? Reſpondet, verbum crucis ſtultitia, & virtus Dei eſt: Sed quomodo ſtultitia, ſi virtus? vel quomodo virtus ſi ſtultitia? Ne mireris, ait; Verbum crucis ſtultitia eſt, ſed pereuntibus: verbum crucis virtus Dei eſt, ſed his qui ſalui fiunt: Morbo affectis hominibus etiam ſalubres cibi iniucundi; latronibus & amici & conſanguinei graues: vt ſępenumero non modo non cognoſcantur, ſed videantur eſſe moleſti: Haud aliter his, quorum animę pereunt, euenire ſolet; ſiquidem quę ad ſalutē conferunt, ignorant; & qui ſui curā ſuſcipiunt, moleſtos arbitrantur: quod non rerum natura fit, ſed illorum morbo: Non ex natura crux ipſa, ſtultitia eſt, ſed pereuntium morbo: non ex ſua natura Chriſtus eſt ruina & ſcandalum, ſed ſcandalizantium ſe & cadentium vitio: Vt claros ſanoſq; oculos habentes, à ſolis ſplendore lūmen recipiunt, à quo qui lippis ſunt oculis, offenduntur: ſic viri pręſtātes luce illa Diuina, quę ait, Ego ſum lux mundi, illuminabātur; qua impij & flagitioſi in maiorē animi cęcitatem, non ex natura luminis, ſed oculorum ſuorum ęgritudine incurrebāt; Calx & Agates lapis, authore Plinio, aqua icaleſcūt & icēdunt,

Li. de quęſtio. vet. & noui teſt. q. 73.

1. Cor. 1.

qua omnia refrigerantur, & humectantur: Ita aqua à petra Chriſto profluente,pij ſitim rerum humanarum extinguebant, & animarum refrigerium comparabant,impij verò non natura aquæ, ſed malitia,& odio inflā-
Simile. mabantur: Vt lapis in terra proiectus offendit pedem,nō natura ſua, ſed vitio impingentis;ſic Chriſtus ruina fuit multorum non à ſe,ſed à peccato in eum offendentis: Quare dum ipſe Deus promittebat ſe daturum hanc precioſiſſimam petram;Dominum,inquit,exercituum ipſum ſanctificate;ipſe erit vobis in ſanctificationem; in lapidem autem offenſionis, & in petram ſcandali duabus domibus Iſrael, in laqueum, & in ruinam habitantibus Ieruſalem: poſtquam dico hæc locutus eſt,non dixit,offendet ex eis plurimos,ſed ex eis in eo plurimi offendent: non dixit,proſternet multos,ſed in eo cadent;non dixit,conteret aliquos,ſed in eo conterētur: vt ſcilicet innueret, Chriſtum non ſuapte natura, ſed peſſimo vitio in eum impingentium, in ruinam multorum eſſe poſitum: Et ex eis offendent,inquit,plurimi, & cadent, & conterentur, & irretientur, & capientur.

a li. de ſer uo arb b lib.1. In ſtit.ca.18. Reperietur ne modo quiſpiam [a] Lutherus vel impius [b] Caluinus, qui blaſphemis vocibus bonitati Saluatoris noſtri oblatrare perget? Perget ne adhuc ſceleſtiſſimum illud iactare paradoxum;Chriſti opus fuit,vt vocatio Pauli,ſic Iudæ proditoris impietas? Chriſtus vt in reſurrectionem, ſic in ruinam multorum poſitus eſt? Chriſtum eſſe poſitum ex ſua natura in reſurrectionem multorum, in ruinam verò non ex ſua natura, ſed peccato offendentium,ſed ſcelere cōtradicentium,Diuina eloquia,S.Patres, Apoſtoli,Prophetæ,Chriſtus ipſe,Deus inſuper & ille qui eum genuit,& ille qui Chriſtum demiſit in mundum, teſtantur & apertè proclamant, quid vos, veſtramet natura perditi, Chriſtum ſuaptè natura perditionis cauſam eſſe, inſanientibus linguis vociferamini? Perditio tua ex te, ait Deus; Ruina tua ex te: Calamum qui iam à dæmone, vel ſuo ſpontaneo motu quaſſatus eſt,Chriſtus non conteret; & illum cōteret,qui ſtat in culmo virtutum erectus? Linum fumigans quod iam conceperat Diuini ardoris ſcintillam non extinguet: & illum extinguet qui iam non fumigat, non leue etiam quid:committit,ſed perfectè amoris ſuccenſus flamma ardeſcit? Ignem venit mittere in terram,nihil voluit vt arderet;& ille ventum refrigerantem peccati ab aquilone in animam perflabit? Eſt animus ſaluare,non perdere,vt ipſe indignatione etiam percitus diſcipulis vindictam expetentibus,fatetur:& vt in reſurrectionem, ſic in ruinam poſitus erit? Cuique ex ſcripturis perſpicuum eſt;quid nam egerit Chriſtus,vt Iudam à teterrimo illo facinore cohiberet: Vt illum à præſentiſſima & ea ſempiterna perditione præſeruaret: Atq; illud in primis, vt pœnitentiæ
Hom. 82. in Matth. occaſionem,ait Chryſoſtomus,latēti meliorem præberet, quod omnibus ſuis charis in vnum congregatis,non illum digito prodidit, non dixit,Iudas me traditurus eſt;Sed vnus ex vobis,qui vbique mecum fuiſtis, quorum

rum

rum pedes laui, quibus meipſum credidi, me meaque omnia, meum corpus, meum ſanguinem, animam, Diuinitatem, regnum, beatitudinem, cõmunicaui, quos Principes mundi conſtitui, quib. tot tantaq; & tam ineffabilia pollicitus ſum; vnus ex vobis tradet me: Et cum ſe beneficiorũ enumeratione nihil profeciſſe videret, adiungit horrorem pęnarum, vt illum à concepto deterreret ſcelere: Vę, inquit, homini illi per quem filius hominis tradetur; bonum erat ei, ſi natus non fuiſſet homo ille: Deinde vbi eũ aſpexit eò proceſſiſſe, vt perfido oſculo illum traderet, amica admonitione & blanditijs à ſacrilegio dehortatur, Iuda? oſculo tradis filium hominis? Amice? ad quid veniſti? Cum ergo tot, & talia Chriſtus vt Iudam à præcipitio iam iam labentem retineret, fecerit; erit veſanus aliquis, qui nefandas ſparget voces, Chriſti opus fuit vt vocatio Pauli, ſic Iudæ: ò diabolicas fauces, ò voces nefandas, proditoris impietas? vt iuſtificatio Magdalenæ, ſic Iudæ perditio? vt multorum reſurrectio, ſic Iudæ ruina? Sileat improbum os, conticeſcãt ſceleſtæ fauces, lingua impia obmuteſcat; Chriſtus Iudam ad ſcelus non adhortatus, ſed dehortatus eſt: ad præcipitium non impellebat, ſed retrahebat; vt eum traderet non perſuadebat, ſed diſſuadebat; non Chriſtus Iudæ, ſed Iudas ſibijpſi laqueum collo iniecit, ſeque ipſemet, ob facinus ab eo ſponte patratum, ſponte ſuſpendit: Peccaui, ipſe fatetur, tradens ſanguinem iuſtum: Peccaui, ait, propria voluntate feci, nullo me impellente, nullo cogente, nemine proponẽte, nemine ſuadente, libero vſus arbitrio, (peccatum.n.non eſt, quod voluntarium non eſt) ad vos pontifices proceſſi, à vobis precium ſanguinis ego exegi, dicẽs: Quid vultis mihi dare, & ego eum vobis tradam? ego eum vobis non ſemetipſum Chriſtus per me; non Chriſtus Deus per me, ſed ego, ego, eum vobis tradam: Chriſtus ergo non æquè Pauli vocationem & Iudæ impietatem; imo Iudæ impietatem nunquam operatus eſt: Chriſtus non æquè vt in reſurrectionem, ſic in ruinam multorum poſitus eſt. Niſi forte ab Origene edoctus, dixeris, Chriſtum poſitum eſſe in reſurrectionem virtutum, & ruinam vitiorum: Ad hunc enim modum non eo inficias, Chriſtum ad vtrumque æquè poſitum eſſe; & reſurrectionem virtutum, & vitiorum ruinam: Dicebat Deus, percutiam, ait, & ego ſanabo; ego occidam, & ego viuere faciam: Libenter, dicit Origenes, habeo vt interficiat me Deus; quando enim in me vetus homo eſt, & viuo adhuc quaſi homo; cupio vt occidat in me Deus veterem hominem, & viuificet me ex mortuis: Primus enim, ait, homo de terra terrenus; ſecundus homo de cœlo cęleſtis: Sicut portauimus imaginem terreni, portemus & imaginem cœleſtis: Secundum hunc ſenſum, intelligitur & illud, In iudicium ego veni in mundum iſtum, vt qui vident, cęci fiant; & qui non vident, videant: Habemus in nobis omnes homines & viſum, & cœcitatem: Adam, & videbat, & non videbat: Eua quoque antequam aperirentur oculi eius, vidiſſe deſcribitur: Vidit, inquit, mulier lignum, quia bonum ad comedendum,

Alia quæſtion. expoſitæ ſolutio.

Hom. 16. & 17. in Lucam.

dum,& optimum oculis ad videndum,tollẽs de fructu ligni comedit, & dedit viro ſuo,& comederunt:Igitur non erant cęci,ſed videbãt:Deinde ſequitur,& aperti ſunt oculi eorũ,Ergo cęci fuerant;non videbant,quorũ oculi poſtea ſunt aperti:Sed qui bene ante viderant, poſtq̃ Domini mãdatum prętergreſſi ſunt,cęperũt videre male; & aſpectum obedientię ſubripiente delicto, poſtea perdiderunt: Ego ſic intelligo & illud quod dicit Deus,Quis fecit mutum & ſurdũ? videntem & cęcũ? Nonne ego Dñs. Eſt oculus corporis quo terrena iſta conſpicimus; oculus ſecundum ſenſum carnis de quo ſcriptura dicit, Fruſtra incedis inflatus ſenſu carnis: Cui habemus alium contrariũ,meliorẽ & Diuina ſapientẽ; qui,quia cęcus in nobis erat,venit Ieſus vt faceret eũ videre;vt qui non videbant,viderẽt; qui aũt videbant,cęci fierent.Iuxta hunc ſenſum,& hoc quod nunc habemus in manib.eſt intelligendum,Ecce hic poſitus eſt in ruinam,& in reſurrectionem multorum:Habeo aliquid in me quod male ſtat,& peccati ſuperbia ſe erigit;hoc cadat,hoc ſubruatur;Quod ſi ceciderit,quod ante ruerat, ſurgens ſtabit:Interior homo meus quondam iacebat proſtratus,& exterior ſtabat erectus:anteq̃ crederem in Ieſum,bonum in me iacebat; malũ ſtabat: Poſtquàm ille venit, tunc quod in me malum fuit,corruit; Huius aũt,vtilis ruina facta eſt:Et de hac ruina dicitur; Vbicunq; fuerit cadauer, illic congregabuntur aquilæ:Cadauer quippe à caſu nomen accepit:Vna hęc eſt ruina ad quã primò venit Ieſus, nec poteſt facere reſurrectionem niſi ruina pręceſſerit: Venit ante deſtruere quod in me malum fuit;vt illo mortificato & deſtructo,conſurgat in me & viuificetur id quod bonũ eſt: Quam ruinam in omnibus vobis vt Chriſtus efficiat, ſanè toto ſpiritu percupio: Chriſtus.n.ad eum ſenſum æquè venit vt in reſurrectionem,ſic in ruinã: Hęreticus es & incredulus? cadat in te hęreſis & infidelitas:Diligebas mundum? primùm in te amor ſæculi corruat:Contempto Deo,obtemperabas Satanæ? extirpetur ex te contemptus Dei & obedientię dęmonis:Peccator eras? cadat in te peccatum; vt poſſis dehinc reſurgere & dicere, Si commortui ſumus, & conuiuemus; ſi mortis, ſimul & reſurrectionis conformes erimus: Si cecidimus,& reſurgemus ad illum ſummæ fęlicitatis ſupremum montem; virtute obſidiani p̃cioſiſſimi lapidis Chriſti Ieſu, beatitudine ineffabili fruẽtes in ſempiterna ſæcula.

Amen.

Ecce

Ecce hic poſitus eſt in ruinam, & reſurrectionem multorum.

PVNCTVM SECVNDVM.

Si CHRISTVS *abſque crimine, quomodo in ſcandalum poſitus?*

IS vitæ candor, ea morum integritas & compoſitio, Chriſti Saluatoris noſtri fuit, vt nulla vel erroris, vel ignorantiæ, vel malitiæ minima licet labe aſpergi, vel inſimulari potuerit: Manibus ſiquidem Diuinis abſq; humana opera, cum è ſublimi illo ſanctitatis monte, virgineo, ſ. vtero, exciſus, atque exſculptus fuerit lapis ille precioſus angularis; Ecce lapis, ait Deus, quem dedi coram ſummo Sacerdote; ſuper lapidem vnum ſeptem oculi ſunt; ecce ego cęlabo ſculpturam eius, ait Dominus exercituū: Diuinum verò opus omnibus numeris eſſe abſolutum, nemo eſt qui temerario perneget ore; nemo eſt qui Chriſto aliquid vel turpe, aut minus decorū, vel ſordidum, vel næuo peccati deſiguratum affingere queat: In eo.n. æternę virtutis artificio, impreſſa eſt figura Diuinitatis; in eo cęlata eſt ſculptura illa, qua nihil ſublimius, nihil ſpecioſius vel inueniri vel cogitari poteſt: illius menti connexa eſt imago prototypa, ad quam omnes omnium perfectiones efformari debent; ſecundum quam omne quod in rationalibus eſt, & expetendum & perficiendum eſt; quæ eſt lumen, norma, amuſſis et finis omnium, quæ à quouis mortali & immortali, rectè, moderatè, ſumma cum honeſtate & ęquitate deſiderantur: Huic ſpecioſiſſimo lapidi, datus eſt ſeptiformis oculus multiplicis ſcientiæ; quo quid agendum, ad bene beateq; viuendum; quid magno moliendum animo; quid inuicta virtute aggrediendum; quomodo religio, iuſtitia, obedientia cęteraque omnia quæ ad ſplendorem conferunt animæ obſeruanda; quem ad modum Deus venerandus, diligendus proximus, animus Diuino dignus munere excolendus ſit contueatur: Addidit Deus huic lapidi precioſo, naturę pōdus, quo ad Diuinos actus ſua ſpōte, impetu quodā feratur; addidit fulgorem gratiæ; Vidimus.n. eum plenum gratiæ & veritatis; plenum & in anima & in corpore; corporaliter ſiquidem in eo etiam plenitudo Deitatis inhabitauit: Quocirca in ipſo non erat, mali origo, ignorantia; omnis.n. cogitatio motuſque animi eius, in contemplanda inſculpta ſibi Diuinitatis imagine verſabat, vt nec errare, nec labi, nec decipi potuerit: Nō in eo radix peccati, ſeditio; non impium bellum in membris, non affectus parū obediens rationi, non cupiditas cum cupiditate pugnans; non concurſus cogitationis cum cogitatione; non velut in confinio cupientis ac pęnitentis aſperitas, ac turbulentia cum delectatione; ſed amica pacataq; omnia,

Allegoria lapidis.
Zach. 3.

Cęlata ſiue expreſſa, ſiue abſcōdita interpretaberis.

omnia

omnia ſumma cum dignitate, cum ſplendore ſummo, ſumma cum rectitudine, perfecta; ita vt propter vitæ candorem, propter integritatem morum, ſit veluti gemma precioſiſſima, artificio manus Diuinæ cęlata, & omnifaria donorum pulchritudine exornata, in qua nihil ad ſplendorem, nihil ad honeſtiſſimam viuendi rationem deſiderari queat. Talem igitur lapidē cum in manus tuas, ô Sancte Sacerdos, dederit Deus, quid eſt quod ipſum geſtās in tuis brachijs, de eo vaticinaris, Ecce hic poſitus eſt, in ſcādalum multorum? Diuinam in eo impreſſam eſſe formam, Diuino digito illum eſſe cęlatum deprehēdis: Ad imaginem Dei imitandam, omnes totis neruis contendere debent; Diuini artificij opus perfectiſſimū & abſolutum eſt; quomodo iſte lapis erit in ſcandalum? Scādalum dare alteri, eſt alterum admonere, vel inducere, vel pertrahere exemplo ad peccandum: Chriſtus neminem monuit, nemini ſuaſit; quin potius diſſuaſit, inhibuit peccare; præcepit omnibus perfectam amplecti virtutem; omnes à ſcelere, pęnarum ſeueritate deterruit; Chriſtus eo ſplendore vitæ fuit, vt nihil turpe, nihil inhoneſtū potuerit ei affingi; Oculo ſiquidem illo ſeptemplici præuidebat ne labi, errare, decipi, à recto deflectere aliquando poſſet: Gratiæ demum perfuſus fulgore, naturæ ferebatur pondere, vt omnia prudenter, ſanctè, innocenter, diuinè operaretur: Ipſe, vt quidam ait, peccatū non fecit; nec dolus inuentus eſt in ore eius: nemo ipſum coarguere poterat vel de minimo peccato; quid ergo dicis, Ecce iſte poſitus eſt in ſcandalum? Si nunquam compotationibus dedit operam, nunquam ad coaceruandas diuitias animum adiecit; nūquam commiſcuit corpus; ſed omne deteſtabatur ſcelus; quomodo ebrijs, voracibus, auaris, luxurioſis, voluptuariam agentibus vitam, omni facinori obnoxijs ſcandalum dedit? Contemplare diligentius Simeon ſancte, hanc precioſiſſimam, quam in manibus habes, gemmam; & vbi in eo Diuinos videris actus effulgere, dicito, Ecce hic poſitus eſt in exemplum, ante faciem omnium populorum: ecce hic carbūculus in tenebris peccatorum lucidiſſimus, poſitus eſt nocte obſcuriſſima in lumen ad reuelationem gentium, & gloriam, non confuſionem, plebis Iſrael: Ecce hic datus eſt in reſurrectionem multorum in Iſrael: Qui.n. Deus ſcandalizaret hominem? Siquidē verum eſt, Deum, hominem ſcandalizare non poſſe: verum eſt, Chriſti dicta & facta illuſtria, admiranda & imitanda fuiſſe, & omni, quantum in ſe eſt, vitio caruiſſe: at ſi improborum hominum erga Chriſtum vel malitia concitatum, vel ſocordia degenerem animum inſpexerimus, multos in Chriſto corruiſſe & ſcandalizatos eſſe reperiemus. Animo concitati maligno improbi homines ſcandalizabantur in Chriſto; qui Chriſti opera ſanctiſſima & admiranda reprobantes, aduitebantur ſanctiſſimo eius nomini tetram inurere maculam, omniſque memoriæ clariſſimum extinguere lumen: Nulla enim eſt tam inſignis virtus, tam illuſtris, tot tantiſque decoranda laudibus, quam impij vitio non tribuant: Corruptum.n. perditis moribus affe-

Alluſio ad prædictū Zachariæ uaticinium.

ctum

ctum habentes,quibus feruntur ipſi paſſionibus, ijſdem cæteros ferri opi nantes,iudicium de rebus corruptum ferunt: fit verò plerumque vt prudentiam,malitiæ;iuſtitiam,crudelitatis; magnitudinem animi,ſuperbiæ; fortitudinem,audaciæ;religionem,ſuperſtitionis;temperantiam, immanitatis; liberalitatem,effuſionis; virtutem,in ſumma, quamcunque, ſceleris loco habeant & iudicent: Vt.n.febri atque phreneſi laborãtes,perexigua quadam linearũ rectarum ſimilitudine in obiecto pariete ductarũ decepti,animalia quædam deformia videre exiſtimant & teſtantur,vt continua docet experientia: ſic improbi homines animi ægritudine deprauati, lineas rectas hoc eſt aliorum facta illuſtria, digna quæ publicis monumẽtis mandentur ad memoriam poſteritatis ſempiternam, nõ ſolum ſpoliãt ornamentis,ſed etiam vitio vertunt & ad calumniam rapiunt: vt lignum arenæ infixum in medio fluminis,altera parte in aqua exiſtente, altera in aere extra aquam, videtur obliquum & fractum, cum ſit rectum & integrum,non ob ligni defectum, ſed quia illud oculi per aquam reſpiciunt; quo fit vt videntes, longè opinione fallantur: ſic virtutis actio recta omnibuſq; numeris abſoluta, ab improbis cenſetur obliqua & nefaria; non ipſius actionis ſed iudicij deprauati corruptela:fallit.n.iudicium eos, qui per aquam inuidiæ & malitiæ res geſtas inimicorum cernunt; cupientes eam gloriam labefactare & infringere, quam magni viri fuerunt rectè factis & virtute conſecuti: vt conſpicillis nigris vtentes, omnia nigra & tetra licet pulchra ſint,eſſe credunt;ſic malitia obductum animum habentes,omnia,licet ab omni aliena peccato,licet candida,honeſta, magnifica ſint,turpiſſima tamen eſſe,& quouis contaminata ſcelere iudicant: Atroces habebat inimicos Chriſtus Iudæos; eos qui odio ſempiterno erga ipſum inflammati,furenti animo in eius necẽ conſpirabant;& oẽs eius conciones,omnia dicta, omnia facta, congreſſus omnes obſeruabãt; ſi eſſet in eo dignum aliquid animaduerſione, indignumque viro probo deprehendere;& quia teterrima inuidia obuelatos habebant oculos cordis,omnia Chriſti facinora teterrima eſſe dicebant: quia ægritudine animi laborabant,omnia in Chriſto,licet rectiſſima,obliqua eſſe iudicabant:licet in eo Diuinam impreſſam imaginem,donorum varietatem, plenitudinem gratiæ,multiplicem ſapientiam eſſe ſciebant;tamen quia phrenetici erãt, Diuina in eo forma quiddam immane, ſacrilegum, dæmoniacumque eis videbatur;omnia eius dicta,geſta,horrendæ blaſphemiæ, rebelles contra Dei legem motus eis apparebant: Hinc ſiue ſolitarius in montibus degebat, inhumanum & more beſtiarum viuentem eum dicebant;ſiue conuictui humano ſe admiſcebat,amicum eum publicanorum & perditorũ hominum participem vocabãt;ſiue modò communi inſtar aliorum, cibo & potui parciſſimè in domo Mathæi indulgebat, voracem illum & compotatorem ebrioſum comminiſcebantur: ſiue neglecta oris facie, & ſqualida coma,& ſordida veſte,& habitu incompoſito, & morum ſimplicitate,

Similia.

& in-

& inceſſu inaffectato, & voce minimè figurata, & paupertatis contubernali amore, & ſui contemptu, ſincerè, candidè, ſimpliciter inter omnes verſabatur, hypocritam & ſeductorem illum eſſe ſuggillabant: Si in domo Phariſæi inter conuiuas reſidens Magdalenæ pœnitentiã miſericors excipiebat,ſtatim Simon ſcandalizatus dicebat,Si ſciret quæ & qualis eſt mulier,quæ tangit eum,quia peccatrix eſt:Sed vtique non ignorat;publica enim eſt meretrix Hieroſolymitanorum;me ſcandalizat quod ab ea ſe deoſculari,inungi,complecti lubens patiatur:Si inter epulandum quempiam vel Mathæum, vel Zachæum diuitem ad ſuam admittit amicitiam & familiaritatem; ſtatim Phariſæi aſtantes murmurabant dicentes; Hic peccatores & eos coram omnibus notatos recipit, & inſuper manducat cum illis: Si die Sabbathi aliquem hydropicum vel paralyſi affectum vel correptum febri,ſanitati reſtituit; ſtatim maligni ſuſurris ſuis ei oblatrabant;Non eſt hic homo à Deo,ſed neſcio à quo dæmone; quia Sabbatum non cuſtodit,ſed ſuis medicationibus violat: Si diſcipulis ſuis permittit ipſum inſequentibus,in Sabbato vellere ſpicas & manibus fricare,famẽque explere, vel illotis manibus comedere panes; ecce ſtatim impingunt in eum mordaces, Quare,inquit,diſcipuli tui tranſgrediuntur ſeniorum traditiones? Cur Sabbatho ſeruile exercent opus? Sabbatho colligentem ligna lapidari iuſſerat Deus; diſcipuli tui ſimile quid perpetrant; cur ſileſcitur non cohibes? Hæccine ſunt boni præceptoris ſigna? Inſtituebat ſacratiſſima ſymbola precioſiſſimi illius,quod nobis in ſui memoriam re-
Ioan. 6. liquit,pignoris: & multi ex Iudæis litigabant adinuicem,dicentes, Quomodo poteſt hic nobis carnem ſuam dare ad manducandum? & non tantum hi, ſed & multi ex diſcipulis eius dixerunt, Durus eſt hic ſermo, & quis poteſt eum audire? Iuſtificationis noſtræ ſe eſſe principium teſtabatur dicens;Nemo poteſt venire ad me,niſi fuerit ei datum à Patre meo:& ex hoc multi diſcipulorum eius abierunt retrò, & iam non cum illo ambulabant:Locum vnde venerit demonſtrabat;& Iudęi murmurabant de illo,quia dixiſſet,Ego ſum panis viuus qui de cœlo deſcendi, & dicebãt, Nonne hic eſt filius Ioſeph,cuius nos nouimus patrem & matrem?Quomodo ergo dicit hic,Quia de cęlo deſcendi? Formam Diuinitatis ſibi eſſe intimè inſculptam oſtendebat; at illi ſcandalizati blaſphemum illum denunciantes,ad lapidandum illum ruebant,dicentes,De opere bono nõ te lapidamus,ſed de blaſphemia; quia tu,cum ſis homo, te Deum eſſe iactas & facis: Innocentiam ſuam paucis iiſque modeſtiſſimis verbis defendebat;ſtatim impius miniſter ſcandalizatus,alapa os eius percutiebat,Sic dicens,reſpondes Pontifici? Mortem & reſurrectionem ſuam futurã prędicebat; & ſubitò duo falſi teſtes accedentes in Concilio teſtabantur ſe ab eo audiſſe quod vellet magnificum & auguſtiſſimum Salomonis templum funditus euertere. Noſtra peccata in ligno Crucis ſoluebat; & ſuo innoxio cruore noſtras pollutas abluebat animas, at illi ſcandalizati voci

ſera-

ſerabantur, Saluum te fac, qui alium ſaluare conſueueras; teipſum libera à morte imminente, qui alios à morte ſuſcitabas: Si filius Dei es, deſcende de cruce: dirue templum, iterum in triduo nouos parietes, nouam erige ſtructuram: Sed veh tibi, Eliam vocas; Elias tuos non audiet angores: vah, qui deſtruis templum Dei: Sic illi ſceleſti, peruicaces, maligni, omnibus Chriſti dictis, factis, ſcandalizabantur, propter ſuam, non Chriſti peruerſitatem. Hæc etenim omnia atq; alia ſingula, quibus illi ob ſuam improbitatem offendebantur, Sancta, illuſtria, decentiſſima erant. De cœlo enim propter noſtram ſalutem deſcendiſſe, & Diuinitatem humanitati coniunxiſſe, & Deum hominem gratiæ plenitudine, & donorũ Spiritus ſancti varietate repleri; & Deitatem ſibi inexiſtentem argumentis demõſtrare; prædicare innoxiam vitam, mortem atque reſurrectionem futurã prædicere; ſolitariam in contemplatione & oratione traducere vitam; conuiuere, propter hominum ſalutem, hominibus; religiosè, modeſtè, compoſitè incedere; hoſpitalitatem alterius non reijcere; peccatoribus veniam delictorum condonare; Publicanos ad pœnitentiam vocare; diuitibus atque raptoribus aperire ianuas cœlorum, languidis mederi, alliſos erigere, Dæmoniacos liberare, infirmos ſanitati, vitę mortuos reddere, vocare impios ad iuſtitiæ culturam; famelicos ſuo corpore reficere; inebriare ſitientes ſuo precioſiſſimo ſanguine; morte atrociſſima, atque turpiſſima, propter liberandum hominem, obire; omnia iſta auguſtiſſima, ſplendida, Diuina virtute patrata facinora, ſempiternis laudibus celebranda, gratitudine ſumma excipienda, veneranda admiratione, & amore omni proſequenda ſunt.

Quare & ipſe Saluator noſter, dum illi diſcipuli retuliſſent, quod ſcandalizati in quadam concione Phariſæi receſſiſſent; Scis, aiebãt, quod Phariſæi audito verbo hoc ſcandalizati ſunt? Ipſe conſcius ſibi quod nemo eum poſſet coarguere de peccato, quod omnia ad voluntatem Patris exequebatur, quod ſicut Pater præcipiebat illi, omnia faciebat; quod nihil poſſet facere, niſi quod viderit patrem facientem; quod omnia ei pater ſuus demonſtraret; quod Dei perfecta & abſolutiſſima ſunt opera; quod non ex ipſo, ſed ex eis, ruina eorum proueniebat, dixit, Sinite eos ſcandalizari; cæci.n. ſunt & duces cęcorum: Omnis plantatio quam non plantauit pater meus, eradicabitur & in ignem mittetur: Sinite, inquit, eos quia cęci ſunt; non poſſunt contueri ſplendorem imaginis in me cœlatæ: Cęci ſunt, nequeunt fulgorem gratiæ in me elucentem videre: Cęci ſunt, trabem inuidiæ infixam in oculis geſtantes, trabem quoque in meo ſeptiformi oculo ineſſe putant: Cęci ſunt, conſpicillis atris vtuntur: omnia mea in me candida, illis atra apparent: me monſtrum quoddam eſſe exiſtimant, ſculpturam Diuinitatis mihi impreſſæ, quoddam Dæmoniũ eſſe arbitrantur; quæque à me circumſpectè & ſanctè prolata, blaſphemias horrendas eſſe iudicant; omnia à me digito Dei patrata, opera Beelzebub eſſe autumant: Ioan. 5.

mant: Cęci.n.ſunt,nòn vident: nolunt diſcernere; agnoſcere recuſant meum candorem:ſed vos ſinite eos;ſcandalizentur quantum velint; mihi ſufficit nihil contra voluntatem patris mei, nihil in ſcandalum & ruinam eorum,ſed omnia propter ſalutem,propter exemplum,propter obedientiam,& dixiſſe,& feciſſe.

Cuperem hic,dilectiſſimi,vos eo animo eſſe vt Chriſtus; Scandalizatur ex vobis ſanctè & inculpatè viuentibus,aliquis reprobus,ſenſualis;nihil curaueritis; Dicite de eiuſmodi homine, Cęcus iſte eſt;ſcandalizetur quantum velit,mea nihil refert,modò nihil contra legem Dei, cõtra proximi charitatem nihil faciam: Videbit vos aliquis malignus,humi genua ante Diuiniſſimum Sacramentum flectentes & demiſſo adorantes capite, roſarium in manibus voluentes, audientes Sacra ſumma cum animi ſubmiſſione, ſuſpiria imò ex pectore, lachrymas ab oculis ſcaturiẽtes porrigere altiſſimo; Conſpiciet vos Sacramentorum vſum frequenter repetere;veſtra confeſſione expurgare peccata; veſtras Sanctiſſima Euchariſtia reficere animas; Diuinum ſermonem ex ore Sacerdotis,quaſi ex Diuinis labijs,attentiſſimè audire; Animaduertet quod vos iniurias illatas libenter condonabitis;quod veſtra propria pauperibus communicabitis;quod pauperem peregrinum domo excipietis;illi pedes ablueritis, illi miniſtraueritis cibaria,illi hoſpitalitatis beneficium exhibueritis; quod vlceribus plenum curaueritis: Videbit vos quæcunque religionis,pietatis,& charitatis opera exercere,& ſcandalizabitur dicens, Ecce hypocrita,ecce Theatinus;nihil curaueritis: Sinite illos,cæci ſunt,& duces cęcorum;ne illos ſecuti fueritis, cęci.n.ſunt. Cęco autem cęco ducatum præbente, ambo in foueam cadunt;ne illis acquieueritis: plantationem.n.Diuinam ex vobis eradicare,& plantationem dæmonis in vobis inſerere quęrũt: Omnis autem plantatio,quam non plantauit Pater cęleſtis,eradicabitur,& in ignẽ mittetur: Quod ſi veremini illud Chriſti edictum, Væ homini per quem ſcandalum venit; ne timueritis, quãdo opere bono benè & ſanctè effecto quis ſcandalizatur: Chriſtus enim poſitus erat in ruinam & ſcandalum multorum ex ſanctiſſimis ſuis operibus, vt percepiſtis; & tamen non erat ei væ,ſed ſumma pro benefactis gloria.

Scandalũ quid & qñ cauendũ, quãdo cõtemnendum.

Scandalum,docebat Baſilius, eſt omne quod,aut ad defectionem quãdam veritatis, ſecundum pietatem ducit; aut prouocationem inducit erroris,aut ædificat ad impietatem,aut in ſumma,omne quod prohibet mãdato Dei obedire vſque ad mortem ipſam:Siquidem igitur, ait Sanctus iſte, ipſum, iuxta propriam rationem, bonum fuerit quod dicitur aut fit; morbus aũt vtentis opere aut ſermone,in ipſo vſu ipſi induxerit detrimẽtum:purus eſt ab omni cõdemnatione ſcandalum perpeſſorum, is qui ad fidei ædificationem,bonum dixit & fecit: Velut Dominus dixit. Nemo põt venire ad me, niſi fuerit ipſi datum à Patre meo: multi his verbis ad perniciem vſi ſunt; vt ſcriptum eſt,multi diſcipulorum audito hoc ſermone,

Lib. 2. de baptiſmate,q. 10.

Quæſtio illa poteſt hinc ſolui Peccauit ne Chriſt' ſcandalizañ Iudæos.

ne, abierunt retrorſum & non amplius cum eo ambulabant: multi verò ad ſalutem ea acceperunt: Petrus enim dum interrogatus eſſet à Chriſto, Num & vos vultis abire? reſpondit, Domine ad quem ibimus? verba æternæ vitæ habes, & nos cognouimus & credimus quod tu es Chriſtus? Vides Chriſtum nihil curaſſe ſcandalum quorundam: Talia.n. verba locutus eſt, quibus ſanè qui ſanam & firmã fidem habebant, ædificatione fidei vſi ſunt; qui verò infirmam cognitionem aut fidem habuerunt, propter propriam malitiam ad interitus occaſionem eandem, vſurpauerunt; iuxta quod ſcriptum eſt de Domino, Hic poſitus eſt in ruinam multorum, non iuxta ſuam ipſorum contrarietatem ad ipſum; ſed iuxta oppoſitam vtentium ſententiam: quemadmodum etiam Apoſtolus inquit, Quibuſdam odor vitæ in vitam; quibuſdã verò odor mortis in mortem: Si verò ex propria natura malum fuerit id quod fit aut dicitur, is qui fecit ipſum aut dixit, & proprij peccati, & ſcandali condemnationem habet; etiam ſi is, propter quem fit ſcandalum, nõ perpeſſus fuerit ſcandalũ: Velut de Petro diſcimus, ad quẽ dicit Dominus, prohibitus implere miniſterium ac diſpenſationem obedientiæ vſque ad mortẽ, Vade retrò Satana, ſcandalum mihi es; & inducta cauſa paucas, in ſumma, proprietates ſcandali docuit, Quia nõ ſapis ea quæ ſunt Dei, ſed q̃ ſunt hoium: vt hinc nobis cognoſcere detur, quod omnis ſententia contrariè ſe habens ad ſententiam Dei, ſcandalum eſt; & ad opus progreſſa, homicidæ condẽnationem habet; iuxta id quod ſcriptum eſt ab Oſea propheta, Occultauerunt Sacerdotes viam, occiderunt Sicima; quia impietatem fecerunt in populo: At verò ſi id quod dicitur aut fit, iuxta rationem propriam fuerit ex cõceſſis, accipiatur autem in detrimentum, & fiat debilibus in fide aut cognitione, ſcandali occaſio, is qui fecit, ſcandali iudicium non effugit; quũ Apoſtolus de talibus & debilibus non parcentibus, dicat, Sic autem peccantes in fratres, & verberantes ipſorum cõſcientiam infirmam, in Chriſtum peccatis: Quare cum id quod fit, propria ratione malum fuerit, & cã fiat ſcandali, aut etiam quid ex conceſſis, & in noſtra poteſtate ſitis, ei qui debilis eſt fide aut cognitione, ſcandalum fuit, manifeſtum & ineuitabile habet horrendum illud iudicium à Domino dictum; nempe, Væ homini illi per quem ſcandalum venit; expedit ipſi vt ſuſpendatur lapis molaris ad collum eius & demergatur in profundum maris: Nã ſi ſacram aliquã ædem ſuberti, graue & nefarium & quouis dignũ ſupplicio exiſtimatur, quantò magis ſpirituale hoc templum, quod Chriſtus ſanguine ſuo mundauit, adornauit gratia ſi ruinã patiatur? quando & homines conſtet ſanctitate, ſacris ædibus longè præſtare; cum non parietum gratia, ſed noſtri huius templi, mortẽ Chriſtus oppetijt: Itaque cum his, quæ ſecundũ mandatum fiunt aut dicuntur à vobis, offenduntur improbi, & ob hæc ſcandalo afficiuntur, velut in Euangelio aliqui ob ea quæ à Domino iuxta volũtatem patris fiebant ac dicebantur; tunc ſanè ipſius Domini memoria vobis ſuc-

bis ſuccurrat, qui diſcipulis ſcandalum Phariſæorum ipſi referentibus reſpondit, Omnis plantatio quam non plantauit Pater meus cœleſtis, eradicabitur & in ignem mittetur: Dum aduerteritis aliquem peruerſum veſtris benefactis ſcandalizari, dicite, Oportet me Dei, non dæmonis plantam eſſe; Diuinis quippe manibus plaſmatus, & in radicem Ieſſe inſertus ſum; oportet me ad præceptorem meum attendere, me meumque animũ Diuino cælatum digito, Diuina ſuperinductum ſimilitudine, in ſuo fulgentiſſimo candore conſeruare & excolere: vt ille Diuina inſignitus imagine, eaque candida & pulcherrimâ, licet ab improbis inſimulatus fuerit, certus Diuinam manum nihil in ſuo artificio deliquiſſe, illorum ſcandalum deſpexit; me quoque conuenit vos deſpicere; cæci ſiquidem eſtis, cæcus de coloribus virtutum iudicare nequit; Ne ſutor vltra crepidam: ego meum lapidem, & precioſiſſimam gemmam mihi in exemplum & reſurrectionem poſitam reſpiciens, facturam in me Diuinam perficere volo: Omne enim quod non effecit Pater cœleſtis, eradicabitur & in ignẽ mittetur; à quo igne nos conſeruare digneris Chriſte Ieſu, qui es reſurrectio noſtra in ſæcula ſempiterna. Amen.

Et in ſignum, cui contradicetur. Luc. 2. cap.

PVNCTVM TERTIVM.

CHRISTVS eſt ſignum & exemplar vitæ Chriſtianæ.

NVMINIS & nominis Diuini ineffabilis, eam habebat in lege Summus Pontifex reuerentiam, vt illud nec temerario ore vſurpare, nec in vulgus promiſcuum efferre, nec miſcere prophanis vſibus audebat; ſed in auro inſculptũ in ſummo vertice capitis, & hoc fulgentiſſimo affixũ diademati, & ſemel tantum in anno, & inadſpectante populo, & dum Sanctuarium ingrediebatur, ſumma cum veneratione geſtare præcipiebatur.

Exod. 28. Facies, (ait Deus ad Moyſem) laminam de auro puriſſimo, in qua ſculpes opere cælatoris; Sanctum Domino, ligabiſque eam vitta hyacinthina, & erit ſuper Tiaram, imminens fronti Pontificis; portabitque Aaron iniquitates eorum, quæ obtulerunt & ſanctificauerunt filij Iſrael in cunctis muneribus & donarijs ſuis: Erit aũt lamina ſemp in fronte eius, vt placatus ſit ei Dominus. Nec mirum quod in auro expreſſum Sanctũ Domino numen & nomen, & in capite, & hoc in fronte deferebat. Ea ſiquidem veneratione colendus eſtis, à quo omnium rerum principia ducuntur, qui ſingulos maieſtate, pulchritudine, gloria, decore, beatitudine præcellit, qui

regit omnia, qui vniuerſa gubernat, qui curſum aſtrorum, mutationes tẽporum, rerum viciſſitudines, ordineſque conſeruat, terras & maria contẽperans, hominum commoda vitaſque tuetur; ſic ſuſcipiendus eſt Sanctus Sanctorum Deus, vt à vulgaribus ſecretus conſpectibus, ſummo in honore & admiratione habeatur: Nam ſi Regis terræ, ob primam inter homines dignitatem, imago & nomen ea coluntur reuerentia, vt nomen nõ ſine capitis inflexione audiatur, atque imago non niſi in auro inſculpta, vel in ligno aut telis à communi vſu ſeparatis, depictaq́, vel collo tenus geſtetur, vel parieti affixa honoretur, ab his qui maieſtatẽ Regis obſeruant: maiori veneratione proſequendum erit Sanctũ Domino; quod primas in tota rerum vniuerſitate partes obtinet: Deus enim Rex eſt Regum terræ, & Dominus Dominantium; Monarcha & Principium, Deus ineffabilis, incogitabilis, inuiſibilis, incõprehenſibilis, ſemper exiſtens, imperans & terreſtribus & ſupercœleſtibus reſidens ſuper flammeos thronos, ſtipatus multitudine innumera Seraphinorum & Cherubinorum, lumine ſplendidiſſimo coruſcans, fulgorem habitans inacceſſibilẽ, cui miniſtrare, quem laudibus celebrare, magnum ac formidabile eſt, superçęleſtibus etiam virtutibus.

Tali ergo cultu, tali veneratione ſuſpiciendum erat, Sanctum Domino; vt illud Pontifex legis nec populo aut enunciaret aut oſtenderet, nec contrectare auderet nudis manibus, ſed in auro expreſſum, in fronte (quę potior capitis pars eſt) ſumma cum reuerentia geſtaret: Qua ergo temeritate, tu Sancte ſenex, contrectare audes manibus tuis, infantem Deum? Infans iſte, Sanctum Domino vocatus eſt: Quod naſcetur ex te, ait Gabriel ad Mariam, Sanctum vocabitur Deo: cur illum capiti tuo iuxta Dei præſcriptum non imponis? cur extra ſanctuarium Dei effers, & omnibus promiſcuè oſtendis? Nomen illud Dei laminæ aureæ inſculptum, Principiũ vitæ Deũ eſſe deſignabat; quamobrẽ prophanum erat, illud manibus attingere, vel ore eloqui; Iſte cui tu ore tuo benedicis, quem tu manibus cõtrectas, Principium eſt: In principio.n.creauit Deus cœlum & terram: Ipſe de ſe fatetur; Ego ſum principium, qui & loquor vobis: Principium eſt vitæ. Sicut.n. Pater viuificat, ita & Filius, ait de ſeipſo, quos vult viuificat: ego, ait, vitam & illam non deficientẽ, ſed æternam do ouibus meis. ego veni vt vitam habeant, & abundantius habeant: Principium vitæ eſt iſte; quid auſu temerario manibus illum contingis?

Tetagrãmaton, interpretaẽ. Principiũ vitæ iſte, iſte.

Reſpondere poterat Sanctus Simeon; A me perquiris, cur illum in vlnis, non in capite, non in fronte amplius laminæ inſculptum, ſed in manibus baiulem? Quia non auro, ſed in carne illum impreſſum eſſe cõſpicio; quia non tam ad adorandum (licet quoque ad ſumma reuerentia colendum) quàm ad imitandum illum expoſitum eſſe mihi video: quia poſitus eſt vniuerſo orbi in ſignũ, in exemplar ad quod omnes ſuos affectuſ, ſuos mores efformare debent.

Antea quidem, dum principium iſtud vitæ Sanctum Domino, expreſſum erat in illa rutilanti, inadſpectabili Paternę eſſentiæ quaſi aurea lamina; non erat mihi poſitum in ſignū & exemplar: Quid.n.eſt homo, vt poſſit ſequi Deum factorem ſuum? Deum nō videbā, quia ſuper caput meū; non ante oculos, ſed ſuper frontem illum geſtabam; quomodo quem non videbam, inſequi poteram? Deus ab omni laborum & dolorum perpeſſione alienus eſt, quomodo in ſignum virtutis mihi eſſet, quæ tota in laborum perpeſſione potiſſimùm ſita eſt? Quapropter illum tunc ſuper caput portabam, illi honorem, timorem, reuerentiam, cultum externum qui in ſacrificijs, oblationibus, demiſſione animi & corporis conſiſtebat, deferebam; non enim erat mihi poſitus in ſignum: modò autem dum carni impreſſus eſt; dum Deus homo mihi ſimilis factus eſt, in exemplum & ſignum virtutum mihi datus eſt: Ad hoc.n.homo factus eſt, vt in ſignum mihi exhiberetur: Homo ſequendus non erat, qui videri poterat: Deus ſequendus erat, & videri non poterat: vt ergo mihi exhiberetur & qui videretur & inſequeretur à me, Deus ille, homo factus eſt: Homo ad perfectū & abſolutum virtutis exemplar minimè ſufficere poterat, quod nec omnia quæ ad hoc munus neceſſaria ſunt, plenè conſequatur, atq; multò minus eadem præſtare atque opere perficere queat: neque.n.mens terrenis inuolucris incluſa, & pondere corporis impedita, aut comprehendere per ſe poteſt, aut capere veritatem, niſi aliunde doceatur: et ſi maximè poſſit, ſummam tamen virtutem capere nequit, & omnibus reſiſtere vitijs, quorum materia in viſceribus cōtinetur: Eò fit, vt terrenus Doctor, perfectus eſſe non poſſet: At verò cęleſtis, cui ſcientiā Diuinitas, virtutem immortalitas tribuit, in docendo quoque ſicut in cæteris perfectus, & conſummatus ſit neceſſe eſt. At id fieri omnino non poterat, niſi mortale aſſumeret corpus: Cur autem non poſſet fieri, ratio clara eſt: Nam ſi veniſſet ad homines vt Deus, vt omittam, quod mortales oculi claritatem maieſtatis eius conſpicere atque ſuſtinere non potuiſſent, ipſe certè Deus virtutem docere non poterat; quia expers corporis, non faceret quæ docuiſſet; atque per hoc doctrina eius perfecta non eſſet: Alioqui, ſi ſumma virtus eſt, dolorem patienter pro iuſtitia officioq; perferre; ſi virtus eſt, mortem ipſam & intentatam nō metuere, & illatam fortiter ſuſtinere; debebat ergo doctor ille perfectus, & docere iſta præcipiendo, & confirmare faciendo: Exiſteret uerò inſtans aliqs & diceret; Tu quidem non peccas, quia liber ab hoc corpore, non concupiſcis, quia immortali nihil eſt neceſſariū; mihi verò multis rebus opus eſt, vt tuear hanc uitam: mortem non times, quia ualere in te non poteſt: dolorem contēnis, quia nullam uim pati potes: At ego mortalis vtrumque timeo; quia cruciatus mihi grauiſſimos inferunt; quos tolerare carnis infirmitas non poteſt: Doctor ergo virtutis, etiam hanc excuſationem voluit hominibus auferre; ne quis, quod peccat, neceſſitati potius aſcribat, quā culpæ ſuę; vt nihil ab eis qui docendi erāt

Ex Lactā. applicata lib. 4. Diuinar. Inſtitut.

illi

illi opponeretur: vt ſi forte aliquis ei dixerit, Impoſſibilia præcipis; reſpõderet, Ecce ipſe facio: Si rurſum dixerit, Ego carne indutus ſum, cuius eſt peccare proprium; Et ego carnem eandem gero; & tamẽ peccatum in me non dominatur: Si iterum diceret, Non poſſum pro iuſtitia nec dolorem ferre, nec mortem, quia fragilis ſum. Ecce & in me dolor atq; mors haber poteſtatem, & ea ipſa quæ tu times, vinco; vt victorem te faciam doloris ac mortis: Prior vado per ea quę ſuſtineri nõ poſſe prætendis; ſi præcipieu tem ſequi non potes, ſequere antecedentem: Deus ſum & homo; vt in altero habeas maieſtatẽ, quam reuerearis; in altero exemplum videas, quod imiteris, & meis laboribus ad ſimile laboris ſtudium accendaris.

Quur ergo manibus illum contingam meis, (redeo ad Simeonem) & nõ amplius in Sydari laminę impreſſum deferam? Quia impreſſus eſt carni meæ, vt ſit in exemplar vitæ meæ; vt in illius vitam, tanquam in ſpeculum quoddam reſpiciens, omnia pro officij rationibus agam, atque à turpibus dictis & factis auertar: Atq; dum erat expreſſus in ſplendidiſſimo fulgore Diuinitatis, erat perfectiſſima regula & Idæa omnium beatorum ſpirituum, ad quam illi, motus ſuos internos & externos, cogitationes, affectiones, indicibiles locutiones, illuminationes & actus à mortali indeprehenſibiles cõponerent; ad quam caput meum à quo pendeo, Cęleſtes, ſcilicet Hierarchiæ ſubſtantiarum à carne ſeiunctarum conformarentur in Deiformitate: & ideo illũ in capite meo portabam: illo Sancto Domini caput meum mihi inuiſibile exornabam: ſed poſtquam carni noſtræ vnitus eſt, poſtquam in luteo corpore noſtro impreſſus eſt, & verbum caro factum eſt, quod vidimus oculis, quod perſpeximus, nobis poſitum eſſe in ſignum; manus noſtræ contrectauerunt de verbo vitæ, manibus meis illũ complecti neceſſe habeo; iam non tantum venerari, adorare, internos motus fidei ad ipſum referre; ſed & manibus operoſis ad exemplum illius illum geſtare debeo: Poſitus eſt enim in ſignum & exemplar vitæ Chriſtianæ; & mihi præcepit, non vt faciam tiaram, non vt laminæ aureæ inprimam illum; non vt vitta coccinea Sydari alligem; non vt ſuper caput circumgeſtem; ſed vt ponam in manibus, vt inſculpam cordi & brachijs: à me tot precibus ſedulis, tot lachrymis, tot ſanguineis inſuper guttis abũdè pro me effuſis, à me exegit: Pone me, aiebat mihi, vt ſignaculum ſuper cor tuum; vt ſignaculum ſuper brachium tuum; me in corde tuo, pro tuo exemplari, deſcriptum habeas; in eo mei ſimilitudinem ac imaginem geras, atque nullius alterius effigiem & ſignum ibi repræſentari permittas; ita effigiem meam in corde tuo vt ſcribas ac depingas volo; ſicut ſigilli figuram ceræ emollitæ inhærere videmus; & ſicut à ſigillo in cera, vna tantum prouenit imago atq; figura; quæ ſcilicet in ipſo ſigillo ſculpta ac depicta eſt, ita in re mea tantum effigies locum habeat; nullam admittas aliam: & meã in te ita hęrere volo, vt potius cor tuũ in diuerſas partes diuiſum ſit, quàm ab eo mea ſimilitudo poſſit ſeparari, in eoque alia impri-

1. Ioan. 1.

Cant. 8.

mi atque deſcribi: neque hoc contentus;eadem ratione deſidero atque exopto,vt ponas me tanquam ſignaculum ſuper brachium tuum;deſidero ſiquidem,vt non ſolùm cogitatione mihi ſemper adſis, ſed etiam vt operibus exterioribus meipſum quæras, ad me tendas, ad me vt tuum exemplar reſpicias: Quemadmodum qui litteris,aut ſcriptis ſuis ſigillo fidem facere conſueuerunt, ſecum ſigillum in manu deferunt,ne alij litteras fal ſificare,aut immutare poſſint;ita à te peto,vt me in operibus tuis tanquã figuram, & effigiem imprimas: & ne alius his ſe admiſcere poſſit, in manu tua me in ſignum,in exemplar tuarum actionum deferas.

Et vt à contemplatione ad praxim veniamus:Chriſtus poſitus eſt in ſignũ & exẽplar vitæ Chriſtianæ; oĩa etenim adamuſſim q̃ Chriſti ſequacem facere oportet,ille perfecit: Oportet Chriſtianũ (vt Baſil.cõpẽdiosè actus exercẽdæ pietatis Chriſtianę recolligens ait)digna cęleſti vocatione ſapere,& pro dignitate Euangelij Chriſti cõuerſari: Oportet Chriſtianũ non peruerſa mente eſſe: neque abſtrahi à quopiam, à dilectione Dei, & memoria voluntatũ ac iudiciorũ ipſius: Oportet Chriſtianum meliorẽ in iuſtificationib.ſecundũ legem eſſe in oĩbus,& neque iurare, neque mẽ tiri; Oportet in humilitate eſſe perfectum;vt neque progenitorum claritudinis recordetur;neque ſi quid inſigne illi ex natura adſit, aut in corpore,aut in anima ab hoc efferatur: Oportet in continentia firmitatem, ſedulitatem in orationibus,in fraterno amore condolentiam; miſericordiã erga egenos,ſpiritus ſubmiſſionem,contritionem cordis,in triſtitia æqualitatem, in amictu decorum, in congreſſibus cautelam, ſufficientiam in edulijs, in poſſeſſione rerum neceſſariarum nihil ſuperfluum illum ſeruare & habere:Non oportet Chriſtianum maledicere,aut contumeliam inferre,aut pugnare, aut vlciſci ſeipſum, aut malum pro malo reddere, aut iraſci: Oportet patientem eſſe,quicquid tandem perpetiatur;& opportunè redarguere iniuriantem;non affectu vlciſcendi ſui ipſius,ſed deſiderio corrigendi fratris ſecundum mandatum Domini:Non oportet contra abſentem fratrem dicere aliquid,ſcopo calumniandi ipſum, id quod eſt detractio; etiam ſi fuerit verum quod dicitur: Non oportet ridere, aut ridiculos ferre; vel facetias loqui, vel eſſe vaniloquum, loquendo aliquid quod neque ad vtilitatem auditoris pertinet,neque ad neceſſarium & cõceſſum nobis à Deo vſum:Quare etiam operantes ſtudeant, quantum in eis fieri poteſt, vt cum ſilentio operentur: & illi quoque bonos moueant ſermones, quibus commiſſum eſt diſpenſare ſermonem ad fidei ædificationem;vt ne contriſtetur Spiritus ſanctus Dei: Non oportet, aliquem ex ſuperuenientibus poteſtatem habere conueniendi,aut alloquendi; priuſquam hi, quibus rerum ac diſciplinæ boni ordinis cura commiſſa eſt, explorent, quomodo placeat peregrinus ille Deo ad communem vtilitatẽ: Non oportet vino mancipatum eſſe,neque circa carnes affectu inhærere, & in ſumma circa, nullum cibum aut potum voluptatem quærere: qui n.

Chriſtiani opera quæ? Sermo 6.

decer-

decertat, per omnia, continens eſt; Non oportet quemquã ſuiipſius eſſe ſed velut ſub Deo traditum,his qui eiuſdem animi ſunt,in ſeruitutem;ſic & ſentire,& facere omnia;vnumquemque verò in proprio ordine: Non oportet murmurare,neque ob anguſtiam rerum neceſſariarum;neque ob laborem operum,nec ob illatas ab impijs afflictiones:Non oportet clamorem fieri, neque alium quendam habitum, aut motum in quo denotatur indignatio, aut abalienatio: Oportet moderari vocem ad neceſſitatem, detrahentem fratri auerſari,manſuetudinem erga omnes habere:Non oportet aſperè,aut cõtemptim alicui reſpondere;ſed in omnibus erga quoſcunque reuerentiam oſtendere: Non oportet innuere oculis cum doles, aut alio quopiam membri habitu vti, qui commoueat fratrem, aut contemptum detegat: Non oportet gloriari in veſtitu,nam hoc petulãtia eſt. Oportet vilibus vti ad neceſſitatem corporis, & nihil ad abundantiam, nam hoc abuſus eſt:Non oportet honorem quærere,aut primas vendicare,ſed omnes ſibiipſi præferre,melioreſque eſſe cæteros arbitrari: Non oportet abſque ſubiectione eſſe:Non oportet ocioſum edere,ſiquidem operari poteſt: ſed & eum qui circa rectè facta ad gloriam Dei occupatus eſt, ſeipſum cogere ad ſtudium operis pro viribus præſtandi:Oportet vnumquemque manere in quo vocatus eſt,& non tranſgredi propriam menſuram: Non oportet per contentionem aut litem alicui facere quippiam, aut inuidere aliorum profectui ac claritati, aut gaudere ob alicuius defectus & detrimenta; ſed in dilectione Chriſti, contriſtari quidem ac compati,ob detrimenta fratris;gaudere verò ob rectè facta; Oportet peccantẽ cum omni miſericordia in timore Dei redarguere, ea intentione vt conuertatur peccans;eum verò qui redarguitur aut increpatur,ſufferre neceſſe eſt,ſuam ipſius agnoſcentem vtilitatem in emendatione: Oportet vnũquemque pro viribus placare eum, qui contra ipſum aliquid mali habet, & ſuper irritationem fratris non ſinere ſolem occidere,ne forte nox inter vtroſque intercedat,& in die iudicij crimen inexcuſabile relinquat:Non oportet peccatori, qui pœnitentiam egit, malèfacta obijcere, ſed ex corde dimittere;& eum qui dicit ſe pœnitentiam egiſſe ob peccatum neceſſe eſt non ſolum compungi ob peccata, ſed etiam fructus dignos pœnitentiæ facere: Non oportet expectare tempus ad ſuiipſius emendationem; propterea quod de craſtino ſecuri non ſimus, quia multi multo inito cõſilio, craſtinum non ſunt conſecuti:Non oportet pecuniæ cupidum eſſe,neque theſauros reponere ad inutilia, & ea quæ non oportet; ſed omnia ſuperflua elargiri pauperibus,& theſauros coaceruare in cœlo:Oportet ad Deũ accedentem,inopiam amplecti; & per omnia confixum eſſe timore Dei; iuxta quod Dauid orabat,Confige timore tuo carnes meas. Hæc ſunt cõciſè & breuiter recollecta,quę Chriſti aſſeclam, vt Chriſto,ſuo exemplari conformis ſit,facere oportet.

An hæc omnia Chriſtus, qui in ſignum & exemplar iuſtitiæ noſtræ po

ſitus erat profecerit, non eſt mihi difficile demonſtrare; Ipſe enim peccatum non fecit, nec dolus inuentus eſt in labijs eius; Ipſe plenus gratiæ, & veritatis, nullum bonum non operatus eſt opus; Ipſe diſcipulos ſuos, & omnes ſuos ſequaces adhortabatur, Diſcite à me; Ipſe ſuo officio ſe perfectè ſatisfeciſſe teſtatur; Exemplum dedi vobis, vt ſicut ego feci, & vos eadem faciatis: De Diuina prædeſtinatione dum Paulus loquebatur, Deum nihil aliud velle aſſerebat, niſi conformitatem ad Chriſtum indefeſſo pe-

Rom. 8. de virtutis iter incedentem: Quos, inquit, præſciuit & prædeſtinauit, conformes fieri imagini Filij ſui, vt ſit ipſe primogenitus in multis fratribus:

1. Ioan 2. Sic Ioannes monebat. Qui dicit ſe in Chriſto manere, debet ſicut ille ambulauit, & ipſe ambulare; Dedit exemplum obedientiæ, dum ad voluntatem Dei exequendam, deſcendit de cœlo; Dedit exemplum caſtitatis, dũ è caſtiſſima Virgine natus, ab omni laſcinia immunem traduxit vitam; Dedit ſpecimẽ paupertatis, dum in pauperrimo tugurio natus, viliſſimis obuolutus pannis, nec locum vbi caput reclinaret habuit: Dedit exemplum humilitatis, dum inter iumenta in præſepi ſordido recumbere, regnũ poſt oblatum repudiare, pedes piſcatorum abluere dignatus eſt: Dedit exemplum patientiæ, dum pro inimico exorauit populo: Dedit exemplum charitatis, maiorem, n. charitatem nemo habet, niſi vt animam ſuam ponat pro inimicis ſuis: Dedit exemplum obſeruandæ legis, non enim venerat ſoluere legem, ſed adimplere.

Sed quid ego deprædico iſta? Cur non potius ſuccenſeo, non magis exclamo, propter noſtram ſocordiam, noſtram, dicam melius, peruicaciam? Chriſtum nobis ob oculos in ſignum expoſitum videmus; vbi imitatio Chriſti? Chriſtus in exemplar virtutum abſolutiſſimum datus eſt nobis; vbi morum ad hanc idæam efformatio: Chriſtus cultu, victu, ſermone, factis, ſupremam præſetulit humilitatem; quot ex nobis numerantur qui in omnibus his ſuperbiam præſeferunt ſupremam? Chriſtus ita paupertatem per totam vitam amplexatus eſt, vt eo pauperior nullus eſſet; plerique ex noſtris paupertatem tanquam conſpectum anguem fugiunt; & pecunias, opes, facultates, magna ædificia, agros, poſſeſſiones amplas quotidie perquirunt, & in his cogitationib. toti ſunt: Chriſtus honores & oblatum recuſauit regnum; plurimi nihil aliud quàm dignitates, honores, potentiam, ambiunt: Chriſtus ſummam lenitatem ac patientiam exhibuit, hi nihil aduerſi pro Chriſto ferre poſſunt: Chriſtus ita inimicos dilexit, vt & proditoris in ipſa proditione oſculum non recuſauerit; & pro ijs, qui illum cruci affigebant, patrem orauerit; plurimi qui à Chriſto cognomẽ acceptum circumferunt, multis per totã vitam odijs laborant: Chriſtus nec vnum iota ex lege prętergreſſus eſt, ſed omnia & maxima, & minima quę que præcepta adimpleuit; quoti ſunt qui non ſolum non obſeruant, verũ nec, Decalogus quid ſit, ferè ſciunt? Et hoc eſt Chriſtum inſequi? Hoccine eſt Chriſtianum eſſe? Chriſtum ore profiteri, & factis abnegare, & abiura-

abiurare,hoceine eſt Chriſti diſcipulum eſſe?

Poſitus quidem eſt Chriſtus in ſignum & exemplar vitæ Chriſtianæ; at in ſignum,cui,proh dolor,à multis contradicitur:Nonne expreſſa contradictio eſt,Chriſtianum verbis eſſe,& factis nõ eſſe? Chriſtianum eſſe, & non eſſe Chriſtianum? Nam vnde ego te Chriſtianum poſſum cognoſcere,niſi ex factis? Facta tu Chriſtiani non habes,quomodo Chriſtianus es? Vnde homines credere poterũt peſſimè viuentem,Chriſtianum eſſe? A loco? At iſte in theatris & iniquitatibus commoratur,in malignantiũ concilijs,in hominum cõuenticulis perditorum:Ab aſpectus forma? Sed talem vident cachinnantem iugiter & diſſolutum, velut recluſam meretricem & dimiſſam:A veſtibus? Sed talis nihilo melius in ſcena verſantibus compoſitus eſt? A ſequentibus? At paraſitos & aſſentatores circumducit:A verbis? Sed nihil ſanum,aut neceſſarium, aut vitæ cõferens ſpirituali,ſed omnia impudica,inhoneſta,ſcãdaloſa loquitur:A menſa? Sed hinc maior apparet accuſatio? A ſignis? At iſta omnino non facit: An verò à ſanctitate vitæ? Sed illa planè perijt:Num verò charitatis cauſa? At nunquam in eo aliquod veſtigium apparet ipſius. Poſitus eſt Chriſtus in ſignum,ſed cui contradicitur:O quam pauci ſunt Simeones,qui Chriſtum manibus operarijs contrectent;qui ipſum in ſignum imprimãt cordi;qui in brachijs ipſum,vt ſignaculum inſculpant:Omnes dicunt,Chriſtianus ſum,Chriſtianus ſum:vbi Chriſtus ſignaculum in brachijs tuis?vbi Chriſtum geſtas in tuis manibus?Reſipiſcamus tandem:euigilemus quæſo,& Chriſtum paruulum cum Simeone complectamur: Paruulus eſt; ſignum, & exemplar eſt paruulorum; non illorum excelſorum operum ſupercœleſtium,ſed minimorum nobis exemplum dedit; faciatis & vos vt ille perfecit: Non iubet vt illum auro inſculptum Diuinitatis,pro ſigno intueamini;non vult vt illum in ſuperadmirãdis Diuinitatis operibus imitemini: Diſcite à me, ait, non mundum creare,non gubernare,& conſeruare vniuerſa,non mortuos ſuſcitare; ſed humili,& manſueto corde eſſe; ſed charitatem,iuſtitiam,miſericordiam,cunctis præſtare;ſed ſanctè,& innocenter viuere:me,dum hic in terris verſamini,in manibus paruulum,parua vobis monſtrantem,circumgeſtate; vt tandem ad ſupercœleſte ſanctuarium ingreſſi, portare poſſitis in capitibus veſtris ſanctum Domino, exemplar beatorum ſpirituum, viuentium in ſplendidiſſima immortalitatis gloria in ſæcula ſempiterna Amen.

CIRCVNCISIO DOMINI.

Poſtquam conſummati ſunt dies octo vt circumcideretur puer. Luc 2. cap.

PVNCTVM PRIMVM.

Si CHRISTVS *circumciſus eſt, cur nos non circumcidimur?*

Plutar. in apophth.

PERICLES ille inſignis Athenienſium Princeps, ad quemnam modum cuiuſdam amicitiā coleret, dum ab eo exploraret; Amicum ſe vſq; ad aram eſſe, reſpondit. Quid hoc Laconico apophthegmate inſinuare voluerit cū perquirebam; aduerti ipſum, inter reliquas amicitiæ leges hanc quoque ſtatuere & perpetuò obſeruari velle, vt amicus amico in Religione & Diuino cultu ſimilis ſit: vt Amicus amicum vſque ad aram ſequatur: Verum quidem eſt, quod nihil ita conciliat & cōtinuat amicitias, quam morum, affectuum, ingenij ſimilitudinem habere cum amico; eandem vitæ rationem libenter amplecti; ad idem exemplar vitam ſuam dirigere & componere, iiſdem gaudere ſtudijs, exercitamentis; ad eundem modum ſe accōmodare & efformare; in eundem ſe transformare vitę colorem: vt non abs re dictum ſit ab antiquis, Seni ſenilis lingua iucundiſſima eſt: Puero puellus, mulier conuenit cum muliere: Ægrotus ægro; quem tenet ſors aſpera, multis malis exercito eſt accommodus. Nihil verò adeò ſincera, eademq; ſtabilia generat & conſeruat amicorum ſtudia, nihil eundem vitæ colorē in amicos inducit, vt idem religionis inſtitutum: Cum enim natura cuiq; indiderit ſcintillas quaſdam religionis, quibus accenſus Deum inueſtigare, inueſtigatum colere, & ab eo commoda quæque poſtulare, & huic pro oblatis grates referre; & ad huius nutum & præſcripta vitam accommodare deſideret; in omnibus huic obſequi, nullum ex mortalibus ei pręferre, nihil ex cultura eius propter quoſuis ſibi deuinctiſſimos detrahere, nō fratris, ſororis, matris, etiam patris, nedum amici amore, ab eius obediētia retineri, in omnibus ab eo dependere putet; nullo modo illa amicitia cōſiſtere poteſt, quorum in religione difformia ſunt ſtudia: Diuerſitas.n. religionum, diuerſitatem cultus; & diſparitas cultus, diſparitatem præceptorum;

torum; & præceptorum difformitas, difformitatem morum; & difformitas morum aliud vitæ inſtitutum, alia exercitamenta, alia ſtudia, deſideria diuerſa, & volũtates diſcordes generat: Quocirca nec Mahumetanus Hebræo, nec Hebręus Chriſtiano, nec Chriſtianus quauis hęreſi infecto, amicitiæ veræ vinculis cõiungi poteſt: Amicorum ergo perpetua lex eſt, in religione & cultu Dei concordia; Amicus vt amico in religione & cultu Diuino ſimilis ſit, vt Amicus amicum vſque ad aram ſequatur: Multò ſtrictiore quàm amicitię nodo cõiuncti ſumus Chriſto Saluatori noſtro: Ipſe hodie ad aram Moyſis defertur, cur nos eãdem aram deteſtamur? vt quid ab ea reſilimus? Ipſe hodie à Sacerdote legis circumciditur; cur nos circumciſionem abominamur? vt quid non circumcidimur? Amicus debet eſſe amico amicus vſque ad aram: Exemplum dedit nobis Chriſtus, vt ſicut ille fecit, nos itidem faciamus: Prædeſtinationis & vocationis noſtræ effectus eſt, vt Chriſti imagini (Paulus docebat) cõformes ſimus: Omnis noſtra inſtructio eſt, Chriſti qualis actio: Amicorum debet eſſe idem religionis inſtitutum: Chriſtus hodie in ara circumciditur: quamobrem etiam nos ad ſynagogam nõ properamus? non pueros noſtros altari Moſaico imponimus? non cultro lapideo ab aliquo Rabino circumcidi procuramus? Vbinam leges amicitiæ? Idem religionis color, eadem exercitamenta, ſtudia eadem vbi?

At ſi ſciuerimus qua ratione Chriſtus hodie circumciſus ſit; perſpicuũ cuique erit, hac in parte nos non debere ſequi Chriſtum in circumciſione. Verum quidem eſt, amicum debere eſſe amicum vſq; ad aram: Sed nõ erat intentio Saluatoris noſtri aram Moſaicam nobis erigere; imò euertere: Circumciditur IESVS, aiebat Iuſtinianus, ea lege quam tulerat; non vt doceret circumcidi; ſed vt faceret ceſſare circumciſionem: vel potius, vt veteris quidem & inutilis euelleret anticipationem; nouæ autem & ſalutaris aperiret potentiam; vt aboleret quidem eam quæ eſt ſecundũ carnem; produceret autem eam quæ eſt ſecundum ſpiritum; & illius quidem argueret imbecillitatem, huius autem oſtenderet fortitudinem. Triplici igitur de cauſa nõ debemus circumcidi: Prima quidem, quia Chriſtus ea lege circumciſus eſt, vt faceret ceſſare circumciſionem. Altera, quia nobilius ſignaculum nobis reliquit: Tertia, quia nouã & magis ſalutarem circumciſionem inſtituit: Et vt ſermocinationem ad ſingulas breuiter contrahamus, primam ſic expendo: Circumciſio (vt ex libro Geneſis didicimus) ad nihil aliud à Deo ſapientiſſimo inſtituta erat populo Iſraelitico, niſi vt eſſet vmbra quædam baptiſmi futuri, & ſignaculum fidei in Chriſtum venturum; per quam omnes ſalutem animarum aſſequi debebant. Abrahamo.n. de illo ſemine benedicto, in quo benedicendę erant benedictione ſpirituali oẽs gentes, ſemper anxiè cogitanti, dum apparuit Deus; hęc ad eum verba habuit, Ego inquit ſum, & ponam pactum meum tecũ, eriſq; pater multarum gentium; nec vltra vocabitur nomen tuũ Abram,

Serm. 1. de Circumc.

Gen. 17.

ſed ap-

ſed appellaberis Abraham; quia patrem multarum gentium conſtitui te: Faciamque te creſcere vehementiſſime, & ponam te in gentibus, Regeſque ex te egredientur: Et ſtatuam pactum meum inter me & te, & inter ſemen tuū poſt te in generationibus, fœdere ſempiterno, vt ſim Deus tuus & ſeminis tui poſt te: Hoc eſt pactum meum quod obſeruabis inter me & te, & ſemen tuum poſt te; Circumcidetur ex vobis omne maſculinum, & circumcidetis carnem præputij veſtri; vt ſit in ſignum fœderis inter me & vos: Voluit dicere Deus]. O Abraham, ego agnoſco magnā fidem tuā; qua mihi & meo partui ab æterno in corde meo genito, credidiſti; explorata eſt mihi multis & euidentibus ſignis quæ tu ad nutum meum promptè, contra ſpem & exiſtimationem hominum, oſtēdiſti; nunc crede mihi, quia, non eſt vana fides tua; non baculo arundineo adhæſiſti: merces tua magna ero ego nimis: Nā ego ero Deus tuus & ſeminis tui poſt te; Deus enim ſum illorum qui verbis meis fidem conſtantem & perfectam adhibuerint: Deinde, per fidem hanc quam tu habes, ij quorum tu caput es & principium, qui tuo exemplo in ſemen tuum illud benedictum credituri ſunt; à macula hæreditaria abluentur, aſſequentur ſalutem & benedictionem: In ipſo enim, & ipſius fide, benedicendæ ſunt omnes gentes: Poſtmodum nō vocaberis vltrà Abram ſed Abraham; Credulitate.n. tua qua exemplum alijs dediſti, paternitatem ſuper multas gētes aſſecutus es: Patrem multarum gentium conſtitui te: At quia homines concreti è corpore, vt & tu quoque, ſunt illi qui tuo exemplo credituri in me ſunt; in quibus carnis concupiſcentiam, ad malum maximè intenſam, & idololatriæ cultum propagatum, rationis verò lumen obſcuratum, & fidei radios extinctos video, quo habeant aliquod ſacramentum quo & ad fidem excitentur, & eandem in animo conceptam, exterius teſtentur; hoc erit pactū fœderis ſempiterni inter me & te; hoc ſignaculum erit tuæ fidei internæ; circumcidetur ex uobis omne maſculinum; Infans octo dierum circumcidetur in uobis; omne maſculinum in generationibus veſtris; tā uernaculus quàm emptitius circumcidetur, & quicunque non fuerit de ſtirpe ueſtra; eritque pactum meum in carne ueſtra in fœdus æternum: Maſculus, cuius præputij caro circumciſa non fuerit, delebitur anima illa de populo ſuo; quia pactū meū irritū fecit. Circūciſio erit vobis ſignaculū fidei in Chriſtum uenturum, per cuius fidem benedicendæ ſunt oēs gentes; per quam fidem à labe originaria & à peccato uoluntariè perpetrato, omnes remiſſionem conſequentur: Circumciſio erit uobis umbra quædam deſignans iuſtitiam, quam per fidem baptiſmi futuri fideles accipient.

Circumciſio ergo, ut ad priora reuertar, ad hoc inſtituta fuit à Deo, ut eſſet ſignaculum fidei in Chriſtum uenturum & umbra quædam baptiſmi futuri: Nec iſta ego in ſomnis excogitaui, ſed à Doctore fidei Paulo didici; Is enim dum quærebat, quomodo fides reputata eſt Abrahæ ad iuſtitiam? in circumciſione an in præputio? Non in circumciſione, inquit, ſed Rom. 4

in præ-

in præputio: Et ſignum quidem accepit circumciſionis, ſignaculum fidei iuſtitiæ, quæ eſt in præputio. vt ſit pater omnium credentium per præputium; vt reputetur & illis ad iuſtitiam; & ſit pater circumciſionis; non ijs tantum qui ſunt ex circumciſione, ſed & ijs qui ſectantur veſtigia fidei quæ eſt in præputio Patris noſtri Abrahæ: Non enim per legem promiſſio Abrahæ, aut ſemini eius vt eſſet hæres mundi, ſed per iuſtitiam fidei: Si.n. qui ex lege, hæredes ſunt, exinanita eſt fides, abolita eſt promiſſio: Ideò ex fide, vt ſecundum gratiam firma ſit promiſſio omni ſemini: Videtis Paulum clariſſimè, fidei omnia tribuere, non circumciſionis; quod ſcilicet fides in Chriſtum venturum, iuſtitiam contulit Patriarchæ; quod circumciſio tantum ſignum fuit, non iuſtitia; aliàs exinanita eſſet fides, abolitæ omnes promiſſiones; omnes gentes, contra pactum Abrahæ factũ maledicendæ, non benedicendæ forent: Diuinum verbum mendacij argueretur. Sed & illud permaximè conuincit, circumciſionem nullam adferre iuſtitiam, ſed eſſe ſignum iuſtitiæ tãtum: Nam & ipſe Abraham Patriarcha priuſquam circumciſionem acciperet, iuſtificatus eſt; Ante circumciſionem enim credidit Deo, & reputatum eſt ei ad iuſtitiam: Si etenim non crediſiſſet Deo, tot & tam ardua illi & promittenti, & præcipiẽti, non ei eſſet reputatum ad iuſtitiam; non ei dictum eſſet, In te benedicentur vniuerſę gentes terræ: Benedicam benedicentibus tibi, & maledicam maledicentibus tibi. non eum Deus in Patrem credentium conſtituiſſet: Sed nec ille tãtum in prępuțio iuſtitiam aſſecutus eſt, ſed & plures alij: Etenim Abel fide oblationem fecit, quemadmodum Paulus dicit: Fide vberiorem hoſtiam obtulit Deo Abel, quàm Caym; & reſpexit Dominus ad Abel, & ad munera eius: & per hanc fidem teſtimonium conſecutus eſt eſſe iuſtus; teſtimonium perhibẽte muneribus eius Deo; & per illa defunctus adhuc loquitur, Fide, Enoch tranſlatus eſt ſine circumciſione, ne videret mortem, & non inueniebatur; quia tranſtulit eum Dominus: ante tranſlationem enim teſtimonium habuit, placuiſſe Deo: Fide Noe, reſponſo accepto de ijs quæ adhuc non videbantur, metuens conſtruxit arcam in ſalutem domus ſuæ, per quam damnauit mundum; & iuſtitiæ quę per fidem eſt, hæres inſtitutus eſt: Fide antiqui illi Mathuſalem, Malaleelem, Seth, Iared, Iaphet, & multi alij, abſque circumciſione placebãt Deo, & ſalutẽ adepti fuerunt: Sine fide enim impoſſibile eſt placere Deo, non ſine circumciſione: Circumciſio enim erat ſymbolum iuſtitiæ, non iuſtitia; fides autem eſt iuſtitia noſtra: Libet hic verba Doctoris Angelici adferre in confirmationem eius, quod diximus: Circumciſionem vmbrã fuiſſe baptiſmi: Baptiſmus, ait, dicitur Sacramentum fidei; inquantum.ſ. in baptiſmo fit quædam fidei profeſſio; & per baptiſmum aggregatur homo congregationi fidelium: Eadem autem eſt fides noſtra, & antiquorũ Patrum; ſecundum illud Apoſtoli 2.Cor.4. Habentes eundem ſpiritum fidei, credimus: Circumciſio autem erat quædam proteſtatio fidei: vnde dicitur.

Hebr.11.

Fide in Xp̃m oẽs ſanctæ illę Iudæorũ fęminæ & fęmineꝰ ſexus in vniuerſũ ſanctificatus eſt.

3.p.q.70. ar 1.& 4.

dicitur. Roman. 4. quod Abraham accepit circumciſionem tanquã ſignaculum fidei: Vnde & per circumciſionem antiqui aggregabantur collegio fidelium: Ex quo manifeſtum eſt quod circumciſio fuit præparatoria ad Baptiſmum, & præfiguratiua ipſius; ſecundum quod antiquis Patrib. omnia in figuram futuri contingebant; vt dicitur 1. Cor. 10. Sicut & fides eorum erat de futuro. Et in circumciſione conferebatur quidem gratia; non ex virtute circumciſionis, ſed ex virtute fidei paſſionis Chriſti, cuius ſignum erat circumciſio: ita ſcilicet, quod homo qui accipiebat circũciſionem, profitebatur ſe ſuſcipere talem fidem, vel adultus pro ſe vel alius pro paruulis: Iuſtitia ergo erat ex fide ſignificata, non ex circumciſione ſignificante: Circumciſio erat in ſignum fidei, in Chriſtum venturum, & in vmbram Baptiſmi futuri inſtituta: Vbi ergo Chriſtus natus eſt, vbi & mortuus, & reſurrexit, & ſedet ad dexteram Dei, & Spiritum ſanctum abundè diffudit in credentes, & ſanguine ſuo precioſiſſimo maculam hæreditariam, & voluntariam abluit, & antidota præſentiſſima, quæ vi & efficacia ſua omne ſcelus auferrent inſtituit, & baptiſmi aquas virtute ſua ſanctificauit, & gratiæ ſuæ præclariſſima dona iamiam per ſymbola fidei noſtræ ſacramenta communicauit, quid circumciſione opus habemus? Vbi veritas illuxit, ad quid vmbræ? vbi ſol iuſtitiæ affulſit, ſueque lucis vndique emiſit radios, quid nobis cum figuris? quid nobis cum candelabro circumciſioni adſiſtente? vbi ſolido cibo veſcimur, quid indigemus lacte? vbi iuſtitia de cœlis proſpexit, animaſq; noſtras ſanctificauit; quid nobis cum ſignaculis? Chriſtus natus eſt; Circumciſio ſignũ erat fidei in Chriſtum venturum; poſtq̃ Chriſtus iam venit, nõ amplius indigemus ſigno huius fidei: ſignum eſſe nequit aliquid rei pſentis, qua tu carueris: deſtituti ſumus: fide in Chriſtum venturum; circumciſio ipſius ſignum eſſe non poteſt. Circumciſio ſignum erat iuſtitiæ per Chriſti paſſionem, & gratiam acquirendæ; Chriſtus iam paſſus eſt, conſummauit iam omnia illa quæ à Patre mandata fuere; iam gratiæ ſuæ munera oĩbus diuiſit; ſanguinem in remiſſionem peccatorum largo fonte iam profudit; iam luce ſuæ fidei omnium oculos illuſtrauit, myſteria ſalutis noſtræ iam vniuerſa perfecit; circumciſione non egemus. Circumciſio ſignum erat, & vmbra Baptiſmi futuri: Baptiſmi gratia iam omnibus inſtituta eſt: Noſtri baptiſmatis iam adeſt gratia, quæ medicinam habet citra dolorem; innumera nobis affert bona, & Spiritus ſancti gratia nos implet; nullum habet definitum tempus, omnibus communis eſt; peccatorum abluit maculas, animas ſanctificat, fulgentiſſimaſque, vt columbas candidas efficit; paradiſum nobis aperit, & in Deiformi ſimilitudine ad Chriſtum nos cõſtituit: vana ergo eſt circumciſio; Ecce ego cum Paulo vobis denuncio, atque teſtificor omni homini circumcidenti ſe, Si circumcidamini Chriſtus vobis nihil proderit; Nam propter hoc Chriſtus affuit, vt finem legalibus
Gal 5. adferret, vt omnia legis ſacramenta tolleret, atque propter hoc legem

imple-

impleuit, vt legis obſeruatio finem habeat: propter hoc circumciſus eſt, non vt doceret circumcidi, ſed vt faceret ceſſare circumciſionem: modo non ex circumciſione, non ab altari Moſayco, ſed ex ſpiritu, ſed ex fide, ſpem iuſtitiæ expectamus: nunc in Chriſto Iesv nihil valet circumciſio, ſed fides quæ per charitatem operatur: Nunc qui ſeminat in carne, de carne metet, & corruptionem, & vulnus, & dolorem carnis; qui autem ſeminat in Spiritu, de ſpiritu metet, vitam æternam: Cum ergo Chriſtus non ea lege aræ impoſitus, atq; circumciſus erat, vt nos in aram Moyſis, vel in ſiliamus, vel pueros noſtros deferamus; licet amicus amicum vſque ad aram debet inſequi; nos tamen hac, in parte, non debemus incedere poſt Chriſtum; aram enim Moſaycam euertit, vnctionis oleum effudit, Sacerdotes Leüiticos repudiauit, petreos cultros confregit, & circumciſioni ſua circumciſione finem impoſuit: Factus erat pro nobis maledictum, vt à maledicto legis nos liberaret.

Altera cauſa eſt, cur nos non debemus circumcidi, licèt ſit Chriſtus circumciſus; quia nobilius ſignaculum, quo ab infidelibus diſcernamur, nobis reliquit: Circumciſio ſiquidem ob eam rem quoque inſtituta erat, vt Iſraëlitæ à cęteris nationibus, non ſolum diuerſis legibus, & inſtitutis, ſed corporeo etiam ſigno diſtinguerentur: Sciebat Deus prauas mentes Iudæorum, ait Chryſoſtomus, futuras: ideò ſignum circumciſionis, quaſi frę̄nū quoddam eis impoſuit, ne gentibus commiſcerētur: Sciebat eorum laſciuiam, quod, licet infinities eis inſuſurraretur, vt ſe ab illicitis contineant, non parerent: Ideò dato eis perpetuo memoriali, iniecit eis circū ciſionis ſignum, quaſi vinculum quoddam, deditq; eis terminos, & regulas, vltra quas, eis tranſire non liceat, & in nullo cum gentibus ſe commiſcerent, ſed ſua gente contenti eſſent; vt Patriarchæ ſemen impermiſtum maneret; vt ſic promiſſa, in eis compleri poſſent. Hom. 39. in Gen.

Et quemadmodum vir aliquis prudens & lenis, ancillam habens petulantem, mandata illi dat ne vnquam extra veſtibulū prodeat, neque cum prætereuntibus confabuletur; ita & miſericors Dominus circumciſionis ſignum carni eorum indidit, quaſi pedibus vinculum quoddam, vt domeſticum habentes ſignum, non vltra doctrina & conuerſatione aliorum opus haberent; Et quemadmodum ſiquis ſeruum poſſidet, nomen eius, & figuram ſæpe immutat, omniaque facit vt ſciatur ſuus eſſe, & dominium ſuum innoteſcat; ita &, nimirum, omnium Dominus, dum populū è ſuccenſa Chaldęorum fornace, & poſt è duriſſima Ægypti ſeruitute abduxiſſet, & multa mercede ſibi in peculium coemiſſet; quaſi poſt hac ſeparare eos volens ab alijs hominibus, adiecit literam nomini Abram, vt non Abram, ſed Abraham, multorum. ſ. populorum pater eſſet atque vocaretur: adiecit circumciſionem, quò electus eius populus, ab alijs gentibus ſequeſtratum ſemen cognoſceretur.

At nobilius ſignaculum nobis Chriſtus impreſſit, quo à cæteris gentibus

bus diuidamur. Sed quod tandem? Viuificæ crucis ſignum noſtris frontibus,& cordibus inſculptum: Iā conſpeximus virum illum veſte Pontificia candida indutum; tranſeuntem per mediam Ciuitatem,in medio Ieruſalem,baiulantē ſibi crucē, & ſanguine ſuo precioſiſſimo noſtris frōtibus,noſtris animab.inſcribentē admirādū illud Thau ſacratiſſimę crucis: Hoc.n.ſigno diſcernimur à Iudęis; Iudęis.n.ſcandalum eſt crucis prædicatio: Hoc Symbolo ſeparamur à Gentilibus: Gentilibus.n.ſtultitia eſt lignum crucis. Hoc ſigno diſcernimur ab hæreticis: Hæreticis.n.idololatria eſt crucis ſignaculum: Hoc ſigno ſeparamur à dæmonibus; Dæmonibus enim horror & ſupplicium eſt crucis ſignum: dæmones vbi viderint ſignum crucis,deterriti fugiunt: Cruce Dominus ipſe ſemetipſum à cæteris ſeparabit; Hoc ſignum crucis erit in cœlo, cum Dominus ad iudicandum venerit: Quod ſignaculum an nobilius & pręclarius circumciſione ſit,illud euincit,quod circumciſio ſine fide nihil vitalis & ſalutiferi in homine operata eſt: crucis autem ſignaculum omniū bonorum & totius ſalutis animarum cauſa eſt: Crux ſpes eſt Chriſtianorum, mortuorumq; reſurrectio; Crux aduerſus dæmones triumphus,crux diaboli deuictio; cruce Chriſtus & eius ſequaces infernum debellant; cruce paradiſum, vt clauе aperiunt; per crucem, vt ſcalam Iacobi beatam & ſempiternam, cœlorum requiem conſcendunt; Crucem non Iudæi tantum,non maſculi tantum, ſed omnes & Iudæi & Gentiles,& viri & fœminę ſuſcipiunt. Reges poſitis diadematibus crucem quærunt; In purpuris eorum crux; in coronis crux,in armis crux, in menſa ſacra crux, neque ſic regia corona eorū caput ornatur,vt cruce: Ad exemplum Regum,crucem in toto orbe inuenies,apud principes,apud ſubditos,apud mulieres,apud viros,apud virgines,apud nuptas,apud ſeruos,apud liberos: Omnes ea ſe ſignant in ſcribendo in nobiliſſimo membro; In fronte enim noſtra, quaſi in columna quotidie figuratur: Per hanc enim nos Chriſticolas,magiſter noſter ſeparari voluit ab omni natione: cruce enim ſua, & morte ſua, & ſanguine ſuo & paſſione ante mortem effuſo,nos ſibi in populum peculiarem comparauit. Redempti ſumus de vana conuerſatione paternæ traditionis,nō corruptibilibus auro vel argento, ſed precioſo ſanguine agni immaculati Chriſti,& incontaminati: Chriſtus ſe tradidit vſq; ad mortem crucis pro Eccleſia; vt illam ſanctificaret & exhiberet ſibi glorioſam; non habentem rugam aut maculam,aut aliquid huiuſmodi, ſed vt ſit ſancta & immaculata: Ideoque hæc ſunt inſignia fidei noſtræ, hoc ſtemma,hoc ſymbolum nobis inſculpſit Chriſtus ſanguine ſuo, vt per hoc dignoſcamur, ab omnibus ijs,quicunque Chriſtiano nomini oblatrant & aduerſantur.

Crucis virtus & dignitas.

1.Pet.1.

Quamobrem meritò aram & ſignaculum Moyſis abhorremus; aliam enim aram nobis erexit Chriſtus; Chriſtus aliud nobis ſignaculum impreſſit; ſicut & ſub aliam legem, ſub aliū paſtorem, alias cęrimonias,alia ſacramenta,alia inſtituta, aliam Eccleſiam,ſub aliud nomen, Chriſtianū,

ſcilicet

ſcilicet non Iudaicum,nos redegit,collegit & congregauit.

Quod ſi tertiã rationem audire cupitis, quare nos nõ circumcidimur; ea eſt, quia Christus nouam & magis ſalutarem nobis inſtituit circumciſionem ſpiritualem: Sed quid ego appello nouam, quã etiam Moyſes populo Iſraelitico pollicitus fuerit? Si ductus, ait, pęnitudine cordis tui,reuerſus fueris à malo ad Dominum Deum tuũ, & obedieris ſtatutis eius, circumcidet Dominus Deus cor tuum, & cor ſeminis tui, vt diligas Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & in tota anima tua, vt poſſis viuere: Vtinam aliquis ex Sanctis vatibus(optarem ego) è cœleſti illo beatitudinis ſolio nos hic reptantes in terris contuens,modò delabatur, & nobis dicat,Circumcidet Dominus cor tuum;at vellem non vt tantum cor, ſed & caput,& oculos,& capillos,& aures, & nares, & linguã,& manus, & pedes,& omnia interiora noſtra Deus quandoq; præcideret; Sic enim omnia excreuerunt membra in nobis,vt monſtra,non homines,ſi quis recte videat,videamur: Quidam more Atlantis caput ad ſydera, licet Pygmæi ſint,attollunt;præcide cultro humilitatis elatum hunc verticẽ: Quidam lynceos in alienis,talpę in ſuis defectibus oculos habent;erue curioſitatis in aliena macula oculos; præcide hanc auiditatem ſcientiæ aliorum;manticam tuã quę ante eſt,reſpice: Alijs capilli ſuperfluitatum vſq; ad terram excreuerunt; præcide hæc ſuperflua,& da pauperibus; Regnũ cœlorum,nõ terram,diuitijs tuis adorna: Aliorum aures exporrectæ ſunt magis quàm aſinorum:aſinus enim aſini vitium & ſcelus & murmura audire nequit;præcide has aures;Detrahentem in ſecreto proximo ſuo perſequere;Loquere ad ipſum,curemus noſtra; quomodo peccatorum rationes reddemus; & curioſitatem hanc & operoſam indagationem circa vitam honeſtam exhibeamus. Aliorum lingua ita in immenſum protenſa eſt,vt labijs contineri nequeat;ſed in omne nefas,in proximorũ proſcindendam famam erumpat:circumcide peſſimam hanc linguam;Si vos inuicem mordetis & comeditis, videte ne inuicem conſumamini: Prohibe linguam tuam à malo, & labia tua ne loquantur dolum: abſtine à detractione,turpiloquio,blaſphemia,ſcurrilitate, vanis ſermonib.de minimo enim verbo ocioſo redditurus es rationem: Alij demum in monſtra degenerarunt,laſciuientes vt tauri,poſt mulieres;hinniunt vt equi,recalcitrant vt aſini;vt vrſi,ventri indulgent;malum tenent memoria,vt cameli;vt viperæ ſeruant venenum;malis omnibus ſcatent, vt maligni dæmones;Præcide hæc monſtruoſa membra, ſi quis veſtrum ea in ſe percipit excreuiſſe,Circumcidamini circumciſione non manufacta, in expoliatione peccatorum,in circumciſione Chriſti;non illa quidem corporea & carnali;ſed ſpirituali: circumcidite cor veſtrum, & omnia membra animæ veſtræ,vt diligatis Dominum Deum veſtrum ex toto corde veſtro, & in tota anima veſtra,vt viuatis: Deponite ſecundum priſtinam conuerſationẽ, hominem veterem, qui corrumpitur ſecundum deſideria erroris; Renouami-

Deut 30.

Galat 5.

uami-

uamini au tem ſpiritu mentis veſtræ,& induite nouum hominem qui ſecundum Deum creatus eſt in iuſtitia & ſanctitate veritatis: Amicus amicum ſequi debet vſque ad aram; Chriſtus noſtras in ara crucis depoſuit ſordes; Chriſtus noſtras in ara Moyſis ſibi impoſitas labes & ſuperfluitates præcidit;ſequamur nos illum, noſtra præcidamus monſtruoſa animę membra,affectus,cogitationes,ſermones,facinora à recto diſtorta circumcidamus;vt ad altare illud ſupernæ cęleſtis Eccleſiæ,hic in terris mundati atque expurgati,cum illo intrare valeamus: Amen.

Vocatum eſt nomen eius IESVS.

PVNCTVM SECVNDVM.

Cur eo nomine CHRISTVS *appellatus ſit?*

Plutar. de Ei, apud Delphici templi fores, superſcript.

QVAE Antiquitas illa, veritatis Diuinæ ſtudioſa indagatrix, de Deo reliquit, licet omnia ſecreta, myſterijſq; referta ſint; non minus tamẽ abſtruſum iudicaui illud, quod vidi apud Plutarchum, foribus templi Delphici ſuperſcriptum, Ei. in Græco, quod Latine redditum, denotat Es. Quid hiſce duabus literis maiores innuere vellent; (non enim fortè fortuna, neque ſorte inter literas in ijs ædibus, ſed & ſpectaculi cauſa & donarij ſacri loco collocatæ fuere) in cõtrouerſiam apud illos antiquos vocatum erat: & alij quidem, hominum quorundam, alij Solis & Lunæ, notam eſſe dixere; nonnulli templũ oraculis celebre hoc vocabulo appellari; quidam numerum quinarium, quaſi eo delectetur Deus, deſignari cẽſuere; plurimi vim quandam peculiarem & inſignem in eo latere aſſeruerunt: Tandem inter alios ſapientior Ammonius, teſſeram eſſe & perfectam appellationẽ Dei, omnibus approbantibus interpretatus eſt; Quod vt cuique veſtrum magis perſpicuum ſit; duo appoſitiſſimè aureis literis exſculpta fuerunt ſupra fores illius templi, ſcilicet, Noſce teipſum, & Ei, ſeu Es. Deus, ait Ammonius, vnumquemque noſtrum huc accedentem, veluti ſalutans compellat, Noſce teipſum, inquiens: Nos viciſſim reſpõdentes Deo, Ei, id eſt, Es dicimus; veram, certam, ſolamque ſoli conuenientem ei appellationẽ, qua eſſe dicitur, tribuentes: Reuera enim eſſentiæ nos nequaquam ſumus perfectè participes; ſed vniuerſa mortalis natura in medio ortus & interitus verſans, ſpeciem opinionemque obſcuram & inſtabilem ſui præbet: natura quoque illa immortalium ſpirituum, licet non defluat ut noſtra: ut noſtra tamen & ortus ſui principia, & eſſentiam ſuam non vndequaque perfectam habet: Deus autem eſt eſſe perfectiſſimũ, muneriſque omnibus

nibus

nibus abſolutiſſimum, omnes eſſentias, perfectiones omnes & internas & externas omnium complectens uiſibilium & inuiſibilium rerum: Diuinum eſſe, cum totum ſit ſimul, cuius nihil præterijt, cui nihil addēdum eſt, cumulatiſſima bonorum omnium affluētia permanet: Deus reuera eſt quod eſt: eſt enim ſempiternus; & ortus & interitus exors, cui nullus à tempore motus infertur, de quo non licet dicere fuiſſe aut fore: in quo uerba inclinationem ſignificantia aut defectum aut mutationem, locum nō habent. Deus itaque ſolus & ſemper, EST: & eſt nulla ratione temporis, ſed æternitatis immobilis, tempore & declinatione carentis; in qua nihil prius eſt, nihil poſterius, nihil futurum, nihil præteritum, nihil antiquius, nihil recentius: ſed vna cum ſit, vnico motu ſempiternam implet durationem: & huius ratione quod eſſe dicitur, verè eſt; non futurum, non præteritum, neque ortum, neq; deſiturum: Dei ergo ſubſtantia, quia ſublimior atque perfectior eſt cunctis, Dei ſiue eſſentiam, ſiue perpetuam exiſtentiā adſpectes, vniuerſis nobilior eſt: & verè eſt, quia nihil ei deeſt; ſed omne eſſe, Diuiniori quàm creatūra quæcunque modo, continet: Deus verè ens quia & ortus ſui principia, & occaſus fines non habet; ſed perenni æuo, ante & poſt ſæcula, immobilis atque feliciſſimus perſeuerat, hac ſalutatione, Es, ſummo venerationis ſtudio nobis compellandus eſt: Es, enim, veram, certam, ſolamque ſoli conuenientem ei appellationem denotat: Es, illius ſolius ſummum & primum nomen, maximaque teſſera eſt: Nec iſta ſunt fabuloſa gentilium commenta: Videamus quid Deus ardens in rubo Moyſi dicat, quo ſeipſum nomine appellet, vt oſtendamus Pythagoricos & Platonicos (quod D. Auguſtinus, & poſt eum plures aduerterunt) **Exod. 3.** plurima ſua ex ſacris literis deprompſiſſe: Moyſes igitur dum legatum agere Dei ad Pharaonem inſtituerat, ſollicitè à Deo perquirebat nomen ipſius: Ecce, inquit, ego vadam ad filios Iſrael, & dicam eis, Deus Patrum veſtrorum miſit me ad vos: Si dixerint mihi, Quod eſt nomen eius? quid dicam eis? Deus vt ex nomine cognoſceretur ab eis, quod non aliquis vel Gentilium illorum impurorum Deorum, vel ex ſublimioribus Angelicis ſpiritib⁹ eſſe crederetur, ſed omnia creata, & eſſentia, & æternitate, & maieſtate, & gloria, & omnipotentia, & virtute immenſa, & omni eo quod eſt, vel poteſt eſſe vnquam, præcelleret; proprium nomen quo deſignaretur, & ab alijs quibuſque diſcerneretur, ei reuelauit: Dixit Dominus ad Moyſem, Ego ſum, qui ſum: hoc eſt nomen meum; Sic dices filijs Iſrael, quando à te nomē meum requiſierint; Qui eſt miſit me ad vos; Dei veſtri, nomē eſt, QVI EST: Quare & Damaſcenus dicebat, Principalius, inquit, **Lib. 1. orthod. fid. c 12.** omnibus quæ de Deo dicuntur nominibus eſt, Qui eſt: Totum enim in ſeipſo comprehendens, velut quoddam pelagus ſubſtantiæ indeterminatum, & infinitum ſignificat: Cùm ergo Saluator noſter Deus ſit & homo: & ex eo quod Deus, omnes eſſendi gradus ſublimiori & ineffabili modo contineat; ex eo quod homo, omnium creaturarum participat perfectio-

ne;ſit cum lapidibus, viuat cum plantis,cum animalibus ſentiat,cum cęleſtibus moueatur corporibus,intelligit cum Angelis; omnium creatorũ quidpiam aſſumpſerit,cur hoc nomine Es,vel Eſt non eſt appellatus? Sũmi Pontifices dum creantur, & nouam nomenclaturam ſortiuntur, foribus templi illius permagnifici S.Petri, nomen aureis deſcriptum literis affigitur,eorum proprietates & munera exprimens: In templo Salomonis, nouus ſecundum ordinem Melchiſedech, Summus Pontifex Chriſtus hodie inſtituitur,& primam oblationem cruentam,Deo Patri pro nobis offerens, nomen nouum accepit; cur in huius templi foribus, aureis nomen ſuperſcribitur characteribus,Ei,vel Es? Es.n.partes,& officia, & ſubſtantiam,& ęternitatem Sanctiſſimi,huius Sacerdotis exactiſſimè exprimit? Quid ei cum nomine IESV, quod multi ante ipſum ſibi vſurparunt? quod ei cum pluribus alijs,cum IESV Naue,cum IESV Syrach, cũ IESV apud Zachariam Pontificẽ commune eſt. Cur potius nomine Es, vel Qui eſt à nobis non ſalutatur? Conſultò,Diuina ſic diſponẽte inſcrutabili ſapientia,non ab hominibus,ſed ab Archangelo Gabriele, non hoc nomine Qui eſt,ſed IESVS, Saluator noſter,priuſquam in vtero conciperetur,deſignatus eſt: Nomina,vt apud omnes conſtat,quæ Diuinitus alicui impoſita ſunt;proprietates, & futurarum rerum ab eo perficiẽdarum hyſtoriam explicare debent: Sic Adam ab Adem, quod eſt terra,dictus; eo quod terrenus eſſet; Sic Noe à Niah, quod eſt quies; eò quod quietis author erat:Declarat hoc adiecta particula à Lamech patre eius,qui vocauit eum Noe,dicens,Hic nos quieſcere faciet: Quietem diluuium vocás, eò quod ſub illo futurum diluuium; diluuiúm verò mors fuit, mors autẽ quies homini eſt; & ideò eúm ſub quo diluuium eſt factũ,quietis authorem vocauit: Sic Abraham à trans vel vltra,eò quod trãſitor,peregrinus, vel excelſus & fide omnes antecellens pater multarum gentium eſſet: Sic Iacob à ſupplantatione,eò quia fratrem ſuum in primogenitura,& in benedictione paterna ſupplantauit: Sic Saluator ille Ægypti,eò quod vniuerſam regionem à fame liberaſſet: Sic omnes alij quicunque à Deo vocante nomina ſortiti ſunt,nominibus illis, & proprietates, & varietatem donorum ſibi collatam,& res à ſe geſtas vel exequẽdas, vt ſignaculo quodam externo,declararunt.At verò hoc nomẽ, Eſt, non exprimit perfectè illud, quod Saluatori noſtro ex aſſumptæ humanitatis vinculo conuenit. Ieſus autem exactiſſimè omnia quæcunque ille ſiue ex Diuinitate ab æterno, ſiue ex tempore ab humanitate obtinet, explicat: Congruit puerulo nato eſſe Saluatorem, tam ſecundum Diuinam, quã ſecũdum humanam aſſumptam naturam: Hoc nomẽ Eſt, non explicat vtrunque: Et Pater.n. Diuinus,& Spiritus ſanctus, quibus hoc idem nomen commune eſt, naturæ aſſumptæ humanæ participes eſſent;humanitatem aſſumpſiſſent, & in vtero virgineo primum concepti,poſtmodum in mundum effuſi fuiſſent,circumciſi ſanguinem fudiſſent, pro nobis noſtraque ſalute morte

turpiſ-

turpiſſima, & horrēda in cruce obijſſent: quod Catholicæ aures audire recuſant: Quorum.n.nomen commune eſt, communis quoque, ſecundum illud nomen, eſſentia illorum eſt: quorum communis eſſentia, communes & partes eſſentiæ, communes proprietates, opera communia, communia officia, communia ſunt & munera: Si Patris & Filij & Spiritus ſancti cōmune eſt nomen, Eſt: & illud tanquam peculiare impoſitum eſſet Filio circumciſo; vt filius eſt redemptor mundi & Saluator, redemptor & Saluator mūdi eſſent Pater & Spiritus almus: vt Filius naturā Adæ accepit, naturā Adæ & Pater & Spiritus S. accepiſſent: vt filius è Mariæ aluo prodijt & octauo die circumciſus eſt, prodijſſent ex eadem aluo & circumciſi fuiſſent Pater & Spiritus ſanctus: vt filius ſanguinē pro nobis fudit & mortuus eſt, eūdē fudiſſent & mortui fuiſſent Pater & Spiritus Diuinus: Quæ oīa vt abſurda, ita hæreſi peſſima infecta ſunt: Accedit ad hæc qđ nomen Eſt, ſignificat illud quod verè eſt, quod nulli paſſioni, mutationi nulli, nulli variationi ſubiacet: Saluator noſter, etſi ſecundum Diuinam, communem cū Patre, naturam, omnis varietatis expers eſſet, In principio.n. erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum; Antequam Abraham fieret, de ſe ait Chriſtus, ego ſum: ſecundū tamen humanitatem aſſumptam, tempori, & mutationi, & paſſionibus ſuppoſitus erat: Nam & nouem menſibus in vtero materno ad iuſtam infantuli corpoream molem excreuit; & in tempore intempeſtiuæ noctis, imperante Auguſto, circiter annos quatuor mille, ab orbe creato, natus eſt: ſtatim ab ortu, cōtinuis mutationib⁹ adoleſcebat, infans, puer, adoleſcens, iuuenis, vir, ſemper poſteriore priores abolente ortus: vir factus erat intereunte iuuene, hic puero, hic infante, & qđ heri fuerat, deficiebat orto hodierno; hodiernum in craſtinum deſinebat; materia humanitatis circa illud vnū inuiſibile & immotum Dei ſimulachrum & exemplar quoddā carni impreſſum, circumagitata atque labaſcente; Quare & ſecundum hanc materiam aſſumptam, & exiſtebat & interibat; & accedebat atque recedebat, quouſque tandem mortis præfinitum tempus uenit: quo ſolubilis ille nexus inter eius animam & carnem diſruptus eſt: Quibus uerò paſſionibus ſecundum hanc eandem naturam, ſubiectus non fuit? Quid non perpeſſus eſt? Infans in pręſepio uagiens, frigore hyberno contractus ſtridentia membra ad horridum præſepe collidebat: Delatus hodierno die ad ſynagogam duriſſimi lapidis cultro uulneratus; poſtmodum ferro candēte, ne ſanguis effluat, aduſtus, acerbiſſimas ſuſtulit pęnas: Sub cura poſitus materna, obiurgationes, querimonias Ioſephi & Sanctiſſimæ Virginis ſumma cū patientia audiuit: Dicebāt.n. ei, Fili qđ feciſti nobis ſic? vbi adoleuit aūt, paupertatē extremā, opprobria, blaſphemias, conuitia, detractiones, famē, ſitim, moleſtias, angores, labores immēſos ſubijt: ita ut modò ſup fontē Sychar ex itinere fatigatus ſedebat, poſtulans aquæ guttā à Samaritana; modò in Marthæ domo, confecta angoribus & moleſtijs mē

bra cogebatur refocillare;modò,ſi nullus hominum aderat, qui ei neceſſitatem patiēti,ſubuenire poterat,accedebāt Angeli & uel miniſtrabant ei in deſerto,vel ſi in angoribus poſitus ſanguineo madebat ſudore,ſolabātur & confortabant paſſibiles affectus:modò,dum omnes ſcandalizati ab eo fugiebant,dum nullus erat auxiliator,conſolator nullus,ſed omnes irriſores,blaſphemantes,latrones homini & Deo inſultantes, miniſtri etiā veſtimenta partientes,alij felle & aceto eum potantes, alij connumerantes eius neruos & oſſa diſtenta;alij clauis acutiſſimis manus & pedes eius configentes;dum quæreret hominum auxilium & non fuit,paſſionis dolore adactus vociferatus eſt ad Patrem, Deus Deus meus, vt quid dereliquiſti me?vt quid me tot malis expoſuiſti? ſiccine iſtis crudeliſſimis,corpus meum vellentibus & me conficientibus hiſce indignis paſſionibus; ſubiacebo? Vita Saluatoris noſtri ſecundum carnem aſſumptā, non aliud quàm perpetua tentatio,perpetua paſſio fuit; vſquedum morte finem illis impoſuerit: quouſque dixit illa verba,Conſummatum eſt; atque incli-
Iſai. 53. nato capite emiſit ſpiritum : ita vt Iſaias cōtemplatus in Spiritu futuram eius paſſionem, dixerit, Vidimus eum virum deſpectum & nouiſſimum virorum,virum dolorum & ſciētem infirmitatem: qui verè languores noſtros tulit,& dolores noſtros portauit, & vulneratus eſt propter inquitates noſtras,& attritus eſt propter ſcelera noſtra; & ſicut ouis ad occiſionē ductus eſt,& quaſi agnus coram tōdente ſe obmutuit, nec aperuit os ſuū; & Dominus voluit eum conterere in infirmitate ſua, & de anguſtia ſublatus eſt:Conteri aūt,mori,occidi, vulnerari, dolores portare,liuida habere membra,ſanguinem fundere,languores ſufferre,ſcire dolorem & infirmitatem,capi;ligari,ſudore ſanguineo madere, angelorum & hominū expoſtulare auxilium,ſitim & eſuriem pati,laboribus defatigari,angi,plorare,circumcidi,egere, diris perpeſſionibus & cōtinuis mutationibus obnoxium eſſe,non conuenit ei qui eſt,Qui Eſt:ille enim qui verè eſt,impaſſibilis eſt & immutabilis: Chriſtus,ſecūdum quod homo,paſſibilis & mutationibus diuerſis ſubiectus fuit;Nomē igitur Qui eſt,vel Es,ei,inquantum Saluatori,proprium eſſe nequit: Ille qui verè eſt, eſt nulla ratione tēporis,ſed æternitatis immobilis,tempore & inclinatione carentis : Chriſtus vt Saluator,Saluator eſt ratione tēporis. in tempore enim cœpit eſſe; non quidem Deus,ſed Saluator;& in tempore deſijt eſſe, nō quidē Deus ſed Redemptor : non.n.amplius ſanguinem pro nobis in preciū ſparget: Ille qui verè eſt,totum ſimul eſt ; cuius nihil præterijt, nihil futurum eſt:
Luc. 2. Puer autem ille creſcebat & confortabatur, Puer ille IESVS proficiebat ſapientia & ætate & gratia apud Deum & apud homines : quocirca pro nomine proprio,Qui Eſt,vel Es,retinere nō poterat: Nomina.n.propria, eſſentiam,proprietates,& res geſtas perſonæ explicare debent.

At hoc ſalutiferum atque admirandum nomen IESVS hęcomnia præſtat. Deſideras Chriſti agnoſcere eſſentiam?Hoc nomine Ieſu vt propria

nota

nota cognoſces: I E S V S enim ſignificat Deum & hominem: vis proprietates & attributa Chriſti explorare? Hoc nomen I E S V, vt propria teſſera, ea tibi deſignabit: I E S V S enim Diuinas & humanas proprietates humilia & ſublimia complectitur attributa: Quæris officium & munera Chriſti? Hoc nomen I E S V illa tibi demonſtrabit; I E S V S enim ſalutis noſtrę authorem innuit: Cætera quidem Chriſti nomina, maieſtatem, gloriã, celſitudinem, Diuinitatem eius denotãt: non autem noſtrę ſalutis principiũ: hoc nomen Ieſus illa oĩa, & gloriam & ſublimitatem Chriſti, & noſtram ſaluationem continet: præſefert.n. medelam, peccatorum veniam, gratiã, iuſtificationem, redemptionem, à ſęua poteſtate tyranni, & faucibus Satanæ ereptionem, apertionem cœli, & ad cęlos noſtram aſſumptionem: Expectabas ò homo cum illo ſancto Patriarcha ſalutare Domini; dati fuerãt tibi ſaluatores plurimi; ſed illi corporis non animæ iſte & corporis & animæ ſalutem attulit: Attulerat tibi, ò homo, Ieſus Naue, ſalutem illam corporis fragilem, caducam, & cum ipſo corpore intereuntẽ; I E S V S Chriſtus attulit tibi ſalutem animæ firmam, ſtabilem, & cum ipſa anima perpetuò manentem: Ioſue attulerat ſalutem corporis, quæ tibi communis eſt cum brutis; I E S V S autem illam quæ nobis cum beatiſſimis ſpiritibus, & fęliciſſimis illis cęli ciuibus vna eſt: Ioſue attulerat vitæ corporis adiumenta & ornamenta, ingentes.ſ. opes atque diuitias, quæ plerunque ſunt incitamenta malorum, curarum fomenta, nutrimenta voluptatum, irritamenta ſuperbiæ, arrogantiæ ambitioniſque materia; I E S V S autem vitæ ſpiritualis precioſa dona, inæſtimabiles animæ theſauros ſecum aduexit, innumerabilia bona in ærarium noſtrum intulit: Atque inprimis illã incomparabilem Diuinitatis ſuæ imaginem, ad quam hominem, dum Verbum caro factum eſt, effecit: Multum eſt origini humanæ datum, ait Leo, quod fecit nos Deus ad imaginem ſuam; ſed reparationi noſtræ longè amplius eſt tributum, quando ipſe Deus factus eſt ad imaginem noſtram, & ſeruili formæ ipſe ſe Dominus aptauit: Contulit deinde hominibus Regnum & Sacerdotium, Dei amicitiam, pacem, Spiritum ſanctum, dignitatem adoptionis, hęreditatem filiorum Dei, ſplendorem animarum, Angelorum contubernium, immortalem gloriam, conſeſſum ad dexteram ſuã, bonorũ omnium ſocietatem & participium perenne: Ipſe enim fecit nos Deo noſtro regnum & Sacerdotes; & regnabimus non ſuper terram, ſed ſuper cęlũ: Ipſe diademata glorię fulgidiſſima imponit capitibus noſtris; ipſe Rex introducit in cellam illam vinariam; ipſe porrigit poculum ex vino condito & inebriat ab vbertate domus ſuæ, torrente voluptatis ſuauiſſimæ omnibus propinans. Ipſe inimicitiarũ parietem inter Deum & hominem cruce ſua diruit, ipſe ſanguine ſuo immaculato pacificauit ea quę in cœlis ſurſum & deorſum in terris ſunt; ipſe poſt aſcenſionem ſuam ſpiritum ſanctum in linguis, & illis ardentiſſimis in Apoſtolos, & in vniuerſam Eccleſiam immiſit; Ipſe cohæredes nos regni ſui inſtituit: ipſe ani-

M 3 mas

mas noſtras gratiæ ſuæ ſplendore condecorauit; ipſe in Angelorum ſocietatem nos admiſit, & in ſedilibus illis derelictis inter cælicolas collocauit; Ipſe immortalitate, & claritate ſempiterna mortalia noſtra corpora dotauit; Ipſe in throno beatitudinis ad dexteram ſuã nos conſtituit: nobis ſecum omnia bona, omnes theſauros, quos nec oculus vidit, nec auris carnea audiuit, q nec in corde mortali comprehendi poſſunt, cõmunicauit: Et Ioſue quidem opes illas quas contulit, contulit corruptioni ſubditas; quas ærugo, & tinea corrumpunt, vel effodiunt fures. IESVS autem ſempiternis ſæculis duratura conceſſit munera: Ioſue vocibus & clamoribus muros Hiericho; IESVS autẽ vaſtiſſima inferni præſidia, laminas ferreas, ferreos vectes, portas æreas contriuit ac diruit: Ioſue tot inimicorum phalanges à pernicie Iudæorum; IESVS autem à totius mundi fidelibus, crudeliſſimos illos mortis authores, Cacodæmonum infinitas myriadas, auertit. Sanguis ille, ait Auguſtinus, qui eius erat qui nullum habuit omnino peccatum, ad remiſſionem fuſus eſt noſtrorum peccatorum; vt quia nos diabolus meritò tenebat, quos peccati reos conditione mortis obſtrinxit, nos per eum meritò dimitteret, quem nullius peccati reum immeritò pœna mortis affecit: Hac iuſtitia victus, & hoc vinculo vinctus eſt fortis, vt vaſa eius eriperentur, quæ fuerant vaſa iræ, & in vaſa miſericordiæ cõuerterentur: Ioſue quinque illos ſuperbos Reges olim in terra promiſſa graſſantes, è ſpelunca eductos trucidauit: IESVS autem noſter, quinque illos potentiſſimos inferni Tyrannos, & principem illum mundi è mundo eiecit, & catenis ferreis vinctum igni inextinguibili adiudicauit. Ioſue ſolẽ ſtare vnius die ſpacio fecit; at noſter IESVS Diuinitatis ſuæ lumen per tot luſtra ac millia annorum ſuper militantem Eccleſiam, ſplendidius quam ſol rutilans exortum retinuit: Ioſue, (vt tandem finem faciam,) è deſerto per Iordanem in terram repromiſſam perduxit populum: noſter autem Saluator ex ignorãtiæ, & idololatriæ deſerto, per ſanctum ac ſalutiferum baptiſma, per profluuium ſanguinis ſui, in cœleſtem Hieroſolymam nos traduxit, ad matrem primogenitorum, in qua veræ quietis paratę ſunt mãſiones; vbi vita ſeditionis neſcia, vbi doloris, luctus, anguſtię, querimonię nulla datur occaſio; vbi omnia pacifica, omnia iucunda, & pulcherrima, vbi Deus non in vmbra ſed in lumine; non in ſanctuario inter aureos, ſed in throno ſplendidiſſimo inter fulgentiſſimos Seraphin, facie ad faciem videtur; ſuis confabulatur, ad amplexus & oſcula, ad illam coniunctionẽ ineffabilem omnes admittit.

De Trin. li.13.c.15

Fœlices nos & pluſquam fęlices, qui talem IESVM, talem Saluatorem à Diuina benignitate ſua obtinuimus: Non inuidemus vobis ò Iſraelitę veſtrum Ioſue, vel Gedeonem, vel Baracum, vel Adomibeſechum: Non inuidemus vobis, & Samſonem, & Ioſiam, & Ioſephum, & Syrachum, & alios, quoſcunque Saluatoris nomine appellatis: congaudemus nobis de noſtro Saluatore: Illa enim, quæ neque natura morbo peccati corrupta, neque

que humana philoſophia, (quæ humanum inuentum eſt,& ſupra homi-
nem attollere ſe neſcit,) neque ipſa legis doctrina, quæ non habuit ſpiri-
tum viuificantem, ſed literam occidentem; neque veteris Moſaycæ aræ
ſacramenta, quæ vacua & inania elementa ſunt, præſtare potuerunt, no-
ſter nobis Ieſus contulit: Nolumus veſtram quam vobis Ioſue protulit ſa
lutem; quam vbi adepti eſtis, incraſſati, impinguati, dilatati, dereliquiſtis
Deum factorem veſtrum & receſſiſtis à Deo ſalutari veſtro: Habemus e-
nim meliorem, quam nobis noſter Ieſus donauit; quam vbi conſequi-
mur, accedimus ad Deum plaſtem noſtrum; complectimur Ieſum Salua-
torem noſtrum.

Et vtinam, dilectiſſimi, ad eum accedamus; vtinam hanc nobis obla-
tam ſalutem aſſequamur: Vocatus eſt quidem ille Ieſus, non Eſt, ſed Sal-
uator; ipſe enim (vt Angelus de eo pronunciat) ſaluum facere debebat Mat.1.
populum à peccatis eorum: Fūdit quidem ille paruulus, & adultus ſangui
nem propter noſtram ſalutem; adnitendum nobis eſt ne fruſtra hac no-
menclatura Ieſus appelletur, ne fruſtra cruorem ſparſiſſe pro nobis videa
tur: relinquenda ſunt nobis peccata; præſcindendæ occaſiones flagitio-
rum; renunciandum eſt peccatorū incenſoribus, qui ſunt atrociſſimi aīæ
noſtræ hoſtes; exſiliendum eſt è caſtris & Dominio Satanæ, & illi ſoli no-
ſtro Saluatori totis neruis ſeruiendum: Vbi Ioſue beneficia illa magna Ioſue vlt.
populo per eum à Deo exhibita recenſuerat, moriturus iuramento eos a-
degit, vt pro acceptis, alienis Dijs valedicerent, & Dominum ſequeren-
tur: Ait.n: populus, Abſit à nobis vt relinquamus Dominum, & ſeruiā-
mus dijs alienis: Dominus enim Deus noſter; ipſe eduxit nos & patres no
ſtros de terra Ægypti, & de domo ſeruitutis, fecitq; videntib. nobis ſigna
ingentia, & cuſtodiuit nos in via per quam ambulauimus, & in cūctis po-
pulis per quos tranſiuimus; Et eiecit vniuerſas gentes, Amorrhæum ha-
bitatorem terræ quam nos intrauimus: Seruiemus igitur Domino, quia
ipſe eſt Deus noſter, & præceptis eius obediemus. Maiora nobis quàm il-
lis, conceſſit Ieſus Saluator noſter; Nos.n.& Patres noſtros non de ter-
ra Ægypti, non de carcere obſcuro; non de duriſſima illa temporanea
corporum, ſed animarum ſeruitute abominanda, quando tartareæ illæ te-
nebrarum legiones, fonte luminis in animabus noſtris extincto, nos in er
rores phanaticos abducebāt, noſtris phantaſmatibus ludificatis, partim
fraude, partim ui in palpabiles tenebras pertrahebant; quando Circæ illę
infernales nos in bruta commutabant, & noſtrum ſanguinem, perditio-
nemque noſtram ſummo deſiderio exoptabant; quando aſpergebant ſan
guine humano aras & lucos ſuos: quando calamitatibus noſtris nūquam
ſatiabantur, neque vllum terminum aut finem propoſitæ ſemel aduerſus
nos pugnæ norant; ſed immortalem ubique præ ſe rabiem ferebant; quā-
do ad ſuum furorem explendum tum uxores, tum liberos, pro ouibus ac
bobus ad immolandum extorquebant; quando cędem omnium ſceleſtiſ-

ſimam in hominum uitam introducebant; quando naturæ quoque leges & amorem naturæ funditus ſubuertebant; quando & animas ipſas culto rum ſuorum ad inextinguibiles flammas & indicibiles cruciatus ui, è cor poribus miſerè iam diuexatis, abripiebant: Ieſus noſter eduxit nos de intoleranda hac ſeruitute; nos è manibus horribilium inimicorũ ſanguine ſuo redemit; per torrentem cruoris ſui traduxit; corã oculis noſtris portẽ ta & mirabilia ſigna pro noſtrarum animarum ſalute patrauit; coram nobis principem mundi Tyrannum illum ſæuiſſimum pepulit & cruce ſua proſtrauit; uirtutemque nobis calcandi ſuper uenenatum caput eius dedit; ipſe introduxit nos in terram illam uiuentium perfluentem lactea & mellea ſuauiſſima dulcedine uiſionis & fruitionis Diuinæ: Par eſt ergo, ut nos quoque dicamus, nolumus amplius ſeruitutem & cultum & amorem, & fidem & reuerẽtiã alteri Deo aut idolo cuipiam exhibere: Seruiemus Domino & præceptis eius obediemus; quia ipſe eſt Deus noſter: Dignum & æquum eſt, ut illi nos noſtramque uitam, noſtra omnia tradamus; ipſe enim ſanguinem ſuum hodie infantulus pro nobis fudit: ipſe nomine Saluatoris hodie Diuinitus accepto, Saluatorẽ ſe nobis oſtendit. Seruiamus ergo ei & præceptis eius obediamus; ut tandem ad illam immortalitatis & fęlicitatis domum intrare poſſimus; ubi cum Patre & Spiritu ſancto nomine Eſt, inſignitus, immobilis & immutabilis ſui copiam omnibus ſaluatis præbet in ſæcula ſempiterna. Amen.

Quod vocatum eſt ab Angelo.

PVNCTVM TERTIVM.

De reuerentia Sacri nominis Diuini.

INTER reliqua Antiquitatis Symbola, quæ illi à Socrate Diuinis ad virtutem incitato afflatibus acceperunt, & ſumma cum diligentia obſeruarunt, Non poſtremum erat illud, quo illis quaternario numero honorem, & reuerẽtiam maximam habere præcipiebatur. Quaternarium numerũ, ne temerè effutieris: Primo aſpectu, qui inſtitutionem hanc aduerterit, ridiculam eſſe, nulliuſque momenti eam pronunciabit: Quæ.n. religio, quæ maieſtas quaternarij, vt ſacrilegium ſit temere ipſum proferre? Quod nam decorum? quæ honeſtas? quæ emolumenta, illum in ſumma veneratione habere? Quin, illum non temere eloqui, ſed perpetuo quaſi ſilentio obſeruare, & colere, maximè indecorum; magna & grauia inferre damna videtur: hinc etenim & ciuilis conuerſatio, & amicorum neceſſitudines, & com-

& commutationes rerum quotidianæ, & ſcientia veritatis, qua nihil melius homini à Deo contingere poteſt, omnia Diuinorum & humanorum conſortia conuelluntur, ſi, quatuor, eloqui non licitum eſt; Nec.n.annos, nec menſes, nec hebdomadas, nec horas quas in rebus, vel præclarè, vel turpiter geſtis inſumpſimus; nec pecunias, nec facultates, nec amicos, nec alia quæ ad vitam rectè, vel inſtituendam, vel tranſigendam, conferunt; nec familiam, nec filios, nec ſanguine iunctos, nec vicinos, nec alios quoſcunq; qui ad congreſſum ſiue Ciuilem, ſiue domeſticum confluunt; nec virtutes quas conquiſijmus, nec quas didicimus artes & ſcientias, nec cœlorum globos, nec ſydera micantia, nec cœleſtes motores, nec poteſtatum ſpiritualium ſublunares effectus, nec quidpiam aliud quod ad animam, & oblectandam, & perficiendam ſpectat, numerare poſſemus: Neceſſaria demum conſecutione, omnium nobis vtilium & honeſtorum vſum atq; commoda, & ſcientiam deperderemus: Prætermiſſo.n.quaternario, quinarius ſubſequi non poteſt, quinario non ſuccedente ſenarius, & reliquus qui accreſcit numerus confunditur; numeris autem nobis ablatis, quis ordo? quę hominum conuentio? A te perquirente amico, profectum in ſciẽtia naturali facere cupiente, quot ſunt elementa? Si quatuor dicere illicitum eſt; ille ſemel falſa relatione deceptus, nec elementorum, nec ex his concretorum ſcientiam acquiret: A te peruestigante filio, qui virtutes, tuas & magnificè atque prudenter à te patrata facinora imitari cuperet, quot ſunt virtutes cardineæ? Si ſacrilegium eſt dicere quatuor; nunquam ille perfectè viuendi præclaram aſſequetur formam. Quid ergo vtilitatis eſt, Quaternarium ne eloquare numerum? Quæ religio? quis cultus? quæ obſeruatio quaternarij? Si ad nomen Dei adſpexerimus; maximam partem religionis, maximum cultum, maxima & prima emolumenta, & contineri & promanare ab hoc Symbolo Quaternarij, omnes vno ore cõſtanter affirmabimus: Manifeſtum eſt his, qui linguarum peritiam magnis ſtudijs & laboribus adepti ſunt, nomen Dei quatuor literis tantum apud vniuerſas gentes ſignificari: Sic latinis eſt Deus. Græcis Theos. Italis Idio. Germanis Goth: Polonis Bogh; Gallis Dieu; Hiſpanis Dios. Hebræis ברבה Iehouah. Quatuor igitur cum nomen Diuinum exprimatur literis; quo illud ſe in maxima reuerentia demonſtrarent habere; quaternarium numerum, non temere eſſe effutiendum præceperunt. Nomẽ ſcilicet Diuinum, quod ex quatuor conſtat literis, maxima veneratione, ſummo cultu proſequendum, nec prophano ore vſurpandum eſſe: Nec ſolum apud Gentiles hæc religioſa quaternarij obſeruatio; ſed etiam apud Hebræos Dei præcipuos in lege cultores fuit: Hi enim nomen illud Iehouah, ſeu tetragrammaton, quod quatuor literis expreſſum idiomate illorum inuenitur, ineffabile vocant, nec illud proferre audent; ſed vbicunq; illud ſiue exaratum, ſiue exſculptum, ſiue delineatum repererint, loco eius proferre ſolent Adonai, vel Eloim: Dum igitur antiqui inhiberent

Quater-

Quaternarium numerum, ne temere effutieris, docere volebāt, Diuinum nomen non eſſe temere proloquendum: Neque temerarium exiſtimetis hoc fuiſſe preceptum. Nam cum Deus non aliud ab hominibus exigat, q̃ vt pura mente, caſtis affectibus, ſyncero corde colatur, timeatur atque diligatur; vt admirandus & ſuſpiciendus ab omnibus habeatur; vt ſegregatus ſit à communi & vulgari exiſtimatione populi: antiqui quibus tātum ſtudium non ſolum obſeruandæ, ſed etiam amplificandæ religionis fuit, edicto perpetuò decreuerunt, nomen Dei non paſſim & familiariter, ſed rarò & cum tremore & reuerentia pronunciari. illa.n. quæ familiaria nobis ſunt, contemptui apud nos ſunt; contemptui autē expoſita, nullo prorſus in honore, ī nulla exiſtimatione, in nulla veneratione habentur: Deū autem qui omnia ſuo eſſe, ſua eſſentia, bonitate, beatitudine, gloria, antecellit; qui eſt opifex, monarcha, & pater mundi; cuius arbitrio omnia furſum deorſumque voluuntur & reuoluuntur; à quo pulchrarum bonarūque rerum promanant principia, qui ſolus præcedens in rebus incertis, quando humana expendi prudentia & virtute nō poſſunt, lucem præbet & potentiam ſubminiſtrat; abſque quo nihil in rebus mortalium geritur; cui ſi quid fœliciter ceſſerit, debetur gratia, à quo omnis fœlicitas, omnis perfectio expectanda eſt, talem ac tantum Deum temerario ore per contemptum nominare, grauiſſimum piaculum eſt: Quare & Sapiens monebat, Iurationi ne aſſueſcat os tuum; multi.n. caſus in illa. Nominatio Dei non ſit aſſidua in ore tuo; & nominibus ſanctorum non admiſcearis; quoniam nō eris immunis ab eis: Sed quare? Sicut. n. ſeruus uerberatus ſeu tortus aſſiduè à liuore non liberatur, ſic omnis iurans & nominans temerè, in totum à peccato non purgabitur; Ac ſi dixiſſet Eccleſiaſticus, Non quidem prohibeo tibi, nomen Dei nominare, vel in mente aſſiduè habere, ſi illud ſit cum timore & veneratione: Nolo illud ex memoria tua prorſus eradicare; memineris illius die ac nocte: voca illum omnibus momentis; ſed in orationibus voca; voca eum ad uitæ beneficium, voca ad animæ tuæ ſalutem; tunc aderit, tunc eum non irritabis, ſed lætificabis: voca eum ſicut Dauid inuocauit dicens, Deus in adiutorium meum intende; Deus pars cordis mei, & pars mea Deus in æternum: Deus illumina tenebras meas: Deus quando concides ſaccum meum, & circumdabis me lætitia. Voca illum, ſicut vocauit eum Helcanæ vxor cum lachrymis: nō prohibeo; ſed vehementer exhortor; Illum voca ſicut & Moyſes vocauit, & clamabat, pro eis orans, qui eum expulerant; nō prohibeo Deum ſemper in mente habere, imò magis precor & volo; tamē non aliter quàm illi placet, hoc eſt, laudando, & honorando: magna namque nobis hoc conferet bona, ſi eum, apud quos opus eſt, tantum inuocemus: Inuocauit illum Dauid, & ait, Exaudiuit me de monte ſancto ſuo, & aſtitit à dextris meis Deus, vt ſaluam faceret à perſequētibus animam meam: Inuocauit illum Anna, & ait, dilatatum eſt os meum ſuper inimicos meos, quia lætata ſum in ſalu-

Eccleſ. 23

in ſalutari tuo,qa ſterilis peperit plurimos, & quæ multos habebat filios infirmata eſt:Inuocauit illũ Moyſes,& inimicos eius operuit mare, & hoſtes ipſius deuorarunt ſerpentes: Si ab inimico tuo vrgeare, non inhibeo quin & tu Deum in auxilium & teſtimonium vocare poſſis, ſed cum veneratione & timore; nolo autem vt nominatio Dei ſit aſſidua in ore tuo; nolo vt iuramentis,in quibus teſtem Deum aduocas,aſſueſcat os tuũ:nolo vt temerario ore vſurpes nomen Dei tui: Sicut.n.ſeruus,qui continuè torquetur,à vibice & liuore non purgabitur,ita neq; Deum prophanè cõpellãs:Vellẽ,vt hic aliquis Diuino ſpiritu repletus Eccleſiaſticus cõpareret,& lingua igneis radijs exardeſcente,veſtra perureret hoc igneo forcipe labia,nominatio Dei nõ ſit aſſidua ĩ ore tuo:In tm̃.n.Deũ cõtẽpſimus, in tantum nomen eius exoſum habemus, conculcauimus Chriſtum, pudorem ſoluimus,vt Diuini nominis cum reuerentia meminerit nemo:In domo,in cubiculo,in lecto,in mẽſa,in foro,in Eccleſia,in publicis & priuatis congreſſibus, in terra, in mari,ab infantibus, adoleſcẽtulis,adultis, decrepitis,à viris,à mulieribus, ab omni promiſcuè ſtatu & ſexu, nihil aliud audies quàm per Deum,per Sacramenta,per Chriſtum,per fidem;vt ſilentio obuoluam horrendas illas blaſphemias,quæ,conſuetudini periuriorum paſſim,proh dolor,coniunctæ,temerario,infauſto,ſupplicijs omnibus conficiendo ore,in Deum & Saluatorem noſtrum euomuntur.Angelus dum venerandum nomen Ieſu de cœlis ad terras deferens Mariæ nunciat,& Saluatori noſtro imponendum deſignat, non ſine magna ſubmiſſione illud effatur: propter inauditam ſæculis obedientiam Ieſu,donatum eſt illi nomen quod eſt ſuper omne nomen; vt in nomine Ieſu omne genu flectatur,cœleſtium,terreſtrium,& infernorum: Ad nomen Ieſu cœleſtes illi beatiſſimi ſpiritus animo demiſſo,poplite flexo adorant; ad nomen Ieſu poteſtates illæ tenebrarum ſubterraneæ contremiſcunt,& è corporibus obſeſſis, è ſimulachris,ex lucis,delubris,altarib.idolis effugiunt; natura ipſa ad nomen Ieſu pauet & contremiſcit: ſoli terreſtres homines adeò ſunt peruicaces, vt illud vel blaſphement vel ad res nullius momenti,vel etiam ad mendacia confirmanda,vel ad perniciem ſuam propriam, vel ad naturę inſtituta peruertenda inuocent: ſoli mortales Dei & Seruatoris nomen temerant:O inſenſibilitatem,ò contumeliam? tu qui vermis es & terra,vmbra & fumus,Dominum tuum prophano ore nominare audes? Quomodo nõ abſurdum,ſi ſeruum quidem nõ audere Dominũ ſuo nomine,vel ſimpliciter,vt accidit,vocare; Angelorum verò & totius orbis Dominum, cum multo contemptu vbique circumferre? Et ſi vas aliquod templi vel Euangelium capere quidem oporteat, manus abluens & cum multa reuerentia & religione timens & tremens accipis; Euangelij verò & vaſis ſacrati Dominum temerè lingua paſſim verſas? vis adhuc videre quomodo ipſum appellant ſuperiores poteſtates, cum quanto horrore,cum quanta conſternatione,quanta admiratione? Videbam Dominum Eſai. 6.

num

mini ſedentem, inquit, in throno alto & eleuato, & Seraphin ſtabant circũ ipſum, & clamabant alter ad alterum, & dicebãt, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus Sabbaoth, plena eſt omnis terra gloria eius: Vis diſcere, cum quanto pauore & veneratione ſuperni Ciues illum reuereantur? Vidi ait

Apoc 4. Ioannes, quatuor animalia, ſingula eorum habebant alas ſenas in circuitu, & intus plena ſunt oculis, & requiem non habebant die ac nocte, dicẽtia, Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus omnipotens, Qui erat, Qui eſt, & Qui venturus eſt: Et cum darent illa animalia gloriam, & honorẽ, & benedictionem ſedenti ſuper thronum, viuenti in ſęcula ſæculorum, procidebant vigintiquatuor ſeniores ante ſedentem in throno, & adorabant viuentem in ſæcula ſæculorũ, & mittebant coronas ſuas ante thronum dicentes, Dignus es Domine Deus accipere gloriam & honorem; & virtutem; quia tu creaſti omnia & propter voluntatẽ tuam erant, & creata ſunt: Vidiſti cum quanto timore, quanto horrore nominant eum glorificantes & laudantes? Et tu in ijs, vbi omnino non audiri admirabile nomen oportebat, nomen admirabile eloqui præſumis? Si de quopiam viro excellenti irreuerenter loquitur quis, dicimus ei, os tuum ablue, & ita proloquere: nunc verò nomen Dei ſuper omne nomen venerandum, in cœlo & in terra admirabile, quod ſuperni ſpiritus ſuſpiciũt, quod etiam dęmones horrent, ſic circumfers? ò conſuetudinem nefandam: Apud Iudæos tã colendum erat ipſius nomen, vt in laminis aureis ſcriberetur, & nemini literas ferre liceret, niſi Sacerdotum principi; nemini illud proferre, neq; Sacerdotum principi: Apud Gentiles quaternarius numerus, Deitatem exprimens in ea religione habitus eſt, vt ipſum effutire non licitum eſſet: Apud illos, qui ſanguine Dei redempti ſunt, qui ad omnium bonorũ conſortium aſciti, amicitiã Dei, beatitudinem interminatam ſunt adepti, velut quoddam vulgare, nomen Dei vſurpabitur? [illegible]

Et vt ſermonem ad iuramenta, in quibus magnopere Diuino nomini

Hom. 26 ad popul. & 17 & 15 detrahitur, referam; Dic mihi, ait Chryſoſtomus, ſi ſeruis veſtris inter ſe contendentibus, & ſibi fidem non habentibus, diceret conſeruus ſe prius non crediturum, quam Regem ſponſorem acciperet; nonne ſummum eſſet Regis dedecus? nonne conſeruus ille multa ferret verbera, diſceretque quod ad alia Rege ſit vtendum, non ad huiuſmodi? Et contumeliam Dei non exiſtimabitis, Deum in vadimonium vocare? Sed ego nolo, dices, & bene: Nec proximum ergo cogas; quamuis ſic inter homines obſeruetur. Quid igitur, inquis, damnum patiar? Non hoc dico; ſed ne Deum contumelia afficias: Iura per filium tuum, iura per teipſum; Dic, ita non carnifex meis inſtet lateribus; ſed times; lateribus igitur tuis Deus eſt ignobilior, capite tuo vilior? Et Chriſtus quidem nobis tantum parcit, vt & per proprium caput iurare prohibeat; nos autem tam paruipẽdimus Dei gloriam, vt eum paſſim trahamus: Nec ſolum hoc habet mali iuramẽtum quod contumeliam infert nomini Diuino, ſed & aliud non minus iſto malum.

Quod

Quod aũt hoc eſt? Quod neque volẽtibus,neque ſtudentibus,ſæpius poſſibile eſt bene iurare: Primò quidem, continuò iurans, & voluntarius & inuitus,& ignarus & ſciens,& ſerio & ioco loquens,& ab ira ſæpe elatus, & à multis alijs,ſæpe peierabit: Et ad hæc contradicet nemo: Ita eſt conceſſum & manifeſtum,quod multum iurantem, & periurum eſſe neceſſarium eſt: Secundò,quod etſi non raptus vt inuitus, aut ignorans hoc patiatur; ab ipſa rei natura & voluntarius & ſciens omnino peierare cogetur: Sæpius igitur nobis prandentibus,& ſeruorum aliquo peccante,ſe illum flagellaturam vxor iurauit;mox vir cõtrarium iurauit; & reſtitit contendens nec permittens: Hic quicquid fecerint, neceſſe eſt omnino periurium conſtitui;nec enim volentibus ipſis & ſtudentibus,iam eſt poſſibile cuſtodire iuramentum: Sed quicquid fiat,ipſorũ alter periurij reus fiet; magis autem ambo penitus;hoc ſcilicet modo quem dicam: hoc enim eſt admirabile: Iuratus flagellare ſeruum vel ancillulam, poſtea prohibitus, ipſe peierauit,quoniam non fecit quod iurauit; & prohibenti rurſum iuramenti veritatem impedienti periurij crimen allegauit;Non enim peierantes tantum,ſed & alijs quoque neceſſitatem hanc adferentes,& iurantes eorundem ſunt rei criminum; Nec domi tãtum,ſed & in publico hoc quiſpiam fieri videre licet,& in pugnis maximè,quando inter ſe pugnantes contraria iurant;hic quidẽ verberare,ille verò non verberari:hic quidem pallium auferre,ille verò non permittere: hic quidem argentum recipere,ille verò non reddere; & multa alia contendentes huiuſmodi iurant.Hoc verò in officinis,& ludis quiſpiam euenire videt; Sæpius quidem artifex diſcipulum comedere & bibere non prius ſe permiſſurum eſſe iurauit,quàm penſum ſibi iniunctum expedierit; hoc autem & pædagogus in iuuenem, & in ancillam Domina fecit: Et neceſſe eſt ſuperueniente veſpere & opere non impleto, vel fame non expedientes abſumi, vel iuratos omnino peierare. Malignus.n.dæmon ille bonis noſtris ſemper inſidians,aſſiſtit;quia iuramentorum neceſſitatem audiens,in torporem obnoxios impellit, vel aliam molitur difficultatem, vt non impleto opere, & plagæ, & contumeliæ, & periuria, & infinita alia mala fiant: Sicut autem pueri funiculum longum & corruptum, ex contrario inter ſe trahentes cum multo impetu, ſupini omnes cadunt, funiculo per medium diſrupto, & hi quidem capite, hi verò alia corporis parte lęduntur; ſic & inter ſe contraria iurantes, iuramento pro rerum neceſſitate diſrupto, in periurij barathrum vtrique cadunt; hi quidem peierando; hi verò periurij cauſam alijs præbendo: Et vt hoc non tantum ex his quæ quotidie in domibus & plateis fiunt, ſed etiam ex ipſis ſcripturis manifeſtum fiat, antiquam vobis quandam narrabo hiſtoriam, prędictis cõuenientem. Hoſtes aliquando Iſraelitarum aggreſſo Ionatha (hic autem erat Saulis filius) hos quidem trucidante, illos verò in fugam vertente; volens Saul huius pater amplius contra reliquos exercitum excitare

Simile.

1. Reg. 14

excitare,& facere ne prius deſiſteret,quàm omnes opprimeret, contrariũ quam voluit,fecit, iurans neminem vſq; ad veſperam panem comedere, vſq; ad hoſtium vltionem,& internecionem. Quid nempe hac re ſtultius fieri poſſet? Fatigatos.n. & labore multo preſſos milites,cum refocillare debuiſſet, & recentiores hoſtibus immittere, hoſtibus grauius ipſos habuit,per iuramenti neceſſitatem,fami grauiſſimę ipſos tradens:periculoſum enim eſt de ſeipſo quippiam iurare; ſæpius.n.à rerum circumſtantia cogimur: aliorum autem ſententiam, iuramentorum ſuorum neceſſitate comprehẽdere,multò periculoſius,& maximè cum non de vno,aut duobus vel tribus,ſed de multitudine quis infinita iurat; ſicut tunc Saul inconſideratè,neq; quod veriſimile erat,ex tanto numero,vnum ſaltem, iuramentum tranſgreſſurum cogitauit;neque quod milites,iįque pugnantes, & multum à diſciplina alieni, ventrem vincere neſciunt, & maximè cum labor eſt,& defatigatio maxima:Sed hęc oĩa ille deſpiciens,tamquã de ſolo tantùm ſeruo iurans,quem facile cohibere poſſit, ſic de omni ratiocinatus eſt exercitu:Et ideò tantum diabolo aditum aperuit,vt non tãtum duo tria,& quatuor;ſed & multò plura hoc ex iuramento periuria texeret: Sicut.n.cum nihil omnino iuramus,omnes ipſi aditus obſtruimus; ita ſi vnum duntaxat iuramentum emiſerimus;ipſi magnã infinita cõponendi periuria poteſtatem præbemus. Et ſicut catenas complicantes,ſi caput quidem retineant,facilè & diligenter totam expediunt nodorũ ſeriem;ſi verò faciens hoc auertit nemo,nec exordium aggredi poſſunt: Eodem certè modo diabolus quoq; peccatorum noſtrorum catenas nectẽs, niſi à lingua noſtra principium caperet,nec aggredi quidem poſſet: ſi verò nos principium duntaxat fecerimus, velut manu, lingua iuramentum nobis retinentibus, cum multa iam licentia malignam artem ſuam exercet,ex vno iuramento innumera componens & texens periuria;quod profectò,& nunc in Saule effecit:Aſpice nẽpe qualis hoc iuramento laqueus exoritur;Syluam præteribat exercitus fauum habentem;& fauum ante faciem populi;& ingreſſus eſt populus ad fauum, & tranſibat loquens; Vidiſti quanta vorago?menſa extemporanea;vt & aggreſſionis facilitas, & ſuauitas nutrimenti, & latendi ſpes, in iuramentorum præuaricationem ipſos alliceret: Nam fames, labor, tempus, (omnis.n.inquit, terra prandebat,) tunc ad præuaricationem impellebant: Fauorum verò aſpectus quoque intentionem ſoluens extrinſecus ipſos inuitabat: Menſæ enim tum iucunditas, tum facilis apparatus, & deprehendendi furti difficultas omnem ſapientiam fallere poterant:Si nempe carnes fuiſſent;quas elixare vel torrere oportebat;non tantum animos alle xiſſent,cum in ipſis coquendis,& ad ipſam eſcam præparandis ceſſare,& tardare & capi expectare oportebat; nunc verò nihil erat tale, ſed mel ſolum, vbi occupationis nullius talis opus erat;Sufficiebat autem ſummum digitum intingentem nutrimenti partem capere & latere:Verumtamen illi cupiditatem cõtinue-

tinuerunt,nec intra ſe dixerunt:Quid autem nobis curæ eſt?Nunquid.n. quiſquam noſtrum hoc iurauit? Ille inconſideratorum pœnas dabit iuramentorum: Quare namque iurabat? Sed nihil huiuſmodi cogitarunt,ſed cum multa tranſibāt reuerentia,& cū tot eſsēt ipſos allicientia,diſciplinā ſeruabant,& tranſibat populus loquens; Quid eſt tranſibat loquens? dolorem verbis conſolantes,inter ſe loquebantur. Quid igitur poſtquā omnis populus diſciplinam ſeruauit? Num nihil actum eſt,& ſeruatum iuramentum? Nec ita quidem ſeruatum eſt,ſed temeratum: Qualiter autem & quomodo,ſtatim audietis,vt & omnem diaboli artem addiſcatis: Ionathas. n. qui non audierat patrem ſuum iurantem, extendit ſummitatem ſceptri,quod habebat in manu ſua,& intinxit in fauum mellis, & conuertit manum ſuam in os ſuum,& reſpexerunt oculi eius: Vide quem ad periurium impulit, non vnum militum, ſed ipſum iurātis filium: nec enim periurium patrare tantum volebat,verùm & filij cædem componebat: Et hoc à lōge moliebatur,& naturam ipſam in ſeipſam diuidere feſtinabat; & quod olim in Iephte fecerat, hoc & poſtea facere ſperabat; Etenim cū ille Deo pollicitus ſe primum ſibi occurſurum poſt belli victoriam,iugulaturum,in filiæ necem cecidit: Filiolam.n.primam ſibi occurrentem immolauit: Talem nunc malignus dæmon tragædiam patrare contendebat; ideoque Ionathan ad præuaricationem impulit: Si quis.n.militum præuaricatus legem fuiſſet,nullum magnum fieri malum ipſi videbatur: nūc autem malis inſaturatus humanis, nec vnq̄ noſtris expletus miſerijs,nihil glorioſum ſe facere putabat, ſi cædem moliretur ſimplicem; ſed niſi filij regis morte,dextram pollueret,nihil ſe magnum feciſſe arbitrabatur. Et quid dico filij cædem? Excogitauit enim ſceleratus ille,& hac rurſum prophaniorem moliri cędem: Si enim ſciēs peccaſſet,& iugulatus fuiſſet, filij cædes tantum id erat;nunc autem ex ignorantia præuaricāns,(nec enim audiuit iuramentum) deinde interfectus,duplicem patri dolorem ef feciſſet;filium enim & filium qui nihil peccauerat,immolaturus erat: Sed ad hyſtoriæ continuationem eundum eſt. Inquit Saul,deſcendamus poſt alienigenas,& diripiamus eos;& dixit Sacerdos, Accedamus ad Deum. Et Deum Saul interrogauit; An deſcendā poſt alienigenas, & trades eos in manus meas? Et non reſpondit ei in die illa Dominus. Reſpice benignitatem & manſuetudinem clementiſſimi Dei: Non.n.fulmen immiſit, neq; terram concuſſit,ſed quod in amicos amici faciunt, quando cōtumelijs affecti fuerunt,hoc & in ſeruum Dominus fecit: Tacuit,tantum per ſilentium loquens,& omnem ipſi demonſtrans indignationem: Cognouit hoc Saul & dixit; Adducite omnes tribus populi,& cognoſcite, & videte in quo factum eſt hodie peccatum hoc, quoniam viuit Dominus qui ſaluum fecit Iſrael,quod ſi reſponderit contra Ionathan filium meum,morte morietur: Vidiſti temeritatem? Intuitus temeratum prius iuramētum, neque ſic caſtigatur,ſed & ſecundū adijcit rurſum: Hic conſidera diaboli ma-

ſi malignitatem; Quoniam.n.cognoſcebat,quod potius, iuuenis conſpectus,& in medium productus, ex ipſo aſpectu ſtatim patrem mitigare, & regis iram mollire poterat;ſecundorum rurſus iuramentorum neceſſitate ipſius ſententiam præoccupauit, duplici quodam vinculo cohibens ipſum,nec permittens propriæ fieri ſententiæ Dominum, ſed vndique in illum cædem iniquam impellens: Et nondum apparente ,qui peccaſſet,iudicium fecit,& reum neſciens, lata ſententia damnauit: Et pater factus eſt filij carnifex, & ante examinationem, damnationis ſententiam tulit: Sed reſpice & aliam ex iuramento conflatam contrarietatem; ex ira enim & furore multo,ſorti negotium conceſſit,& ſorte deprehenditur Saul & Ionathas:Et dixit Saul,Iacite ſortem inter me & Ionathan;& iaciunt ſortem,& capitur Ionathas: & dixit Saul ad Ionathan, Annuncia mihi quid feciſti? Et annunciauit ipſi Ionathas dicens, Guſtans guſtaui ſummitate ſceptri quod habebam in manu mea parum mellis,& en ego morior:Quē non flexiſſent, quem nō in miſericordiam traxiſſent hæc verba? Conſidera quantam pœnam deinde Saul ſuſtinuit, cum ipſius viſcera diuiderētur, & vtrinque profundiſſimum appareret præcipitium, ſed tamen nec ita correctus eſt:Sed quid ait? Hæc faciat mihi Deus,& hæc adijciat,quoniam morte morieris hodie:Ecce tertium rurſus iuramentum;nec ſimpliciter tertium,ſed etiam cum multa temporis anguſtia:Non.n.ſimpliciter dixit,quod morieris,ſed,hodie:Feſtinabat.n.diabolus ipſum in hanc impiam agere cædem & impellere: Propterea nec ſententię ſtudium adhibere permittit,ne qua ex mora,mali fiat correctio: Et dixit populus ad Saul. Hæc faciat nobis Deus & hæc addat,ſi morte morietur, qui fecit ſalutem magnam Iſrael: Viuit Dominus,ſi cadet capillus de capite eius in terram, quia miſericordiam fecit Dei in die hac: Ecce nunc & populus ſecūdum iurauit, & Regi contrarium iurauit: Nunc mihi reminiſcimini funiculū à pueris tractum;& diſruptum,& trahentes ſupinos proijcientem: Iurauit Saul non ſemel neque bis,ſed & ſæpius;contraria iurauit populus, & iam contendebat:neceſſe eſt iam penitus iuramētum ſcindi;nam hos omnes verè iuraſſe impoſſibile eſt: Nec mihi rei euentum dicas, ſed cogita quot mala naſcebantur, & quomodo, quæ fuit poſtea, in Ionathan calamitatē & Tyrannidē hinc Diabolus ſtruebat: Si.n.voluiſſet Rex reſiſtere,& ad iuramentum procedere,totus reſtitiſſet populus, & tyrannis crudeliſſima facta fuiſſet; & rurſum ſi voluiſſet filius propriæ conſulens ſaluti ſeipſum exercitui dedere, parricida ſtatim fuiſſet: Vides ergo tyrannidem,& filij cædem,& bellum domeſticū,pugnam,iugulationes, cruores,& infinita cadauera ex vno parata iuramento? Siquidem bellum oriri accidiſſet,& Saul iugulatus fuiſſet,& forſitan etiam Ionathas, & multi militum fuiſſent trucidati, non ſic tamen iuramenti veritas proceſſiſſet:Itaque ne conſideres hoc,quod non eſt factum,ſed illud conſidera, quod rei natura hæc fieri cogebat. Numeremus ergo commiſſa periuria.

Temera-

Temeratum eſt primum Saulis iuramentum à filio; ſecundum rurſus & tertium ipſius Saulis de filij cæde: Et populus quidem viſus eſt verè iuraſſe: Sed ſi quis rem diligenter examinet, & hi rurſus omnes periurij criminibus obnoxij facti ſunt: Ipſius enim Ionathæ patrem peierare coegerũt, patri filium non dedentes: Vides quot homines, tum volentes, tum inuitos, periurio obnoxios vnum fecit iuramentum? quot mala molitum eſt? quot cędes patrauit? Et hæc quidem ab his quæ ſubſequuntur iuramentum, ad deteſtationem illius dicta ſint: Cæterum ſi & ſupplicium iurantium videre vultis, ecce illud vobis Propheta Zacharias demonſtrat; Reſpexi oculis meis, & vidi, inquit, & ecce falx volans, longitudine cubitorum viginti, & latitudine cubitorum decem: Et dixit ad me, Quid tu vides? & dixi, video falcem volantem, longitudine cubitorum viginti, & latitudine cubitorum decem. Et ingredietur, inquit, domũ iurãtis in nomine meo, & diſſoluet in medio, & ſuffodiet lapides & ligna; Quid tandem eſt dictum? & qua de cauſa in loco falcis iurantes ſequens pęna videtur? Vt vltionem ineuitabilem eſſe, & ſupplicium effugi non poſſe videas: Enſem enim volantem forſitan aliquis effugere poterit? falcem autem in collum delapſam, & pro funiculo factam, nemo fugere poteſt: Cum aũtem & alę adſint, quæ ſalutis vlterius ſpes? Qua verò de cauſa lapides & ligna iurantis diſſoluit? Vt ruina aliorum alijs correctio fiat: Poſtquam enim iurantem mortuum terræ condi neceſſe eſt, domus diſſoluta & ruina facta, prætereuntibus omnibus & cernentibus, admonitio erit per aſpectum, vt non eadem audeant, ne eadem patiantur; & accuſatrix erit criminis mortui continua.

Pęna iurã-tium.

Zach. 5.

Cum igitur iuramentum, & in maximum Diuini nominis contemptũ cedat, & periuriorum infinitorum, & malorum innumerabilium cauſa ſit, & ſempiternum adducat mortis vtriuſque ſupplicium, per Dei ſacratiſſimum vos nomen obſecro, Dei Sanctum nomen in veneratione habeatis; neque hunc ſacratiſſimum quaternarium temere effamini: Gentilibus (vt Hebræos omittam) nomen Dei in ſumma reuerentia erat; ſuffundamini adminus verecũdia, vt quod gentes Diuinorum ignaræ pręceptorum, ſolo naturæ inſtinctu obſeruant, hoc nos non repudiemus: Deus nobis præcepit; Non aſſumes nomen Domini Dei tui in vanum; Chriſtus iuſſit, Ego dico vobis, non iurate omnino, ſed ſit ſermo veſter eſt, eſt, non, non; quod aũt his abundantius eſt, à malo eſt: abſurdum eſt valde prætergredi illud quod neque graue ſit, neque difficile, verùm perquam facile & commodum; horrore dignum eſt, non tantum Deo, quantum hominibus honorem attribuere; Regis decreta, ſi aliquid iuſſerit, obſeruare quidem diligenter; Diuina autem & de cœlis delapſa, conculcare, & otioſum eſſe putare, circa hæc, ſtudium; Vtinam etiam mihi liceret frequenter iurantium animas exuere, & ipſorum oculis ſubijcere vulnera, & cicatrices, & pœnas, quas illis Deus infligit; ſeu quas quotidie capiunt à iuramentis;

Mat. 5.

nec admonitionis,nec conſilij indigeremus;quoniam vulnerum aſpectus omni ſermone potentiùs, huic improbæ conſuetudini etiam plurimum adhærentes à malitia abducere poſſet: Verumtamen, quoniam ipſorum oculis,animæ dedecus ſubijcere,& ipſam tabefactam & corruptam oſtẽdere non licet:Sicut enim ſeruus,ait Eccleſiaſticus,qui continuè flagellatur,de cicatrice non mundabitur,ſic iurans & Deum ſemper nominans à peccato non innocens fiet: Impoſſibile eſt os iuramentis aſſuefactum, non continuè peierare, propterea ſupplico omnes, vt pernicioſam hanc & improbam conſuetudinem ex anima deponamus:Noui anni,noui mẽſis,nouæ diei, principia exordimur: relinquamus veterem illum nominis Diuini temerarium vſum: Nouum nomen Saluatori noſtro imponitur Nouo modo nos ipſum cum Angelo, vel cum Bernardo, vel Franciſco; vel Senenſi Catherina vocare incipiamus;cum honore,non cum contemptu, non cum temeritate,ſed reuerentia; non in prophanis,ſed in ſanctis colloquijs;non ad condemnationem,ſed ad ſalutem animarum & proximorum noſtrorum ædificationem. Quaternarium hunc ſacratum Diuini nominis numerum ne temere proloquamini. Sic enim fiet, vt & falcem volantem effugiatis, & Ieſum vos ad cœlum euocantem videatis; quod nobis per ſanctum nomen tuum Ieſus præſtare digneris, ò ſanctiſſime puer qui in perfecta gloria cum patre viuis & regnas in ſæcula. Amen.

EPI-

EPIPHANIA DOMINI.

Ecce Magi ab Oriente venerunt Hieroſolymam. Math. 2. cap.

FASCICVLVS PRIMVS.

De Gentilium admiranda vocatione.

EA Dei optimi bonitas eſt, vt hominibus ad ipſum
recurrentibus, ſe, & nutritiũ in humeris ſuis il-
los deportantem, & Ductorem illis viam præ-
monſtrãtem exhibeat: Vocauerat quondam ad
ſuum complexum & delicias, filium Patriarcha
rum, miſeranda oppreſſum ab Ægyptijs ſeruitu
te: Qualẽ ſe tunc illi præſtiterit, deſcribit Oſeas
Propheta; Ex Ægypto vocaui filium meum: Et Oſeæ 11.
ego quaſi nutritius Ephraim, portabam eos in
brachijs meis, licet neſcierunt, quod curarem eos: Ego Deus & non ho-
mo, in medio tui Sanctus, & non ingrediar Ciuitatem: Poſt Dominũ am
bulabunt, quaſi leo rugiet, quia ipſe rugiet; & formidabunt filij maris; &
auolabunt quaſi auis ex Ægypto, & quaſi columba de terra Aſſyriorum;
& collocabo eos in domibus ſuis, dicit Dominus: Clarius verò Moyſes, Deut. 32.
beneficium hoc Diuinum Iſraeli ad memoriam reducens aiebat, Quan-
do diuidebat Altiſſimus Gentes; quando ſeparabat filios Adam; conſti-
tuit terminos populorum iuxta numerum filiorum Iſrael: Pars autẽ Do-
mini populus eius, Iacob funiculus hæreditatis eius; Inuenit eum in ter-
ra deſerta; in loco horroris & vaſtæ ſolitudinis, circumduxit eum & do-
cuit, & cuſtodiuit quaſi pupillã oculi ſui: Sicut Aquila prouocans ad vo-
landum pullos ſuos, & ſuper eos volitans, expandit alas ſuas & aſſumpſit
eos atque portauit in humeris ſuis: Dominus ſolus Dux eorum fuit, &
non erat cũm eo Deus alienus: Interrupit mare & perduxit eos, & ſtatuit
aquas quaſi in vtre: & deduxit eos in nube diei, & tota nocte in illumina
tione ignis: Vocarat ad natilitia vnigeniti filij ſui celebranda, Reges illos
Tharſæos & Sabæos & Arabes, qui naſcentem vniuerſi orbis moderato-
rem, Principem pacis, Regem Regum in præſepi iacentem adorarent, il-
lius iugo colla ſua ſubmitterent, eius in ſe Dominium agnoſcentes, ſe illi

totos ſupplices deuouerent: Ductorem ſe eis ipſe præſtitit itineris longinqui: Miſit eis non nubem; non enim ad vmbram, vt Iſraelitæ, figurarum; ſed ad lumen exoriens, ad ſolem iuſtitiæ, in cæca mundi refulgētem caligine vocabantur: Miſit eis non ignem; non. n. ad igne exurenda ſacrificia; non ad fumantia altaria; non ad caligine & fumo repletum tēplum; ſed ad domum panis cœleſtis de ſuperis deſcēdentis, perducebantur. Miſit eis ſtellam aurei ſplendoris cōmas radiātes ſpargentem; & nec omnino ſtellam, ait Chryſoſtomus, ſed quandam virtutem inuiſibilem in ſpecie ſyderis figuratam: Non eſt enim ſtella; omnino non eſt, quæ per hanc cœli plagam curſum tenere doceatur; ſed ſiue dixeris Solem, ſiue dixeris Lunam, aſtraque cætera, ab Oriente ferri omnia in Occidētem videmus: Hæc verò à Septemtrione in meridiem ſtella veniebat: Nō erat ſtella omnino; neque enim in nocte cernebatur, ſed lucente prorſus die, ac ſole fulgente: Quam lucendi vim, nō modò ſtella nulla, ſed nec ipſa quidem Luna ſortita eſt; quę licet multò clarius oībus coruſcet aſtris, continuò tamē, ortu ſolis abſconditur, & quæ prius illuſtrabat omnia, ſub multò clatiore ſydere vix ipſa cōſpicitur. Hæc verò ſtella ipſos etiam ſolis radios, proprio quodam præcipuoque fulgore ſuperabat; clarius illis profectò apparens, atque in tanto eorum lumine magis ipſa reſplendens; Non erat ſtella omnino; nunc enim occultabatur omnino, nunc toto prorſus fulgore radiabat; nam vſque ad Palæſtinam venientibus Magis, quaſi Dux itineris ſemper apparuit, cum verò Hieroſolymam introijſſent, ſeſe rurſus abſcondit: Deinde cum Herodi cauſam itineris indicaſſent, eoq; relicto ad puerum pergerent adorandum, iterum, ſe illis eadem ſtella monſtrauit; Hoc autem non agit motus ſyderis; ſed virtus quædam plena rationis: Neque enim proprium quempiam illa tunc ſtella curſum tenebat, ſed cum eos videret pergere, etiam ipſa pergebat; cum verò eos ſtare conſpexerat, ſtabat; ad voluntatem prorſus viatorum & vtilitatem cuncta diſpēſans; ſicut etiam illa quondam in heremo nubis columna, pro oportunitate rerum, nunc ſtabat loco, nunc progrediens exercitum mouebat; Non erat ſtella omnino; non. n. in excelſo conſtituta cœli, eum qui à Magis inquirebatur locum oſtendit; neque enim ſic diſcere illi aliquando potuiſſent; ſed deſcendens & inferiorem partem aeris tenens, iſtud effecit; noſtis enim quia tam exiguum & humilem locum, ac breue tuguriū, quod corpuſculum illud paruuli continebat, nequiuerit de cœlo ſtella mōſtrare; neq; enim tantā illius breuitatem loci, tam inæſtimabilis altitudo deſignare potuiſſet; quod certè perfacilè à Lunari poteſt orbe cognoſci. Luna enim cum tam multis ſit ſublimior clara ſyderibus, in tam grandis latitudinem diffuſa terræ, cunctis mundi habitatoribus creditur eſſe vicinior. Quemadmodum igitur ſtella tam exiguum locum, tugurij ſcilicet, atque præſepis oſtendit, niſi ſublime illud relinquens, ad inferiora veniſſet; ſuperque ipſum ferè caput pueri conſtitiſſet? Diuinum ergo quiddam deliteſcēs ſub ſtellæ figura, demiſit Magis in itinere Ducem; quod radiis

Hom. 6. in Matth.

emican-

emicantibus fulgētiſſimis cæca illorum pectora, ſua nouitate percelleret & illuminaret; quod Diuinum partum in terris enaſcentem deſignaret; quod Solem iuſtitiæ in noſtro oriri hemiſphærio nunciaret: ſtellam & nō omnino ſtellam demiſit; quæ ſtellam fulgidiſſimam à Balaamo prædictā iam iam mundo apparere demonſtraret; quæ animos ipſorum ad illā perquirendam & obſeruandam concitaret: quæ illos abduceret à ſedibus regijs, & in remotiſſimas atque prorſus ignotas partes tuto itinere abſque errore, ſine periculis ad vſque Bethleemi ſtabulum deduceret; Regemq; ac Dominum Cœli Cœlorum & terræ, in præſepi, inter iumenta recubantem oſtenderet: Stellam & non omnino ſtellam demiſit: magis enim dilectam, quàm Iſraelis gentem, quæ ipſum non ritibus, non cærimonijs, non purificationibus, non ſacrificijs, non ſanguine agnorum vel hircorum, non carne, ſed ſpiritu, ſed immaculato corde, ſed caſtis affectibus, ſed purificato animo coleret, vocabat: Stellam & non omnino ſtellam demiſit: Non enim opiliones, non plebem rudem, vt olim Iſraelitas ex Ægypto, ſed Reges fortiſſimos, ditiſſimos, ſapiētiſſimos omnium gentium ad ſe pertrahebat: Reges tales qui magnificentia, ſplendore externo, Imperij latitudine, facultatum copia, multitudine ſubditorum, omnes præcellebant Reges: Non enim Reges alicuius vnius Ciuitatis, non Hierycontis, non Babylonis, nō Ægypti, ſed penè vniuerſi Orientis moderatores erāt Reges Tharſis, & Inſularū, Reges Arabū & Saba: Stellam & non omnino ſtellam demiſit: Maiora ſiquidem Domino ſecum deferebant quā Iſraelitæ: Non enim arcam ligneam, ſed animas proprias; Non tabulas lapideas, ſed corda præparata; non virgam Aaronis, ſed ſpiritum nouo germine efflorentem; non ſanctuarium vmbrarum, ſed corpora Spiritui ſancto in templum viuum conſecranda; non furtò ablatas Ægypti diuitias, ſed ex proprijs theſauris extracta donaria: apertis enim ſuis, non alienis theſauris obtulerunt Domino aurum, thus, & myrrham: non exiguas opes, ſed Regna ſed populos, ſed Imperia Domino deferebant: Leua in circuitu oculos tuos ô noua Hieruſalem & vide, & mirare Bethleemi ſtabulū; omnes iſti congregati ſunt, venerunt tibi, ad ornandum locum ſanctificationis Diuinæ, & locum pedum Domini glorificandum: Omnes iſti ſiue qui vel mulos, vel aſinos, opum baiulos, vel dromedarios velociſſimi curſus, vel camelos, vel elephantes aromatibus, gēmis, auro, argento, vniuerſa ſuppellectili precioſa, theſauris onuſtos ducunt: ſiue diuiſæ militum & exercituum acies, ternis ordinibus inſtructæ, per vaſtam Bethleemi camporum planitiem diffuſæ vnam eamque lætam præferentes phalangis ſpeciem; Omnes iſti nobiles, Satrapæ, Proceres, Comites, Principes, Duces, holoſericis & aureis veſtibus ſplendentes, & latera regum cingentes; Omnes iſti ſiue miniſtri ex ſcrinijs depromentes, ſiue Reges fulgido & precioſiſſimo diademate coronati, ſupplicitet ad genua pueruli procidentes, eique veſtem precioſam, & omnifarij generis ſuppellectilem, aroma- Iſai.60.

ta,thus odoriferum,myrrham incorruptam,argentum,& aurum,& gemmas inæſtimabiles, & theſauros regios proferentes, venerunt tibi,ad ornandum locum ſanctificationis Diuinæ;& ad locum pedum Domini glorificandum: ita enim ſtabulum illud Bethleemi immundiſſimis ſpurcitijs animalium,& animalibus brutis oppletum erat,vt indignum eſſet Domini pedibus: Quis enim Regum terræ ad ſtabulum cum ſua maieſtate diuertere vellet? Quis Imperatorum in præſepi recubare deſideraret? Iſti venerunt ad locum pedum Domini glorificandum,exornādum: Stabulum Bethleemi non amplius ſtabulum, ſed aula magnificentiſſima & palatiū aureis periſtromatibus ornatum; Sabæis odoribus flagrantiſſimis fumās, oſtro,purpura,& auro fulgentibus hominibus repletum videtur: Ita deinceps domus illa Dei à Salomone extructa,in qua Deus ſuos poſuerat pedes, auaritia Sacerdotum,columbis,arietibus,hircis,bobus,contaminatis quibuſque temerata fuit, vt potius ſpelunca latronum quàm domus Dei electa foret: Quis autem Deorum,cum ambitione,cum auri cupidine,cū ſceleribus,permaneret? Quis iuſtiſſimus & caſtiſſimus, & ab omni labe alienus,cū illis flagitioſis,nummularijs, prædonibus, laſciuientibus,proteruis,omnibus peccatis obnoxijs habitaret? Iſti venerunt tibi;congregati ſunt ad ornandum locum Sāctificationis Diuinæ, & ad locum pedum Domini glorificandum;Locus ſanctificationis Dei, non amplius latronū ſpelunca,ſed receptaculum innocentiæ,caſtitatis,abſtinentiæ, ſapientiæ, timoris,prudentiæ,iuſtitiæ erit:Locus pedum Domini,non iam ſcelerum ſentina, ſed donorū Dei,chariſmatum Spiritus ſancti, gratiæ Deiformis; ærarium quoddam erit inexhauſtum:Locus ſanctitatis Diuinæ, non plus erit ſpelunca latronum;ſed illius Sacrarium digniſſimum,qui Rex cœlorum in ſolio excelſiſſimo reſidens,mundum adminiſtrat immenſum; qui vbique certiſſima eſt ſpes atque indubitata ſalus humani generis; qui noſtri capitis contexta gemmis corona; qui ipſe,& caput, & omne decus,& gloria & honos, & beatitudo noſtra; à quo manat quicquid recti ſanctique habemus; à quo omnis boni fluit origo; à quo lumen illud de lumine quo & hic multi adhuc mortales, & illic fœlices ſpiritus fruuntur.

Cum natus eſſet Ieſus in diebus Iudæ, in diebus Herodis Regis, ecce Magi ab Oriente venerunt Ieroſolymam dicentes, Vbi eſt,qui natus eſt Rex Iudæorum? Vidimus.n.ſtellam eius in Oriente,& venimus adorare eum:Liceat mihi,oro te ò ſanctiſſime infans,alloqui te;Quæ te cura ſplendoris huius externi tenet? Quamobrem Magos ſapientes,& illos Reges, & hos totius Orientis, ad tuum aduocaſti & deduxiſti Natale? tua præſentia dignatus es? Pater tuus Dauid de te præcinebat,Quis ſicut Dominus Deus noſter,qui in altis habitat, & humilia reſpicit in cœlo & in terra? Nullus certè Regum terræ;omnes faſtum,maieſtatem,pompam, magnificentiam,& illa quæ oculos in ſui admirationem pertrahere poſſunt perquirunt;omnes ab æqualibus viſitari,honoribus excipi cupiunt; nullus

lus humilem, abiectum, dignatur reſpicere; Solus Deus ille qui noſter eſt humilia reſpicit, & alta à longè cognoſcit: quid actum eſt tibi Ieſu paruule, vt modò alta non à longè, ſed à prope proſpicias? Regum maieſtate delecteris? Humilitatem edocere nos tui natalis loco voluiſti, Ex matre humillima, in Ciuitate, in tugurio vili enixus, in præſepi ſordido inter animalia repoſitus, in tuo tutore, in matre, in loco, in cunis, in faſcijs, in comitatu humilitatem demonſtras; quid modo tibi cum faſtu Regũ? Quid cum fulgore mundano? In præſepi iacere, & à Regibus adorari, quę humilitas? Humilia reſpicere, cum manſuetis & humilibus in loco humili commorari; & humana ſapientia turgidos Magos, mundi potentia inflatos ſuſcipere Reges? Si humilia contueri tuum erat munus, quid tibi modò cũ excelſis? Humilia reſpicit Dominus in Cœlo, humilia reſpicit & in terra; Alta à longè cognoſcit, ſed non illa quæ ſuperbiæ vento, non generis nobilitate, non dignitate gradus, non ſublimitate potentiæ in altum elata ſunt alta à longè cognoſcens deſpicit; ſed illa quæ humili Deo ſuperbos vertices ſubijcere nolunt: Reges iſti, generis nobilitate licet præcellentes fuerint; ortus.n. ſui initia ad Prophetam Gentium Balaamum referre dicuntur: Reges hi licet dignitate gradus, multos præceſſerint; Totius enim Arabię, & Tharſæorum, & Æthyopum, & Sabæorum, & orientis Inſularum, & Perſarum, & vaſtiſſimi Oceani Reges fuiſſe perhibentur; Reges iſti potentia & opibus multis licet multos ſuperarint: Arabia.n. auri obrizi; Inſulæ gemmarũ precioſarum: Saba myrrhæ & thuris, aliorumq; aromatum; Æthyopia camelorum, & dromedariorum, & omnis generis animantium; Perſia ſerici & byſſi, & purpuræ, & quicquid ſpectat ad cultum corporis; Mare Oceanum theſaurorum, & eorum quæ vel oculis conſpici vel corde deſiderari poſſunt feraciſſimum eſt: Reges iſti licet nobilitate, maieſtate, potentia, dignitate, diuitijs, ſplendore, in altum elati fuerint; nõ tamen ſuperbia, non turgida ſapientia, non ſublimitate inflati ſe ſupra ſe eleuarunt; quin potius ſe infra ſe, infra ſortem humilium ad pedes infantis humilis humiliter deiecerunt: Recenſe mihi totius ſeriem hyſtoriæ, vnde diſceſſerint, quò venerint, quid repererint, quid locuti fuerint, egerint, omnia dicta facta, & circumſtantias illorum percurre, nihil aliud quàm infimam humilitatem in eis reperies: Monentur à Deo per ſtellæ radios, vt è regalibus ſolijs deſcendentes, itineri longiſſimo & periculoſiſſimo ſe accingant, nihil cunctantur: mox diademata deponunt, abijciunt ſceptra, è ſublimibus thronis aureis deſcendunt, purpura & byſſo ſe ſpoliant, vt iniunctum iter celeriter conficiant ſeſe accommodant: Non dicunt vt ſuperbus ille Pharao; Quis eſt Dominus, vt eum mihi prælatum eſſe agnoſcam? Quis eſt adeò celſus, qui mihi, tot populis, nationibus, Regnis imperãti, præcepta imponat? me de faſtigio meæ dignitatis deijciat? neſcio in quas terras, in quæ Regna gentis abominandæ, ſeruilis, dudum captiuitate ab alijs gentibus oppreſſæ, neſcio ad quem Regem nouum, &

eum paruulum adorandum, complectendum,pro Domino & Imperatore noſtro agnoſcendum ire iubeamur? Siccine nos noſtras relinquemus vrbes,Imperia & Orbes; noſtros in illius ærarium inferemus theſauros? noſtra Regna,populos,Inſulas, Dominio illius ſubijciemus? noſtra colla torquibus aureis circumdata, noſtra capita coronis ſplendentibus adornata,pedibus illius ſupponemus? illi nos calcandos atque comprimẽdos proſternemus? Si Rex eſt, & nos Reges ſumus;ille Iſraelis,nos quaſi totius Orientis : nos infinitorum populorum,ille vnius Gentis; mendicus ille & captiuus,nos liberi,nos opulentiſſimi; miſer ille,calamitate Tyrannidis Romanæ oppreſſus; nos ſumma dignitate,fœlicitate ſumma fruentes : Æquum ergo eſt nos tales & tantos, huic abiecto,miſero humiliari? At nihil tale vnquam vel muſſitarunt;ſed vbi ei; clarum oſtendit aſtrum, quod plurimum ab his,quę ſpectamus,ſyderibus diſcrepabat,quodque illi cum inuicta patientia conſtanter expectabant,iter iniunctum aggrediũtur : aduocant præfectos domorum, qui omnia ad iter pertinentia feſtina cum celeritate appararent, omnes & inferioris, & ſupremæ ſortis homines vt in vnum cogerent;omnibus Regum famulis,comitibus, cubicularijs, ſecretarijs, rerũ cuſtodibus,magiſtris negotiorum,aſſeclis,vigilibus, pueris,vt præciperent,hi vt Dromedarios curſores expedirent,alij vt camelos,mulos,aſinos,elephantes,omnibus cõpijs victualium,vtenſilium, diuitiarum,precioſorum quorumque theſaurorum immenſa mole onerarent;hi vt equos phaleris aureis operirent,alij currus auro oſtroq; fulgentes inſtruerẽt,alij haſtatas clypeataſq; militum congregarent cateruas,hi procerum,& Ducum, & Principum Regni conuocarent multitudinem, vt omnes in vnum lecti ad iter procederent : Magis autem hæc eorũ ima humilitas elucet, ſi ipſos in Bethleemi ſtabulo conſpexerimus: Vbi iam longum & vaſtiſſimum emenſi eſſent iter, veniunt ad Metropolim Iudęæ,rati forſan,quod in ea Regem nouum,vel reſidentem, vel decumbẽtem conuenire poſſent : Vbi iam edocti à Rabinis de loco paruuli recens nati fuiſſent, quod non Ieroſolymis,quæ eſt vrbs Regum Iſraelis, ſed in villa Bethleemi quærendus eſſet Rex Iudæorũ,illò ſe conferunt; veniunt Bethleem,& à Ductrice ſtella locum paruuli demonſtrante,cognoſcunt: Quid tum ibi inueniunt? Quem faſtum? quem ſplendorem Regium illi cernunt? Nullum vtique; Non.n.palatium marmoribus ſplendidum,nõ aulam diuerſis perſonantem populis, non aſtantium Satraparum & ſeruorum diuerſos greges,non matrem eius diademate redimitam, aut in eburneo lecto cubantem; non puerum byſſo & purpura inuolutum;nõ obſtetricum & ancillarum obſequentium multitudinem, ſed ſtabulum iumentorum ſordidum,ſeu(vt nonnulli volunt) modicã ſpecum,cuius dorſo maxima incumbit rupes,vndique ſaxis pendentibus & latera eius cingentibus inuenerunt: Inuenerunt & animalium multitudinem ad præſepia procumbentem, & virginem decoram quidem aſpectu, & vultu ve-

nuſto

nuſto facieque pulcherrima, verecundam, ſolam, tremulam ſedentem in angulo, geſtuque patientem; Inuenerunt & infantulum tepido inuolutū amictu & ſuper paleas in præſepi ſordido reconditū, anhelo ore mitium iumentorum calefactum. Sanctiſſima.n. Virgo ad equorum, dromedariorumque ſtrepitum pauida infantem à ſinu amotū in præſepi locarat fœno que condiderat: Nihil hic ſplendoris, nihil magnificentiæ, ſed omnia abiecta, ſordida omnia: nihil ex omnibus quę videbant eiuſmodi erat, vt eis admirationem faceret, eoſque ad puerum alliceret adorandum; tamen non illis ſordet ſtabulum, non pannis offenduntur, non ſcandalizantur lactentis infantia, non matris extrema inopia, non comitatu iumētorum mouentur; Non dicunt, Si iſte Rex eſt, vbi regius thronus? vbi Regię cunæ? vbi oſtro & auro nitentes faſciæ? vbi margaritis diſtincta puluinaria? ancillarum & nutricum vbi ſedulitas? Hic non niſi tugurium vile, præſepe quod vix dignum eſt iumēto, duo iumenta illum refouentia, & vnum ſenem, vnam iuuenculam videmus: Hęccine eſt regalis pompa? hic thronus eius? hæc regia ſedes ex qua regnaturus eſt? Nihil iſtorum loquūtur; ſed in humilitate illa Diuinum quiddam cernentes, tanto perciti inſolito decore, ſeſe mutuò inſpiciunt; & in genua procumbentes tali ſermone Beatiſſimam Virginem affantur, O ſancta Deipara, ſublimis virgo, quę ſola, antequam mundi moles conſurgeret, multis de millibus vna electa es à Deo, quæ Regem cœli & Solem lucidiſſimum vt ſtella rutilantiſſima proferres; ecce nos hic adſumus cernui ab Æthiopum terris ſydereo duce deducti, ante tuos tuique dulciſſimi nati pedes nos prouoluentes, tibique exigua munera deferentes: Eia Sereniſſima Virgo vultūs tuos miſericordes nobis demonſtra, filiumque tuum quem enixa es in hoc noſtro, à noſtris penatibus, exilio, ad adorandum exhibe: Silebat tunc virgo vultu pallida, ſanguinemque pauore totum ad ſe cor rapuerat: Quid.n. tunc anxia virgo faceret? Mentiri non poterat, prodere non audebat: Silet ergo, neque tamen locum ſilentio præſtat reſumpta petitio; Inſtabant Reges acrius, pacis & amoris ſigna præferentes: Proditur itaque aſpectibus decorus infans, atq; è præſepio à matre leuatur: O magnum, ſtupendumque miraculum; tremunt cuncti viſo puero, timore magno turbātur, vultus crineſque eorum eriguntur, facie in pauimentum procidunt maieſtate perculſi, & coronis deiectis ad pedes Virginis proſtrantur: Prædixerat hoc Pſalmographus olim cum illorum prophetaret aduentum; Reges, inquit, terræ congregati ſunt; conuenerunt in vnum; ipſi videntes ſic admirati ſunt, conturbati ſunt, commoti ſunt, tremor apprehendit eos: Reges iacēt purpurati ad puellæ abiectæ pedes, & pānoſum infantem Regia celſitudo paueſcit: Quid facitis ò Magi? Lactantem puerum in tugurio vili, in vilibus pannis adoratis? ergo ne Deus eſt iſte? Deus certè in templo ſancto ſuo: Deus, in cœlo ſedes eius; & vos eum quæritis in ſtabulo, in matris gremio? Quid facitis quod & aurum ei offertis? ergo Rex ipſe eſt? Et vbi Bern. ſer. de Epiph.

aula regia? vbi thronus? vbi curiæ regalis frequẽtia? Nunquid aula eſt ſtabulum? thronus præſepium? curiæ frequentia, Ioſeph & Maria? Quomodo tam inſipientes facti eſtis ò viri ſapientes, vt adoretis paruulum deſpicabilem, tam ſua ætate, quàm paupertate ſuorum? Non certè, dicere poſſent, effecti ſumus inſipientes ſed humiles; Humiles.n. Deus reſpicit; humiliari nos ante conſpectum inuiſibilis huius maieſtatis decet: Si enim irrationalia bruta ante ſuum conditorem procumbunt, quid nos rationis compotes facere par eſt? Si inanimantia ſydera radijs latè vibrantib. ſuo obſequuntur motori; Si cœlum deſuper tectum ſiſtit, rotatur, voluitur, tripudiat, ſcintillat, ſeq; tantæ potentiæ inclinat: Si paſtores antrum introgreſſi ſupplices ad terram toto ſe corpore proſternunt; Si ſenex nutritius prono pectore veneratur Diuinum fœtum; Si ſuperni Ciues Cœli relictis ſedibus hunc ſuſpicientes adorant: Si ipſa Cœlorum & Angelorum Regina Dei mater, infantem recens natum admirans, ſępe flexo poplite ſe ante illum deijcit: Si vniuerſa & infima & ſuprema, & viſibilis & inuiſibilis creatura illum ſuſpicit, & reueretur; & caput pedibus illius ſupponit; nos qui cinis & puluis, qui vile lutum ſumus, criſtas contra ipſum erigemus? non illi nos humiliabimus? Deus eſt, ideò venimus adorare eum: Rex eſt, ideò aurum ei obtulimus: Deportauimus & Sabæum thus, Sacerdos enim eſt: Attulimus & myrrham; ſolus.n. immortalis, ſolus eſt incorruptibilis: Munera illi exigua offerre decreuimus; Illius enim eſt terra & plenitudo eius; tributum ei perſoluere, pacem ſpiritus fœdere ſempiterno firmare cum eo animus eſt; non bellum ei indicere, non ſuperba colla contra eum erigere: Magna enim potentia illius ſolius, & ab humilibus honoratur.

Eccl. 3. Cur igitur hos potentiſſimos & ditiſſimos Orientis Reges infantulus ad ſuum acceſſierit Natale, non alia ratio eſt, niſi vt humilitatem eorum; per quam gratiam & beatitudinem ipſius aſſecuti ſunt, vniuerſis conſpicuam, ſibiq; maximè acceptam demonſtraret: Vtinam quoque & nos humilitatem horum Regum imitemur: Scintillantibus quidem Diuinæ gratiæ radijs illuſtramur, & conciramur ad Ieſum quærendum: nemini ſiquidem, qui vellet de recluſa Dæmonis captiuitate reſilire, Deus deeſt; omnes vocat, vt recedãt; vt è vinculis Satanæ ſe explicent; vt ad ipſum regrediantur; vt ipſum in hac ſanctiſſima panis domo, ſub his parietibus obuelantibus requirant, adorent, exoſculentur, ſuſcipiant: Quærere ipſum, licet foris videamur; at cum quali ſubmiſſione, cum quali reuerentia; an ea cum humilitate Trium conueniat Regum, vos iudicate: Et Reges quidẽ vbi ſtabulum ingreſſi ſunt, animo expaueſcentes, oculis fixis Deum vbinam iaceret perquiſierunt, quem ſtatim ac in præſepi iacere agnouerunt, mox in terram proſtrati, coronas deiecerunt, & cum ſingultibus ſuam in dignitatem deplorantes, locum pedum eius exoſculati ſunt: Nos templũ ingreſſi, riſu & luxuria diſſoluti, hinc atq; illinc parietes, an ſint depicti

vel

vel ornati contuemur;vbinam locus Dei pedum, Sanctiſſimæ.ſ.Euchariſtiæ ſit,nihil cogitantes; animo elato neque caput aperire, nec vtrumque genuflectere, ſed alterum tantum hiſtrionum,vel more illudentium,Chriſto,vix dignamur: Quænam hæc ſuperbia? Quæ arrogantia? Reges adorant;& famuli inflantur? Patres Gentium capita inclinant, & filij erigũt ceruices? Mundi Imperatores ſe toto corpore proſternunt,& villæ ruſtici terga vertunt? Orbis vniuerſus,Angeli ſupremi exhorreſcunt,& homuncio vilis ſuperbit? Quærite Dominum in hoc tugurio; in hoc ſancto loco eius,ſed ſubmiſſo animo,ſed cum humilitate: Venite adoremus & procidamus ante Deum,ploremus coram Domino qui fecit & refecit nos;quia ipſe eſt Dominus Deus noſter; nos autem populus eius,& oues paſcuæ eius: Indignum eſt,mancipium ante Dominum ſuum turgere:ante Deum inflari hominem,periculoſum: Ipſe enim ſedes ducum ſuperborum euertet, & ponet pro eis humiles; hic in gratia, & illic in gloria,in qua viuit glorioſus in ſæcula ſempiterna. Amen.

Ecce Magi ab Oriente venerunt.

FASCICVLVS SECVNDVS.

De Gentilium vocatione,& Iudæorum reprobatione.

PRODIGIORVM opifex Deus,etſi plurima ſtupenda olim operatus eſt, nullum tamẽ magis naturæ vim atque ordinem ſuperare viſum eſt, quàm illa gemellorum fratrum Phares,& Zaræ,filiorum Iudæ,ex meretricis Thamar vtero,progenitura: Inſtante.n.partu cũ apparuiſſent gemini in vtero, in ipſa effuſione partus (ait Scriptura) infantium vnus protulit manum, in qua obſtetrix ligauit coccinum,dicens: Iſte egredietur prior; Illo verò retrahente manum,(attendite mirandum)egreſſus eſt alter: Dixitq; mulier;Quare diuiſa eſt propter te maceria? & ob hanc cauſam vocauit nomen eius Phares: Poſtea egreſſus eſt frater eius,in cuius manu erat coccinum,quem appellauit Zara: Mirandum hoc,naturæ vim maximè ſuperare dixi.Non enim erat cõſequentiæ naturalis, vt is, qui emiſiſſet manum, eandem poſtquam eſſet vincta,reuocaret;neq; conſueti motus hoc fuit,ordini ſue naturæ,in vtero infantes duos quaſi digladiari, & ad prodeundum primas quærere;ſupra leges ſtatutaque enaſcentium eſt,manum retrahere in vteri anguſtijs cõſiſtenti,(immobilis.n.infans tunc ſponte moueri nequit) & tranſitum alteri cedere: Mirandũ hoc dum admirata obſtetrix fuiſſet, & vim Diuinæ poten-

potentiæ, ordinemque prædeſtinationis atque diſpenſationis gratiæ deprehendere nequiuiſſet, nouitate facti obſtupefacta clamauit, Quare diuiſa eſt propter te ſæpes? Quid hic noui conſpicio? Ad quem modum infans vinculis naturæ ligatus mouetur, manus retrahit, alteri loco cedit? Quo verò alter ruptis vteri faſcijs ad ſuam genituram præcurrit? Quale hoc ſecretum? quod prodigium? quis illud patrauit? Quis diuiſit maceriam quæ huic primo egredienti, clauſtra vteri obſtruebat? At illud longè admirabilius eſt, quod ſub hoc ęnigmate adumbratum, mirabilis Deus in ſuis cõſilijs hodierno die perfecit: Parturiebat ſemper, (vt ipſe de ſe apud Iſaiam fatetur,) ex vtero ſcorti illius quod à legitimo ſponſo, à fide, iuſtitia, charitate, obediētia Dei defecerat, ex natura ſcilicet humana, duos filios, duas gentes, populos duos, Iſraelis & Gentilium; Duos iſtos filios ad contuendum veri Solis iuſtitiæ lumen efformabat, & ſemper in anguſtijs cõſtitutus, quaſi fœmina parturiens illos ad credendum in lucem hodie nobis effulgentem fingebat, atque edebat: Sed generationem eius quis enarrabit? quis terribilia eius ſuper filios hominum conſilia deprehendet? Quis prodigioſæ huius geniture ſecreta cognoſcet? Primogenitus eius eſſe debebat Zara, oriens, ille è tenebris gentilitatis populus Iſraelis: hic enim primò protulit manum Deo; primò hic populus fidē ſpopondit, & fœdere ſempiterno ſe coniunxit Deo: Primò iſte ad illum virũ cuius nomē eſt Oriens, in Bethleemi ſtabulo enaſcentem ingredi, ipſum cernere, in ipſum credere, ſperare, hũc adorare, huic munera offerre, huic ſe totum dedere, ordine natiuitatis aſtrictus erat; Secundò enim genitus filius gentilis, parietibus infidelitatis, idololatriæ, errorum, facinorũ cancellis inhibebatur, lumen exoriens Diuinitatis contueri, & ad hanc lucē in medio terrę, in tenebroſæ noctis medio elucentem, prodire; Quid actũ eſt? Manum pretentam habens Iudæus, eam retrahit rurſus; Illi qui vlnas exporrectas ad excipiendum Saluatorem habebant, qui Meſſiam expectabant, qui ortum Solis Diuini præſtolabantur, oculos & manus & affectus retraxerunt, & in vtero ſcorti Synagogæ ſeſe recluſerunt: Naſcitur Chriſtus, & Hieroſolyma turbatur, & illi qui erectos ſemper in eũ mentis oculos habebant; qui nihil aliud votis ardentiſſimis exoptabant conſtantiſſimè, quàm, Illuminare his qui in tenebris & in vmbra mortis ſedent, ipſo illuſtrante & radios exerente, ſecreta thalami Salomonis petunt, oculos auertunt, fidem datam abnegant, turbantur: Illi verò qui dęmonum caliginoſa inuēta ſectantes, ad Deum terga verterant, & ab aſpectu luminis Dei, macerie & muro æneo in materno vtero diſtinguebantur, fratre ſeſe voluente & cũctante ad progreſſum, ex vmbilico terrę exilierunt; vt viderent ortum ſurgentis ſtellæ, ſtellæ, & illius quæ leui motu aera ſecans Deum demõſtrabat, & illius quę incorrupta aluo, vt ſydus radium, ſic illa Solem immenſi luminis generabat, tanquam infantes vtero effuſi, procidunt in terram adorantes, lachrymis & eiulatibus pœnitentię

Iſai. 46. & 66.

ſtabu-

ſtabulum complent, amplectuntur Deum in humana carne deliteſcentē, venerantur Solem ſeptempliciter lucentem, nube humanitatis tectum, manus ei ſuas porrigunt, fidem ſpondent, obedientiam præſtant, ſe totos in obſequioſa mancipia exhibent, tributa pendunt, ſua Regna, ſuos populos, vniuerſam gentilitatem pedibus eius ſubijciunt: Baiuli enim gentilitatis, Reges hi præcelſi fuere; in iſtis hodie gentiles Chriſto nati ſunt; hodie nos omnes cũ noſtris principibus è tenebricoſo matris noſtræ vtero erupimus, & in illis, ad ſtabulum delati lumen verũ adſpeximus, Deo manus dedimus, & ab illo ſalutem omnem, dignitatem, fœlicitatem, ſpem libertatis, adoptionem filiorum Dei, hæreditatem, omniaque illa quæ in verè bonis numeranda ſunt, aſſecuti ſumus: Dum hanc gentilitatis admirãdam generationem Paulus aſpiceret, ſtupore quodam extra ſe raptus ut obſtetrix illa Thamaris, mirabundus perquirebat; Quid inquid dicemus? Rom. 9.
Quod gentes quæ non ſectabantur iuſtitiam, apprehenderunt iuſtitiam; iuſtitiam autem, quæ ex fide eſt; Iſrael verò ſectando legem iuſtitiæ, in legem iuſtitiæ non peruenit? Quare? Quid eſt hoc? Quæ nouitas, quod illi qui ante ſupplices manus ad Deum tẽdebant à Dei venientis conſpectu retrahuntur? à Deo nõ vocantur, ſed deſerunt? hi verò qui rebelles fuerũt lumini, a lumine ad lumẽ veritatis increatæ perducũtur? Quæ ratio, quod gens illa cuius eſt adoptio filiorum, & gloria, & teſtamentum, & legislatio, & obſequium, & promiſſa, cuius patres, ex quibus eſt Chriſtus ſecundum carnem, à præſepi Domini, à nouo altari, nouo Sacerdotẽ repellitur, ille verò populus, qui à lege Dei & naturæ vſu reuulſus, mentis tenebris obſcuratus, amentia & temeritate in omni ſordium genere impuriſſimè volutatus Deo inuiſus erat, modò accerſitur, & ad gratiam, Sacramenta, Sacerdotium, Regnum & gloriam atque eam ſempiternam admittitur? Quid, quod filij regni foras eijciuntur; ſpurij autem adoptantur? Quare gẽtiles ad natalitia Chriſti celebranda, ad lucem nouam, ad fidem, ad ſtabulum, ad Eccleſiam, ad complexum Dei, ad hanc diem ſacratiſſimam & fauſtiſſimam vocantur, & Iudæi repudiantur? Reſpondet Paulus, Quia non ex fide, ſed quaſi ex operibus: Quid eſt, quod non ex fide? Voluit dicere Paulus; populus Iſraelis primogenitus Dei filius primò dederat manus Deo; pollicitus eſt ei fidem & obedientiam, & hanc pactis & fœderibus ſempiternis firmarat: Et primò quidem per Patrem, vniuerſi orbis reparatorem, Noe, porrexit Deo manus, & hanc fidem Deus arcu in nubibus refulgente ſtabiliuit: Dedit deinde manus Deo per Abraham patrem gentis ſuæ, & hanc fidem circumciſione pactus eſt; Et ſtatuam, ait Deus, pactum meum inter me & te, & inter ſemen tuum poſt te in generationibus ſuis fędere ſempiterno, vt ſim Deus tuus & ſeminis tui poſt te; tantum ambula coram me & eſtò perfectus: Hoc eſt pactum meum quod obſeruabis inter me & te & ſemen tuum poſt te: Circumcidetur ex vobis infans octo dierum, & circumcidetis carnem præputij veſtri; vt ſit in ſignum

ſignum fœderis inter me & vos;vt ſit in ſymbolum fidei veſtræ; circumciſio enim erat ſignaculum fidei,vt Paulus docebat: Cecidit tunc Abraham pronus in terram,& hanc fidem nomine totius ſeminis ſui Deo pro miſſam,teſtatus eſt:Dedit deinde manus Deo per Iſaacum & Iacobũ Patriarchas ſanctos,quorũ vterq; poſt nocturnas Dei apparitiones ædificarunt altaria Domino, & ſacrificia in grati animi ſignificationem,& obteſtationẽ fidei obtulerunt: Dedit demum manus Deo in deſerto per Moyſem Ducem:Cum enim præciperet Deus Moyſi,Hæc dices domui Iacob, & annũciabis filijs Iſrael;Vos ipſi vidiſtis quę fecerim Ægyptijs,quomodo portauerim vos ſuper alas aquilarum,& aſſumpſerim mihi.Si ergo au dieritis vocem meam,& cuſtodieritis pactum meum, eritis mihi in pecu liũ de cunctis populis,mea eſt enim omnis terra: Et uos eritis mihi in regnum ſacerdotale, & gens ſancta: hæc ſunt verba quæ loqueris ad filios Iſrael;Quæ vt Moyſes & maioribus & minoribus populi expoſuerat, reſpondit omnis populus ſimul,Cũcta quę locutus eſt Dominus,faciemus: Hanc fidem promiſſam tot oblationibus,ſacrificijs,cæremonijs,ablutionibus,obſeruantijs profitebantur:hanc tot vicibus renouabant per illos pręclariſſimos ſuæ gentis Reges & Principes:Modò dicebát,Omnia quę pręcepit nobis Dominus,faciemus: Aliàs verò,Domino Deo noſtro ſeruiemus, & obedientes erimus præceptis eius: Modò rurſus; Omnia quæ polliciti ſumus Deo noſtro, ſeruabimus: Aliàs demùm, cum ignoremus quid agamus, hoc ſolum reſidui nobis eſt vt oculos & manus ad te leuemus:Rurſus poſtea;Pactum quod cum Deo iniuimus, fide inuiolata cuſtodiemus;Sed alieni filij,lingua ſua ſemper mẽtiti ſunt ei; cor eorum nũ quam erat rectum cum Deo, nunquam fideles habiti ſunt in teſtamento Dei,ſemper auerterunt ſe & nunquam ſeruauerunt pactum; corripuerũt manum Deo porrectam,ruperũt vincula quibus Deo colligati erant;fregerunt fidem quam Deo promiſerant; nũc irritabant Deum in inuentionibus ſuis; modò prouocabant eum ad aquas cõtradictionis & Spiritum eius exacerbabant;aliàs commiſcebantur inter gentes interdictas,& ediſcebant opera eorum,atque eorum ſculptilibus ſeruiebant: nũc vitulum conflatilem adorabant; modò initiabantur in Beelphegor, & ſacrificia comedebant mortuorum, aliàs naturæ leges perfringebant, & filios & filias ſuas dæmonijs immolabant; ſanguinem innocentem filiorum ſuorum & filiarum ſuarum,quas ſculptilibus Chanaam ſacrificabant,in terram fundebant,eamque inficiebant:aliàs Reginę cęli & militię dęmonũ placentas & liba dulcia deferebant: modò poſt Baalim vtroq; pede claudicabant: nunc Aſtharothi ſtatuas in ſanctuario Dei erigebant:nunc Molocho ſemina ſpargebãt: modò per mulieres deprauati,vel Aſtarthẽ Deũ Sydoniorũ,vel Chamos Deũ Moabitarũ,vel Ammonitarũ idolũ colebãt & ijs phana in mõte,q eſt cõtra Ieruſalẽ, ędificabãt, modò vitulos aureos in Bethel & in Dan ſtatuebãt,& ſuper altaria eorũ ad immolãdũ in excel

ſis

Exod: 19.

Pſal. 77.

ſis aſcēdebāt, & populos prohibebāt à Deo dicētes, Nolite vltra aſcēdere in Hieruſalem: Semper à Deo auertebantur, vt teſtatur ſcriptura, & multò faciebant peiora, quàm fecerant patres eorum; ſequētes Deos alienos, ſeruientes eis & adorantes illos: Quis numerare ſufficiet Principes Iſraelis, qui Deum ad iracundiam vocantes, ſua & populi terga ad Deum vertebant? Quis Racheles, Aaronos, Iudices, Michas, Salomones, Roboamos, Ieroboamos, Iudas, Aſas, Baaſas, Achabos, Ieſabeles, & alios ſexcentos Reges & Duces? Quis infinitam populi multitudinem ſub Ducibus, ſub Iudicibus, ſub Regibus, ſub Sacerdotibus, ſub Machabæis, idololatrā tem, & Dei fœdera violantem, Deo renitentem vocanti, percenſere queat? Quoties Deus vociferatus eſt ad eos, Relinquite Deos alienos; Nolite ſequi cultus & ritus, & idola gētium: Seruate pactum quod pepigiſtis mecum: Præbetę mihi fidem quam ſpopondiſtis; Me ſequimini in toto corde veſtro; me diligite in tota anima veſtra; ſeruite mihi ſoli in vniuerſis conatibus veſtris; mihi credite, in me confidite, in me omnes veſtros affectus locate: at illi quid? Audite; Expandi, ait Deus, manus meas tota die ad populum incredulum, qui graditur in via non bona, poſt cogitationes ſuas; populus qui ad iracundiam prouocat me ante faciem meam ſemper: qui immolant in hortis, & ſacrificant ſuper lateres; qui habitant in ſepulchris, & in delubris idolorum dormiunt; qui comedunt carnem ſuillam; & ius prophanum in vaſis eorum; Et quid tandem non faciunt? quales ſe exhibent Deo vocanti? porriguntne ſuas manus manibus Dei? Neutiquam; ſed dicunt, Recede à me, non appropinques mihi: Vocat Deus vmbris obſcurans legalibus; Filius meus es tu Iſrael, veni ad me; Quid tibi in viæ Ægypti? quid cum hoſtibus meis tibi commune? at illi, Recede à me; quid mihi tecum? Ipſi & Reges eorum, ait Hieremias, & Principes, & Sacerdotes, & Prophetæ eorum, ligno dixerunt, Pater meus es tu; & lapidi, Tu me genuiſti: verterunt ad Deum tergū & non faciem: Dicebat Deus, Scito & vide, quia malum & amarum eſt reliquiſſe te Dominum Deum tuum; & non eſſe timorem mei apud te: At illi, à ſæculo fregerūt iugum, ruperunt vincula, & dixerunt, Non ſeruiemus; Precabatur Deus; Prohibe pedem tuum à nuditate, & guttur tuum à ſiti Ægyptiaca; & illi, Deſperauimus, inquiunt, nequaquam faciemus; adamauimus quippe alienos & poſt eos ambulabimus: Obſecrabat ille, Patrem vocabis me, & poſt me ingredi non ceſſabis: Sed quomodo ſi contemnat mulier amatorem ſuum, ſic contempſit me domus Iſrael, dicit Dominus: Aſſumpſit poſtmodum Deus carnem humanam, & recumbens in præſepi inter illos, illos vocat ad ſe; ad illos per totam diem expandit manus ſuas, vt veniant ad eum, vt ei manus ſuas porrigant, vt ei fidem olim promiſſam in perſona exhibeant, vt eum, quem anxiè expectabant, natum iam ſuſcipiant, cō plectantur; illi ſe totos dedant; at illi quid? Recede à me, aiunt, ne appropinques Hieroſolymis; iaceas in ſtabulo, inter iumenta quieſce: Nō es tu Meſſias;

Iſa. 65.

Hiere. 2.

Meſſias; tibi fidem præſtare nolumus; Non es lux mundi, te contueri nequimus: Rex Iſraelis non es tu; Cæſarem habemus, non Regem: tibi obedientiam, honorem, cultum exhibere recuſamus: Recede à nobis: Et hoc eſt quod Paulus pro cauſa, cur Iudæi vocati non fuerint, reddebat, quia Non ex fide; Quia fidem quam ſempiterno fœdere Deo polliciti fuerant, abnegarunt: Quia fidem quam meſſiæ venienti debebant, nato præſtare noluerunt; quia coccineum illud fidei vinculum quo Deo, nos ſanguine ſuo redimenti, adſtricti fuerant, ruperunt, quia manus ſponſorias à luce vera in vterum meretricis ſynagogæ contraxerunt; quia in Chriſtum natum credere noluerunt; ſed vniuerſam Ciuitatem conturbarunt, & in necem ipſius cum Herode conſpirarunt: Quod aſpiciens Deus, ſecretò ad ſemetipſum locutus eſt: Iſtos ego fœdifragos, infideles, ſceleſtos filios, ad conſpectum meum admittam? Hos, qui manus plenas ſanguine, plenas ſceleſtiſſimorum flagitiorum contra me erigunt; manibus meis contingam? Hos ne, qui me fugiunt, qui mihi poſticum oſtendunt, qui poſt alienos decurrunt, qui à me oculos auertunt, qui me agnoſcere nolunt, tamdiu proſequar? Iſtos qui ad meum aduentum non lætantur, ſed conturbātur, qui meam cædem, non ſuam ſalutem quærunt, vocabo? Eant tandem poſt ſua deſideria; deſcendant in infernum, ſi volunt, viuentes; mihi ſuffi cit eouſque illos vocaſſe: modò procedendum eſt mihi ad ſecundogenitos, ad alienos, ad gentiles: Scio equidem non oportere mihi ad eos vel Prophetas, vel Angelos, qui eos ad me perducant deſtinare: Non oportet me ad illos declinare, & illos de tenebroſo errorum fanaticorum abyſſo ad veri luminis agnitionem manu educere: mittam tantum ſydus inanimatum; ad aſpectum huius certus ſum quod in me credent, ſuos falſos Deos relinquent, venient citato curſu ad me, & mihi manus fidei ſempiternæ dabunt, me adorabunt; terram, in qua iaceo, lingent; munera mihi deferent, deferent mihi & populos ſuos in vlnis ſuis; & illos meo impe
Iſai. 65. rio ſpontè ſubmittent; Ecce ego, ecce ego, ait Deus, ad gentem quæ neſciebat me, & quæ non inuocabat nomen meum: Quia vidi, quod quæſierũt me, qui ante non interrogabant: agnoui quod populus, quem non cognoui, ſeruiuit mihi; in auditu auris obediuit mihi: Populus ille quem ego in peculium non aſſumpſi, nec ei meipſum oſtendi, nec familiariter locutus ſum, nec eis beneficia aliqua præſtiti; non illos de ſeruitute eduxi, non inimicos eorum ſubmerſi in mari, non nube & ignea columna protexi, non laticem vitalem eis eduxi, non demiſi panem cœleſtem, non coturnices ſuper eos plui, non introduxi in terram fluentem lacte & melle; non cæteras gentes propter illos deſtruxi; non illis tabernaculum, ſanctuariũ, altare, arcam, leges, ſacrificia, oblationes, Sacerdotes, Pontifices, locum ſanctificationis meæ concredidi; nihil mirabile in oculis eorum operatus ſum; nullum beneficium eis exhibui peculiare; Populus quem non cognoui, ſeruiuit mihi; tantum inſuſurraui auri eius, & obediuit mihi: mihi ſoli obſecũ-

obſecutus eſt: non oportebat me, vt parturientem ad illos loqui, Exite; Nõ
erat neceſſum vſque ad raucedinem vociferari, Relinquite idola: in audi-
tu auris obediuit mihi. Licet in vnum idololatriæ pelagus demerſi eſ-
ſent, ad ſuperna tamen mox vt ſtellæ volantisque ſonitum audierunt, exilie-
runt: Non eos longitudo itineris, non ſplendor regius, non inueterata in
malis conſuetudo, non ſuperſtitio ab æuo immemorabili obſeruata; non
dæmonum terrores, & blãditiæ ab inſtituto propoſitę fidei diſtrahere po
tuerunt; vt audierunt vocem ſuſurri mei, cuncta obſtacula perfregerunt,
& ad me cucurrerunt, mihi ſuo & Gentilium nomine, manus dederunt:
Quid hic primum mirer? Gentilium fidem & promptitudinem, an Dei
benignitatem? Gentilium dico fidem: Cum enim nos, qui hodie cum pri
mitijs noſtris ad Deũ venimus, antea nullos de Deo ſermones, ne in ſom-
nijs quidem, accepérimus, ſed in inſanientium fabulis verſati, ac poetarũ
deliramenta euoluentes, lignis & lapidibus affixi incubueramus; neq; do
ctrinæ, neque vitę gratia quicquam vtile, bonumue auſpicabamur, ad v-
num Dei nutum, ad inanimatum magni Dei ſignum, mox omnia è fabu-
lis ſuffurata mendacia, mentis impuræ figmenta, & inuenta dęmonis in-
fanda abiecerimus, nunquam reaſſumenda: vtique ſi quippiam aliud in
Gentilium fide Diuinis placitum eſt oculis, certè illud eſt maximũ, quod
idololatriam, quam ſemel à ſuis finibus pepulerunt, ad eam nunquam, vt
ſemper Iudæi, reuerſi ſunt: Vt enim ſummo odio, Iſraelitarum recidiuam
ad idola, proſecutus eſt, & ob eam rem illos à ſe repudiauit, quod ſemel re
lictas abominationes denuò amplectebantur, nouiſſimiſq; erroribꝰ prio-
res augebant; ita Gentilium fidem vel ob id amplexus eſt, quòd ſemel re-
pudiata idololatria, nunquam ad eam regreſſi ſunt: Poſtquam enim vni-
uerſa Gentilitas ad Chriſtum, in hoc Eccleſiæ præſepi decumbentem, ad-
uenit; illum vt Deum agnouit, illi manus fidei porrexit. Nõ amplius ſunt
in Eccleſia, Iouis Cretenſium Tyranni natalitia & furta; neque Curetum
ſonitus & plauſus, ſaltationeſque armatæ: Nõ Phrygum emaſculationes,
& tybiæ & Corybantes, & quibuſcunque homines circum Rheam inſa-
niebant; talia Deorum matri ſacra inſtaurantes, talibuſque initiati ſacris,
qualia talium matri ſunt conuenientia: Nec puella quępiam nobis rapi-
tur ac Ceres errat, & Celeos quoſdam introducit: Non hic nocturna ſa-
cra ex turpitudine myſterium facientia: Non hic ſemiuir Deus & ebrio-
rũ chorus, exercituſque laſciuus, ac Thebanorum hunc venerantiũ demẽ
tia; & Semeles fulmen adorandum: Neque meretricia Veneris myſteria,
quę turpiter naſcitur & colitur: Non Priapi prurientes, verbis & formis
obſcęni: Neque Tauricæ gentis hoſpitales cædes; & Laconum Ephębo-
rum cruor, qui ſuper Aras dum cędebantur flagellis, ſpargebatur: Nõ Pe-
lopis carnificina, famelicos Deos paſcens; Non Hecates terribilia & tene
bricoſa phantaſmata: Non Dodoneæ quercus nugalitas; vel Delphici tripo
dis commenta; vel Caſtalię pocula diuinatricia: Non Magorum immola-

tio & fibrarum ſectilis præſcientia:Non Chaldæorum aſtronomia & na-
tiuitatum ratio,cœleſtium motu quæque circumſcribens: Non Thracum
Orgia,à quibus initia ſuperſtitiones ſumpſere: Non Orphæi ſacra & my
ſteria;quem adeò Græci ob ſapientiam admirati ſunt, vt & lyræ pulſu v-
niuerſa illum traxiſſe effingant: Neque Mithri ſupplicia;digna quæ ſuſti
neantur ab illis,qui talibus initiabantur;neque Oſiridis laniatio; calami-
tas alia apud Ægyptios venerata:Non Iſidis infortunia,& hirci Mende-
ſiorum venerabiliores:,Apidiſque præſepium vitulo,Memphiticorum a-
mentia,delicatè ſe oblectante:Non ſerpentum & animalium omnigeno-
rum honores:Non communis malorum dęmonum cultus: Non amplius
noſtri ante idola incuruantur,ſed ante Deum:Non amplius dęmonijs im
molant,ſed Deo:Nō amplius gentes Satanę ſeruiūt,ſed Chriſto: Poſtq̃ il
lis gratia diuina conceſſum eſt infęlicem effugere errorem,ad veritatem-
que accedere,& creationem ſupergredi,primos quoque motus & quę tē-
pori ſubiacent ſuperare, & Deo viuenti & vero ſeruire; nunquam à Dei
veri opinione deciderunt;nunquam poſt,in idola & artis opera,manuū-
que figmenta impegerunt;nūquam poſt,aliquem vel Iſaiam vel Ieremiā,
vel quempiam ex Prophetis Deus ad Gentes credentes miſit, qui eos ab
idolorum cultu quaſi ad illum declinarint,dehortaretur; atque ad veterē,
quaſi relictam Dei cognitionē perduceret: ſemel enim receptam Dei no-
titiam,fidem,culturam,obedientiam,ij qui ſe totos Deo dederant,obſer-
uarunt:Quod ſi aliqui vel ad falſa numina,vel hominum erronea dogma
ta defecerint; non tamen vniuerſa Eccleſia credentium; non tamen cuius
ex numero Chriſto conſecratorum:Qui ex nobis ad dęmonem vel ad dę-
monis inuenta prodierunt, ait Ioannes,non erant ex nobis:Nā ſi fuiſſent
1. Ioan. 2. ex nobis, permanſiſſent vtique nobiſcum; ſed vt manifeſti ſint,quoniam
non ſunt omnes ex nobis: Prędicabo deinde & admirabor hic Dei beni-
gnitatem:Non enim ex meritis noſtris, non ob dignitatem noſtram nos
de tenebris ad lucem,de idololatria ad ſui cultum,de peccatis ad gratiam
prædeſtinationis, ſed propter ſuam inexhauſtam miſericordiam perdu-
xit:Quæ.n.dignitas noſtra tunc erat,cum iumentis inſipientibus inſipiē
tiores atque viliores facti fuimus? Quæ merito noſtra tunc,cum à merito
rū radice & fonte, à gratia.ſ.excideramus? Eramus aliquando & nos,ait
ad Tit. 3. Paulus,inſipientes,increduli,errantes,ſeruientes deſiderijs & voluptati-
bus varijs in malitia & inuidia agentes,odibiles,odientes inuicem:Appa
ruit autem benignitas & humanitas Saluatoris noſtri Dei, non ex operi-
bus iuſtitiæ,quæ fecimus nos;ſed ſecundum magnam miſericordiā ſuam
ſaluos nos fecit.

Sola ergo Dei potētia,murus ille qui nos à Deo diuidebat dirutus eſt:
Sola Dei virtute obſtetricante, de vmbilico infidelitatis, & de profunda
errorum abyſſo extracti, ad aſpectum veri luminis nobis hodie effulgen-
tis adducti ſumus:Cantate nunc vniuerſi Domino canticum nouum; Lę

tamini

tamini omnes Eccleſię Sanctorum: quia mirabilia fecit: Nonne enim hoc eſt mirandum, quod gentes quæ nunquam ſectabantur iuſtitiam, in legē iuſtitiæ peruenerunt? Non hoc mirandum eſt, quod gentes quæ nūquam Deum quęſierunt, Deum ſe illis demonſtrantem inuenerunt? Mirādum eſt quod nos olim in barathro ſcelerum demerſi, ad iuſtitię ſplendorem ad gratiam Dei, ad filiorum Dei adoptionem, ad Regnum cœleſte euaſimus: Cantate Domino canticum nouum, cantate Domino omnis terra: Cantate Domino & benedicite nomini eius, quia notum fecit nobis ſalutare ſuum, quia in conſpectu noſtro reuelauit iuſtitiam ſuam, quia recordatus eſt miſericordię ſuę & veritatis ſuę, quia viderunt omnes termini terrę ſalutare Dei noſtri: Iubilate ergo Domino omnis terra, cantate & exultate & pſallite: Iubilate in cōſpectu regis & Domini: Nihil .n. hoc beneficio quod nobis hodie collatum eſt glorioſius, nihil illuſtrius cogitari poteſt: Eximium beneficiū quiſque reputat, ſi de compedibus ſolutus & de obſcuro eductus carcere lumen ſolis aſpicere, & in libertatem euadere, & in Regis gratiam admitti dignus ſit: longè maius eſt illud, ſi de peccatorum catenis, & de obſcuriſſimo inferni barathro tractus, ad aſpectum veri Solis iuſtitiæ, ad veram ſpiritus libertatem, ad magnificentiſſimum ſuperorum regnum, ad Dei conſortium accitus eſt: Hodie autem non vni ſoli homini, ſed vniuerſo orbi hoc beneficium conferre dignatus eſt: Hodie Gentiles in regione vmbræ mortis ſedentes, & in terra obliuionis ſepultos, lucis ſuę radio illuſtrauit, vt peccati agnoſcerent deformitatem, & ferreum eius iugum à ſuis excuterent ceruicibus, & ad miſericordiam ſupplices confugerent Diuinam, & in Deo ſpes omnes opeſq; ſuas collocarent: Hodie oculos Gentilium aperuit, quo perennem bonorum omnium fontē agnoſcerent, & pulcherrimam illam Diuinę bonitatis ſpeciem, carnis noſtræ faſcijs inuolutam contemplarentur: Hodie ſummus ille rerum omnium Dominus, qui à nemine niſi à ſeipſo perfectè cognoſci poterat, ille qui lucem habitabat inacceſſibilem; ille qui tenebras poſuerat latibulum ſuū quo a nulla creata mēte ſine eius luce videri poſſet, tenebrarum noſtrarum caligine abſterſa, ſeipſum & agnoſcendum, & diligendum & venerandum Gentilibus præbuit: Hodie à templo Salomonis, à Sanctuario, ab altari, à populo illo olim electo, ad ſtabulum, ad iumenta, ad gentes ſecedens; illos reprobauit, nos autem ſibi aſciuit: illos à participio bonorum excluſit, nos aūt Diuinorum donorum conſortes effecit, nos in Sanctorum ſortem adſcripſit; illos autem à facie ſua proiecit: Hodie omnium diuitiarum cœleſtiumque opum copias nobis ante oculos propoſuit; Hodie claues, ad illos theſauros nobis, olim inuiſos & abſcōditos, aperiēdū, ſup noſtros impoſuit humeros; Hodierna dies oīum in nos Diuinorum beneficiorum initium eſt: Noſtra hęc eſt fęliciſſima dies, noſtra feſtiuitas fauſtiſſima; nobis Deum laudibus celebrare, nobis alacritatem & lętitiam vocibus feſtiuis demonſtrare conuenit: noſtro enim

fratre ſanguineo fune ligato, nos in libertatem aſſerti ſumus: noſtro fratre in vtero ſcorti illius permanente, nos ad cunas Saluatoris, ad adorandum præſepium, ad ſacratiſſimum pedum eius ſcabellum venerandum, amplectendum & exoſculandum manu Diuina obſtetricante educti ſumus. Felices vos ô præcelſi Reges, qui ante Iudæos, ſtellæ miniſterio Solẽ immenſi luminis aſpexiſtis: Felices, qui primi ex omnibus gentibus primitias ſpiritus viuificantis, Dei dono percepiſtis; Fœlices & nos, qui per hos præclariſſimos baiulos ad Chriſtum deducti, eiq; coniuncti ſumus. Cantate ergo Domino canticum nouum, quia admirabilia fecit: Gratias demùm agamus ei, monet Petrus, qui nos de tenebris vocauit in admirabile lumen ſuum; qui aliquando nõ populus; nunc aũt populus Dei; qui aliquando non conſecuti miſericordiam; nunc autem miſericordiã conſecuti: Gratias agamus Deo, quod (monet Chryſoſt.) qđ ſaluati ſumus; quodq; cũ ex operibus ſaluari nequiuerimus, dono Dei gratis ſaluati ſumus: Gratias verò agentes, nõ verbis tm̃, ſed & operibus, ſed vera gratitudine; ſed rebus ipſis grati ſimus: Ea quippe diligens ac vera demum erit gratiarum actio, ſi ea per quę Deus glorificari poterit fecerimus; eaq; fugerimus à quibus liberati ſumus: Etenim ſi cum Regem contumelia adfecerimus, loco pęnarũ quas dare debueramus, honore adfecti ſimus; deinde rurſum contumelia regem adficiamus, tanquam extremæ ingratitudinis rei, meritò extremas pœnas dederimus, ac prioribus multò maiores: neque enim nos adeò ingratos prior contumelia declarauit, quemadmodum ea, quę poſt honorem illum & magnam medelam ſecuta eſt: Fugiamus ergo illa à quibus liberati ſumus; & non ore tantum gratias agamus; ne & de nobis ſicut & de Iudæis dicatur, Populus hic labijs me honorat, corde verò longè diſtat à me: ſed potius, Populus tuus omnes iuſti, germen plãtationis meæ, opus manus meæ ad glorificandum, fortes iuſtitiæ, populus ſanctus ſanctificans Dei nomen, nunc & per infinita ſæculorum ſæcula. Amen.

1. Pet. 2.

Iſai. 60.

Et venerunt adorare eum. Math. 2.

FASCICVLVS TERTIVS.

De Christi adoratione.

QVAM admirationem, quod decus, ſapientiſſima Regni adminiſtratio, ſapientiæ Principi Salomoni pepererit, vel exinde perſpicuum habere poteſtis; quod ſua illuſtri & prope Diuina prudentia, non præſentes tãtum Regni Iſraelis populos, ſed & abſentes longè remotiſſimos Reges ad ſui amorem concitauit: Ita.n. de eo Sacra Regum hyſtoria refert; Dedit Deus ſapientiam Salomoni, & prudentiam multam nimis, & latitudinem cordis, quaſi arenam quæ eſt in littore maris. Et præcedebat ſapientia Salomonis ſapientiam omnium Orientalium, & Ægyptiorum, & erat ſapientior cunctis hominibus; & erat nominatus in vniuerſis gentibus per circuitum; & veniebant de cunctis populis, ad audiendam ſapientiam Salomonis, & ab vniuerſis Regibus terræ, qui audiebant ſapientiam eius; ſed & Regina Saba audita fama Salomonis in nomine Domini, venit tentare eum in ænigmatibus: Et ingreſſa Hieruſalem multo cũ comitatu & diuitijs, & camelis portantibus aromata, & aurum infinitum nimis, & gemmas precioſas, venit ad Regem Salomonem, & locuta eſt ei vniuerſa quæ habebat in corde ſuo: Et docuit eam Salomon omnia verba quæ propoſuerat; nõ fuit ſermo qui Regem poſſet latere, & non reſponderet ei: Videns autem Regina Saba omnem ſapientiam Salomonis, & domum quam ædificauerat; & cibos menſæ eius, & habitacula ſeruorum, & ordines miniſtrantium, veſteſq; eorum, & pincernas, & holocauſta quæ offerebant in domo Domini, non habebat vltra ſpiritum, dixitque ad Regem, Verus eſt ſermo, quem audiui in terra mea ſuper ſermonibus tuis, & ſuper ſapientia tua; & non credebam narrantibus mihi; donec ipſa veni, & vidi oculis meis, & probaui, quod media pars mihi nunciata non fuerit: Maior eſt ſapiẽtia & opera tua, quã rumor quẽ audiui: Beati viri tui, & beati ſerui tui; hi qui ſtant coram te ſemper, & audiunt ſapientiam tuam: Sit Dominus Deus tuus benedictus cui complacuiſti, & poſuit te ſuper thronũ Iſrael, & conſtituit te Regem, vt faceres iudicium & iuſtitiam: Deditque Regi centum viginti talenta auri, & aromata multa nimis, & gemmas precioſas: Non ſunt allata vltra aromata tam multa, quam ea quæ dedit Regina Saba Regi Salomoni: Ad quid adeò longam hiſtoriæ ſeriem contextam recenſuerim, ſcire deſideratis? ea ratione, vt intelligatis vim ſplendidiſſimũ ſapien-

3 Reg. 4. & 10.

 pien-

pientię luminis;quod homini qui eo illuſtratus eſt,honorem,reuerentiã, amorem,etiam remotiſſimorum,licet barbarorum,generare ſolet: Vehementer.n. ardor hominum excitatur ipſa fama & opinione ſapientiæ; ad quam ſi beneficentia,fides,iuſtitia, omneſq; illæ virtutes quæ ad manſuetudinem ac facilitatem pertinent(quod non defuit Salomoni Regi)accedant; natura ipſa coguntur diligere & venerari, licet nunquam viſos, quibus ineſſe eas virtutes intelligunt: Iacebat in præſepi Rex Regum Deus, in quo ſunt omnes theſauri ſapientiæ & ſciẽtiæ abſconditi;ille qui eſt increata ſapientia, è Patris corde ab æterno & ante ſęcula progenita; ille qui eſt Verbum & exemplar ad quod & per quod omnia viſibilia & inuiſibilia procreata ſunt: ille qui diuitias & theſauros vniuerſi orbis, & orbem ipſum immenſum pugillo manus ſuæ continet,& tribus ſuſtentat digitis;ille Rex cui ad ſapientiæ,maieſtatis,potentiæ, ſublimiumq; donorum non defuit gratiæ cęterarumque virtutum Regio animo dignarum cumulatiſſima plenitudo,quibus & domeſticorum plurimorum,& exterorum,tantum ſibi gratię & amoris conciliarat,vt ad ipſum,licet ſordido in ſtabulo,licet vili in præſepio,ſuper fœnum & paleam nõ in throno aureo fulgẽte,vel in cunis cocco & oſtro ſplendentibus reconditum;& ſui, & alieni,& vulgares, & Ciues, & Reges Barbari, & Angeli ipſi de cœlis, vt illius aſpectu fruantur,eius ſapientiam admirabilem mirentur,eius maieſtatem venerentur, acceſſerint: Acceſſerunt primò Angeli de ſupernis ſedibus,& fauſtis acclamationibus,ſuum erga illum ſtudium apertiſſimè profeſſi ſunt: Gloriam in excelſis Deo, pacem verò hominibus in terris annunciantes: Acceſſerunt poſtmodum paſtores,& ſuam reuerẽtiam humiliato corpore teſtati ſunt: Aduenit hodie & Sabæ Reginę propago,ad adorandum nouum Salomonem;ad audiendum ſapientiſſimum,ſed elinguem,ſed mutum Deum;& ipſum Hieroſolymis inquirunt. Vbi eſt qui natus eſt Rex Iudæorũ? Vbi eſt,ille qui in Iudęa natus,in Iudęa regnat;& fama cuius Inſulas vaſtiſſimi Oceani, Arabes, Æthyopas, Tharſæos, Sabęos,fines orbis terræ vſque peruolat? Vbi eſt qui in terris eſt natus,& in cœlis ſplendet? Vidimus.n.ſtellam eius in Oriente,& venimus adorare eum.Et vt modum quo Chriſtum Dominum tres iſti Reges adorarint videamus;quid adoratio alicuius exigat,quoſue actus complectatur, primò aperiendum eſt:Adoratio,vt docent Patres Sancti,tria in vniuerſum vendicat munera,ſeu tres actus complectitur:Vnum intellectus,Alterum voluntatis,Tertium verò corporis;Exigit munus intellectus primò,vt illius perſonę quam adorat quiſpiam,ſublimitatem,& maieſtatem,& ad res excelſas excitatam mentem, & rebus præclaris adornatum animum cognoſcat;Quod.n.aliquis ignorat,quomodo adorare poteſt? Hinc Chryſoſtomus,illis qui Deum adorare cupiunt,fidem, qua Dei dignitatem aſſequãtur, primò neceſſariam eſſe aſſeuerat;Fide,inquit,adoratoribus Dei opus eſt;Fide inquam,bonorum omnium matre,ſalutis medicina,ſine qua nullam

Adorationis quinã actus.

Hom. 32. in Ioann.

lam magnarum rerum doctrinam percipere quiſpiam poteſt; ſed illi ſimilis eſt, qui ſine naui pelagus tranare aggreſſus parum proficiēs, laſſatis manibus pedibuſque, fluctibus citò obruitur: neque aliter, qui ſuis nitun tur rationibus ante cognitam veritatē, vt Paulus ait, naufragium faciunt; quam quidem repellentes, circa fidem naufragarunt: Exigit ſecundò ado ratio munus voluntatis; vt. ſ. illi perſonæ, quam veneratur aliquis, reuerētiam voluntario mentis motu exhibeat; quod fiet, ſi erga illam internis af fectibus feratur, totiſque cordis conatibus in illam inclinetur, atque propenſione amoris impellente, ei cor & animum ſuum integrè deuoueat: Vnde monebat Saluator Dei adoratores; Adoratores, ait, Dei in ſpiritu & veritate adorare oportet: In ſpiritu, non in corpore tantum; in veritate, nō in hypocriſia? In ſpiritu, vt ex corde reuerentia externa procedat; In veritate, vt externa cultus ſigna interiori reſpondeāt. Tunc. n. beatum pectus eſt quod Deo offers, ſi purum eſt: tunc fœlices manus, quas in venerationis ſignum Deo porrigis, ſi mundæ ſunt: tunc glorioſa facies, ſi ſimplicita te reſplendet: digni oculi, ſi concupiſcentia non ſunt maculati; Sancta gē nua quæ in reuerentiam Dei flectis, ſi non incuruata fuerint ad ſcelus: fœlix totus homo, ſi totus fuerit illibatus; Fœlix inquam, ſi nihil in eo aut cogitatio infecerit, aut actus peſſimi ſordidauerint: Adoratio exigit poſtremò corporis actum exteriorem, vt illi perſonæ, quam veneratur quis, mentis affectum, & internam reuerentiā, externa demōſtret ſubmiſſione: Quum. n. mens noſtra nuda non ſit, ſed iuncta & implicata corpori, & denſo membrorum inuolucro irretita, vt & homini, quem adoramus, intranea veneratio non ita facilē pateat, & Deo, quem ſupra omnia omni cultu proſequi decet, omnia & animi & corporis officia debeamus; fit vt adorationem mentis, rebus externis & Deo & homini neceſſariò cōprobemus; hac ratione, vt ſimulachra & imitationes animi ſint, varios in ſe affectus, erga perſonam venerandam, ſuſcipientis: Quare Auguſtinus dicebat, Pietas Dei cultus eſt, nec colitur ille niſi amando: Cæterùm vbi verus eſt amor, nequaquam ſic in ipſa mente reconditus & abſtruſus eſſe poteſt, vt non per ſigna quædam & indicia ſe foris proferat, ac ad ſpectātium oculos traducat: Hinc illę in diuino cultu ſubleuationes & deiectiones oculorum, pectorum percuſſiones, capitum inclinationes, genuum inflexiones, & hoc genus externi geſtus alij, qui cerimoniæ, oblationes, vota, ſacrificia & religionis obſeruantiæ vocantur: quibus magis ſeipſum excitat homo ad Deum colendum; & neſcio quomodo (ait Auguſtinus) cum hi motus corporis fieri niſi motu animi præcedente non poſſint, eiſdemque rurſus externis viſibiliter factis, ille interior inuiſibiliter, qui eos fecit, augetur; Ac per hoc cordis affectus, qui vt fierent iſta, præceſſit, quia facta ſunt creſcit:

Tria ergo adorationis munera cum ſint; hæc (ne à præſepi Saluatoris noſtri digrediamur, neve perſonas ipſum venerantes infantulum, prima

tantum fronte, aſpiciamus) omnia omnes illos & paſtores, & Magos, & Angelos ad Chriſtũ venientes, Chriſto exhibuiſſe oſtendamus: Paſtores primò Chriſtum per fidem Deum eſſe verum agnouerunt: Poſtquam.n. Angelum illum qui eis nunciabat verbi natiuitatem; Euangelizò vobis gaudium magnum, quia natus eſt vobis hodie Saluator, qui eſt Chriſtus Dominus, in Ciuitate Dauid: & hoc vobis ſignum; Inuenietis Reginam ad cunas, Regemque poſitum in ſtramine, infantem pannis inuolutum, & repoſitum in præſepio; Ite modò beati vos paſtores, ite & nouis antrũ illud beatum ornate ſertis; ite, properate, & noui Regis honorate natale; noua illi deferte munera, & nouum ſtipulis illi decantate carmen: Poſtq̃ dico, paſtores Angeli perceperunt nuncium, mox inter ſe varium ſermonem volutantes, de puero nato perquirunt: Quid ſupernorum Ciuiũ mãdata velint, quas quærere cunas, quæ cingere frondibus antra, quem Regem peruestigare, quod adorare verbum, cui Saluatori cultum omnẽ impendere debeant, anxiè percontantur: Loquebantur ad inuicem dicẽtes, Tranſeamus vſque Bethleem, & videamus hoc verbum quod factum eſt, quod fecit Dominus, & oſtendit nobis: Et moti interno animi ardore, venerunt feſtinantes, & vt rudentis aſelli vocem auribus accepere, ſub rupe cauata tugurium ſeu ſpeluncam adſpiciunt; in quam intrantes, inuenerunt inſomnem ad lychnum ſedentem matrem Mariam, preſſis in vlnis refouentem infantulum Ieſum; viderunt & grandæuum ſenem Ioſeph, curuo corpore dulciſſimum & precioſiſſimum ſalutis noſtræ pignus adorantem: viderunt & puerulum in ſinu ſpecioſiſſimæ puellæ, & mentis oculis in eum defixis, eum Principem paſtorum ad congregandas Iſraelis diſperſas oues veniẽtem crediderunt; illique omnem animi internam venerationem exhibentes, cor & animum, affectiones, & cogitationes, amorem, & intraneos inuiſibiles motus, ſubmiſſa cum humilitate deuouerũt: atque ad tertiam cultus partem externam progredientes, antrum introgreſſi, vt canit Sannazarius Parthenius,

De partu Virginis lib. 3.

— Calathis ſilueſtria plenis,
Dona ferunt, matrem & læto ſimul ore ſalutant:
Tum puero adſtantes Lycidas, & maximus Aegon.
Aegon, Getulis cui paſcua maxima campis;
Centeni per rura greges Maſſyla vagantur;
Ipſe caput latè, quà Bagrada, quà vagus errat
Triton, Cinyphiæ quà deuoluuntur arenæ:
Ingens agricolis, ingens paſtoribus Aegon:
At Lycidas vix vrbe ſua, vix colle propinquo
Cognitus, æquoreas carmen deduxit ad vndas:
Et tamen hi non voce pares, non viribus æquis,
Inter adorantum choreas, plauſuſq; Deorum,
Ruſtica ſeptena modulantur carmina canna:

Carmẽ q̃ Chriſto paſtoru: cecinerunt.

Hoc

Hoc erat alme puer, patrijs quod noſter in antris,
Tytirus adtritæ ſpernit rude carmen auenæ.
Et cecinit dignas Romano Conſule ſiluas.
Vltima Cumæi venit iam carminis ætas.
Magna per exactos renouantur ſæcula curſus,
Scilicet hæc virgo eſt, hæc ſunt Saturnia regna:
Hæc noua progenies cœlò deſcendit ab alto;
Progenies, per quam toto gens aurea mundo
Surget, & in medijs palmes florebit ariſtis.
Qua duce, ſi qua manent ſceleris veſtigia noſtri,
Irrita perpetua ſoluent formidine terras;
Et vetitum magni pandetur limen Olympi:
Occidet & ſerpens, miſeros quæ prima parentes
Eluſit, portentificis imbuta venenis.
Tu ne Deum vitam accipies? diuiſque videbis
Permiſtos heroas, & ipſe videberis illis?
Pacatumque reges patrijs virtutibus orbem?
Adſpice fœlici diffuſum lumine cæ'um,
Campoſque, fluuioſque, ipſaſque in montibus herbas,
Adſpice, venturo lætentur vt omnia ſæclo,
Ipſæ lacte domum referent diſtenta capellæ
Vbera: nec magnos metuent armenta leones;
Agnaque per gladios ibit ſecura nocentes;
Biſque ſuperfuſos ſeruabit tincta rubores.
Interea tibi parue puer, munuſcula prima
Contingent hederæque, intermiſtique corymbi:
Ipſa tibi blandos fundent cunabula flores:
Et duræ quercus ſudabunt roſcida mella:
Mella dabunt quercus: omnis feret omnia tellus:
At poſtquam firmata virum te fecerit ætas,
Et tua iam totum noteſcent facta per orbem:
Alter erit tum Tiphys, & altera quæ vehat Argo
Delectos Heroas: erunt etiam altera bella:
Atque ingens Stygius ibis prædator ad vndas:
Incipe parue puer riſu cognoſcere matrem,
Chara Dei ſoboles, magnum cœli incrementum.

Hæc ſimplices illi paſtores Chriſto cecinerunt, hæc Deo obtulerunt; hiſce tribus adorationis Chriſti partibus munus ſuum deuotè cognarunt & perfecerunt: Tria hæc & ipſi cœleſtes ſpiritus in adorando Chriſto exhibuerunt: Poſteaquam enim Diuinum illud edictum perceperunt, Agite ò ſuperni Ciues, nunc iam omnes humanas capeſſite curas; deſcendite ad terras, accedite Bethleemi ſtabulum & ibi ſub duris cautibus luſtrate gra-

te gramine conſtratum lectum, luſtrate præſepe ſordidum, cuncti ſubmiſſis animis ad illud accedite; ite, videbitis illic mutum pecus demiſſo pectore procumbens, Dominique lambens veſtigia; inuenietis deinde & piam matrem in molli complexu filium fouentem, & teneris illius labris dulce lac irrorantem: hunc ergo feſtiuis laudibus excipite; huic vos oẽs proſternite, hunc adorate; plauſibus hunc celebrate, in omnia ſæcula ventura fœlicem fouentes pacem. Mandatũ hoc vt audierunt, mox glomerati omnes, de cœlis ad terras labentes, pars igne coruſco tota rubens, pars innexa ſtelliferis coronis, pars immortali auro lapidibuſque precioſiſſimis ornata, ſtabulum ingrediuntur & perquirẽtes dicunt, Quis eſt iſte Rex gloriæ? Quis iſte tam paruus? tã magnus? Hiccine eſt Deus conditor orbis? Hiccine Altiſſimi filius? Quem vt agnouerũt, Deum reparatorem ruinarum cœleſtium eſſe; omnes prope cunas accedentes illum ſupplices adorarunt; mox alij ſpecioſiſſimis ſuis alis ſorditiem præſepij & ſtabuli obuelantes, lumine velut fulgentibus periſtromatibus illud pulcherrimè adornarunt; alij tectum illius antri lucidiſſimis ſtellis diſtinxerunt; quidã precioſiſſimis lapidibus ſpurciſſimum contexerunt pauimentum: alij ignes parabant: nonnulli faſcias calefaciebant; pars Matri ſanctiſſimæ obſequebatur; pars puerulo adſtabat, atque illi dulces decantabat hymnos: quidã in nouem diſtincti choros ſupra ſtabulum in aera elati innumeras laudes illi iubilabant. Recenſebant illis cãtilenis ſuauiſſimis, quomodo noui orbis prima fundauerit mœnia; quomodo terram varijs diſcluſerit aquis, vt varios ignes ſuſpenderit in cœlo: vt firmamentum ſupremum Luna, Stellis, & magni Solis lumine illuſtrauerit: quomodo ad verbum illius cœpit ex nihilo ſplendeſcere mundus: quomodo belligeras dæmonis cohortes exturbauit cœlo, quomodo hominem manibus ſuis plaſmarit, quomodo mille alia admiranda operatus eſt: Quæ dum vocibus perſonabant, intermiſcebant, vel, Gloria in excelſis Deo; vel, & in terra pax hoĩbus bonæ voluntatis: vel, Benedicimus, atque laudamus te: vel, Salue Rex Regum maxime; Salue hominum ſalus, cui diffuſum per terras omne genus ſeruiet; Salue qui omnia regis; cui Sol & ſydera & cuncta creata obediunt; Salue Imperator noſter; ecce nos tibi adſumus humiles miniſtri: adoramus te, glorificamus te; Gratias agimus tibi, propter magnam gloriam tuam; Sũmas tibi referimus grates, propter ſummam miſericordiam tuam.

Videamus & Reges, quid illi Chriſtum adorantes, præſtiterint. Primò cognoſcere volunt ſublimitatem Regis, & inquirunt Ieroſolymis, vbi eſt qui natus eſt Rex Iudæorum? Quem vbi non reperiant in vrbe Regia, diuino moniti nutu accedunt Bethleem, & à ſtella beatiſſimum illud Dei tugurium cognoſcentes, (quod quidem non ex lignis thyinis, vel cypreſſinis, vel cedrinis è Libano, vel ex lapide quadro porphyretico, aut ſerpentino, aut marmore pario, ſed è luto effictum erat,) illuc introeunt, ſeruorũ & nobilium, & Ducum, & Principum ſuorum ſtipati caterua: Non ibi vi-

dent

dent Palatij ſplendorem;non cubiculorum diuerſitatem;non domum tapetibus vel auro,vel purpura, vel periſtromatibus adornatam, non thronum eburneum,non lectum mollibus cõſtratum,non cunas gemmis fulgentes,non matrem diademate coronatam,non infantulum byſſo vel oſtro inuolutum,non ordines miniſtrantium, non ancillarum & obſtetricum parturienti obſequentium miniſteria, non menſam aliquam aut cibos delicatos,non pincernas,non coquos, non aliquid tale,quale Regina Saba apud Salomonem reperit,ipſi apud Regem cœlorum & Dominum mundi inuenerunt,ſed omnia ſqualida,ſordida omnia;fide tamen firmiſſima,hæc omnia tranſcẽdentes,Regis noui omnem decorem ab intus eſſe perſpexerunt:omnia in eo eſſe ſplendida,Diuina omnia in eo elucere ab intus crediderunt: Oculis fidei lynceis aliud aſpiciunt, aliud viſu corporeo:Humilitas corporis aſſumpti cernitur ab illis,ſed Diuinitas gloriæ nõ celatur:Puerum vident,ſed Deum eſſe profitentur:Infantulum cernunt, ſed gigantem immenſæ virtutis & potentiæ eſſe credũt;Leonem in agno; maieſtatem immenſam,ſub teneri corpuſculi cortina; Solem radiantiſſimum,ſub leui carnis nubecula;ineffabilem,in elingui; oĩpotentem,in imbecilli;incomprehenſibilem,in faſcijs;illum qui verbo ſuo omnia condidit,in facto homine latitare,fide indubitata credunt: Vbi verò fidei oculis ipſum agnouerunt, oẽs mentis affectus illi deuouentes,ſubmiſſi cum humilitate indignos ſe aſpectu illius iudicantes, diadematibus aureis de capitibus in terram deiectis,mox omnes in terrã deciderunt: Videres hic alium terram oſculari & lingere;alium caput ad terram allidere; aliũ pectus ſuum tundere, nonnullos fontes & fluuios lachrymarum ex oculis elicere; quoſdam ſingultibus & eiulatu ſtabulum implere: alios ſuſpiria imo ex pectore ad infantulũ ducere: pleroſque manus iunctas verſus præſepe tendere:alios lætitia quadam & dulcedine inenarrabili concitatos ſe intra ſe continere non poſſe, alios hymnos & cantus diſiunctis choris,in cymbalis,in organis pneumaticis, in decachordis, in tubis corneis,in tubis ductilibus,in lyris,in teſtudinibus,in alijs muſicis inſtrumẽtis dulces harmonias decantare,& exultatione reſultantes, iubilationibus cœli conuexa replere: Videres hunc thura Sabæa ſuccendere atque ſuffumigare: alium odoribus varijs fœtorem ſtabuli pellere, illum tapetibus terram operire, alterum aulæis parietes à ſummo faſtigio deorſum vſque adornare: alterum conopæa & papiliones appendere: hunc menſam mappis operire mundiſſimis, illum delicata ciborum genera præparare, alium aurum immẽſi ponderis, margaritas precioſas,lapides perlucidos,carbunculos, ſmaragdos,hyacinthos, Adamantes ex ærario expromere: alium aromata diuerſa,crocum,nardum,caſiam,cinnamomum, galbanum, ſtoracem, onycem,gutti,balſamum ſyncerum,myrrham,aloen(& quis alia enumerare queat?)è ſaccis & ſcrinijs proferre, & ordine in abaco in diuerſis aureis & argenteis,& cryſtallinis vaſis repoſita collocare: Audires hic ſenio

rem Regem, canutum, decrepitum, nomine cæterorum Regum, talem ad Chriſtum inſtituere ſermonem; Sanctiſſime infans, noſtri diuturni ſilentij, quo præteritis æuis partim timore, partim dolore, partim verecundia vſi fuimus, finem hodierna dies attulit: Tuam.n. celſitudinem adeò ſublimem, tam incredibilem ſapientiam Diuinam, tam inuſitatam inauditamque clementiam, tantam manſuetudinem & benignitatem tuam, taciturnitate nullo modo prætertire poſſumus: At quod ingenij flumen, quæ dicendi vis, hæc omnia non dicam exornare, ſed enarrare poterit? Te.n. qué præſentem intuemur, cuius faciem, oculos, & os cernimus, quem mortali carne opertum, & faſcijs cinctum, in præſepi licet vagientem audimus; fatemur Deum eſſe de Deo, verum numen de numine, quod Deus æterna produxit origine, quod nullo temporis obſequio, ſe in ſemet reflectens, & concepit & peperit æqualem ſibi in eſſentia, ſimilem in gloria, in poteſtate, ſapientia, maieſtate, felicitate parem; omnibus Dijs gentium ſuperioré: Te Regem profitemur Regum, omnes noſtros Imperatores, omnes exterarum gentium, potentiſſimorumque populorum Principes, omnes clariſſimos Reges, & celſitudine, & maieſtate, & ſapientia, & varietate regionum, & diuitijs, & dexteritate, & contentionum magnitudine, & celeritate conficiendi, & diſſimilitudine regnãdi, & diſparitate ſalutis, atque bonorum infinitis partibus, ſuperantem; Tibi.n. Pater omnipotens cuncta quæ ſunt, quæue ante fuere, quæue dehinc futura, detexit & tradidit: Te vniuerſi Orbis Dominum & Monarcham inſtituit: Cæterùm, (pace tua dixerim,) nullam in his omnibus, quas recenſui, laudem eſſe ampliorem, quàm eam, quam hodierna die conſecutus es; quam niſi ita magnam eſſe fatear, vt eam vix cuiuſquam mens aut cogitatio capere poſſit, amés ſim: Non.n. eius ſocium habes aliquem; nihil ſibi ex iſta laude Rex, nihil Imperator, nihil homo, nihil Angelus, nihil ipſe Deus Pater & Spiritus S. decerpit; nullus in iſtius ſe ſocietatem gloriæ offert: totum hoc quantumcũque eſt, quod certè maximum eſt, totum eſt, inquam, tuum: quod naturæ conditionem ſuperaſti, quod ſortis humanæ miſertus hominem aſſumere dignatus es, quod ipſam victoriam viciſti; cùm ea ipſa, quę illa de nobis adepta erat, victis nobis remiſiſti: Nam cum ipſius victoriæ conditione iure omnes victi occidiſſemus, clementiæ tuæ dono liberati ſumus: quod dignitatem ſuam homini reddidiſti; quod nobiliſſimam hominis ſtirpé, iam ad nihilum redactam, ab interitu vindicaſti: quod nos flagitioſos, idololatras, tui nominis cognitione & ſplendore illuſtraſti: Hũc tu diem tuis maximis & innumerabilibus gratulationibus antepones: hæc enim præclarè geſta tuá ſunt propria: Cæteræ duce te geſtæ; magnæ illæ quidem, ſed tamen multo magnoque comitatu; huius autem rei, tu idem & dux es & comes; quæ quidem tanta eſt vt trophæis, monumentiſque tuis nulla vnquam allatura ſit finem ætas; Hæc tua benignitas, & miſericordia floreſcet quotidie magis, ita ut quantum huic operi diuturnitas detrahet,

tantum

tantum afferat laudibus. Parietes, me hercle, vt mihi vr, huius tugurij, tibi gratias agere geſtiunt, quod illi ſalutem, gratiam, Regnũ, & fęlicitatẽ hominib. protulerũt: Grates, & nos humiles ad terrã deiecti, referimus tibi, pro vniuerſis quib. nos ornaſti beneficijs; te per tuã miſericordiã orantes, ne nos ſcelerib. obrutos deſpicias; ſed vitæ ſalutiq; conſulas nõſtræ: Et vt vnde eſt orſa, in eodẽ terminetur oratio mea, ẽt atque ẽt maximas tibi oẽs gratias agimus, maiores ẽt habemus: Nam oẽs hi quos vides, idem oẽs ſentiunt; ꝗ ex oĩum precibus & lachrymis & gaudio percipere potuiſti; Sed quia non eſt aſtantib. oĩbus neceſſe dicere, à me certè dici voluerunt, cui neceſſe eſt quodãmodo; qui & quid volũt, & quid tibi huic ordini, populoq; reddito, fieri à nobis debere intelligo: Hanc orõnẽ vt Xp̃o Dño Rex ille ſenior cæteris præfatus eſt, mox deſtinati munerib. deferẽdis miniſtri, officij memores ſui aurum, thus, & myrrham Regibus porrigunt, quod illi è manib. ſeruorum excipientes, facta primum adoratione, Regi Regũ offerunt: Sublatis vocib. deinde, ſuis populis hanc acclamationem gratulatoriam efformarunt; Regi Regum, Dominatori vniuerſi Orbis, ſalus, honor, & virtus, & Imperium: Quod vt populi audierunt, vnanimi voce oẽs Deum collaudantes has voces eaſdem ingeminarũt, Regi Regum, Dominatori vniuerſi Orbis, ſalus, honor, & virtus, & Imperiũ: Quæ tunc mens ſanctiſſimæ Virgini? Quis animus Ioſepho, dum viderent purpuratos Reges proſtratos ante pedes infantuli iacere? dum munerũ theſauris ſe aſpicerent obrui? dum tot gentes, tot ampliſſimorum & potentiſſimorum Regnorum Duces, & Principes infantulum cernerẽt adorare? Exiſtimo Beatiſſimam Virginẽ ſtupore quodam extra ſeipſam elatã tunc fuiſſe: Tũc. n. videbat impleri illud, qđ Gabriel ei nunciabat; Regnabit in domo Iacob in æternum, & dabit illi Dñs Deus ſedem Dauid patris eius: Tunc intellexit verè eſſe de ſuo infante prædictum ab Iſaia & Dauide; Reges videbũt Iſa. 49.
& conſurgent Principes, & adorabunt Dñm: Reges erunt nutritij tui, & Reginæ nutrices tuæ; vultu in terram demiſſo adorabunt te, & puluerem pedum tuorum lingẽt: Corã illo procident Æthyopes, & inimici eius terram lambent: Reges Tharſis, & inſulæ munera offerent, Reges Arabũ & Saba dona adducent. Et adorabunt eum oẽs Reges terræ, oẽs gentes ſeruient ei: Hos igitur tres adorationis actus, fidem, amorem, externũ cultũ Chriſto Deo Saluatori nr̃o, tres iſti Reges ipſum adorantes præſtiterunt. Pſal. 71.

Imitemur & nos, (monebat Chryſoſt.) deuotionem illorum; veroq; amore ſapientiæ prauam conſuetudinẽ ſubiugemus. Longo itinere curramus, vt Chriſtum videre mereamur: Nã & illi, niſi procul religionem, & regionẽ propriam reliquiſſent, nequaꝗ̃ vtiq; Chriſtum videre potuiſſent. Recedamus igitur à terrenis negocijs atq; curis: Etenim Magi illi cum adhuc morarentur in Perſide, ſtellam videre tantummodo; quia verò à Perſide receſſerunt, Solem aſpexere iuſtitiæ: qui certè nec ſtellam quidẽ ipſam tamdiu videre meruiſſent, niſi citò à Perſide fuiſſent profecti, Surgamus Hom. 7. ſuper Matt.

mus ergo etiam nos,& licet omnes reſiſtant,nos tñ alacres & prompti ad pueri accurramus domum: Et ſi Rex,& ſi populus,& ſi tyrannus huius velint curſum itineris impedire; nequaquam tñ accenſi deſiderij extinguamus ardorem: Sic.n.omnia aduerſa calcabimus: qm̃ & illi niſi vidiſſent puerum; nõ periculum, quod intentabatur à Rege,vitaſſent: Priuſquã.n. puerum cernerent,vndiq; illis opponebantur diſcrimina;poſtq̃ verò adorarunt, ſecuritas & tranquillitas ſubſecuta eſt. Et tu itaq; inſidiantem tyrannum,& fallacem iſtius ſeculi vmbram relinquens,in Bethleem feſtinus accurre,ac domum ſpiritualis panis ingredere: Et ſi.n.paſtor fueris, in tugurio puerum videbis: Et ſi Rex fueris,nec tñ deuotus adueneris, nihil oĩno proderit purpuræ fulgore circumdari; Et ſi Magus fortè ſis,nihil te ad hunc Regem prohibebit introire: Modo vt adoraturus atq; honoraturus Dei filium,& nõ quaſi conculcaturus aduenias: modò vt honorem ipſi cum gaudio ac tremore offeras: Poſſunt.n.vtraq; hæc pariter conuenire: Sed caue ne Herodi ſimilis efficiaris,& dicas, Vt & ego veniens adorem eum; cumq; veneris,interimere coneris. Huius etenim ſimiles ſunt, qui indignè abutũtur myſterio: Reus eſt.n.inq̃ iſte corporis & ſanguinis Dñi.Qui.n.eiuſmodi ſunt,habent in ſe tyrãnum,& Regno Chriſti iugiter inuidentẽ,longè ſanè Herode illo nequiorẽ;peccatũ ſcilicet: Hoc.n.in hoĩes tenere imperium geſtit, ſuoſq; cultores ſtimulat,& mittit ad Chriſtum,vt ſpecie quidẽ adorare videãtur;quantũ verò in ipſis eſt,interimũt eum quem adorare ſe ſimulant. Igitur adoraturi Chriſtũ,cuncta proijciamus è manibus;Si habuerimus aurũ,offeramus ipſi,nõ terræ defodiamus; Si.n.illi tunc barbari in honorem tantũmodo Dñi obtulerunt libẽter aurum;qualis tu eris,ſi ei non tribuas indigenti? Illi tã longo itinere cucurrerunt,vt natum viderẽt,tu verò qua tandẽ ſatisfactione potes abſolui, qui ne breuis quidem plateæ ſpacium tranſis, vt viſites ægritudine afflictum, & vinctum catenis? Et certè ſolemus ægrotantium atque vinctorũ,& varia horrentium debilitate miſereri; tu verò ne erga Dñm quidem tuũ, & eum qui tantorum tibi eſt author bonorum,hoc permoueris affectu? Et illos quidẽ aurũ legimus obtuliſſe;tu verò panẽ ipſum vix tribuis. Illi viderunt ſtellã,atque lętati ſunt; tu aũt ipſum aſpiciens Chriſtũ peregrinũ nudumq;, non flecteris. Quis.n.veſtrũ,qui innumeris eſtis Chriſti beneficijs obligati,tam longinquę pp eum arripuit expeditionis laborem, q̃ illi barbari,imò potius ſapientiores ſapiẽtibus? Verũ quid ego de ſpatio loquor itineris lõgioris, cũ plurimi,tãta iã mollicie animi reſoluantẽ, vt niſi aduecti curru,quãlibet exiguo ſpatio,à domib.ſuis venire nequeãt,ad vidẽdũ Dñm in pſepio ſpũali? Horum itaq; Regũ adorationẽ imitantes,ad Xp̃m venerandũ procedamus;aurum fidei,thus bonæ famę,myrrham mortificationis,theſauros bonorum operum ei proferentes: parua licet ſint quæ ei obtulerimus,quia paruulus eſt,non deſpiciet;ſed grato animo ſuſcepta magnis compenſabit muneribus,hic & in futuro ſæculo. Amen.

DOMI-

DOMINICA I. POST EPIPHANIAM.

Regreſſi ſunt in Hieruſalem requirentes eum. Luc. 2. cap.

FASCICVLVS PRIMVS.

De liberorum Chriſtiana educatione.

LEGES ſempiterna apud antiquos ſancitum erat, vt illi qui liberos procrearent, filijs ſuis tabellas quibuſdam characteribus Ægyptiacis delineatas relinquerent: Hoc nō ita pridem à Bocho Bononienſi, illo myſteriorum ſubtiliſſimo indagatore obſeruatum quoque legimus.

Lib. ſymbolicarũ Quæſt. 5.

Is.n. cum è legitimo thoro filium ſuſcepiſſet, illi talē à ſe repertam deſtinauit tabellam, in qua depicta fuerant ſubſequentia: Caput bouis cũ duobus malleis: Altare cum oculo vno, & gallo, & ardentibus flãmis; Infuſorium; Solea cũ oculo, & palmæ, & oliuæ virentis ramis; Vncinus quo abſcinduntur vitium ſuperflua. Lucerna. Delfinus alligatus ciſtæ. Glomus ſeu fuſus filo plenus. Globus igneus. Anchora & olor alligatus. Quid myſterio iſto demonſtrare voluerint, non aliud fore exiſtimo; quàm vt patres & matres, qui filijs ſuis vitæ huius vſurã dederunt, illis non diuitias, quarum poſſeſſio à fortuna pendet; non opimas facultates, quas ſæpenumero caſus adimit habẽtibus; non gloriam, quæ inſtabilis eſt; non externum ſplendorem, paruo tempore durantem; non dignitates & magiſtratus, curis & ſolicitudinibus plurimis refertos; non cætera corporis bona quæ & exigua & indigna ſunt appellatione bonorum; ſed animum virtutibus excultum; ſed ingenuam atque honeſtam educationem relinquant. Quũ enim animi potiora ſint bona quàm corporis; anima verò noſtra (Ariſtotele philoſopho, & experientia teſte) à prima ſui creatione, ad inſtar tabulæ nudæ in qua nihil eſt exaratum, inſtituta eſt: ad hoc illi potiſſimum contendere debent, vt quod author naturæ Deus animabus filiorum denegauit, illi ſtudioſa & diligenti educatione ingenerent, animamq; eorum nudam, religione, virtute, ſapientia, alijſque pulcherrimis characteribus depingant & exornent: Hæc pictura omniũ quæ homini adſunt bonorum,

ſola

ſola eſt immortalis & Diuina; Immortalis quidem, eò quod nulli fortunę obnoxia, nulla calumnia auferri, nullo corrumpi morbo, non ſenectute lędi poteſt: Sola enim mens ſeneſcens iuueneſcit, & tempus quum adimat alia, ſenectuti apponit præclaras dotes. Hanc picturam non peſtis vitę interimit, non ſanguinis obliterat profuſio: ſempiterno enim lumine ſplendet, & ne morte quidem extingui atque deleri poteſt: Diuina verò hæc eſt tabulæ animi noſtri ſculptura: Tres enim animæ noſtræ partes cum reperiantur, Prima eſt mens & ratio, cum mente Diuina & muneris ſimilitudine, & cęleſti agnatione coniuncta: Huic deinde pars illa ſubiecta eſt, in qua irarum ardor exiſtit, contumeliam & indignitatem acri cõtentione repellens: Tertia pars eſt voluptatis appetitio; ea quæ videntur ſuauia atque iucunda vehementer arripiens: Cum igitur hę tres partes rectè inſtitutæ virtutibus, omnes characterum iſtorum numero & modo continentur, & ratione coniunguntur, & mentis colluſtrantur lumine; tantus ex illis exoritur ornatus, vt Diuinam pulchritudinem & dignitatem referát; Nec flagitioſa voluptas animo dedecus inurit; nec inanis dignitatis ſpecies, mentem de ſtatu conuellit; nec tumultus vllus excitatur qui rationẽ perturbet: Honoris.n. ſtudium, rationis imperium ſequitur; voluptatis autem affectus, honeſtatis moderatione comprimitur; mens autem & ratio clariſſimum præfert lumen, atque pro iure ſuo, partes languentes incitat, impotentiùs elatas coercet, & ſingulas proprijs ſedibus continet, & quouſque illis progrediendum ſit lege præſcribit; Itaque diſſipata coniungit, diſſoluta conglutinat, omniaque lege & ordine moderatur, & magnitudine Diuini cuiuſdam ſplendoris & claritatis illuminat. Sic autem fit, vt nihil impedire poſſit rationem, quominus vitæ finẽ videat: & quo ſint omnia ſtudia referenda cognoſcat: & quid ſit verum & rectum, & ſimplex, ſapienter exploret; & ſtatui totius animi, conſilio ſalutari proſpiciat: Illa verò pars, in qua ſumma decoris appetitio, & turpitudinis acris offenſio viget, nunquam temerè ruet, illudq; tantum certamen inibit, quod rationis imperio fuerit inſtitutũ: Nec illa quidem pars, quæ voluptates exquirit, immoderatè iactabitur; nec ita ſe proijciet vt animo dedecus inurat, & pro voluptate grauem dolorem efficiat: Ergo cum voluptas cum honoris appetitu conſenſerit; honoris autem & laudis ſtudium à rationis imperio minimè deſciuerit, extabit & eminebit illa ſumma dignitas & pulchritudo, admirandaque honeſtatis elegantia, qua nihil poteſt pulchrius, illuſtrius & Diuinius excogitari. Diuinum autem iſtum ſplẽdorem hinc colligere poteſtis. Quid.n. in puero, amentia & temeritate deformius eſſe poteſt? quid vel præcipiti ambitione turbulentius, vel timiditate & ignauia turpius? quid libidinis immanitate flagitioſius? Hæc.n. mala, animi totius ſtatũ euertunt; eius decus turpi flagitiorũ labe cõmaculant; omnemq; pulchritudinis elegantiam fœdè atque flagitioſè contaminant: Hæc mala angoribus & cruciatibus animos illorũ miſerè torquent, qui ijs turpiter defor-

Oſori⁹ li. 5. Reg. de inſtitut.

de formati ſunt: Tabellam ergo characteribus pulcherrimis exornatam, pueris progenitores relinquere, non aliud, quàm animam virtutibus de'i neatam, quàm ingenuè & religiosè inſtructam educationem conferre eſt: Huius præcepti neq; Diuinus ſpiritus in Sacris literis oblitus eſt: Ita.n. per ſapientem monebat parentes; Filij tibi ſunt, erudi illos, & curua illos à pueritia eorum: Quid voluit dicere, erudi illos? Ad tabulam alluſit antiquorum: Præceptores ſuis diſcipulis characteres in tabellis eorum nudis (ita videtur mihi velle dixiſſe Sapiens) depingũt, ſimulachra deinde quædam in mentibus eorum nudis, vt eos erudiant efformare contendunt: filiorum aũt tuorum, quos in lucem ediſiſti, animæ, ſunt informes, raſç, omni virtute, ſcientia, & religione denudatæ; tu ergo erudi illas, inſculpe illis Diuinas formas; vt enim ſigilla mollibus imprimuntur ceris, ſic diſciplinæ puerilibus adhuc animis inſiguntur; teneri enim ſunt, & appreheſu ob mollitiem faciles. Eccl. 7.

Huius Diuini pręcepti non immemor Sanctiſſima Dei mater; licet filij quem ex Spiritu S. ſuſceperat, mentem omnifaria virtutũ, & ſapientiæ, & religionis, & gratiæ copia nouerat eſſe exornatam, cęleſtibuſq; depictam formis, quo tñ muneri ſuo ſatisfacere in aliqua parte poſſet, illum, tum in cultu Diuino, tum in obediẽtia, tum in comitate alijſq; virtutib. exercitatum eſſe cupiebat: & modò cum illo, ſecundum diei feſti conſuetudinem ad templum Hieroſolymitanũ accedebat; nunc ſingulis dieb. mane & veſperi Synagogam frequentare præcipiebat; aliàs domi in exercitio aliquo honeſto illum occupabat: modo parentib. obſequi, ẽt obiurgãdo modeſtè, docebat; nunc clementiam, benignitatem, & miſericordiam cęteraſq; virtutes in eo excitabat: alias alijs inſtitutis ipſum excultum eſſe deſiderabat.

Huius ſanctæ educationis plenũ eſt Euangelium hodiernum: ꝙ vt vtilitatem vobis parẽtib. afferat, Chriſtiq; educationem nobis oĩb. ob oculos ponat, ad tabulam Bocchianam, cuius initio mentionem feceram, reuocandum eſt. Illius.n. characteres ſymbolici exactã educationis filiorũ formam perfectè exprimunt: Delineatum erat in illa tabella, caput bouis cũ duob. hinc & inde malleis. Docebant antiqui otium eſſe primò fugiendũ laboreq; ſuperandũ, à pueris optimè inſtituendis. Bos.n. & malleus apud Ægyptios laboris ſymbolo erãt: Sed quare primo otiũ eſſe pueris fugiẽdũ tradiderint, ea tõ eſt; Virtutum ſtudiũ cultura, & faſtigiũ in laboris cõtentione ſitũ eſt; quare otiũ maximopere illis, qui ad virtutũ culmẽ adnituntur, vitandũ eſt. Otium.n. à virtutib. abſtrahit, mentẽ hebetat, aĩum corrumpit, hoĩs pręſtantiam labefactat, & ne quid aliud dicã, rõnem de ſtatu deijcit, & libidinem in animi dominatu cõſtituit. Otio franguntur vires, Langueſcit induſtria, vitia creſcunt, ſcelera prorũpunt, animi ſtatus opprimitur: Otium cõtinet flagitiorũ oĩum ſeminariũ: qui.n. nihil agit, aliena, vt ait Horatius curat, vnde maleuolẽtia, obtrectatio, inuidia, iniquitas, & iniuria, magnaq; rerũ pturbatio, & cõfuſio vitæ cõſequit: q otio torpeſcit

cogitationibus diuerſis volutatus, ad morum perniciem delabitur, & vel delitijs affluēs, ob vulnus ſibi Cupidinis ſagittis inflictum aſſiduè lamēta bitur, vel potentia nixus beluarum feros imitabitur affectus; vel ingenio præcellens, quo clarior illius indoles, eò maioribus vitijs inquinabitur: vt enim ager neglectus & incultus, quo fertilior eſt, eò magis ſpinis & vepribus, & agreſtium plātarum aſperitate horreſcit, ita cum animus minimè colitur, quò clarior eſt illius indoles, eò pluribus & tetrioribus vitijs obruitur: Quocirca aſſidua exercitatione, continuiſque laboribus mens pueri quaſi malleo ferrum ad recipiendam formam, diſponenda eſt, ſi virtutum characteribus inſculpi debet: Si enim laboribus à pueritia exercitabitur, facilè virtutum culmen arduum conſcendet; non moleſtum ei erit remotas adire Eccleſias; pro luſu habebit, tot ſacra audire; tot orationes dicere; tot vicibus puras manus ad Deum leuare: Si laboribus aſſuetus fuerit, ſapientię diſciplinam, quę fame, frigore & ſudore paratur, recreationis loco habebit, virtutumque exercitium leue & iucundiſſimum eſſe exiſtimabit: Obſeruatū hoc eſſe à Beatiſſima Dei matre, in educando Saluatore noſtro, multi ex Doctoribus autumant: Ita enim à primis incunabulis ipſum inſtituerat, vt nullo ocio ipſum torpere, (qui etiam ipſe à teneris annis natura erat quietis impatiens laboriſque cupidus,) permitteret, ſed ſemper aliquo decenti exercitio detinebat: Nouerat enim puerulis delicatè nutritis, otium maximam perniciem, cruciatuſque intolerabiles in exequenda virtute poſtmodū afferre. Sciebat & illud, pueros motus ſemper liberos requirere; & laborioſis exercitijs oblectari; à quibus ſi auocati fuerint, querelis & ploratibus oſtendunt, ſe non tantā ex ceſſatione, quantam ex labore voluptatem percipere. In illa tabella Bocchij delineatum erat Infuſorium, ſymbolum temperantiæ; Vnde & Temperantiam per id depingebant: Docebant eo parentes, ne filios cibis aggrauent, ne immodicis delicijs & blandimentis effęminent; ne fragrātiſſimis odoribus & vnguentis emolliant; ne nimium operæ & ſtudij in puero ſaginando conſumant: non enim pullum anſerinum, nō porcum, ſed filium, virtutum cultorem nutriunt. Apud Perſas filijs eorum naſturcium tantum erat obſonij loco. Apud Romanos ſola aqua nunquā vino potabantur: Apud Spartanos vnico ferculo contenti erant: Ciborum enim redundantia cruditatem efficit, vires debilitat, aciem mentis obtundit, languorem animis affert, deſidiam, ignauiam, ſtuporem, tarditatem ingenerat, atque poſtremo vitam breui tempore conſumit: Si igitur parentes deſiderant filium euadere pium in religione, excelſum in ſapientia, magnanimum in rebus gerendis, non illam curare debent adhiberi educationē corporis, quę morbos innumerabiles & tarditatem animo inferat, & quod longè miſeriùs eſt, filium inſigni ignominia deformet: Nihil eſt enim fędius & flagitioſius puero ructante, oſcitante, nauſeante, ſomno deſidiaque languente: Plato cenſebat non potuiſſe virtutem tradi Siculis & Italis eo tempore,

quo

quo ille eas oras peragrauit, propterea quod ſe bis in die extructis epulis ſatiarent. Et rectè quidem cenſuit; corpus enim cibis expletum ſaginaq; grauatum, non ſolum virtutis imperium minime ſequi poteſt, verum etiã mentis altitudinem deprimit, indolemque totius honeſtatis extinguit: Accedit etiam illa deformitas, quæ in corpus ex nimio adipe & aruina redundat; abdomen enim prodigioſè diſtẽditur, labra tument, oculi fluunt, malæ turgent, aſpectus hebeſcit, eoque tandem humana ſpecies redigitur, vt non hominem ſed monſtrum hominis intueri te putes: Et cũ monſtrum in corpore, mõſtrum quoq; in animo ferè ſit, ut monſtrum horribilius Chymera vel Harpya filium tuum educabis: Quocirca temperatè nutriendi, atque mediocri victui aſſuefaciendi ſunt pueri. Temperantia enim pulchri, agiles, ſani, induſtrij effecti, totos ſe ad ſtudium puriſſimæ virtutis facilè applicabunt: Nihil hic de abſtinenti & temperato viuendi genere Saluatoris noſtri dicere volo, in quo Mater ipſius illum conſeruabat: Paupercula enim cum fuerit, pauperrimo fabro in matrimoniũ iuncta; tum labore manuum victum ſibi comparabant; deinde quum infantiles Chriſti annos peregrinando in Ægypto tranſegerint, vbi omnium copia rerum deſtituti erant, neceſſaria paupertatis conſecutione non delicate, ſed moderatè puerulum Chriſtum enutriuit.

In illa Bocchiana tabula exſculptus fuit vncinus: ſymbolum diſciplinæ: vt ſcilicet Parentes ſi deprehenderint in filijs aliquos, exſurgere vitiorum motus, ſtatim ſeueritate diſciplinę abſcindant: Vt.n. agricolæ in teneris plantis omnem diligentiam adhibẽt: poſtquam verò in arbores exurgunt, & grandiores fiunt, multum de ſtudio colendi remittunt, quia vident illis iã ſeipſas facilè trunci robore & firmitate tueri; ita parentes quibus cultura filiorum commiſſa eſt, quamdiu teneri animi ſunt, ſi aliquid diſtortum à recto, pullulare in eis conſpexerint; ſi illos in ſiluestrem degenerare plantam viderint, corrigant, præſcindant: Iuueniles impetus (monebat Plutarchus,) accuratis rationibus vinciri ac compeſci conuenit: Eſt enim, ait, vigor illius ætatis incontinens voluptatum, laſciuitque & fræno opus habet: & qui ætatem iſtam non magna cura regendam ſuſcipiunt, imprudentes animo licentiam qua ad flagitia feratur cõcedunt. Ergo cordatis parentibus ſub id temporis maximè vigilandum eſt, vt cuſtodiant adoleſcentes, ac intra modeſtiæ terminos contineant, docendo, minãdo, rogando, conſulendo, pollicendo, exempla demonſtrando; cum eorum quos voluptatum ſtudium in miſeriam coniecit, tum eorum qui recta diſciplina laudem ſibi gloriamque compararunt: Hæc.n. dico quaſi fomenta ſunt virtutis, ſpes præmij, & metus pœnæ; quorum illa incitatiores ad pulcherrima ſtudia, hic ſegniores ad vitia reddit: In vniuersũ verò à malorum ẽt conſuetudine hominum prohibendi ſunt pueri; nam affricatur illis aliquid inde vitij: maximè verò ab adulatoribus amouẽdi: Genus.n. hominum adulatoribus peſtilentius nullum eſt; neq; quod magis ac celo- Lib. de lib. educ.

P 2 rius

tius iuuenes in perniciem præcipitet: Illi.n.& parẽtes & natos radicitus perdunt,& inter conſulendũ eſca voluptatis, difficulter euitabili,illicientes,parentũ ſenectutẽ,iuxta & filiorum iuuentutẽ dolorũ plenã reddunt: Diuitibus liberis parentes ſobrietatẽ commendant,adulatores ebrietatẽ; illi cõtinentiã,hi libidinẽ;illi parſimoniã,hi prodigalitatẽ: induſtriã illi, hi ignauiã. Pũctum(aiunt aſſentatores)tẽporis eſt tota vita noſtra: frui ea, nõ abuti,ad alias res conuenit: Quid attinet nos minas patris curare? delirus eſt & alterum pedẽ iam in ſepulchro hẽt;mox illum ſublimem arreptũ efferemus: Non deſunt ex ijs qui & ſcorta ſubmittãt, & nuptas proſtituant;& quæ parentibus erant ſenij viatica, interuertant atq; rapiant:Impuri ſunt iſti homines,amicitiæ ſimulatores, libertatis imperiti, diuitum adulatores,pauperũ cõtẽptores,ac veluti hiſtrionica quadã arte ad adoleſcentes decipiendos inſtructi,ad riſum eorũ,qui ipſos alunt, labia in riſũ diducentes; animi ſubdititię ac vitæ ſpuriæ partes;ad nutũ diuitum viuẽtes;fortunæ ſtatu liberi,inſtituto ſerui: Quare ſi quis eſt pater ſolicitus de bene educandis liberis,fędũ hoc pecus domo eijciat, & vncino pręcidat: Amoliatur ẽt condiſcipulorum prauos mores, qui ſatis habẽt virium ad corrumpendũ vel optima ingenia;Ante oĩa verò,nutrices illæ, quæ ex mixto ſemine fornicario ſuos procrearunt fętus,domo pellendæ ſunt:Scortari.n.& turpia dicere & facere cũ aſſuetæ ſint;filios quoq; vſos, infantulos licet,flagitioſa loqui & experiri, moliri & patrare, prius quã rationis aſſequantur vſum,perdocent:An hæc oĩa Sanctiſſima Mater circa ſuũ filiũ perfecerit,non difficile conijcere eſt. Licet.n.ille in prauos nullos verbo vel opere motus, ſed naturæ inſtitutione ad ſumma & excelſa propenſus fuerit,ipſum tñ à perditorũ cõſortio, dũ puerulus erat, arcebat;vnde ipſum nunq̃ à ſuo conſpectu vel ſuorũ cõuerſatione diuelli patiebatur; ſed ſiue tẽplum accedebat, illum ſecũ adducebat: ſiue domũ regrediebatur,illum in comitatu piorũ & religioſorũ cognatorũ arbitrabatur eſſe;ſiue Ieroſolymorũ vrbem ingrediebatur, illũ non in medio paraſitorũ, nõ in lupanari,non in ſcortantes,ſed inter medio Doctorũ audientem, & interrogantẽ illos reperiebat; Depictũ erat poſtmodum Altare,in cuius anteriori parte erat oculus cũ gallo;& ardentibus ſuper flãmis:Inſtruere volebant Parentes,vt filijs ſic per laborẽ & tẽperantiã, & diſciplinabilẽ animum diſpoſitis, primò Religionis cultũ imprimãt, vt vigiliarum maiorẽ partẽ in Diuino cultu cõſumant; vt oculos intẽtos ſemper ad Arã Dei, & pietatẽ ſemper habeant;vt in altari ſui cordis flãmas Diuini amoris ardẽtes exſuſcitent & nutriant; vt ſi fieri poſſit, cũ lacte nutricis diſciplinam pietatis hauriant;vt intelligant nihil eſſe religionis cultu,nec ad nominis amplitudinem clarius,nec ad opes firmandas vtilius; vt nũquam aliquid aggrediantur priusquam in cœlum tota mente reſpiciant, & opem Diuinam aſſiduis precibus, caſtiſſimis votis, inflammato ſtudio flagitent; vt in omni eo quod agere atque moliri debent, nunquam ſtu-

dium

dium religionis intermittant: Nec.n.impudens poteſt eſſe filius, neq; pu ſillo animo præditus, nec iracundus, nec inhumanus, neque mendax, nec vlli denique flagitio affinis eſſe poteſt is, qui religionem vnicè colit: Omnium enim virtutum fons & origo & incrementum & perfectio deniq; abſolutiſſima, vna religione continētur: Hinc enim pueri ediſcent Deum ſemper præſentem eſſe, & per omnia commeare, & ea etiam quæ ſunt denſiſſimis occultata tenebris intueri; Hinc ſcient iniquitatem & intemperātiam, & ignauiam, atque deſidiam, & reliquas animorum labes eſſe Deo vehementer inuiſas; & ſic tandem ad pudorem, ad vitæ puritatem, & animi conſtantiam ſe component. Si enim cum oculis hominum notari poſſe ſuſpicantur, cupiditates omnes continent; certè multò diligentius cum cogitauerint ſe Dei aſpectū effugere non poſſe, ſe ab omni flagitio & turpitudine reuocabunt. Si dum aliquorum gratiā amittere ſe putāt, ab eius indignatione ſibi cauent: multò accuratius cum meditati fuerint Dei amicitiam, ſummi Domini & parentis optimi & vindicis ſcelerum iuſtiſſimi gratiam deperdituros ſe, abſtinebunt: Hinc deinde agnoſcent Deum, quē pia mente colūt, largitorem bonorum omnium eſſe; qui mentem dat, qui animum confirmat, qui opes elargitur, qui motus inteſtinos comprimit, qui iuſtitiam, prudentiam, fortitudinem, continentiam, cæteraſque virtutes infundit, & eum magna liberalitate concedit; qui mentem gratia corroborat, qui eam Diuino præſidio ſepit, & ſtudio immortalitatis inflammat: qui omnia pulchra & optima confert: cùm verò ſciant Deum neque improborum, nec incontinentium, neque timidorum, neque inertium preces exaudire; à Deo autem illis omnia expoſcenda eſſe; à ſocordia & ignauia, & amētia, & ſcelere animum ſuum facilè ad virtutum cultum & ſtudium trāsferent: Quis, oro, eſt inter homines qui rectè ſentiat, cernat, intelligat? qui vitam optima ratione moderetur? qui denique Sapiens appellari poſſit? Ille profectò qui ſanctiſſimū Dei numen purè & castè colit; qui Dei legem ſempiternam conſulit; qui mentem illius, qui nūquam falli poteſt inquirit; qui Diuinis monitis inſtruitur; qui animum ſuum ad ſimilitudinem illius, qui idem ſemper eſt, ſibique in omni æternitate ſimilis, effingere conatur: qui nequaquam hominibus ſtultis ſimilem ſe reddit ſed ſe ſuaque omnia dicta & facta ad diuinum exemplum, quantum poteſt, accommodat; qui omnia ſua conſilia cum Deo communicat, in Deū que refert: Deinde, Quis fortis, magnanimus & inuictus eſſe poteſt? Iſne qui rebus fluxis & interituris affixus eſt? an qui ſemper animo atque ſpe de ſempiterna vita & immortali gloria cogitat? Is qui lucis huius vſuram nimis iucundam eſſe putat? an qui facilè mortem & cruciatum, præ veriſſimæ gloriæ ſtudio, contēnit? Is qui nullis firmis opibus ſe munitum eſſe; videt? an qui ſe Diuino præſidio confirmatum animaduertit? Nec enim vnquam is qui ſe cultui ſanctiſſimæ religionis addixit, fuit ab ope diuina derelictus: Cur igitur in cęlo mēte & cogitatione verſetur, & Deū

P 3 præ-

præſentem videat;quantumuis omnia ardeant, & terra ingenti motu cõcutiatur,& cœlum fragore, & fulminibus, & incendio extremum exitiũ terris minitetur,nunquam animo concidet; neq; de ſtatu demigrabit,ſed in totius orbis confuſione,Diuinam conſtantiam retinebit: Iam verò modeſtiæ laus & honeſtatis elegantia, in quo tandem ſplẽdere poteſt,niſi in eo qui eſt ſtudio religionis incenſus? Si enim metus hominum,multis in locis temeritatem reprimit,& libidinem refrenat;multò certè magis metus Diuini numinis omnem intemperantiam & libidinem relecabit: Et ſi formido dedecoris in oculis hominum conſtituti,homines ſæpenumero flagitioſos & impuros à flagitio deterret;multò certè vehementius pudor & verecundia homines religioſos, ne in Dei offenſionem veniant, quem præſentem ſemper intuentur, ab omni incontinentia prohibebit? Adde quod ij,qui religioni ſanctiſſimæ dedicati ſunt,cũ in illam ſempiternam pulchritudinem mentem defixam habeant; illius ſtudio incenduntur;illius amore inflammantur, & ex illius aſpectu voluptatem incredibilem capiunt:totoſque ſe ad illius imitationem effingunt ; vſq; adeò,vt in omnibus,qui ſanctè religionem colunt,Diuinę cuiuſdam pulchritudinis ſpeciem,& admirabilem venuſtatem,& elegantiam cernere liceat: Quid de iuſtitiæ claritate dicam? fieri ne poteſt,vt in illius animo locum non habeat,qui mentis Diuinę lucem aſſiduè contemplatur? Eſt enim Deus ſempiternæ legis vis, æquitatis fons & origo, mens & ratio iuris, officiorum omnium regula, modus & temperatio rerum, qua omnes naturæ reguntur,& firmiſſimo inter ſe fœdere colligantur : Nihil igitur ſimplex,nihil rectum,nihil ratione æquitatis moderatum eſſe poteſt; quod non ab illo inexhauſto atque perenni iuſtitiæ fonte profluxerit: Nemo igitur vllo modo iuſtus eſſe poterit,niſi qui ſe totum ad ſtudium Diuinæ legis applicuerit; qui illius mentem & rationem diligenter inſpexerit; qui illius imperium,numen & voluntatem, & moderationem fuerit tota mente & cogitatione complexus : Quod quoniam religionis eſt proprium, ſequitur vt omnis iuſtitiæ vis & ratio in puriſſima religione conſiſtat: Quod ſi iuſtitiæ munus eſt ius ſuum rei vnicuique tribuere; illę certè maximè iuſtitiã colit,qui Deum purè atque ſanctè,mente,ſtudio,& ratione veneratur; illique, qui nos tantis beneficijs ornauit, pro humana imbecillitate, meritam gratiam animo inflammato perſoluit: Benignitas deinde,clementia, manſuetudo,humilitas,continentia,charitas, & reliquæ virtutes eiuſmodi,quæ iuſtitiæ comites ſunt; vnde ad nos,niſi ab eodem bonorum omnium fonte emanare poterunt? Si igitur ſapientia,fortitudo,modeſtia,iuſtitia, fides,benignitas & reliquæ virtutes religionis ſtudio continentur: ſi hominum animos Diuinis exornat donis, atque adeò in cœlitum numero reponit, quid eſt quod magis Patres deceat,quàm vt liberos in religione,in cultu diuino efforment? quàm vt prima eorum ſtudia,primoſq; affectus ad pietatem transferant? Fecit hoc abundè religioſiſſima Deipa-

ra circa

ea circa filium ſuum; quem quidem, licet ſciebat Diuinis inſignitum eſſe chariſmatibus, atque perfectam præſeferre Deitatis figuram; omnem tamen in eo operam inſumpſit, vt illum Diuinis mancipatum eſſe rebus opere declararet. Lege Diuina cautum erat, vt ſinguli ſingulis diebus, ſingulis matutinis & veſpertinis horis, Synagogam ad Deum laudandum eiuſque voluntatem ſanctiſſimam percipiendam conuenirent: huic illa inſtitutioni non contraibat; quin potius eam pluſquam lubenti exequebatur animo, filiumque ſuum lactentem ad locum Diuino numini dicatum vel deferebat, vel deducebat: Sempiterno Dei edicto inſtitutum erat, vt ſingulis annis vniuerſi ex remotiſſimis Iudeæ partibus Templum Dei in Syon; id eſt, Hieroſolyma accederent, ibique Deo pro vniuerſis quæ receperant donis grates debitas referrent: neque hoc pia Mater prætergrediebatur; Cum eſſet annorum duodecim puer aſcendebat cum illa Ieroſolymam, ſecundum cõſuetudinem diei feſti; Virgini enim deuotiſſimæ non aliud in votis erat, niſi vt ſuus tenellus filius religionem, Deique cultum, à teneris vnguiculis imbiberet.

Faxit Deus vt poſt hanc meam ſatis longam ſermocinationem (alia enim ſymbola tabellæ illius, in ſequentem Faſciculum reijcere volo) vos ò Chriſtiani, maiorem curam impendatis liberis veſtris, quàm hactenus factum: Illud enim de vobis omnes boni conqueruntur, potiorem vos curam equorum & ſtatuarum, imò calceorum, (cum venia veſtra dico) quã puerorum veſtrorum curam habere: Etenim equum, ſi generoſus fuerit natus, equiſonibus erudiendum traditis; ſtatuas verò diuerſis coloribus & auro exornatis; filiorum verò animos ita negligitis, vt, licet præclara indole ſint, vobis tamen annuentibus, in varia vitiorum turpitudine adoleſcant: vbi nunc filiorum honeſtę cõtentiones & exercitia tali congruentia ætati? Quinam otio non torpeſcunt? Qui non diſſoluuntur luxu? Diſciplina & ſeueritas, metus pœnarum vbi? An in religione & cultu Diuino inſtituuntur? Modò infantes prius turpia verba, turpes cantilenas, turpiſſima flagitia, quàm Dei timorem, quàm orationem Dominicam edocentur: Quæ huius cauſa? vos ipſi noſtis. Rectè illud in uos conuenire poteſt, quod in Megarenſes dixerat Diogenes; Megarenſis alicuius arietem eſſe malle, quàm filium: Malim (pace veſtra dixerim) ſi optio detur, canis eſſe veſter, quàm filius: maiorem enim multò curam canum, quàm filiorũ habetis: Quid vobis adhuc ſuperſtitibus à talibus expectandum ſit filijs, videtis; Alij enim adulatores ſibi adiungunt ac paraſitos, hominum genus prauum & execrabile, perniciem peſtemque iuuentutis: alij ſcorta & meretrices alunt proteruas ac ſumptuoſas: alij abliguriunt ſua: alij in aleam & comeſſationes à recto honeſti curſu efferuntur: ſunt qui & maiora audent flagitia, adulterantes, percutientes, orgia Bacchi celebrantes, & vel vnam voluptatem morte redimendam putantes: Qui ſi in religione, in diſciplina, in continentia, in laboribus, educati eſ-

ſent; ſi è manibus nutricum, quarum memineram; ſi à conſortio adulatorum, & malorum condiſcipulorum vncino illo præciſi fuiſſent, nunquam profectò talibus ſeuitijs mancipaſſent; nunquam vobis mærorem tãtum, quem ex eorum ſceleribus ſæpe perſentitis, ingeſſiſſent! Si igitur filij vobis ſunt, exemplo ſanctiſſimæ huius Virginis matris, erudite illos; tabulã aĩorum illorũ raſam Diuinis pingite characteribus; curuate illos à pueritia eorum; ſi opus erit, baculo etiam exarate hæc lineamenta; ſi neceſſum fuerit adhibere & vncinos ferreos, ad exſculpendum virtutis figuram, adhibete. Sic enim gaudium & ſolatium in ſenectute, & meritum ad vitam æternam aſſequendã vobis cõciliabitis. Quod vobis concedat puer Ieſus, per merita matris ſuæ glorioſę, & benedictæ in ſæcula ſæculorum. Amẽ.

Stupebant omnes qui eum audiebant, ſuper prudentia eius.

FASCICVLVS SECVNDVS.

De ſapientia Chriſti; & illorum quæ circa liberorum educationem Chriſtianam, ex præcedenti remanſerant faſciculo, explicatione.

VETERI receptum vſu apud Antiquos erat, vt in pleriſque ænigmaticis ſcripturis, ſoleam calceorum & in eius medio oculum vnum depingerent. Quod idem feciſſe illum præcedentis tabellæ authorem iam audiuiſtis: Soleam.n. cum oculo & duabus hinc inde virgis ſeu virentibus ramis, altero oliuæ, altero palmarum delinearat. Quod ſymbolum eorum, dum ad quandam Salomonis ſententiam referebam, ridiculum eſſe illud primo iudicio exiſtimabam: Salomon.n. dum ſapientem à ſtulto diſcernere voluerat, talem de vtriſq; ſententiam protulit. Sapientis oculi in capite eius, ſtulti autem in calcaneo: Si ergo ſapientis oculi ſunt in capite, ſtulti autem in calcaneo; cur veteres, qui hac ſolea oculata, ſapientiæ commendabant ſtudium, in ſolea oculos ſapientis locabant? At neutiquam iſta adinuicem pugnant: Cum.n. ſolea calcaneus non ſit, nec calcaneus idem quod ſolea; verum eſt quod oculi ſtultorum ſunt in calcaneo; ſapientis autem non tantum in capite, ſed & in ſolea: Quod mirum profectò vobis videtur, quod ſapiens oculos in ſolea quoque geſtare dicatur: Quis.n. vnquam, vel apud Poetas illos quidlibet fingẽtes, in ſolea oculos reponebat? Quis vnquam pedibus vidit? Nõne propria oculorum ſedes eſt caput? Huius rei myſterium quale ſit nunc audite: At vnde, niſi ex diffinitione ſapientiæ, illud vobis declara-

clarare potero? Quare primò, quid ſapientia ſit, & quæ eius munera, perti pite. Sapientia, aiebat Cicero, eſt rerum Diuinarum & humanarum ſciẽntia; hinc efficitur, vt homo Diuina imitetur, & humana omnia inferiora virtute ducat: Duo, vt audiſtis munera Sapientiæ Cicero aſſignauit, Alterum eſt, vt per eam homo Diuina & humana cognoſcat; Alterum verò, vt per eam & Diuina omnia homo imitetur, & humana omnia contemnat. Seu vt primò per eam homo Diuina cognoſcat & imitetur: deinde, vt humana quoque comprehendat, eaque pedibus conculcet: Nec immeritò hæc duo ſapientiæ aſſignauit officia: Cum.n. hoc interſit inter ſcientiam & ſapientiam, quod illa intellectus tantum; hæc verò & intellectus, & voluntatis, ſeu(vt docebat D.Thom.) intellectus & contemplatiui & operoſi perfectio ſit; fieri nequit vt ſapiẽtia, ſi verè ſapientia nuncupanda eſt, & contemplationem, & opus non complectatur, ſed ita vtrumq; contingat, vt & ſublimia Dei, cogitatione apprehendat; atque ad ea animum efformet ſuum: & inferiora homine cognoſcat, eaque deſpiciat, indignaq; homine ducat: Quamobrem idem Cicero monebat putandum eſſe, Sapientiam eſſe artem viuendi, quæ mæſtitiam pellit ex animis, quæ exhorreſcere metu nõ ſinit; qua duce in tranquillitate & ſecuritate duci vita poteſt, cupiditatum ardore reſtincto; quæ nos à libidinum impetu & formidinũ terrore vindicat; quæ fortunæ ferre fortiter docet iniuriam; quæ omnes monſtrat vias, quæ ad honeſtatem & ſplendorem ducunt: quæ hominem inſtruit ne ſitienter quid expectans, ardeat deſiderio; ne lætitia futili geſtiens, inſoleſcat; ne luxu & voluptate diſſoluatur, & in brutum degeneret; ne id rectum putet ex quo maximæ excruciari luctuq; confici poſſit; quæ monet ne homo iracundia efferueſcat; quæ hominem ad ſimulachrũ Dei in ſumma dignitate inſtituit: quæ pronos in malum affectus, à malo cohibet; & ad ſtudiũ rerũ immortaliũ incitat & accendit: Hæc igitur munera quum ſapientiæ ſint, Sapientis oculi ſunt & in capite, & in ſolea pedis: In capite; vt Diuina ſublimia, aſſidua meditatione contuens, ad inſtar eorum ſe effingat; In ſolea pedis, vt humana inferiora atque indigna homine cognoſcens, veloces affectionum pedes ab eis retrahat, vel ea conculcet, ad eaque tm̃ quæ pulchra & candida & excelſa ſunt, (quod ramis virentibus oliuæ & palmæ deſignabant) reſpiciat & feratur: In ea ſapientia inſtitutos eſſe cupiebant ſuos liberos Patres illi, qui admirabilis illius tabellæ authores fuere: Reliquorum ſtudiorum quaſi caput, docebat Plutarchus, & ſumma, conſtituenda eſt ſapientia: Etenim ad corporis curationem duæ inuentæ ſunt ab hominib. ſcientiæ, Medicina & Gymnaſtica; quarum altera ſanitatem, altera firmam ſani corporis conſtitutionem conciliet: Animi autem ægritudinibus atq; motibus ſola medetur ſapientia: Hac duce & comite cognoſcere datur quid honeſtum ſit, quid turpe; quid, iuſtum quid iniuſtum; quid, ad ſummam, expetendum, quid fugiendum; quomodo nos erga Deum, erga parentes, ſeniores, leges, alienos,

4. Tuſc.

In lib. de libe. educ.

magi-

magiſtratus, amicos, ſodales gerere debeamus: Nempe vt veneremur Deum, parentes honore & obſequio proſequamur, ſeniores revereamur, legibus obtemperemus, amicos diligamus, ſodales non contemnamus; & quod ſummum eſt, neque rebus ſecundis efferamur gaudio, neque aduerſis nimio luctu deijciamur; ac neque voluptatibus diffluamus, neque ira ad ſæuitiam nos abripi ſinamus; quæ ego omnium, nobis à ſapientia obtingentium bonorum antiquiſſima iudico: Fortuna.n. proſpera ingenuè vti, boni viri eſt officiū; citra inuidiam, hominis moderati: rationę vincere, voluptates, ſapientis; iram compeſcere, non cuiuſuis viri, ſed ſupra hominem collocati.

Vtilitas ex philoſophia.

Quomodo autem hæc præclara bona ſapientia perficiat, illa etiam quę in contemplatione verſatur, non difficile eſt oſtendere: Qui enim naturæ rationes, rerum initia & cauſas perſcrutatus inſpexerit, & cœli conſtantiam & pulchritudinem, & ſyderum fulgorem, & orbium cęleſtium conuerſiones, & totius mundi conuenientiam & vtilitatem notauerit; & quã ta ſolertia omnia deſignata & conſtituta ſint, & quàm arctè inter ſe fœderis naturalis vinculo colligata permaneãt, contemplatus fuerit; non ſolū ſummam voluptatem ex tantarum rerum cognitione percipiet; verum etiam omni virtute cumulari poterit: Facile namque ea quæ libenter aſpicimus, imitamur; & ad illorum nos ſimilitudinem ſtudio & voluntate cõparamus: Qui igitur mundi magnitudinem intuetur, & infinitas cœli atque terrarum regiones animo peragrat; & æui etiam æternitatem metitur & mente conſiderat; puſillo animo eſſe non poteſt; aut rebus exiguo adeò temporis ſpatio definitis, miſerè conturbari: Qui verò mundi ordinem, modum, & pulchritudinem totiuſque naturæ concinnitatem perſpicit; nullo modo quicquam perturbatum, confuſum, fœdum, turpe, & flagitioſum, aut agere, aut pati poterit, omnemque turpiſſimæ cupiditatis immoderationem acerrimè profligabit: Qui poſtremò legem atque rationem conſiderat, qua ſingulæ naturæ partes ſuis in locis continentur, & quomodo omnes inter ſe conſentiunt, & firmo & ſtabili amoris fœdere coniunguntur, ita vt nulla alienam ſedem & locum violenter inuadat, aut alienum munus inſolenter vſurpet; imò aliæ alijs ſtabilitatem dent, & aliarum viciſſim viribus enixè fulciantur; non alienis opibus manus afferet, nec vim vllam alicui intentabit, nec ſuos iniquitate & iniuriã perturbabit; ſed iuſtitiam ſanctiſſimè colet, omneque vitæ ſtudium ad compoſitam morum honeſtatē conferendū exiſtimabit: Naturæ igitur cognitio, & tã admirabilis fabricæ contẽplatio, non ſolū ſapientiã continet, ſed & ad animi grauitatem & cõſtantiã, ad honeſtatis & modeſtię rationem, ad iuſtitię moderationem & æquitatē mirabiliter informat. Illa verò Philoſophię pars humani animi naturam explanat, quę de virtutib. & vitijs acutiſſimè diſſerit; quę partes illarū ſolertiſſimè perſpicit; quę beatę vitę rationem commonſtrat; quę mores & inſtituta vitę perſequitur; quę bo-

num

num illud ſummum,ad quod omnia vitę conſilia referēda ſunt,deſcribiſ
quid inpuero efficere poſſit, non obſcurum eſt: Si enim hanc aſſecutus
fuerit puer; facillimè modeſtia profligabit incontinentiam; benignitate
coercebit improbitatem,iuſtitia reſecabit malitiam,vim & fraudes,odiū,
temeritatem,& impudentiam, & reliquas animorum peſtes doctrina illa
in exilium expellet; ſeque in dignitate & faſtigio virtutum collocabit:
Iam verò quid in eo ſtudium hiſtorię, ſi eo detinebitur, non efficiet? ad
quam virtutem non incitabit? Hiſtoria námque(quam Cicero,teſtem tē-
porum,lucem veritatis,vitam memorię,magiſtram vitę,nunciam vetuſta
ſtatis appellat)prudentiam, non vnius ętatis vſu,ſed multorum ſęculorū
experientia comparatam tradit;& ea rerum cognitione legentes inſtruit,
quam nemo ſine lectione potuiſſet, quamuis ad Neſtoris annos perueniſ
ſet,adipiſci:Totius.n.antiquitatis memoriam renouat,infinita rerum me
morabilium exempla oculis penè ſubijcit,caſus varios,euentus ancipites
exponit:prudentum conſilia & fortium hominum pręclara facta comme
morat,temeritatis & amentię exitus diros & exitiabiles enarrat, atq; pla
nè demonſtrat quibus artibus à paruis virtutum initijs homines,ad ſum
mum faſtigium peruenerint,quibus clari,& euaſerint, & diu permanſe-
rint;quibus deinde vitijs paulatim lapſi ſint,atque tandem funditus euer
ſi corruerint: Puer igitur, qui rerum olim geſtarum monumenta legendo
contriuerit, in ſimilitudinem earum rerum,quas quotidie accidere vide-
mus,incurret;ita vt facile cum pręteritis pręſentia coniungat,& coniectu
ra, ex antegreſſis cauſis, euētura prouideat: Quò fiet ut ſapientia excul-
tus voluptates requirat,neq; dolores pertimeſcat;nec honores temere am
biat;nec futilem gloriam deſideret,nec odio aut aliquo affectu commoue
bitur:ſed vitam ſuam omnem in honeſta moderatione inſtituat, & ad ſo
la magna & pręclara contendat. — Vtilita Hiſtoriæ.

Vt autem aliquid etiam de fœlicitate dicamus,intelligendum eſt,fœli-
cem eſſe illum,quem Gręci appellant εὐτυχῆ. Is autem ille eſt,qui id aſſe-
quitur,quò animus ſuus intendit, qui à propoſito minimè aberrat,qui ra
rò admodum à curſu quem tenet,abducitur:Quis autem ille eſt? Is profe
ctò qui ſcientiam rei illius tenet quam tractat; & in qua commodè verſa-
ri deſiderat.Quis.n.ſagittarius fœlix eſt,niſi qui ſcienter collimat,& eum
locum quem deſtinat,telo contingit? Quis medicus fęlix eſt,niſi qui ſciē-
ter remedia morbis accommodat,nec ab artis ſuæ inſtituto & pręſcriptio
ne recedit? Quis Imperator fœlix eſt,niſi is qui tenet diſciplinam,qua vi
res hoſtium frangat,& ſuos milites alacres & confidentes efficiat, & aciē
prudenter inſtruat,& omnes boni imperatoris artes callet & glorioſè per
ſequitur? Quis etiam fœlix gubernator eſt? vt nauem ſibi commiſſam in
magnis tempeſtatibus tueatur,ſaluam & incolumem in portum reducat,
niſi qui eſt nauigandi peritiſſimus? Denique,ne in ſingulis rebus inſiſtā,
omnis fœlicitas,in quouis rerum genere,in artis ſuæ cognitione perfectiſ

ſuma

ſima conſiſtit: Summi enim artifices, euentum fęlicem, vt plurimum, conſequuntur.

Sapientiæ igitur, non fortunæ eſt omnis fœlicitas aſcribenda: Rectè enim ille,

Nullum numen abeſt ſi ſit prudentia; ſed te
NOS facimus Fortuna Deam, cœloque locamus:

Ea enim quæ fortunæ tribuuntur, neque conſilio prouidentur, neque frequenter eueniunt, ſed rarò & inopinatò contingunt: Nos autem fœlices eos appellamus, quibus ea quæ ſunt optimè cogitata, proſperè cadũt, raroque admodum coniectura falluntur: Cũ igitur fœlicitas à ſapientia diſtrahi atque diuelli non poſſit: Cum à ſapientiæ fonte tot, vt audiſtis, profluant bona; filijs autem parentes omnem fœlicitatem, omneque bonum precantur, rectè ſapientia illos inſtrui à iuuenta, deſiderabũt: Nihil ex eodem ſtudio educandi remiſit ſapientiſſima Saluatoris Mater: Veroſimile eſt enim ipſam ſuum filium paruulum ad Synagogæ Præfectos frequenter, ad ſapientiam Diuinam audiendam ex eis (ſcientiam etenim acquiſitam vſu, non natura poſſidebant) perduxiſſe: Quos ille in ea progreſſus fecerit, Euangeliũ recenſet: Duodecennis enim inter grauiſſimos & ſapientiſſimos Templi Doctores & Legiſperitos reſidens, ita ſapienter de rebus ſiue ad Dei maieſtatem & venerationem, ſiue ad virtutis & honeſtatis vſum ſpectãtibus diſſerebat, vt omnes ſtupore correpti mirarentur exactam illius prudentiam, quam adeò tenellus acquiſierat.

Pergo ad Hiſtoriam; in illa tabella depicta erat lucerna accẽſa: qua indicarent parentibus, vt filios monerent, ne ſapiẽtiam, quam adepti eſſent, ſibi tantum, ſed & alijs prodeſſe debere putarent. Sapientis enim eſt opẽ afferre, malum auertere, propulſare pericula, prodeſſe quàmplurimis, curam aliorum omni conatu ſuſcipere, alterius commoda ſeu incommoda ac ſua exiſtimare: Partẽ ſiquidẽ hoĩs patria & parentes; partẽ ſuperiores, partẽ amici, partem æquales vendicant: Sapientia ergo ſua oĩa colluſtrare debet, qui ſapientiæ lumine illuſtris eſſe cupit: Hanc quoque partem ſæpe filio ſuo inculcabat B. Maria. Sciebat enim illum ad terras, non ob ſua commoda, ſed propter hominum ſalutem de cœlis deſcendiſſe: Igitur nihil non moliebatur, omnia conſilia perquirebat, vt filius ſuus ſapientiæ theſauros inexhauſtos mortalibus proferret, vt lumen illud inadſpectabile ſcientiæ, cæcis hominibus viſendum exhiberet.

Deſcriptus erat in illa tabella globus igneus, vt Parentes filios ſuos in obedientia contineant; vt illos doceant, ad inſtar globi uolubilis, & illius elementi, quod huc atque illuc ſumma cum promptitudine diſcurrit, ad exemplum globi ignei volantis, ſuperiorum iuſſis obtemperantes eſſe: Obedientiam enim, qua rationi & imperio legitimo obtemperatur, quæ eſt moderationis, ordinis & diſciplinæ obſeruantia, qui nõ tenet, regnum rationis amittit, & fit libidinis effręnatæ mancipium; Vbi verò animus

fuerit

fuerit oppreſſus libidinis impuriſſimæ dominatu; luce, continuò priuatur & tetra caligine circumfunditur: Qui autem modum non ſeruat, qua tandem ratione affectus ſuos moderabitur? & qui libidinum eſt ſeruus, quomodo fundamentum virtutum continentiam aſſequetur? & qui mẽtis cæcitate laborat, quomodo vitiorum turpitudinem præcauebit? In obedientia igitur continendi ſunt filij. Huius virtutis exemplum dedit nobis Maria in ſuo filio: Is enim cum ad voluntatem parentum domum deſcendiſſet, erat ſubditus, ait Euãgelium, & obſequens illis: Depictus erat in illa tabula Delfinus, humanitatis & amoris ſymbolum: Delfino enim inter aquatilia nihil eſt tractabilius, nihil erga hominẽ mitius. Legitur. n. cum pueris in aquis ludere, illoſque ſupra ſcapulas deferre, & plurima alia mãſuetudinis opera exhibere: Depictus erat glomus ſeu fuſus filis plenus, vitæ non diſſolutæ ſignum; vt hoc ſymbolo demõſtrent filijs, omnes actus vitæ eorum virtute connexos, non diſſolutos eſſe oportere; illo verò, delphini humanitatem & manſuetudinem obſeruare: Arcẽdi ſunt, inquit Plutarchus, filij à turpitudine ſermonis; quum autore Democrito, ſermo actionis ſit vmbra: Deinde opera danda eſt vt affabiles fiant, & in congreſſu comes: nihil enim ita dignum eſt odio, ac eorum mores qui cõpellantibus, ſe difficiles præbent: Iam in colloquijs & congreſſibus pueri inuiſi alijs non fient, ſi nõ omnino in diſputationibus victoriam ſemper obtinere laborent: Non enim tantum egregium eſt ſcite vincere, ſed etiã poſſe vinci pulchrum eſt; vbi victoria eſt dãnoſa: quum ſit reuera etiam Cadmæa quædam victoria vt habet verbum vetus: Poſſumque huius rei teſtem laudare Euripidem illum ſapiẽtem, cuius hæc ſunt verba; Altercãtibus duobus, irato altero, qui non repugnat dictis, eſt ſapientior: Addamus his ea, ad quæ non minore quàm dicta hactenus, imò & maiore ſtudio eſt cõtendendum. Sunt autem hæc: Vita degẽda eſt ſine luxu, lingua coercenda, ira ſuperanda, manus continendæ; In his igitur ſumma cum diligentia inſtruendi ſunt pueri: Sed neque prætereũdum eſt ſymbolum anchoræ cum olore alligato; temporis, ſcilicet, illius vt meminerint filij, quo nauigantibus illis in huius mundi fluctibus, turbulenta & infauſta accidere ſolent; ne aduerſis rebus obruantur; ſed anchora fortitudinis & ſpei roborati, immoti perſiſtant: ne animo concidant, ſed læto animo, vt olores cantantes omnia perferant: Hęc ad huius, tabellæ ſuccinctam explicationem ſufficiant: Nihil aliud ſupereſt quam vt apud vos precibus contendam, vt huius tabellæ artificioſæ & pulcherrimæ ſæpiſſimè recordantes, hanc filijs veſtris relinquere ſtudeatis: Omnia faciatis, cunctaque moliamini, vt incorruptibiles pietatis opes, quæ ſolæ permanent, eis pia & ingenua educatione procuretis: Pudeat vos ſaltẽ Barbarorum illorum, qui omnes neruos intendebant, vt filios ingenuè inſtituerent: Quod ſi vos exempla nihil mouẽt, moueat ſaltem ſuppliciorũ terror, quæ paſſuri ſunt ij, qui nullam vel non exactã educationem filijs

dederint.

Ex Chryſ. aduerſ. vi tup. vitæ mon. li. 3.

dederint. Hoc ſcitote quod etſi vitam veſtram omnem ſumma cum diligentia & cura diſpoſueritis, extrema tamen animaduerſione puniemini, ſi liberorum neglexeritis ſalutem: Exemplum autem vobis enarrabo, non à meipſo inuentum, ſed Diuinis literis traditum: Sacerdos quidam apud Iudæos fuit, vir inprimis moderatus atque manſuetus, Heli nomine: huic duo cum eſſent filij, videretque illos vitijs deditos, non corripuit, aut coercuit; ſiue vt verius loquar, corripuit illos quidem & cohibuit; verùm non omni cum ſtudio & vehementia hoc fecit: Horum autem hæc fuere crimina, ventris ingluuies, & fornicatio: Edebant. n. inquit, antequã ſanctificarentur ſacræ carnes; priuſquam offerretur Deo ſacrificium: Quibus compertis pater, non illos pœna affecit, cæterum verbis tantum caſtigare leuique admonitione ab hac eos peruerſitate reuocare conatus eſt; atque huiuſmodi verba iugiter ad illos loquebatur, Nolite filij, nolite ſic facere; non. n. bona fama eſt, quam ego audio de vobis, vt faciatis populum non ſeruire Domino: Si delinquẽs peccauerit vir in virum, orabũt pro illo Dominum: ſin autem Domino peccauerit vir, quis pro illo orabit? Et certè plena ſunt grauitatis, reuerentiæ, ac ponderis hæc verba, & quæ emendare, atq; ad ſtatum vitæ melioris reuocare poſſent eum qui penitus excors & amens non eſſet: Quippe ſceleris immanitatem indicant, & quam ſit metuendum & cauendum admonent, & quæ illud pœna ſubſequebatur, oſtendunt; grauiſſima. ſ. & intolerabilis: Verùm quia non omnia quæque fuerant agenda, vt ea reſecarentur vitia, molitus eſt; & ipſe cum illis vnà perijt: namque & minas ille addere debuerat, & à ſuo eos conſpectu amouere atque abdicare, etiam & verberibus afficere; multoq; illis grauius & durius inſtare: Quia igitur nihil horum egit, verborumq; tãtum monitis contentus fuit, & illis, & ſibiipſi Deum aduerſum infeſtumque reddidit, cumq; improbè & intempeſtiuè filijs parceret, & ſuam & illorum ſimul ſalutem perdidit: Audi denique quid ad diſcipulum de magiſtro locutus ſit Deus, quippe & diſcipulo & Prophetæ alteri, & cunctis penitus eius clades reuelare & loqui, quam illi maluit, adeò illum auerſabatur atque oderat. Quid ergo inquit Samuel? Nouerat quod maledicerent filij eius Deo, & non corripiebat eos; certè corripuerat, ſed hanc Deus pro correptione non ſuſcepit, imò illam quod vehementia & inuectione caruiſſet reprehendit: Itaque etſi prouidentiam habueritis filiorum; non autem quantum neceſſe id fuerit faciatis, profectò non ea prouidentia dicenda eſt; ſicut nec fuit illa correctio Heli: Cum verò crimen proſecutus fuiſſet, tum demum ingenti cum iracundia cruciatũ adiecit: Iuraui enim inquit, domui Heli, ſi peccatum iſtud de domo Heli expiabitur, ſiue incenſo, ſiue ſacrificijs vſq; in æternum: Videſne ingentem indignationem, cruciatum que vehementiſſimũ & ab omni ſpe veniæ excluſionẽ? Prorſus, inquit, illum perire neceſſe eſt, nec ipſum modò vel eius filios, verum cum illo domum quoque vniuerſam; nullumque medicamentum erit, quo vulnus i-

1. Reg. 2. & 3.

ſtud

ſtud curari poſſit, quanquam ſeni illi miſero præter filiorum neglectum, nihil quod crimini daret, haberet Deus: Erat n. admirandus in cæteris, eiuſque pietatem, cum ex alijs locis intueri licet, tum ex ipſa quoque calamitate caſuum ſuorum: Primùm enim cum omnia iſta audiſſet, ſeque ad ſupremum cruciatum perueniſſe conſpiceret, non acerbè, non grauiter, non indignanter tulit: Non dixit, quidnam iſtud eſt? vt feciſſent plurimi: Num ego Dominus ſum alienæ voluntatis? Peccatorum meorum pęnas perſoluere habeo; Filij ætatem habent, ipſique ſoli merentur cruciari: Nihil omnino horum dixit, ne cogitauit quidem: cęterum vt ſeruus fidelis & gratus, & qui vnum tantum ſibi obſeruandũ nouit, vt quęcũque Dominus ſuus ei iuſſerit, æquanimiter & faciliter ferat, quantumlibet illa triſtia & acerba ſint, ita pleniſſima pię Philoſophię verba edidit; Dominus, inquit ipſe, quod gratum eſt in conſpectu ſuo faciat: non ſolum autem ex loco iſto, verum ex alio quoque virtus eius animaduerti poteſt: nam cum bello finitimorum laceſſerentur Iudæi, profectuſq; ad illum quidam belli cladẽ annũciaſſet; vtque turpiter & miſerabiliter illius liberi in ea dimicatione corruiſſent, eouſque quidem audiebat quietus; verum cum ille tãtæ huic cladi arcam Dei direptam ab hoſtibus fuiſſe adieciſſet; tum verò prę męroris magnitudine exanimatus ſenior, cecidit de ſella retrò iuxta ianuam, & contritum eſt dorſum eius: Senex. n. erat & grandæuus, & honorabilis, & ipſe iudicauit Iſrael viginti annis; qui ſine querela gentẽ Hebræorum rexerat; qui eis temporibus conuerſatus eſt, quæ non magnam vitæ diligentiam requirebant; nihil tamen eorum illum excuſare potuit, quominus quia illi cura non fuerat & diligentiſſima, & vehemens ſalutis liberorum, miſerè & infęliciter periret negligentięque illius ſcelus inſtar fluctus rapidi & ingentis, virtutes eius cunctas tranſiliuit; vniuerſaq; recte facta ſua magnitudine operuit: Qua tãdem animaduerſione vos pu niemini, qui & eo tempore nati eſtis, quo longè maiora vobis pietatis fructus poſtulatur, & ſenis huius virtute non parum inferiores eſtis; quippe qui non tantum liberos veſtros non moderamini, neque ad virtutem dirigitis, verùm eos quoque qui id facere voluerint, inſidijs appetitis, & hoſtium vice oppugnatis, barbariſq; omnibus erga liberos veſtros immaniores eſtis? Illorum. n. atrocitas & feritas vſque ad ſeruitium duntaxat, & captiuitatem, & vaſtationem patriæ corporiſque incommoda & mala ſe extendit; vos autem ipſum animum in ſeruitutem abducitis, & veluti captiuum quendam vincientes, ita demum nequiſſimis & ferociſſimis Dæmonibus traditis, eorumq; libidinib. & ludibrijs exponitis; Cũ. n. neque ipſi alicuius quod ad ſpiritum attinet monetis, neque id facere alios permittitis, nihil profectò agitis: Nec id mihi modò aliquis obijciat, quod plerique circa filiorum curam longe quam Heli negligentiores, nihil tale perpeſſi ſunt, quale Heli: Multi. n. ſæpenumero multa ob id facinus acerbiora paſſi ſunt & diriora: Nam vnde ergo acerbiſſimæ & intempeſtiuæ

pestiuæ

peſtiuæ mortes? vnde morbi perpetui? atque grauiſſimi plerumque vobis ac liberis veſtris inferũtur? vnde damnis & incõmodis afficimini? Vnde caſus varios? vnde calũnias? vnde mala innumera quotidiè perpetimini? Nonne quod filijs veſtris male proſpicitis, & eos emendare negligitis: Atque quod iſta inanis coniectura non ſit, ſatis quidem ſenis huius caſus & euentus docere nos poſſet; cęterum & ex dicto ſapientis illud confirmabo: Cum enim is de filijs diſſereret, ita fere inquit: Ne lęteris in filijs impijs, & niſi fuerit in illis Dei timor, ne confidas illorum vitæ: ingemiſces enim intempeſtiuo luctu, & confeſtim illorum ſcies cõſummationem: Plurimi igitur, vt dixi, eiuſmodi multa perpeſſi ſunt: Sin verò ali qui effugere fortaſſe viſi ſunt, iſti non in finem penitus, ſed in capitis ſui malum effugerunt, acerbiores enim ac lõgè diriores, cum exceſſerint è vita, pęnas luent. Nec enim perſonas accipit Deus, vt qui minora meritum cum domo tota funditus euertit & deleuit, is eos qui longè maiora & grauiora deliquerint, impunes eſſe permittat. Nec id quidem dicere poſſumus, quod non illi ſumma ſit huius rei ratio & cura: Summum enim opti mè educandorum liberorum ſtudium inducit; adeoque ingens eius rei deſiderium naturę pręterea inſeruit; vt veluti neceſſitatem quandam ineuitabilem prouidentię & curę habendę filiorum parentibus conſtituiſſe vi
Exod 13. deatur: Leges item poſtmodum tulit, de cura pro liberis habenda: Nam cum dies feſtos agi ſtatueret, filijs ſuis eiuſce celebrationis rationes & cauſas vt aperirent, imperauit: Denique cum de Paſcha loqueretur, adiecit; Et annunciabis filio tuo in die illa dicens: Idcirco fecit mihi Deus hæc, cum exirem de Ægypto: Quod itidem facit in eis legibus, quas de ſacrificijs tulit: Cum enim de primogenitis pręcepta edidiſſet, rurſus adiecit: Si poſt hæc interrogauerit te filius tuus dicens, Quid eſt hoc? dices ad eum: Quia in manu valida eduxit nos Dominus de Ægypto, ex iugo ſeruitutis: Cum verò obduraretur Pharao, nec dimitteret nos, occidit omne primogenitum in terra Ægypti, à primogenitis hominum, vſque ad primogeni ta iumentorum: Idcirco ego immolo Domino omne maſculinum adaperiens vuluam: Atque per omnia, vt illos ad Dei notitiam adducant, monet: Deinde natura ipſa neceſſitudinis & charitatis vinculum adiunxit; vt ſi Patres de educandis liberis Dei monita aſpernarentur, naturali neceſſitudine cogerentur.

Iſta nunc à me ideò commemorata ſunt, vt oſtenderem, quam non ſit ęquanimiter laturus Deus, ſi eos negligentius tractaueritis, qui tantę ſibi
Epheſ. 6. curę ſunt: Quocirca Beatus Paulus iugiter admonet, dicens; Patres, educate filios veſtros in diſciplina & correctione Domini: Si enim nosipſi quoque vigilare iubemur, tanquam pro animabus illorum rationem reddituri; id profectò multo magis pater qui genuit, qui educauit, qui cum illo domi ſemper conuerſatur. Vt enim in ſuis proprijs delictis non valet quiſque ſe ad excuſationis remedia conferre; ita ne in his quidem quę fi-

lij deliquerint: Et id quidem conuenienter: Nam ſi à natura ipſa vitia homines haurirent & acciperent, poſſet aliquis excuſationis velamine ſe obtegere: quoniam verò ſpontè atque ex propoſito probi & improbi efficimur; quam tandem ille probabilem excuſationem poterit obtendere, qui quem omnium maximè diligit, & charum habet, nequiſſimum ac perditiſſimum fieri permittit; dum liceat, ſi velit, optimum ac probatiſſimum facere; atque hoc cum ex naturali affectu iugiter ad profectum liberorum auidiſſimè expetendum excitetur? An verò non poteſt? Nihil eſt quod illi minus conceſſerim: Nam quod eum tenerum acceperit, primuſque ac ſolus, & omnem eiuſce inſtruendi facultatem nactus ſit, ſemperque ſecũ domi continuerit, & belliſſimè illum & facillimè imbuere ac moderari potuit. Itaque nulla alia ex ratione peruerſi vt fiant liberi contingit, niſi quod eorum patres circa vitę præſentis commoda æquo plus incumbunt, & ferè dixerim inſaniunt: Cum enim illa ſolummodo acquirunt, nihilque illis præferendum cenſent, ſuam pariter & liberorum animam negligere coguntur: Hos ego Patres, (quod nemo tamen me commotiùs dicere quàm veriùs exiſtimet) parricidis ipſis immaniores, ſceleratioreſque dixerim: Illi enim corpus ab anima ſeparant, iſti & animam & corpus ignibus tradunt: Atque is quidem qui corpore occiditur; neceſſariò naturali lege, etiamſi necatus non fuiſſet, moreretur: hic verò ſempiternam mortem vitare potuiſſet, niſi hanc illi paterna negligentia intuliſſet: Præterea corporis mortem ſuperueniens protinus reſurrectionis gloria delere poterit facillimè: animæ verò interitum, nihil ſolari poterit, cũ ſibi iam nulla ſit reliqua ſalutis ſpes; verùm immortales cruciatus perpeti cogatur. Itaque non iniuria parentes eiuſmodi, deteriores parricidis eſſe diximus: Non enim ita crudele facinus videtur, gladium acuere, & armare dexteram, atque in ipſum filij guttur condere, vt animam perimere atque corrumpere: nihil enim huic ad honorem & dignitatem ſimile habemus.

Deuitemus oro hanc immanitatem: vos qui liberos procreaſtis, barbaris negligentiores non ſitis: tabulam hanc animarum filiorum veſtrorum veſtræ curæ concreditarum religione, ſapientia, virtutibus exornate; Diuinis eam characteribus delineate: Dei leges, naturæ vincula, bonorum plurimorum, quę ex eorum Chriſtiana inſtitutione percipere poteſtis, dulces fructus ad id vos compellunt & incitant. Quod ſi bonorum nulla vos tenet cura, memineritis atrociſſimorum ſuppliciorum quæ ij perferunt, qui filios negligenter educarunt, Quas à vobis auertere dignetur Chriſtus Ieſus. Amen.

IESVS proficiebat ſapientia, & ætate & gratia, &c.

FASCICVLVS TERTIVS.

De Chriſti, & Chriſtianorum profectu.

BENEFICIA, quæ Deus Optimus, in mundi noua per Filij natiuitatem reformatione mortalibus contulit, dum ipſe apud Iſaiam recenſebat, inter alia, ſe hoc etiam datu-
Iſai. 65. rum pollicetur: Non erit ibi infans centum annorum, & ſenex qui non impleat tempus ſuum: quia morietur puer centum annorum, & centum annorum filius maledictus (ita vertit ex Hebræo Origenes & Leo Caſtro) erit puer. Riſum fortè vobis hæc verba mouent: Quid.n. infans in Chriſti aduentu, non erit centum annorum? Quę locutio? Quod beneficium? Quæ veritas? Non erit ibi amplius infans cẽtum annorum: Forſan ante Chriſti natiuitatem homines ad vſque centeſimum annum, infantes elingues erant? Sed quam abſonum hoc à ratione ſit, non eſt neceſſe demonſtrare: Pueris enim cũ ad naturæ ſenſus paululum firmitatis acceſſerit, vel ad ſummum in quadriennio poſt exortum & animo vtuntur, & ſenſibus, connitũturque vt voces licet imperfectas, efforment; & eos cognoſcunt à quibus educantur; & æqualibus delectantur, libenterque ſe cum his congregant, dantque ſe ad confabulandum: & fabellarum auditione ducuntur: & animaduertunt ea quæ domi fiunt curioſius, incipiuntque aliquid commentari & diſcere; & eorum quos vident volunt non ignorare nomina; & contẽtione permaxima ad ediſcendum mouentur; ita vt ſeptennio tranſacto, plerunque ingenioſiores & ſi licet dicere, ſapientiores pueros, quã multos ſenio confectos inuenire eſt: Quod eò plus in ſuperiori æuo, in quo non adeò eneruatæ vt nunc naturæ vires puerorum erant, reperire licebat: Quum igitur Chriſti aduẽtum nullus centum annorũ præceſſerit puer, quid eſt quod in Natiuitate Chriſti fore promittit? Non erit ibi amplius infans cẽtum annorum? Demum quæ veritas eſt? Non erit amplius infans cẽtum annorum? Chriſtus nonne fuit in ſuæ natiuitatis exordio infantulus; & infantulus non centum ſed innumerabilium annorum? Antequam, ipſe de ſe aiebat, Abraam foret ego ſum: Pater de illo teſtatur; Ex vtero ante Luciferũ genui te: Ioannes de illo pr̨edicat; In principio erat verbum: Quid eſt ergo. Non erit infans centum annorum, cum Chriſtus fuerit infans immemorabilium annorum? Sed ſi quid eſſe in ſacris litteris infantem aduerteritis; præcipuã, ſed à nobis neglectam doctrinam, hac in ſententia latere conſpicietis: Infans in ſacris eloquijs ille dicitur, qui poſt nouam in Chriſti baptiſmate regene-

regenerationem,& poſt nouam in Eccleſia natiuitatem,nullos in vita ſpirituali progreſſus,nulla incrementa virtutum & bonorum ſpiritus cepit; ſed ad inſtar infantis, faſcijs vel potius ferreis vinculis peccatorũ colligatus, & ad nutũ nutritij illiusq; Stygijs mundi huius aquis ſuos lactare ſolet,hac atque illac per diuerſa circumactus flagitia, de cunis peruerſæ cõſuetudinis ſe erigere nequit; hinc,nec manibus vinctis aliquod exercere bonum,neque greſſus pedum ad virtutem mouere, nec oculis errore obuelatis,lucem Diuinam contueri; neque ſuauiſſimum lac verbi Dei è papillis Eccleſiæ matris deſiderare;neque verbum ſalutaris confeſſionis eloqui;nec ex infantili ſtatu excreſcere cupit; ſed perpetuò vt infantulus viuit,loquitur vt infans, ſapit vt infans, cogitat vt infans, facit tantundem quantum infans dum infans eſt: Puſilla enim illa cubiti vnius, externi nominis Chriſtiani, ſtatura contentus, ad virilem perfectionem contendere recuſat.

Hoc igitur beneficium ſe daturum Deus pollicitus eſt,quod poſthac à Chriſti natiuitate, nullus in Eccleſia eorũ qui pij ſunt & iuſti,erit infans, ſed omnes erunt ſenes pleni dierum,maturi,ſapientes, integritate vitę venerabiles: omnes autem infantes, qui ſe mundanis vitijs contaminarint; qui ſe totos libidinibus dederint;qui in violãdo decalogo teterrimas fraudes conceperint;qui os ſuum à pectore Eccleſiæ auerterint; qui cibos ſalutis repudiarint,qui nullos profectus in virtute fecerint, maledicti erũt, atque ſempiterna morte ſecunda morientur: Morietur puer centum annorum;& peccator centum annorum puer, maledictus erit: Chriſtus verò licet infans fuerit corpore, Puer enim natus eſt nobis, dũ è Sacræ Virginis vtero effuſus eſt; infans tamen mente & ſpiritu non fuit; ſed poſtquam infantiæ annos egreſſus quantum ætate & corpore adoleſcebat,tantundem,imò magis,proficiebat ſapientia & gratia,& virtute apud Deum & apud homines:Quem Chriſti profectum,quomodo,& ſecundũ quam naturam,& quãtum.ſ.profecerit,ſi noſſe deſideratis, hęc quæ nunc nunc ſubiungam,cum neceſſaria ad Chriſti defendendam Diuinitatem, & vtilia ad noſtrum ſpiritualem profectum,ſint,paucis audite.

Secũdum quam naturam Chriſtus profecerit? Non dubium eſt quod non ſecundum Diuinam,ſed humanam: In diuina enim natura,cum par & æqualis Patri exiſtat; Diuina autem Patris natura,nulla acceſſione augeri,neque detractione minui potęſt; ille in eadem æterna & inuariabili eſſentia nullos profectus facere potuit: Quod magis euincit, ſi Chriſtum ſemper eſſe in Patre, iuxta ſuam ipſius ſententiam faſſi fuerimus: Vbinã enim quæſo,haberet incremẽtum Filius,qui ſemper eſt in Patre? Si enim cum ſemper ſit in Patre,proficiat,quidnã quæſo vlterius Patre eſt, vt inde ſuum profectum capiat? Rurſum,ſi verbum cum eſſet, proficiebat;qui maior effici potuit,quàm verbum & ſapientia,& Filius,& virtus Dei eſt: hæc enim omnia verbum exiſtit: Cuius ſi quis, quaſi radij alicuius parti- **Ex Athanaſ. ſer.4. contr. Arrian.**

ceps quoquo modo eſſe potuit, is ſtatim inter homines omnino perfectus eſt, & par Angelis efficitur: Nam & Angeli & Archangeli, Dominationes, Throni, & reliquæ poteſtates, verbi participes effecti, vident perpetuò faciem patris eius: Quomodo igitur qui alijs perfectionem præbet, ipſe inferior poſteriorque illis profectus capit? Angeli enim humanæ illius natiuitati inſeruierunt, & quod à Luca refertur, poſt Angelorum miniſteria geſtum refertur: Quomodo igitur vlla ratione in hominis cogitatum deſcendere potuit? aut quòmodo ſapientia in ſapientia progreſſus fecit? aut quomodo is qui alijs gratiā donat, (vt Apoſtolus Paulus teſtatur per totam Epiſtolam, gratiam ab illo donari pronuncians; Gratia Domini noſtri IESV Chriſti, cum omnibus vobis) ipſe in gratia profecit? Aut enim mentiri Apoſtolum Arriani dicant, aut Filiū ſapientiam eſſe negent; aut ſi ſapiētia eſt, vt Salomon loquitur, & Paulus ſcribit, Chriſtus, inquiens, Dei virtus & Dei ſapientia; quem quæſo ſapientia profectum cæpit? Homines certè, (neque id mirum, cum ex numero creaturarum ſint) extendi aliquo modo ampliarique, & progreſſus facere in virtute poſſunt: ac proinde Enoch translatus eſt; & Moyſes creſcens proficiebat: Iſaac quoque ætate proficiens reddebatur magnus: & Apoſtolus iuſſit, vt quotidie protendamur ad ea quæ ante nos ſunt; Quiſque enim habuit in quo proficeret, reſpiciens ad vlteriorem gradum: contrà verò filius eius, qui ſolus eſt Deus, qui quæſo habere potuit, quo vlterius progrederetur? Siquidē omnia in ipſum reſpicientia progreſſus faciunt, ipſe verò cum vnus ſit, in vno Patre exiſtit, extra quem extendi non poteſt; ſed quia in eo manet in æternum, idem omnino exiſtit: Hominū igitur eſt proficere; Filius autem Dei, quandoquidē non habebat quò proficeret, vtpotè perfectus exiſtens in ſuo Patre, humiliauit ſeipſum pro nobis, vt in illius humilitate nos magis ac magis increſceremus. Incrementum autem noſtrum non aliud eſt, quam vt à ſenſibilibus abſiſtamus, & in ipſo verbo regignamur: Nō igitur verbum, quatenus verbum, proficiebat; quippe perfectū ex perfecto Patre, nulliuſque rei egens; ſed quod alios ad proficiendum euehat: Cęterum hic humano more de profectu locutus eſt, eò quod hominum ſit proficere: Nam & Euangeliſta accuratè cautèque iſtis verbis vſus, profectui magnitudinem ętate comparatam aſſociauit: Verbum Deus quantitate non terminatur, ſed quantitates corporibus attributæ ſunt: Corporis igitur erat proficere; quo proficiente, profecit in eo exhibitio Deitatis, coram illis qui ipſum videbant: Quantò autem magis Diuinitas reuelabatur, tantò plenius gratia creſcebat; vt hominis apud homines; Infantulus enim geſtabatur; puer autem factus remanſit in templo; ſacerdoteſq; interrogauit de lege: paulatim autem corpore adoleſcente, verboque ſeipſum in corpore manifeſtante, factum eſt deinde vt agnoſceretur pro Filio Dei; primùm quidem à Petro, poſtea deinde ab omnibus: Arriani autem tum priſci, tum neoterici iſti vltrò oculos ſuos conniuenter claudūt,

ne vi-

ne videant illud proficere in ſapientia, id non eſſe ſapientiam ipſam proficere, ſed humanitatem potius in ſapientia progreſſus facere: Quod ſi diſertè, ſed tamen cum fide, loquendum eſt, ipſe in ſeipſo profecit: Siquidem ſapientia in ſeipſa domum ædificauit, & in ſe, vt dominus proficeret author fuit: Quidnā autem iſte profectus eſt, niſi Diuinitas & gratia: quæ enim ſapientia hominibus datur, expuncto in hoībus peccato, deletaque corruptione ad ſimilitudinē cognationēq; corporis verbi: Ita. n. augeſcēte magnitudine corporis; vnà creſcebat in eo Diuinitatis manifeſtatio: innoteſcebatque apud omnes, ipſum eſſe templum Dei, Deumque in eius corpore ſubſiſtere: Quod ſi verò cauillentur Verbum carnem effectum Ieſum nuncupatum fuiſſe; & in eum referāt iſtud vocabulum, profecit: Audiant ergo ne ita quidem id diminuere paternam lucem, hoc eſt filium; quum potius oſtendat verbum hominem eſſe factum, & verbum carnem geſtaſſe: idque quemadmodum carne paſſus eſt, & carne eſurijt, carne fatigatus fuit: ita quoque pro ratione conditioneque ſuæ carnis in ſapientia profeciſſe. Non enim ſegregato verbo, abiunctoque à corpore profectus iſte, qualis eſt de quo loquimur, obuenit; ſed quia in carne erat quæ proficiebat, ideò ipſius, quod in carne eius contingebat, fuiſſe dicitur: Quod tamen ideò factum eſt, vt hominem profectus inoffenſus & ſine lapſu ob ſocietatem Verbi permaneret. Nō igitur ille Verbi profectus fuit: neque item caro ſapientia, ſed ſapientiæ corpus facta eſt caro: Ideòque vt ante locutus ſum, non ſapientia, quatenus ipſe ſapientia eſt, progreſſus fecit, ſed humanitas in ſapientia profecit, tranſcendens paulatim humanā naturam; Deificata nimirum & organum ſapientiæ facta; vt per eum ſuā energiam exerceret; ſapientiaque inde eluceret, omnibuſq; innoteſceret: ac proinde nequaqnā locutus eſt; Verbum, quod Filius Dei eſt, profecit; ſed Ieſus, quo nomine Dominus iam homo factus, nuncupatus fuit; vt ſit humanæ naturæ iſtiuſmodi profectus.

Tota igitur Athanaſij de profectu Chriſti doctrina in hoc conſiſtit, quod Chriſtus non profecit vt Deus, ſed quatenus homo: non quia nouā gratiam, vel ſapientiam infuſam, ſupra illam quæ animæ ipſius in prima conceptionis origine data fuerat adeptus ſit; ſed quia in illius gratiæ & ſapientiæ exercitio, noua ſemper opera, prioribus ſublimiora perpetrans, illas Diuinas dotes naturamque cum Patre Deo eandem ſibi ineſſe cōmonſtrabat: Neq;. n. ſtatim vt ex vtero materno ꝓfuſus eſt, ſed adoleſcēte ſuis ꝓfectib. corpore, oīa Diuinitatis & grāæ & ſapiētię munera obire poterat: Adoleſcente corpore & ſapientiam humanam acquirere, & virtutibus moralibus imbui, & ſynagogam conuenire, & parētibus obſequi, & Hieroſolymam accedere, & Doctores de legis diuinę obſeruatione perquirere, & illis ſapientiſſima de myſterijs ſcripturæ reſponſa eloqui, & docere, & miracula operari, & ſanare, & tot labores, ad extremum mortem crudeliſſimam pro ſalute noſtra patientiſſimè & cōſtanter ſufferre debebat;

Accedente corporis augmento, incremen tum quoque operum, à gratię & ſapientiæ & Diuinitatis fonte promanantium, illi accedebat.

Supereſt modò nobis perueſtigandum, quantum Saluator noſter in hoc operum exercitio profecerit: Hoc autem abundè vobis & commodè oſtendere non poſſum, niſi prius doctrinam ſapientiſſimi Plutarchi in mediū adduxero, ex illo aureo opuſculo quo docet, Quomodo quis ſuos in virtute paranda ſentire poſſit profectus: Ex ea.n.& quātum Chriſtus profecerit, & quantum & quomodo nos proficere debeamus, non ſine maxima voluptate & vtilitate ediſcemus: Hanc verò, vt facilius à vobis p cipiatur & retineatur, ad quatuor regulas ſeu capita reuoco. Et primum quidem caput de ſapientia, tali ſermone inſtituit, Quemadmodum qui paſſis velis vaſtum pelagus nauigant, comparata temporis ratione cum robore venti colligunt quantum cōfecerint ſpatium: Sic & ſapientia profectuum ſuorum rationem ex aſſidua progreſſum continuatione ratiocinari poteſt; quæ non multis ceſſationibus, ac rurſum inſultibus, ac incitationibus in medio factis, ſed planè, æquabiliterque ad vlteriora ſemper abſque offenſo vſu rationis ac doctrinæ progreditur: Quod enim dictum eſt.

Plutar. de profec. vir tut. ſent. 1 Regula

Nam ſi vel paruum pergas ſuperaddere paruo,
Idque frequenter agas, magnum cito habebis aceruum:

Non de pecunia duntaxat augenda verum eſt, ſed ad omnia pertinet, maximè ad virtutis incrementum; quum ad doctrinam aſſidua atque efficax adiungitur adſuefactio; contra inęqualitates, interruptiones ac negligentię addiſcentium, non modò inhibent progreſſus, verum iter interrumpunt inſtitutum; quum ſubſiſtentem, vitia identidem per otium adoriantur, ac retrò auferant; Errantes quidem ſtellas mathematici finito earum in anteriora progreſſu inſiſtere perhibent. At in ſapientiæ acquiſitione, profectus nullam facit intercapedinem; nunquam intermittit aut ſubſiſtit: ſed ingenium ſemper aliquo agitatū motu, ac veluti in trutina ſitū, nullo non momento aut ad melioraglorioſè fertur, aut in diuerſam partem ad mala exitioſè impellitur; Si igitur ſecundum Cirrhæis datum oraculum, quo dies noctesque belligerare iubebantur, aliquis ſibi conſcius ſit, dies ſe noctesq; contra vitia depugnare, aut ſaltem non ſæpe ſtatione abire, neque continenter veluti inducijs factis internuntios ab ijs voluptates aliquas aut oblectationes, aut aliena negotia accipere: non iniuria alacri confidentiq; animo ad reliqua perget. Quin etiam ſi fecerit aliquas philoſophandi remiſſiones, ita tamen vti poſteriora ſua ſtudia prioribus conſtantiora fuerint ac prolixiora; id non leue indicium præbet, ignauiā eſſe labore ac exercitatione eliſam: contra malum eſt ſignum, ſi poſt exiguum tempus, multis & continentibus ceſſationibus alacritas veluti elāgueſcens retundatur: Sicut.n. arundo ab initio pulcherrimo incremento, adſurgit, in æquabilem & continuam longitudinem, magniſq; interual-

Nota lector.

Simile.

lis

lis rata admittit interſtitia: dein vbi in altum ſe erexit, veluti qui ob
anhelitus anguſtiā in conſcendendo ſublimi loco animum deſpondent,
propter imbecillitatem ſuam multis ac crebris nodis intercipitur, ſpiritu
ictum tremoremque patiente: ſic qui initio magno curſu ad ſapientiam
contenderunt, ſi deinde nullum ad meliora profectum ſentientes, crebrò
impingant, atq; ab inſtituto auellantur, ad extremum omnino defatigan
tur ac deficiunt. At verò alter ille, veluti alatus ad vtilitatem propoſitam
rectà fertur, omneſque præcidit prætextus (velut turbam impedientem)
vi & alacritate induſtriæ: Sicut igitur ſignum eſt amoris incipientis, non
delectatio quæ pulchri præſentia percipitur (eſt.n. hoc vulgare) ſed mor-
ſus & dolor qui abſente eo ſentitur: ita multi capiuntur ſapientiæ ſtu-
dio, & valde magno conatu ad eam aſſequendam niti videntur: vbi verò
alijs rebus aut negotijs auocantur, animi iſte motus elangueſcit, eaq; faci-
lè leuique incommodo carent: At veri amoris morſum qui ſenſerit, is tibi
præſens, moderatus videbitur ac placidus; auulſum verò ac ſeorſim agen
tem, cerneres inflammatum, animoque ægrum, res omnes & negotia a-
uerſantem ac quaſi mentis impos eſſet, omnium oblitum, vnius ſapiētiæ
deſiderio impelli, commoueri: Non.n. vt pigmento, ſic ſapientia, præ-
ſentes oblectari, abſentes non deſiderare debemus, vel ſine mole-
ſtia carere: ſed verè proficientis in ſapientia eſt, ſimile aliquid fami ac ſi-
ti, ſentire; ſi auellatur: ſiue nuptiarum, ſiue magiſtratus, ſiue amicitiæ, ſiue
negotij incidentis cauſa, ęgerrimè à Philoſophiæ ſtudio ſeiungi, auelli:
Quanto.n. plus ex ſapientia iam perceptum eſt, tantò magis animum exti
mulant quę relinquuntur: Cum hoc nimirum aut eadem, aut proxima eſt
ei antiquiſſima illa Heſiodæa profectus declaratio, quum iam non am-
plius ardua aut nimis accliuis eſt via, ſed facilis, plana & expedita: quip-
pe exercitando leuigata, illatoq; in ſapiendi conatum lumine iam & ſplē
dore; poſt hęſitationes, lapſus errores, inſtitutiq; mutationes illas, in quas
incidunt initio qui ſe ſapientiæ dedunt: exemplo eorum qui terra ſibi no
ta relicta, nondum eam cernentes quam petunt ſolicitudine anguntur.
Sic.n. iſti communibus, & conſuetis ſtudijs relictis, priuſquam meliora
cognoſcant atque conſequantur, in medio ſæpenumero circumaguntur
ac ſubuertuntur curſu: Summo igitur & aſſiduo conatu ad ſapientiæ ſtu-
dium contendere, profectus ſapientiæ ſignum eſt. Saluator verò noſter
an iiſdem oblectaretur ſtudijs, Euangelium nobis hodiernum eiuſq; ge-
ſtorum ſacra hiſtoria declarat: Proficiebat.n. ſapientia apud Deum & a-
pud homines; talique deſiderio adipiſcendæ illius ſapientiæ, quam voca-
mus acquiſitam, flagrabat, vt & noctes & dies omnem operam inſume-
ret, quo aliquid præclari ex creaturis addiſceret: non.n. per diſciplinam
ab hominibus, ſed à rebus ſenſibilibus per contemplationem, ſapientiam
iſtam, vt docet D. Thomas) acquirebat: Vnde ſiue ſydera clariſſima, ſiue 3 p.q.12.
ſolem cæterorum luminum facilè principē omnia ſuo ſplendore illuſtran ar.3.

tem,ſiue globos ipſos cœleſtes admiranda conuerſiône & celeritate concitatos,& fulgentibus aſtris ornatos & diſtinctos ſuſpiciebat, Diuinũ numen ſublimi intelligentiç acumine,immenſaq; bonitate & potentia prçditum,quare hçc fuerint condita,& qũo ſuſtententur ac regantur,colligebat;Siue poſtmodum ad terram oculos demittebat,& eam herbis virẽtib. odoriferis, & amçnis indutam, fouentem complexu ſuo tepefactum ſemen & herbeſcẽtem;ex eo germinantẽ viriditatem,vtilitatem maximam mortalib.proferre conſpiciebat;ſiue poſtmodũ campos nitidiſſimos ſuauiſſimis florib.coopertos,agros frugiferos, arborũ fructiferarum proprietates,varietates nemorũ ac ſyluarum,& plantarũ diuerſarum pulchritudinẽ,quarũ aliæ ſemper virent,aliæ hyeme intermortuç vere primo reuiuiſcunt;Siue fontes,fluuios,maria,metalla,gemmas,margaritas,ſiue concreta alia ex initijs illis q̃ elementa dñr,ſiue alia diuinç ſapientiç opera intuebatur;ex ijs primum naturç ſecretas vires,deinde decentiſſimum ordinẽ, modum & qualitates cçteras ꝑpendebat:Poſt ex illis ad componendũ externum hoĩem aſſurgẽs, illorũ occaſione motus,ad pulcherrima queq; ſeſe componebat. Ad nutum Dei,inqebat,orbes cçleſtes perẽni motu voluuntur?mihi quoq; non eſt par Deo reluctari,ſed in oĩb.ad nutũ eius obſequentẽ eſſe.Terra vario ornatu florũ,vt purpura niteſcit? Condecorãda quoq; eſt aĩa mea multiformi ſpũalium florũ varietate: Sublunaris orbis vtilitatib.maximis p̃ſtat? Omne ẽt meum ſtudium,oẽs operç,oẽ bonum, totum hoc ꝙ in me eſt,ad emolumentum aliorum conferendũ eſt;Vniuerſa natura,ſua ui ad finem ſibi p̃finitum maxima cum delectatione protendit? Ad illũ finem gloriæ & immortalitatis corporis mihi à Deo patre p̃fixum,mihi enitendum eſt. Sic puerulus noſter IESVS ex contemplatione creaturarũ maximos profectus in ſapiẽtia accipiebat: ob hoc.n.& terras, & montes,& prata,& fluuios,& maria,& Ciuitates obambulabat;ob hoc & in deſerto quadrageſimali ieiunio macerans corpus,ſolitarius perſiſtebat;vt notis & antea inuiſis ſeſe offerentib.rerum formis,verã & ſolidam acquireret ſapientiam;non illum aliquç leues cogitationes,non turbarum multitudo,non diſcipulorum conſilia,non Petri ſuggeſtiones,non rei domeſticç inopia,non corporis laborib.exhauſti prorſuſq; eneruati imbecillitas, non graues animi moleſtiç ab inſtituto flectere vel auocare à cœpto ſapientiæ ſtudio poterant. Aĩus.n.eius tanq̃ è fuga aduerſus hæc oĩa ſeſe celeriter objjciens & efferens,omnẽ moleſtiam,çgritudinẽ,obices quoſq; facile diſſipabat: Refert Plutarchus poſtmodũ alteram de profectu regulam; & ea quidem ad ſupprimendas animi peſtes virtuteſq; radicãdas ſpectat: Iam,inquit, quum oĩum affectuum animi vacuitas,ſit res magna ac Diuina;profectus aũt remiſſione quadam & manſuetudine affectuum conſtat;neceſſe eſt inter ſe & cum alijs cõparare motus animi,ac diſcrimẽ examinare:Inter ſe,an cupiditates,metus,iræq; nos,quàm olim,remiſſius nunc tentent, an celeriter ratione incendium eius & excandeſcentiam

2. Regula cognoſcẽdi profectum.

reſtinguamus ; Cum alijs, magisne iam verecundi ſumus quàm timidi: an æmulemur citra inuidentiam: an gloriæ & pecuniæ cupiditate carcamus; denique an his vel alijs magis exceſſibus peccemus; duriores in victu an molliores; cunctanter magis quàm temerè ad agendum accedẽtes; nimij potius admiratores aliorum hominum, & ab alijs dictorum quàm contemptores. Sicut.n.bonum recuperandæ ſanitatis ſignum eſt, morbi in partes corporis ignobiliores auerſio: ita vitia proficientium, dum in tolerabiliores mutantur affectiones videntur paulatim extingui: Phrynidẽ, quum ſeptem neruis duos addidiſſet, Ephori interrogauerunt, ſuperioresne vellet, an inferiores ipſis amputandos præbere: Nobis autem & ſuperiora & inferiora ſunt præcidenda; ſiquidem ad mediũ volumus & mediocritatem peruenire: Profectus tñ ea q̃ nimia ſunt primò tollit, acrimoniamq; affectuum imminuit, ad quos (vt eſt apud Sophoclẽ) incontinẽtes furioſo ferunt impetu. Id quoq; ſi lubet, ad p̃dicta adiunge ſignũ non exiguum, ꝙ rectè proficiens, nullum iã peccatum exiguum putat; ſed oĩa ſtudioſè vitat atq; obſeruat: Sicut.n.qui diuites ſe fore deſperant, paruos ſũptus facere pro nihilo habent; ꝙ nihil magni futurum putant, ſi paruum paruo adijciatur: ſpes aũt ad finẽ propius accedẽs, ſimul cũ diuitijs auget diuitiarũ amorẽ: ita & in reb. ad virtutem pertinẽtibus, qui non multa cõcedit, neq; dicit, quid tum poſtea? modo ſic, aliàs melius: Sed ſingulis intentus, vbi vel minimo peccato vitium ſeſe inſinuans veniæ locum dare vĩ, ægrefert & indignatur: manifeſtum ſe facit, purum aliquid ſibi iam cõparaſſe, quod inquinari nullo modo velit: faciles.n.& negligentes facit opinio cõcepta, nihil eorum quæ habemus magnum eſſe: Maceriam aliquã aut ſepem conficientibus nihil refert, obuium quodq; lignum, aut lapidẽ humi iacentem adhibere, aut columnam à monimento aliquo delapſam ſubijcere: ita & homines vitioſi oĩa promiſcuè facta, omnes temerè actiones congerunt ac coaceruant. At qui in virtute exercenda proficiunt, quibus vitæ veluti ſacri aut Regij ædificij, iactum iam eſt aureum fundamentum, nihil eorum quæ agunt, temere admittunt, ſed veluti amuſſi rationis aptant ſingula atq; concinnant: quò de ædificio vſurpari põt Polycleti dictum, qui difficillimum opus tractare eos pronũciauit, quibus lutum eſt ad vnguem exigendũ; Ad hanc regulam ſpectat & illa Zenonis ſnĩa, qui etiam ex inſomnijs ſuis vnumquemq; ſentire poſſe ſuos profectus dixit: Nimirum ſi neq; turpi aliqua re ſe per quietem ſibi videatur delectari; neque inhoneſtum aut iniuſtum vel agere quicquam, vel approbare: ſed veluti in ſerenitate profundiſſima, & omnis fluctus experte vis animæ imaginans affectionibuſque obnoxia pelluceat, à recta ratione illuſtrata. Idipſum, arbitror, prior Plato animaduertit, qui eſſent brutæ & imaginantis quæ in animo Tyranni eſt facultatis per ſomnum motus, quaſi effigie propoſita declarans: nimirum affectatio congreſſus cum matre, & appetitio quorumuis illicitorum ciborum: indulget.n.tũc tyrannus libidinib. ſuis

tanquam

tanq̃ ſolutis, quas metu & pudore leges interdiu coercent. Sicut ergo iumēta probè cicorata, nec dimiſſis quidē à rectore habenis, à via alio diuertere conant̄, ſed quō ad ſueuerūt iter ſine errore aut offenſa continnant: ita facultas animi bruta, vbi iam rōne ſubacta & ei obtemperans reddita eſt, neq; in ſomnis, neq; in morbis porrò facilè cupiditatib. prauis ſe impelli patitur, vt cōtra rōnis rectæ præcepta proterue aliquid aut illicitè moliat̄; ſed conſuetudini inſiſtit, eamq; ſequitur, quę attentioni vim quandam & vehementiam ingenerat: Nam ſi ipſum corpus exercitatione poteſt animus ita domare, vt vacuitatem perturbationis eius ſequatur, parteſq; obſequentes præbeat, ita ſic vt oculi in miſeratione, lachrymis; & cor obiecto metu, palpitatione, abſtineant: cur non ſit probabilius exercitatione partem animi, quæ affectibus eſt obnoxia, ita ſubigi, vt motus eius & imaginationes etiam ad inſomnia vſque quaſi leuigentur, & rectæ rationi conformes redigantur? Stilponem Philoſophum ſomniaſſe perhibent, videre ſe Neptunum expoſtulantem ſecum, quod non bouem ipſi immolaſſet, qui mos erat Sacerdotum: ſe verò nihil territum, Quid ais Neptune? dixiſſe, Pueri inſtar venis mecum conqueſturus, quod non, ſumpta in fœnus pecunia, vrbem nidore impleui, ſed rem tibi ſacram è mea re familiari pro meis facultatibus feci? Viſumque ſibi fuiſſe; Neptunum dextra porrecta ſubridentem polliceri ipſius gratia magnum ſe aquarum prouentū Megarenſibus largiturū: Proinde quibus ita lęta, perſpicua & facilia ſomnia offeruntur, in quibus nihil terribile, aſperum, malitioſum, aut obliquum in mentem reuocatur; his profectus aiunt ſuos quaſi reſplēdeſcere; ſtimulos autem, pauores, degeneres fugas, puerilia gaudia, & luctus in ſōnijs mirabilibus & abſurdis, ſimiles eſſe quorundam littorum aſperitatibus & ſcopulis in mari; quibus animus, nondum in ſe habens quo componatur, ſed adhuc legibus & decretis fingendum ſe præbens, alliſus, ab his per ſomnum longiſſimè abductus, rurſum in priſtinum habitum reſoluatur atque explicetur.

In omnibus his profecerit ne Chriſtus, in controuerſiam non eſt reuocandum. Ipſe enim gratia diuina plenus, omnes motus & affectiones inferioris partis animæ ita perfectè ſibi ſubiecerat, & penitus ſuppreſſerat, vt neque corpus appetitui, nec appetitus voluntati, nec voluntas rationi, nec ratio Diuinæ legi in quoquam vel minimo reluctaretur; ſed obedientiæ ſigno in ordinem pulcherrimum redactis omnibus, ſingula ſuperiorum ſuorum exequebantur decreta: Non oculi ad aſpectum pulchrorum abblandiebantur, non cor ad offenſam accendebatur, non affectus vel ad ima deijciebatur, vel ad ſuperiora temerè, & pręter rationem ferebatur; non voluntas illicitum quippiam complexa eſt; non intellectus errore aliquo ſeductus à recto deflectebat; non ipſe aliquid indecorum vel turpe vel minus honeſtum operabatur, quin potius omne illud deteſtabatur: Ipſe etenim peccatum non fecit, nec dolus inuentus eſt in ore eius. Ipſum ne,

inimi-

inimicus quidem inſenſiſſimus,inſimulare poterat de peccato. Quare ſi aliquando labore defeſſus naturę releuandæ ſomnum concedebat, non il li tunc in ſomnijs ſpectra turpia obiiciebantur; procul ab eius imaginatione aberant imagines turpes & inhoneſtę,eius conſpectui non ſanguinis effuſio,non vindex gladius, non ſubactæ inimicorum vires, non profuſi & exterminati hoſtes; non congreſſus illiciti, non amores vetiti,non dominandi libido,non aliqua à Dæmone efficta idea ei in ſomnis offerre ſe audebat: ſed conſtantiam rationis & firmitatem inconcuſſam ei adepto,veniebat in mentem imago Diuinitatis pulcherrima, in qua contemplabatur, ſe gratię plenitudine dotatum, in veſte candida & immaculata ſydus quoddam fulgentiſſimũ geſtare:nũc aſpiciebat faciem ſuam ſplen deſcere vt ſolem lucidiſſimum:modò ſe inter Angelos & candelabra aurea verſari, vel inter radiantes ſtellas cœlorum orbes obire, vel à dextris maieſtatis Dei in aureo immẽſi fulgoris ſolio reſidere videbat: modò col loquia ſuauiſſima cum Sancto & adorando Patre vel Spiritu ſancto de reparando humano genere ſe miſcere;vel ad populum verba ſalutis facere, vel eis beneficia plurima præſtare: aliàs aliud quid in inſomnijs intuebatur:Tali enim ordine cõpoſitus fuit Saluator noſter, vt & nocte & interdiu eundem ſe conſtantiſſimè præberet. 3. Regula.

Sed ad tertiam profectus regulam procedamus, quam Plutarchus de ipſarum exercitio virtutum ſtatuit, hæc in verba. Profectus indicium eſt, ſi, quæ laudamus, ea imitari conamur: quæ autem vituperamus, nolumus admitere: Etenim probabile eſt ab omnibus Athenienſibus laudatam fuiſſe Miltiadis audacem fortitudinem; ſed Themiſtocles ſomnum ſibi Miltiadis trophæis adimi, eiſque ſe excitari è lecto faſſus, ſtatim oſtendit ſe non laudatorem modò & admiratorem,verũ etiam æmulum eius imitatoremque eſſe: Parum itaque nos profeciſſe arbitremur,dũ nos præclare agentium otioſa admiratio, nõ ad imitanda eorum facta,impellit:Nam neque corporis amor efficax eſt,niſi fruitio ei adſit: neq; laus virtutis ardens atque ſtrenua eſt,quæ non pungit,neque ſtimulat, & loco inuidi,æmulationem ingenerat bonis,idem præſtare cupientem: Nõ.n. ad orationem duntaxat Sapientis debemus,vt dicebat Alcibiades animũ conuertere & lachrymas excutere: ſed qui verè proficit,multò magis viri boni & perfecti factis actionibuſque ſeſe comparans, ſimul mordente ipſum ſuæ inopię conſcientia,& ſpe,deſiderioque lętitiam afferente, plenus inquieto impetu, Volet,quod eſt apud Simonidem,lactẽs veluti pullus equum curſu aſſequi; Tantum nõ in idem cum præſtante viro corpus coaleſcere affectans:Veri enim profectus hoc proprium eſt,vt quorum ęmulamur facta, eorum inſtitutum amemus atque diligamus; & cum beneuolentia honorem ijs aſſiduum deferentes, collaudationibuſque lætis proſequentes,eorum ſimiles fieri conemur:Cuius verò animo contẽdendi ſtudium & inuidia aduerſus præſtantiores inſtillata eſt, is ſciat ſe glo-

tiæ

riæ alicuius aut potentiæ riualitate pungi, virtutem neque honorare, neq; admirari: Quando itaque ſic incipiemus bonorum eſſe amatores, vt non modò, ſicut Plato ait, ipſum temperantem putemus beatum, beatum etiã qui dicenti auſcultat; ſed & geſtum eius, & inceſſum, & vultum, & riſum admirantes, eorumque habentes, parati ſimus nos quaſi concinnare ei & agglutinare; tunc exiſtimandum eſt nos verè proficere: idque eò magis, ſi non modò rebus vtentes ſecundis eos admiremur, ſed ſicut amatores, formoſorum etiam balbutiem aut pallorem diligunt, & Araſpem lachrymę quoque & męſtitia lugentis & calamitate afflictæ Pantheæ perculerũt; ſic nos neque exilium Ariſtidis, neque carcerem Anaxagoræ, neque paupertatem Socratis, neque damnationem Phocionis formidemus, ſed virtutem etiam cum his amore dignam ſentiẽtes appetamus, ad ſingula Euripidis hunc verſiculum accinentes,

Proh, quàm virtute præditos omnia decent?

Qui enim eo ad virtutem inſtinctu fertur, vt eius admirationem atque æmulationem ne ea quidem reprimant, quę videntur eſſe grauia mala, cum nulla prorſus ab honeſtatis ſtudio res auertet: Conſequens hotum eſt, vt quum rem aliquam aggredimur, aut bonum accipimus, aut fortuitum nobis aliquid offertur, ante oculos nobis proponamus exempla bonorum virorum, ſiue ij ſunt, ſiue fuerunt, cogitemuſq; quid dicturus fuerit hoc loco conſtitutus Plato; quid facturus Epaminondas, qualem ſe geſturus Lycurgus aut Ageſilaus, vt veluti in ſpeculum intuentes ornemus nos atque componamus; vel vocem aliquam degenerem corrigentes noſtram, vel animi motum aliquem reprimentes. Bonorum enim memoria & conſideratio celeriter adhibita in omnibus motibus animi aut difficultatibus oblatis, proficientes in ſtudio virtutis integros conſeruat atq; erectos; itaque hoc quoque indicium eſt profectus. Ad hęc, nõ iam vt ante vehementer perturbari, aut rubore perfundi, aut occultare vel aliquid transformare ſuorum, viro illuſtri gloria & virtute ſubitò interueniente, ſed conſtanti animo ei obuiam ire, conſcientię quandam habet confirmationem. Alexandrum ferunt, quum videret nuncium gaudio plenum ad ſe accurrere, dextramque porrigere, dixiſſe; Quid mihi nunciaturus es, niſi Homerum reuixiſſe. Putabat enim ſuis rebus nihil deeſſe, pręter famæ ad poſteritatem propagationem: Iuuenem autem qui animum & mores emendauit ſuos, nullius rei maior inuadit cupido, quàm ſpectandum ſe præbendi bonis honeſtiſque viris; conſpiciendamque cupit exhibere domum ſuam, menſam, vxorem, liberos, ſtudia, dicta & ſcripta ſua: itaque etiam malè ipſum habet ante è viuis exceſſiſſe patrem, quàm vt videre iſto eum in ſtatu potuiſſet; nihilq; tantopere à Dijs immortalibus peteret votis, quàm vt parentes vitæ redditi morum ſuorum actionumq; fierent ſpectatores. In his autẽ quod profecerit Saluator noſter, non obſcurum cuiquã eſt: Ipſe enim totius pulchritudinis & honeſtatis ſuprẽmum exem-

plar

plar contuens, vitam ſuam omnem, moreſque vniuerſos ad inſtar Dei cõponebat: Non poteſt, ait ipſe, filius quicquam facere à ſeipſo, niſi viderit primò Patrem facientem: & omnia quæcunque Pater facit, hęc & filius ſimiliter facit; nec latum vnguem à perfectione paterna diſcedit. Quo factum eſt, vt ſæpiſſime Patri & Spiritui ſancto ſe ſpectaculum exhibuerit; ita vt Pater voce cœlitus delapſa eius perfectioni ſuffragatus fuerit, dicẽs, Hic eſt filius meus dilectus, ipſum vos audite: Hic eſt qui meam ſimilitudinem & imaginem perfectè impreſſam geſtat; hunc vos audite; in hunc oculis veſtris contuimini; hunc vobis ego pro exemplari propono, ad huius formam Diuinæ conſortes efficiamini naturæ.

Vltimam profectus regulam Plutarchus ſtatuit, de oſtentatione cauenda: Proficientis, inquit, in virtutis ſtudio eſt, nihil ad pompam oſtentatione mque facere. Si.n. verus ac legitimus honeſtę Virginis amor non requirit teſtes, ſed fructum percipit ſuauẽ, etiamſi occultò, rei deſideratæ cogitatione fruatur, multò magis conuenit honeſtatis & ſapientiæ ſtudioſum, quum agendo fruitur virtute, ipſum apud ſeſe tacitum animo contineri, non efferri, neque laudatores auditoreſve vllos requirere: Sicut ergo ille qui domi ancillam vocans clamabat; Certè, Dionyſia, depoſui faſtũ: ita & hic qui pulchrum aliquod atque egregium facinus ſuum paſſim narrat ac circumfert, ſatis apertè oſtendit ſe adhuc foras reſpicere, & ad gloriam trahi, neque etiamnum verum ſe fuiſſe virtutis ſectatorem; neq; reipſa, ſed per ſomnium vmbras eius & ſimulachra peruagatum; factum deinde ſuum, veluti picturam, ſpectandum propoſuiſſe. proficiẽtis ergo eſt, non modo ſi quid amico donauit, aut noto benefecit, id alijs nõ narrare; ſed etiam ſi inter multos iniuſtos ſententiam iuſtam ipſe dixerit, aut diuitis principiſve alicuius petitionem inhoneſtam obnixè repudiauerit, aut munera ſpreuerit, aut etiam noctu ſitiens potu abſtinuerit, oſculumve formoſæ auerſatus fuerit, ſecum id ſeruare & reticere: Sic enim ipſe ſibi placens, neque ſeipſum contemnens, ſed gaudens & ſeipſo contentus, vt ſatis idoneo teſte ac ſpectatore pulchrorum, oſtendit rationem iam intra ſe ſe conuerſam radices agere; & (quod iubet Democritus) ex ſeipſo ſui oblectandi materiam petere, iam edoctum eſſe: Agricolæ quidem ſpicas libentius vident, quæ inclinatæ verſus terram vergunt; quæ.n. erectæ ſunt, & ſurſum attollunt, eas inanes putant eſſe & fruge vacuas. Ita & virtuti dare operam volentium, qui maxime vani ſunt & grauitatis expertes, audaciam ij habent, ſpeciemq; & inceſſum, vultumq; plenum ſuperbiæ, ac cõtemptus nemini parentis: vbi verò impleri incipiunt, fructumque de virtute colligere, tum ferocia iſta & vanitas deponitur: ac quemadmodũ vaſis humorem recipientibus inanis aer eliditur: ita hominibus, quando veris impletur bonis, faſtus decedit, & arrogantia remittitur; ceſſanteſq; propter ſimulata bona ſuperbire, exercitationem ad animũ transferunt; mordacique & auſtera ratione aduerſum ſeipſos potiſſimum vtentes, cũ alijs

4. Regula.

man-

manſuetius colloquuntur: Nomen verò & gloriam virtutis,non,vt ante, ſibi arrogant atque aſſcribunt:Sed & hoc nomine compellatus adoleſcẽs ingenij probi,rubore perfuſus & ſubindignans maturè ſic occurret,

Non ego ſum Deus, ad quid me cęleſtibus æquas?

Vt enim Æſchylus ait,iuuenis mulieris quæ virum experta ſit,oculũ flagrantem non latere:ita virum qui veri in virtute profectus guſtum percepit:Sapphica hęc comitantur.

Lingua iam torpet, tenues per artus
Flamma pererrat.

oculiſque placidis & vultu conſtanti adſtans, cuperes eius ſermonem audire: Ac veluti qui ſacris initiantur, initio cum tumultu & vociferatione coeunt,ſeque mutuò trudunt: quum peraguntur inde & commonſtrãtur ſacra, animum timidi tacenteſque aduertunt: ita & in principio & circa fores virtutis multum videas tumultus,ferocię & loquacitatis,dum nonnulli ad gloriam ruſticè & per vim quodammodò proruunt; qui intrò venerit,magnumque lumen, veluti ſacrario aperto,viderit, alio iam habitu accepto tacitus atque attonitus,humilis, modeſtuſq; virtutem,veluti numen admiratur,affectatur.Neque etiam hoc præceptum omiſit, ſed ſumma cum diligentia obſeruauit Chriſtus.Nam cum ei nihil ad ſapientiam, nihil ad gratiam,nihil ad virtutem perfectam deeſſet,non hominem, ſed Deum teſtem ſuorum facinorum eſſe;neque ab hominibus,ſed à Deo laudem benefactorum aucupari volebat. Orandum ei erat? Cubiculum vel thalamum ſecretum vel ſolitudinem accedebat? Corpus macerare debebat? Inter feras deſerti & Angelos cęleſtes verſabatur: Splẽdebat tanquã Sol,gloriamque animæ volens in corpus diffundebat? Diſcipulis inhibebat,ne cuiquam,donec reſurgeret à mortuis,dicerent: Sanabat aliquẽ ex male habentibus,vel quodcunque miſericordiæ opus perficiebat? præcipiebat turbæ ne laudes eius depdicarent ſed ſilentio potius inuoluerent: Quod ſi proficiebat gratia coram hominibus,ſi quandoq, dicebat, Diſcite à me,quia mitis ſum & humilis corde:nõ laudem exinde quærebat,ſed quia abſolutiſſimum virtutum exemplar erat, magis eos ad hanc humilitatem prouocabat.

Proficiebat igitur IESVS ſapientia, & gratia coram Deo & hominibus.Secundum quam naturam,quomodo & quantum iam abundè audiſtis:Secundum enim naturam aſſumptam,in gratiæ effectibus operandis & demonſtrandis,in ſapientia acquirenda, in proſequẽda virtutis via, tãtos profectus fecit,nemo vt illo perfectior fuerit:Quæ ego dum vobis reuoluo,pudore maximo propter nos ſuffundor:Paganorũ ſtudia circa virtutis incrementum vobis repetere nolo;nolo in mediũ adducere, qũo illi in adipiſcenda ſapientia indefeſſi, in cõprimendis affectibus fortes; in vitandis peccatis ſoliciti;in ſectãda virtute animoſi & prope Diuini fuerint ita vt & in ſomnis à vitii abhorrerent, & virtutũ amore oblectarentur;

licet

licet præmium illud virtutum ineffabile nunquam aſſequerētur: nos aūt, proh dolor, nō in ſomniis, ſed ne in vigilia quidē de virtute, deque profectibus eius cogitamus: nos & in ſomnis, horribilibus atque laſciuis ſpectris, & in vigilia turpioribus immanioribusq; flagitijs delectamur, atq; ad illa ſomniorum phantaſmata, ac ſi ad amuſſim, vigiliarum opera perpetramus: Nonne is maximus eſt pudor Chriſtianorum? non maxima verecundia, illos de virtute nihil curare, qui virtutis profeſſionem & nomē gerunt? Veri Dei ignaros ad virtutem contendere, & Dei ſeruos ſanguine eius redemptos, eā abnegare? Suffundamini rubore, & primas Ethnicis partes ne concedite. Magiſtrum en hodie infantulum (ſi vos doctrinæ gentilium pudet) Chriſtum in Eccleſia habetis: Proficiebat ille ſapientia acquiſita? vos quoq; totos ad ſapientiæ Diuinę ſtudium componite: Proficiebat ille gratia; dum ea corporis & appetitus ſupprimebat exorbitantes motus? Itidem & vos exequimini; corpus appetitui, appetitum voluntati, voluntatem intellectui, hunc verò Dei imperio ſubiugate: Ieſus proficiebat gratia, dum ad omne præclarum & honeſtum ſeſe componebat: Ad virtutem Chriſtianam vos quoque totis viribus contendite: Buccinator ille ſuarum laudum eſſe nolebat: Vos cum aliquid boni feceritis; dicite, ſerui inutiles ſumus; fecimus quod debuimus: Proficiebat ille, nec vnquam niſi cum ad perfectum venit ab incremento bonorum deſiſtebat? Creſcamus & nos omnes in vnitate fidei & agnitionis filij Dei, in virum perfectum, in menſuram ætatis plenitudinis Chriſti; vt iā non ſimus paruuli fluctuātes; ſed veritatem facientes in charitate; creſcamus in illo per omnia qui eſt caput noſtrū Chriſtus: In Chriſti enim Eccleſia iuſtorum non eſt infans centum annorum; quia puer centum annorum morietur, & puer vel filius cētum annorū maledictus erit: A quo nos liberet Puer hic qui proficiebat ætate, ſapientia, & gratia, benedictus in ſæcula ſæculorum. Amen.

DOMI-

DOMINICA II.

POST EPIPHANIAM.

Nuptiæ factæ ſunt in Cana Galilęæ. Ioan. 2. cap.

FASCICVLVS PRIMVS.

Chriſtiano ducendane vxor? Conſilium.

ADMIRABILIVM in Cana Galilęæ factorum Chriſti ſeriem, dum intra me tacitus reuoluebam; quæſtio non leuis perculit animum meum: Cur. ſ. Dei filius, Oeconomiæ, quam circa ſalutem hominis inſtituerat, initia, ab his nuptijs inceperit? Cum olim ſolennes illas Protoparentum noſtrorum, poſt vniuerſa manus ſuæ omnipotentis opera, coronidis quaſi loco celebrarit nuptias: Poſtquam enim firmamenti ſydereos orbes, Lunam, Solem, cæteraq; fulgida aſtra, in altum ex illa confuſa mole euexiſſet; poſtquam terrenum æquor floribus, herbis, frutetis, arboribus, montibus adornaſſet, irrigaſſet perlucidis aquis, varijque generis repleuiſſet animantibus; Poſtquam ſuperna & inferiora, viſibilia & inuiſibilia omnia ex nihilo exuſcitaſſet & perfeciſſet; manum apponens homini plaſmando vltimam, vltimò nexum illum indiſſolubilem Adami & Euæ inſtituit, ſuaque præſentia cohoneſtauit: cur non itidem, dum idem Deus per quem ab initio condita ſunt omnia, in humana carne mortalibus appareret, non poſt conſummatum regenerationis noſtræ opus, ſed longe ante mortem crucis, ante doctrinæ lucem vbique diffuſam, ante mundum floribus gratiæ ornatum, ante gemmis monilibuſque ſpiritus condecoratam Eccleſiam, ante microcoſmi diuerſis affecti malis reparationem, ſed antequam manu ſuæ miſericordiæ quicquam cótingeret; ſed in primo ſtatim reformationis mundi initio nuptijs intereſſe, matrimoniumque illud & ſua præſentia ratum facere, & primo illuſtrare miraculo dignatus eſt? Cur non in finem vitæ ſuæ, vt olim in rerum efformatione, in vltimum operum ſuorum, hanc matrimonij ſolénitatem reiecerit? Cur primò nuptijs intereſſe voluit? Facilis, & pulchra huius nodi ſolutio ſe mihi obtulit: Ideò in prima creatione Matrimonium Adami & Euæ vltimò inſtituit, quia vt ingreſſuro ſponſo cum ſponſa in thalami ſecretum,

crētum,neceſſe eſt præmittere miniſtros, alioſque qui adornēt palatium, inſtruant cubile,thorum præparent,vt bene compoſitis omnibus ibi honeſtius & ſuauius agant:ita ſimili modo Oeconomiam mundi inſtituens Deus,prius cœlum & terram,vt quoddam immenſum palatium extruxit, eius faſtigium ſplendentibus diſtinxit aſtris, ſubſellium & pauimentum ſuauiſſimis & pulcherrimis operuit floribus, thorum immaculatum pretioſis ornauit margaritis,mollibuſque conſtrauit virentibus herbis,miniſtrantium animalium diuerſos & infinitos præmiſit greges,Principatum & Dominationum,cæterarumq; poteſtatum Cœleſtium cōgregauit choros,prius ingēti apparatu omnia ad nuptias iſtas perfecit,vt ſic ille ſublunaris Arcis Imperator cum ſua conſorte ingreſſus, omnibus his ad nutū vteretur,ſuauiuſq; cupitis frueretur complexibus: Homo.n.hominiſque cùm vxore vinculum, viſibilia omnia , eorumque congreſſus, dignitate præcellit; propter hominem condita ſunt hæc vniuerſa . Cœlum,terra, mare,Sol,Luna,Stellę,reptilia,iumenta,brutaque animalia, cæteraq; omnia : In hominis gratiam, animantium naturales nexus, terræ cum omni frugum & ſeminum genere ſecreta vincula;Solis & Lunæ aliorumque aſtrorum coniunctiones admirabiles;vniuerſorum deinde pulcherrimę & fecundæ connexiones concretæ ſunt: Homo igitur hominiſq; coniugiū, cum operum Dei in prima creatione finis fuerit, congruum erat vltima manu illud connubium colligare,& quaſi vltima præſentia firmare.Finis ſiquidem,vt aiunt Philoſophi, primus in intentione, in executione vltimus eſt: At operum Dei in mortali carne hominibus apparentis, inuerſamque orbis faciem reparantis,nequaquam finis loco, matrimonij vinculum eſt:Nō enim ideò humanam naturam Deus aſſumere dignatus eſt, vt hominem homini,ſed vt homines ex hominibus procreatos Deo connecteret;connubiumque ſpiritus ineffabile,illorum cum Deo inſtitueret: Sponſabo,ait,te,non homini,ſed mihi in ſempiternum;& ſpōſabo te mihi,non in carnis commercio,ſed in iuſtitia & iudicio;in miſericordia, & Oſe.2.
miſerationibus;ſponſabo te mihi in fide,& ſcies quia ego Dominus: Qua ſi dicat,mihi tantùm coniungeris,in me ſolum cogitationes tuas conuertes, me ſolum die noctéque meditaberis, meis amoribus exardeſces, me ſuper omnia cōcupiſces,meos deſiderabis caſtiſſimos congreſſus,ex meis labijs omnes tuas delicias oſculo carpes, delectationes tuas oēs ex meis complexibus concipies,carnem autem & carnis ardores,carnales ſordes, congreſſus carnales,vt ſerpentis venenati morſus refugies: Filius Dei,eā ob rem in terras deſcendit, vt homines de terris ad cœlos, vbi neque nubent,neq; nubentur,ſed oēs ſunt ſicut Angeli Dei,eueheret: Volebat igiť vt homo non amplius terrenam,carnalem, ſed cœleſtem,incorruptam in corruptibili corpore meditaretur continentiam: Putatis,ait,ipſe,quia pacem veni mittere in terram? Non,dico vobis: ſed ſeparationem. Erunt.n. Luc.12.
ex hoc,quinque in domo vna diuiſi,tres in duos,& duo in tres: diuidenť

pater in filium,& filius in patrem ſuum,mater in filiam,& filia in matrē, ſocrus in nurum ſuam,& nurus in ſocrum ſuam: Ac ſi dixiſſet. Ne exiſtimetis me ideò ad homines declinaſſe,vt ex omnibus laboribus & diſciplina & conatibus meis pacem & nexum illum carnis inter illos firmatum faciam; Fallimini prorſus,veni mittere gladium,qui eos à carnalibus vinculis præcidat,à carne ſeparet; Veni mittere ignē Diuinę participationis; qui in eis amorem illum laſciuum terrenum ſupprimens,eos in Angelos, imo in Deos transformet;& ad ſupremi illius flammantis ignis Dei participium eleuet. At ſcio quia caro concupiſcit aduerſum Spiritum,ſempiternumq; bellum mouet contra eum: Illud ēt nō me latet,quod amor carnis,amorem Dei extinguit;qđ parentum,filiorum,conſanguineorū,vxoris,mariti,naturale illud vinculum ſolet ſæpe ſæpius à Dei connubio,cōpeditos retinere: veni diſſipare immoderatum hūc amorem,veni mittere diuiſionem: Sit ēt pater qui filium ſuum à meis amoribus abſtrahere vellet; ſit nurus quæ ſocrui ſuæ meam cōſuetudinem inhibeat; ſit ipſa etiam vxor,quæ mariti animum à Deo pelliciat ad prurientes carnis affectus: veni ſeparare hoīem aduerſus patrem ſuum;& filiam aduerſus matrem ſuā, & nurum aduerſus ſocrum ſuam,& domeſticos hominis facere inimicos eius, & maritum contra vxorem ſuam, imò & aīam ipſam aduerſus carnem propriam: Qui.n.amat patrem aut matrem ſuam pluſquam me, non eſt me dignus:& qui amat filium aut filiam ſuper me,non eſt me dignus: & qui amat vxorem ſuam pluſq̄ me,non eſt me dignus: & qui amat etiā aīam ſuam pluſq̄ me, non eſt me dignus. Dei igitur in carne apparentis admirandorum factorum, cum non carnis, ſed Dei cum hoīe connubiū finis ſit;vt.ſ. mortales è tenebroſo matris vtero proiecti,immortali Deo in luce illa inacceſſibili, ſempiterno vinculo coniungerentur, abſonū foret, ſi Saluator noſter poſt reparationis noſtræ perfectum myſteriū, matrimonia carnis ſtatuere,pręſentia ſua dignari,miraculis illuſtrare vellet. Quod enim vltimum eſt in executione,primum eſt in intentione: Primum in intentione Dei redimentis nunq̄ fuit matrimonium,ſed vltimum; vt.ſ.legitimo thoro homines coniuncti, filios qui Dei exoptarēt neceſſitudinem, Deoq; ſe totos manciparent,procrearent; Non vltimum,ſed primum in executione debuit quoque eſſe. Quod.n.vltimum eſt in intentione, (dicunt ijdem Philoſophi,) primum debet eſſe in executione.

Eſt & altera rō q̄ filium Dei adegiſſe vr̄,vt primò ſua præſentia dignatus fuerit haſce nuptias. Sed quæ tandem? Illa quam Saluatori nr̄o Beatiſſima Mater eius inſinuat,quia Matrimonio iuncti,vinum non habebant: Verè & abſq; oī controuerſia, vinum ſiue gratiæ dixeris, ſiue ſolatij & deliciarum quæ veræ delitiæ ſunt,non habebant: Vinum gratiæ non habebant: Matrimonium.n.illud antiquorum,in officium naturæ & miniſterium priuatum & remedium concupiſcentiæ,quia ante Chriſti aduentū, cū fons gratię nondum apertus erat, inſtitutum eſt;nullam vel minimam

gratiæ ſcintillam habere potuerat: Gratiæ aũt vi & efficacia deficiẽte, quõ carnis ardores ſufficienter extinguere? quõ carnalis cõcupiſcentiæ remedium perfectum habere poterant? Vt.n. ignis igne non extinguitur, ſed magis accenditur; ſic carnalis flamma, carnis incendio potius excitatur q̃ ſuffocatur. Quænam de illis antiquis matrimonio iunctis ferebantur, non eſt vobis obſcurum. Ardore.n. vehementiſſimo carnis ſuccenſi, alij duas, tres, quatuor vxores habebant; alij congreſſu earum non contenti, ad ancillas, ad ſcorta in triuijs accedebant; alij fidem matrimoniorum violãtes vxores alienas è ſtratis à maritorum amplexu ipſo abripiebant; alij religionis limites p̃tereuntes idololatris commiſcebantur; alij pudorem & leges firmiſſimas naturæ tranſgredientes, nec à filiarum ſuarum, de ſuo ſanguine progenitarũ, nec à patrum vel matrum ſuarum thoro abſtinuerũt: alij (ꝙ nefas eſt & cogitare) maſculinis amorib. turpiſſimè exarſerunt: Nõ eſt neceſſe hæc exemplis confirmare; plenę ſunt veteres hyſtoriæ eorũ, qui iuncti matrimonio, matrimonij vſu libidinis faces reſtinguere nequibãt: Veriſſimum.n. eſt illud, quod à Sapiente dictum eſt; Non poſſum eſſe cõtinens, niſi Deus dederit mihi: Continentiã fruſtra meditatur, qui ad continentiam iter matrimonij parat: Gratia Dei ſola eſt ea, quæ illicitos appetitus, quæ flãmmas ardentis cordis, quæ ignes ſuccenſos corporis cohibet & diſſipat; nouumq; ĩgnem amoris diuini ſuccendit: Vinum hoc gratiæ non habebant ante Chriſtum in nuptijs; Vinum ẽt ſolatiorum atque deliciarum ſpiritualium, non habebant in illis nuptijs: Siue.n. fidei bonũ, ſiue prolis honeſtatem, ſiue cęleſtium p̃miorum deſiderium ſpectes, in illis pleriſq; nulla fides; niſi adulterio, inceſtu, ſtupro, & quouis alio miſcendi corpora genere, violata: in illis pleriſq; nulla prolis honeſtas; prole ſẽper vel ad idololatriam, vel ad Dei contemptum, vel ad flagitia quæq; propẽſa: Cęleſtium verò p̃miorum deſiderium, qđ eſſe poterat in illis, qui de cęleſtib. nihil penitus cogitabant? Quod ſi delicias mundi in carnali quoque copula collocas? deliciæ oẽs felleæ ſunt & amaræ: partus & partuũ dolores, puerorum procreationes ac educationes; corpus afflictum, flos ętatis marcidus, frequentes ex congreſſib. morbi, rei familiaris ſolicitudo; riualium amores, zelotypus ardor, contentiones, rixæ, & ſi q̃ ſunt eiuſmodi, q̃ vel pulchras, & diuites; vel turpes, & pauperes, vel odioſas conſortes cõſequuntur, & malis morte grauiorib. afficiunt. Quia igitur in illis nuptijs vinum non habebant, ſed turbidam aquam bibebant; ne poſthac homines matrimonio coniuncti, illis ſubderentur intantum defectibus; Chriſtus adeſſe dignatur, vt matrimonium ſanctificet, gratia ſua perficiat, remedium peccati afferat; illamque inſipidam coniugiorũ aquã in vinũ cõmutet. Quod ſi à me requiritis, quid hæc longa ſermocinatio, cum illa quam initio propoſueram difficultate commune habeat; Chriſtiano ſitne ducenda vxor? an non? Certè plurimum, vt ſtatim, ſi primo ſcopum & intentionem meam de ſuadendo vel diſſuadendo matrimonij vinculo dete-

Docet D. Tho 3 p. q.62.ar.6.

xerim, audietis; Non eſt.n.meæ intentionis prohibere vel damnare ſtatũ matrimonij: Nota eſt ſiquidẽ mihi hæreſis quorundam apud Paulũ, prohibentium nubere: Perſpecta ẽt eſt mihi illa Chryſoſt. doctrina, Matrimonium ad ſalutem non obſtat; adiutrix data eſt hoĩ vxor, nõ inſidiatrix. Rata eſt mihi & plurimorum veteris legis Patriarcharũ copula, Moyſis, Abrahami, Iſaaci, Iacobi, Noe, aliorumq; infinitorum qui ſalutem aĩæ, etſi matrimonio iuncti, conſecuti ſunt. Non eſt igitur mei inſtituti inhibere
1.Cor.7. Chriſtianis nuptias: ſed illud, ꝙ Paulus & ipſe Chriſtus docuit ſuadere. Qui põt capere, capiat: Conſilium do, tanq̃ miſericordiam conſecutus à Dño: Exiſtimo.n. hoc bonum eſſe, pp inſtantem neceſſitatem; qm̃ bonum eſt homini ſic eſſe: Hoc ad vtilitatem vr̃am dicere volo, non ut laqueũ vobis inijciam, ſed ad id qđ honeſtum eſt, & qđ facultatem præbeat ſine impedimento orandi Deum.. Age igitur ad propoſitum progrediamut nodum: Chriſtiano ducendane vxor? Dico cum Paulo non nuptis & viduis, Bonum eſt illis, ſi ſic permanſerint, ſicut & ego: Bonum eſt.n. homini mulierem non tangere. Sed quale bonũ eſt homini mulierem non tangere? Nunc ex illis quæ ante dixeram audite: Chriſtus ideò de cęlis ad terras deſcẽdit, vt hoĩes de terris ad cęlos, nõ ad carnis, ſed Dei cõmertiũ eueheret; At mulier hoĩes à cęlis, & à diuina cõiũctione ĩtima retrahit: Mulier retrahit hoĩes à cęlis: Non meminiſtis Protoparentẽ noſtrum, pp mulierem de cęlis pulſum eſſe? Nunq̃ audiſtis auream Sapientis ſñiam; Multos vulneratos deiecit mulier; & fortiſſimi quiq; interfecti ſunt ab ea. Multos vulneratos deiecit, inquit; vt.n. ſi quis ſagitta vel lancea transfixit cor alicuius, ſagitta vel lancea defixa, eũ, licet de altiſſimo loco, deturbare valet: ſimili modo qui cupidinis venenato telo traiectus eſt à fęmina, ad nutum illius hac atq; illac circumductus, de cęlorũ ẽt ſublimi vertice ſæpe detrahitur: Intẽpeſtiua nocte, ait maritus ſurgendũ mihi eſt ad mente pluſtrãdos imò ꝑtergrediẽdos ſupremos cęli globos, ad gloriã & fęlicitatẽ immortalium ſpũum cõtemplandã; Quid tibi modò cum ſpiritib. beatis? ait vxor: Quid cũ cęlo? ꝑſiſtas in lecto; in lecto delitias paradiſi, dum ætas floret, dum uigẽt artus experire. Cõcito animi gradu, ait maritus, euolandũ eſt mihi ad ſoliũ ſanctiſſimæ Trinitatis, ad ſuppliciter adorandũ, ad vota ꝑſoluendũ Dño Deo: Ait vxor, ne Icarus ſis, noli te vanis diſcruciare curis; Cęlũ nõ lepus, eſt nõ effugiet; Ne corpus inutile prorſus vigilijs tuis reddas; Dicit maritus, Cõuerſatio mea in cęlis eſſe dẽt; ſi vtor hoc mundo, vt non utar enitendũ mihi eſt, meas ſpes oẽs, oẽs curas, amores, deſideria, theſauros in cęleſtib. repoſita habeo: Importuna vxor rñdet, Nimis es importunus; faſtidiũ mihi cũ tuis cęlis generas; relinque cęlos, vel Aſtrologis, vel Monachis; nõ ego te in Aſtrologũ vel in Monachũ duxi. Cubiculi non cęli attẽdenda ſunt modò ſecreta; thori non beatę ſedis procurãdę deliciæ; filiorũ, non caſtarũ affectionũ procreationi vacãdũ eſt; Sic ille q amore vxoris traiectus & vulneratꝰ eſt, à cęlo, quò tẽdebat, miſerè deiectꝰ, ĩ terris & ſępe in

inferno

inferno decumbit: Mulier ab intima Dei coniunctione retrahit virum: Nam indubitatum eſt, paruam oculorum concupiſcentiam, & vnum cor poris contactum, maximas flammas libidinis in corpore excitare: Hoc.n. efficiunt iſta in corpore, q̄ vetitorũ vſus in ægrotãte; nã ſicut ægrotantes quærentes leuem quandam, eamq; breuem corporis voluptatem, prolixio rem ſibi conciliant pœnam; Vt febricitantes, qui cum pauliſper abſtinere nolunt à refocillatione momentanea prohibitorum vel eſculentorum vel poculentorum, longum ſibi inuehunt morbum: ſic & iſti dum ardoribus ſuis ſatisfacere cupiunt, maiores fauillas in titillantibus membris concitare ſolent: Quod ſi vnus oculorum conſpectus, vnus contactus corporis tantas ingenerare flammas poteſt, intolerabilem ignem intra ſe cogũt fer uentes ſemper, ſemper mulieri cohabitantes, ad latus eius ſemper aſſiden tes, ſimul cœnantes, & per totos dies noctéſque confabulantes, vt nihil aliud addam, intempeſtiuos riſus, effuſos cachinnos, mollia verba, atq; alia inhoneſta audientes, & in eadem habitantes domo, eodemque communi cantes lecto, vbi vltro citroque eſt omnis libertas factorum. Fit profecto quanto tales magis oblectantur, tanto magis inflammantur; natura', & plerumque Diabolo ſuis artibus hoc curante ad incrementum & perſeuerantiam incendij, vt ardentes & delectentur & doleant; abſurdum quoddam temperamentum in animabus ſuis plantantes. Quod ſi ille qui omnem tranſcendit virtutem, ex omnibus Diaboli retibus extractus, & primus & ſolus tantam fortitudinem demonſtrauit, & omne ferrum & adamantem ſua continentia ſuperans, eneruauit Diaboli poteſtatem; Iob 31. ſic verebatur hęc incendia, & putauit impoſſibile eſſe cohabitare virgini ſine damno, & purum; adeò vt non ſolum à cohabitatione tali procul & longè ſeipſum, ſed & ab aſpectu prorſus ſubduxerit, legemque poſuerit oculis ſuis, omninò in virginem ne reſpicere quidem: Sciebat.n. manifeſtè quod non ſolum cohabitantem, ſed & reſpicientem curioſè in faciem virginis, difficile, forte autem & impoſſibile ſit, non conſumi amoris flam mis: propter quod dicebat, ne cogitem quidem de virgine; Si præco ille veritatis qui totum circuiuit orbem, qui de ſeipſo verba illa ſapientia plena dicere potuit; Quod non iam ipſe ſit viuens, ſed Chriſtus in ipſo: & quod crucifixus ſit mundo & mundus ſibi: & quod quotidie moriatur, poſt tantam Spiritus gratiam; poſt tanta certaminum ſpecimina, poſt tam innumera pericula; poſt tam eximiæ ſapientiæ ſtudium, in carne ſua continuam concupiſcentiæ rabiem, flámmaſque aſſiduas perſentiebat: Datus eſt mihi, ait, ſtimulus carnis. Si ſancti illi Anachoretæ ferro totum cor pus obligantes, & ſacco veſtientes, & ad vertices montium currentes, cõtinuis vigilijs ac inedia ſe conficientes; omnem diſciplinæ ſeueritatem exercentes; modò in gelidæ aquæ fluuium, modò in vepres & ſpinas, modò in carbones ſuccenſos, modò etiam in rogum ſuccenſum ſe conijcientes, vix auſteritate iſta inaudita ignem quandoque libidinis reſtinguere.

 potuerunt:

potuerunt: Quid facient illi, qui neque ſterquilinio Iobi digni, nec gratia ſic repleti vt Paulus; nec ita exhauſti & macerati vt Heremitæ illi, nec abſtracti à mundo vt religioſi primitiui, ſed mulieribus ſemper diu noctuque commixti, quibus ignibus non exardeſcent? quę incendia non perpetientur? Audias nonnullos amantes ſe Salamandræ nomine vocare; eò quod, vt de Salamandra fabulantur, ignibus perpetuis nutriri ſe teſtantur: nonnulli ſe Phęnicem eſſe dicũt; eò quòd vt Phęnix ſic illi, vitam flammis exuſtã flammis reuocant; plerique ſua corda Æthnam eſſe perhibent, quia vt mons ille, ſulphureas ardentiſſimaſque ſemper vomitant flammas: Ea ſiquidem natura carnis eſt, vt ex carnis contactu concaleſcat, maioreſque concipiat ignes: Nec mihi hic gratiam Dei in medium adducas, dicens, Gratiam Diuinam in Sacramento Matrimonij datam, facem flammaſque iſtas extinguere: Hoc.n.ego non inficior; imò fateor: at non ea conditio gratiæ eſt, vt illum fomitem ex toto expũgat, vel reprimat: relinquit ſemper aliquam ſcintillam, in naturæ latebris reconditam; quam poſtea homo gratiæ diuinæ auxilium reſpuens, paſſionibus corporis agitatus exſuſcitat; & ingentes flammas ſæpiſſimè inaduertenter in ſe ſuccendit: Sed ſi libet, & hoc tibi demus, qđ gratia hos ignes ſuffocat: certusne es te vel vxorem tuam futuram ſic eſſe animo diſpoſitũ, vt dignum gratiæ receptaculum ſitis? At innumerabiles ſunt qui nedum non receperunt in hoc Sacramẽto gratiam, ſed veluti pecudes ad hæc veneranda myſteria acceſſerunt. Certò tibi deinde perſuades, te per totum vitæ tuæ tempus in Sacramentalis gratiæ virtute perſeueraturum? At hęc per vnum affectum mortalis labis dilabitur: De nullo eſſe ſecurus potes, pręter q̃ qđ in matrimonio ſempiternos ignes perſentias neceſſe eſt: Aduri autem igne Diuino, & igne carnalis libidinis eidem cordi non facile; quinimò impoſſibile eſt: Mulier igitur ab intima Dei coniunctione, quæ per amorem intenſum fit, retrahit virum: Quis enim tunc dum amoribus illis impuris ardet, Dei ardet amore? Quis dum mulieri miſcet corpus, Dei expetit commertium? Quis dum ſe totum vxori dedit, ſui aliquã vel minimam partem Deo dedit? Reuocabo vobis in memoriam matrimonio iunctorum mores, & conſuetam viuendi normam: Deus per ſuos miniſtros dicit, poſſideat vnuſquiſq; vas ſuum non in paſſione deſiderij; mulier nouas ſemper fauillas in marito exſufflans, paſſionibus illum eſſe obnoxium videre cupit: Deus dicit, abſtinete etiam ad tempus à congreſſu, vt vacetis ieiunio & orationi; date aliquam partem Deo & animæ veſtræ: fallax mulier virum à ieiunio arcet; impotens inquit eris: orationem illi inhibet; nolo, ait, vt ſis monachus: Salutis nullam habere curam tacitè ſuggerit; veniet ait, tempus decrepitæ ætatis quando ſpiritualibus operã dabis: A Deo ipſo auellit: Audiſtis quomodo ſapientiſſimũ Salomonem à Deo ad idola conuerterint mulieres: Cum eſſet ſenex, loquitur ſcriptura, deprauatum eſt cor eius per mulieres, vt ſequeretur Deos alienos; nec

erat

erat cor eius perfectum coram Domino Deo ſuo, ſicut cor Dauid patris eius: Quod ſi fortè non ita petulantem, ſed contentioſam ſortitus fueris vxorem;illa quoque te à Deo tuo auertere conabitur: Dicet forſan tibi,vt quondam ſua Iobo: Adhuc permanes in ſimplicitate tua? Benedic Deo & morere: Si verò non hos excedet pudoris terminos, quot occaſiones maledicendi,blaſphemandi,iraſcendi tibi quotidie ſubminiſtrabit? quas nō rixas ciebit? quæ non fomenta diſcordiarũ præparabit? Quibus tu cōmotus quot non facinora patrabis? quod peccati genus non committes? Peierabis, maledices,zelotypus eris, iracundia æſtuabis; proximo ſcandala conſtrues; mille alia ſcelera patrabis,quæ te à Deo tuo in ſempiternũ diuidere,niſi pœnitueris,poſſunt. Adde,ſi nihil aliud foret præter curas & ſolicitudines quibus neceſſe eſt matrimoniali connexos vinculo, à Dei conſortio diſtineri. Qui enim ſine vxore eſt, ſolicitus eſt quæ Domini ſunt; quomodo placeat Deo: Qui autem cum vxore eſt, ſolicitus eſt quæ ſunt mundi,quomodo placeat vxori;& diuiſus eſt: Neceſſe eſt illum qui vxori mancipatus eſt,tota die diſrumpi negotijs,vt vxori & familię faciat ſatis: ſiquidem ſine labore & ſolicitudine graui,illa quæ ad vſum mulierũ ſpectant perfici nequeunt: Quis enim torques,monilia, armillas,mitras,diſcriminalia,periſcelidas,calathiſcos,muręnulas, olfactoria, & inaures & annulos,& gemmas pendentes,& mutatoria,& palliola,& acus,& ſpecula,& ſindones & vittas,& terriſtra, & reliqua ad ornatum muliebris corporis ſpectantia,numerare ſufficit? His.n.modo Chriſtianæ fœminæ ac ſi venales mulæ eſſent,internam ſuam turpitudinem operire ſolent: Horũ autem omnium diligētem curam,maritum habere oportet: Deſiderat veſtem holoſericam? In inſtanti coemenda eſt: vult torquem aureum? Eundum eſt;licet ad extremos Indos,ad eam comparandam: In pedum articulis præ mollicie conſiſtere nequiens, quadrigam exoptat? Diuēdendæ ſint poſſeſſiones licet; licet in captiuitatem venundandi ſint ipſi filij,parendum eſt: Omitto nunc quod maritum ſæpe in puellarum turba ſolum quaſi choraulē in orcheſtra, oportet verſari: quo quid turpius & inhoneſtius? Illud etiam ſilentio prætereo,quod maritum quotidie familiaribus & famulis ſuccenſum eſſe oportet,ob res quæ ad vxorem ſpectant: Nam ei neceſſarium omnino ſilere, & omnia negligere, & ab illa increpari, vel dicentem & increpantem confundi,& vide quid contingat: Nam qui iuſſus Dei etiā res tractare,illis neglectis muliebria negotia tractat: Etenim vaſa muliebria afferre non detractabit ipſe argētarijs vel alijs artificibus; ſubinde rogans num ſpeculum Dominæ præparatum ſit,num cadũ,num lecythum reddiderint; Hinc iterum ad vnguētariam officinam currit diſputans de aromatibus Dominæ; ſæpe etiam pluſquam mediocri ſtudio: nec detrectabit ſi & pauper criminandus ſit: Deinde ab vnguentaria ad vendentem lintea;& ab illo iterum ad pellionem: Non enim verentur imperare hæc parua,quæ vt aſinis,maritis abuntur; qa vident eos valde obe

Serm. contra concubinarios.

dientes,& gratiam habentes imperanti vxori maiorem, quàm alij miniſtranti. Hinc rurſus, ſi quando aliquid apparandum, quod ad circumgeſtabile tabernaculum pertinet,vſque ad veſperam impranſi perſeuerāt officinis affixi: Et de loco non eſt miraculum, ſed & quod miſeris famulis ſunt moleſti,& frequenti iniuria & inclamatione, & clamore hos perurgent: Et hæc quidem in domo & foro contingunt, ſed ferunt his multò magis ridicula;In Eccleſia dici non poteſt, quanta ſit confuſio: Nā ſicut nemo ignorat ipſorum locum contemptum & illiberalem ſeruitutem;ſic & in loco hoc ſancto,& terribili, omnibus intemperantiam ſuam prædicant;Ante fores ipſas excipiunt ſeruorum loco, illæ verò pompā ducunt, & præambulantes faſtum ſpirant videntibus omnibus, & non humiliter deſcendunt,ſed cum exultatione aſſultant; id in ſancto & reuerendo Sacramentorum tempore, miniſtrando; multas vt placeant occaſiones, his qui eas vident,prębētes. Illos verò miſeros & calamitoſos maritos ab hac gratia prohibent, idque miris technis & aſtu. Quod ſi quis vel his vel illis maledicere vellet; quid maledicto hoc inueniret atrocius? quam vt tam innumeris teſtibus intemperātia eorum arguatur? Quid opus eſt dicere,quot in Eccleſijs ob illarum gratia ſubuertantur?quot Diuina opera à multis negligantur,vt ne has irritent? Et quid dico ne irritēt? Si quis tantum inſuauiter & triſtius eas videat,omnia mauult ferre, quàm diſſimulare illā hoc paſſam,& non vlciſci. Sic miſeri & calamitoſi mariti,nec Dei amore flagrare,nec ſalutis propriæ curam gerere,ſed ſingulis diebus velut in inferno diſcruciari coguntur: vt verum quoq; de illis dicere poſſimus, Vinum non habent: Vos ipſi vel inuiti ſæpenumero confitemini, vos potius dæmonibus cohabitare velle,quàm vxoribus;quod illæ vos nō uino ſed abſynthio,non delicijs ſed miſerijs,non ſuauibus, ſed amariſſimis venenatiſque calicibus inebriare ſoleāt:Quotuſquiſque ueſtrum eſt, ò coniugati,qui non magis labores quàm requiem, non potius ſeruitutē, quàm libertatem,in uxoris complexu reperit?non curis inexplicabilibus ſe implicuit?nō animę ſalutem neglexit?non Dei oblitus eſt?Dicat mihi, cur libentius domum quàm Eccleſiam, forum quàm oratorium acceſſit? cū quali deuotione orationē Deo fudit?lachrymaſne in meditatione deſtillauit?in cinere & cilicio,in planctu & eiulatu pœnitentiam pro erratis egit?Dicite,an profectus aliquos virtutis inſignes fecit?an paſſionibus reſtitit?an Dei amore exarſit?an frequentius cum Deo quàm cum vxore ſermones miſcere cupiuit?an cœleſtia ardentiſſimè deſiderauit? totumne ſe ad cœlos contulit?omniane ſua in Deo repoſuit?an uerò magis mundum & carnem,& uxorem,& filios & rem domeſticam, quàm ſpiritualia curauit? Hæc omnia uos uoſipſi fatemini: Maiores uos cruciatus cum uxore quàm in heremo reperiſſe;& quod moleſtius eſt,animas ueſtras in matrimonio perdidiſſe,non ſaluaſſe;dæmoni ſuccubuiſſe,non reſtitiſſe:Oro igitur,cum Chryſoſtomo, & ſupplico & ante genua ueſtra me prouoluo,

& om-

& omnibus preces offero, perſuadeamini, & ab hac ebrietate redeamus: ſimus ipſi noſtri compotes, & agnoſcamus honorem quem dedit nobis Deus; Nos uocauit Deus ad conſortium Diuinitatis, ad nuptias illas delitijs omnibus refertas, ad connubium amoris ſui fęliciſſimum; quid melius? quid nobilius? quid dulcius? Deo, an uermi, an viuo cadaueri, putido, ſordibus repleto copulari? Paulum clamãtem audiamus, Ne ſitis ſerui hominum: non quæramus ut ſeruiamus mulieribus ad cõmunem omnium noſtrum perniciem; Milites nos eſſe Chriſtus vult, & ſtrenuos, & athletas; Non propter hoc in baptiſmo nos armauit armis ſpiritualibus, vt mulierum miniſteria ſuſcipiamus? vt circa lanas & ſtamina & alia miniſteria verſemur? vt aſſideamus ad mulierculas nentes & texentes? vt totũ diem cõſumamus, verbaq; & mores muliebres in animis noſtris imbibamus. Sed vt configamus inuiſibiles virtutes, quæ nobis aduerſantur: vt Diabolum percutiamus, qui contra nos militat: vt abigamus feroces Dæmonum phalanges: vt ſubuertamus eorum præſidia: vt poteſtates mundi Dominos, & rectores harum tenebrarum ligatos in ſeruitutem ducamus: vt ſpiritus malitiæ in exilium pellamus; vt ignẽ ſpirẽmus diuini amoris: propter hoc induit nos thorace iuſtitiæ; propter hoc cinxit nos zona veritatis, propter hoc impoſuit galeam ſalutis: propter hoc calceauit præparatione Euangelij pacis & tradidit gladium ſpiritus; propter hoc ignem accendit in animabus noſtris: Si igitur militem aliquem, poſtquam induerit galeam, brachialia, thoracem; poſtquam acceperit ſcutum, gladium, lãceam, tela, ſagittas, pharetram, tuba iam claſſicũ ſonante & omnes euocãte, hoſtibus magno impetu ſæuientibus, & Ciuitatem à fundamentis euertere molientibus; videres non in agmen foras currere, ſed in domum ingredi & mulieri aſſidere cum armis: an non, ſi modo liceret, gladio medium transfoderes, ne ſermone quidem eum dignatus? At ſi tu adeò turpe illud æſtimas; tantò turpiora & abſurdiora ſunt hæc quæ matrimonio iuncti agunt, quam illa: quanto & grauius bellum, & hoſtes truculentiores, & præmia, pro quibus bellatur, maiora, & omnia in ſumma tãtum tranſcendunt, quantum vmbram veritas: Itaque ne effæminemus robur noſtrum; ne ſuccidamus neruos noſtros matrimonij vinculis: Nam ſicut ſi quis leonem ſuperbum & toruè videntem arripiat, & iubas auellat, dẽtes excutiat; vngues amputet turpemq; faciat & ridiculum, terribilem illum & intolerabilem, & rugitu ſolo omnia concutientẽ, facile iam à puero vincibilem; ita & hos omnes, quos matrimonio mulieres capiunt, facile poſſe capi faciunt à Diabolo, molliores, concitatiores, impudentes, inconſiderantes, iracundos, audaces, intempeſtiuos, humiles, abiectos, ſeruiles, illiberales, ſordidos, nugaces, auaros; & in ſumma corruptos omnino mulierum mores in animam illorum immittunt & inſerunt: Etenim fieri non poteſt mulieri cohabitantem cum tanto amore, & cõſuetudine eius emollitum, non eſſe ſordidum quoddam, & vile mãcipium: Quia ſi quid

1. Cor. 7.

loqui-

loquitur,de ſtaminibus & lanis loquitur lingua eius,qualitate muliebriũ verborum infecta: Et ſi quid facit,hoc magna ſeruilitate operatur, & ſeipſum procul à Chriſtiana libertate ſeiungit;ad nihil eximium,& quod prę clarum ſit vtilis. Nam cum ad ciuiles & ſæculares hominum res nõ adeò vtilis ſit,multò minus ad magnitudinem rerum ſpiritualium; quæ tantò generoſiores vires requirunt,vt ne attingi quidem poſſint,niſi ab his qui ad eas tranſituri angeli ex hominibus fiant:Ne igitur his implicemini negotijs;illa relinquite ijs qui iam inſupportabile iugum hoc ceruicibus impoſuerunt ſuis;vos autem ſectamini meliora connubia,Dei amorem,eiuſque conſortium:Propter hoc.n.filius Dei venit in mũdum, vt filios Dei, à Deo diuiſos,in illam ſummam ineffabilem Dei vnitatem colligeret, nõ vt nos carni manciparet: An igitur Chriſtiano ducenda ſit vxor? aliqua ex parte intelligere potuiſtis conſilium, quod non ſit ducenda:eò quia à Dei amore & intima eius coniunctione auellit: Quod ſi & alteram rationem audire vultis.Quamobrem Chriſtiano non ſit vxor ducenda? ea eſt. Quia vinum coniuges non habent: Ducas quam volueris vxorem : Formoſam,diuitem,viduam,virginem,pauperem, deformem ; non vinum, ſed fel & abſynthium in matrimonio guſtabis : Si deformem? ſempiternam habebis peccati tui pœnam; non eam ob vitium corporis intenſo diligens amore:Si nec turpem,nec ſpecioſam ? tibi ſummopere diſplicebit ei plurima ad ſpeciem deeſſe: Si pudicam & caſtam ? ſuam caſtitatem & pudicitiam tibi improperans, te vel ſalacem, vel alienis feruentem amoribus iudicabit:Si diuitem?te in ſeruitutem ferream conieciſti;Si ſpecioſam ? ab omnium impudicis oculis illam cuſtodire cum te oporteat ; Zelotypiæ morbo crepabis medius:Si laſciuam?te ignaro,fabula vulgi eris: te ſciente ? perſonatum vel laruatum te incedere oportet,ne digito monſtreris Cornelius eſſe: Si nobilem ? totam ſubſtantiam effundas neceſſe eſt in veſtimenta,gemmas,lapides precioſos,monilia,domus ornamenta varia, caudas, caudatarios,currus, quadrigas: Alias exiſtimes te in lecto cum cornice cubaturum , quæ auribus tuis totas noctes inſuſurrans vel te conuitijs proſcindet,vel maximam dotem ſe attuliſſe iactabit,vel aliarum exemplis tibi ſuadebit ambages inſolubiles:Ego vnicam veſtem vix & hanc de ſerico vili ſingulis diebus veſtio;aliæ byſſinas,holoſericas,ſex & octo habent: ego pedibus Eccleſiam ire cogor;aliæ curribus vehũtur: ego vnam vix ancillam habeo ;aliæ ſeruorum & virginum ſtipatæ cateruis in publicum procedunt: hæc & illa pompoſa cum faſtu diebus ſolennibus vel in congreſſibus comparet; ego domi deliteſco miſera: O quos cruciatus,quos dolores tunc non ſuſtinebis? Graue eſt.n.ſi ſe magis ignobilem vel pauperem quis agnoſcat vxore;graue etiam ſi ditior ſit illa quæ nubit:vno.n.facultates mariti imminuunt; alio libertas & authoritas deperit.Quod ſi aliquid horum precibus deuictus illi conceſſeris,illa propter te à verecundia excidet, & malam atque pernicioſam uiciſſim exhi-

bebit retributionem: Nam & ornabitſe curioſius,& delicatiorum veſtiũ, & pgreſſus in publicum multam curam habebit;& quæ non licent quotidie nugabitur,& te ſi non manifeſtè, certè ſecretò irridebit, & ſua gloriabitur tyrannide,& fidem quam tibi pollicita fuerat alteri ſeruabit: Quot enim Suſannas hac tempeſtate dabis mihi,quę potius vitam,quam caſtitatem deperdere velint? Quot Lucretias? quot Penelopes? vel quod Annas? Rara auis fœnix in mundo,rarior eſt coniugum obedientia & fides: Quod ſi nihil horum perpeſſus fueris, non tamen adhuc totam dulcedinem melleam deguſtaſti: Si enim contentioſam duxeris, innumeras tibi quotidie moleſtias inferet;tibi erit rebellis,conſanguineis tuis rigida;vicinis auſtera,erga ſocrum autem rabie furens. Si tractaueris illam bene? illa malis omnibus te afficiet: Si male? peiora tibi machinabitur: Si in eã imperioſus eris?illa parentum turbam in te concitabit: Si te humiliaueris ei?te contemnet. Tu illud,illa aliud appetet: Melius vt eſſet commorari leoni & draconi, aiebat Sapiens, quam habitare cum muliere nequam; Non eſt enim caput nequius ſuper caput colubri,& non eſt malitia ſuper malitiam mulieris: Te luſcis oculis ſemper contuebitur; adagijs perſtringet conuitioſis;mentem tuam ante tuos oculos vt furijs acta infernalibus intendet;tecum vt quædam Circe vel Megæra, vel Tiſiphone commorabitur; quæ te ſerpentinis flagellis cædet, & mille omnibus horis mortes coget ſuſtinere. Hinc te oportebit ſemper diſſimulare, & oculis obtectis nihil illorum quæ ipſa patrat videre; neceſſum deinde erit vereri toruos parentum eius aſpectus; obmuteſcere ad ſocrus tuæ frequentes reprehenſiones, & quotidie ſingulos felleos ebibere calices. Quod ſi ſorte obtigit tibi aliqua & nobilis,& diues,& formoſa,& pudica,& honeſta,& tuo amore feruens vxor; (Quis autem eſt adeo fœlix, qui tali vxore potiturũ ſe vel ſperare auſit?) plurimis adhuc vexabere malis: vel.n.ſterilitate amariſſimam tibi dotẽ inducet;vel partubus flacceſcet,& immatura morte ſua vel paruuli nati,perpetuos luctus tibi miniſtrabit; Ægritudo deinde tentabit paruulum,& formido citæ mortis diſrumpet tua viſcera. Qui autem ſuperuixerit, creſcentibus annorum gradibus,curas tibi animi inferet,vt ſemper pro eo aut timorem ſuſtineas,aut dolorem; Rei autem familiaris cura,& labor ita te diſcruciabit,vt poſt noctes inſomnes,poſt ſudores ſanguineos,poſt corpus laboribus exhauſtũ, poſt animum curis,& anguſtijs oppreſſum, mille mortes te ſubire & infinitos angores perpeti videbis; vos qui ſæculi huius fruimini delicijs, qui calceos iſtos in pedibus veſtris portatis; quotidie experimini quid ſecũ afferat vinculum matrimonij, qua in parte premat vos calceus melius ſcitis; vnde & ſingulis horis cubicula, domos,forum, Eccleſias, non niſi querimonijs oppletis: Et erit aliquis Chriſtianus ſanguine Chriſti à mundi negotijs, à ſolicitudine,à ſeruitute miſera erutus,& in libertatem ſpiritus aſcriptus,qui hoc duriſſimum iugum humeris imponet ſuis? Erit aliquis ſanguinis Chriſti

cali-

calice inebriatus, fauoque illo dulciſſimo Euchariſtiæ mellis refectus, qui amarum hunc calicem deſiderabit? qui felle & aceto, præ ſuauiſſimo ſpiritus vino, potari cupiet? Chriſtian⁹ es: Ingenuus es? ne vincula ferrea manibus tuis & pedibus iniijcias; ne te in grauiſſimam, eamque muliebrem ſeruitutem traducas: Tuæ animæ cura tibi commiſſa eſt? quid tibi cũ mulieribus curis? Ex vberibus Eccleſiæ matris, ex hydrijs lapideis Sacramẽtorum mel & lac & vinum conditum deguſtaſti? exhorreſce, labia tua auerte, ne ſugas capita iſtarum draconum & viperarum: Amorem tuũ ardentiſſimum Deo conſecrare debes? ne adames cum illo carnem, quæ tibi ſordes & dolores, & tribulationes ingenerabit: Ad connubium Dei à Deo vocatus es? reſpue connubium hoc carnale: qui.n. cum vxore eſt, ſolicitus eſt quæ ſunt mundi, quomodo placeat vxori & diuiſus eſt: Qui autem ſine vxore eſt, ſolicitus eſt quæ Domini ſunt, quomodo placeat Deo: Bonum eſt igitur homini Chriſtiano mulierem non tangere: Quod conſilium vt vobis ipſe Saluator mundi inſpiret & ſuadeat, omnes proſtrati orate, Deum benedicentes in ſæcula, Amen.

Nuptiæ factæ ſunt in Cana Galilææ.

FASCICVLVS SECVNDVS.

Catholico ducendane vxor alterius Religionis?

NATVRAE ſcrutator diligentiſſimus Ariſtoteles, dum illud quæſitum examinaret, Ad quemnam modum, ea quæ ab inuicem diſiuncta ſunt, ſimul copulari poſſint: tale decretum de diuerſarum rerum vnione protulit: In habentibus ſymbolum, facilis eſt transformatio: in non habentibus, vel impoſſibilis, vel certè difficilis. Voluit dicere. Illa quæ à ſeipſis naturali quodam diſſidio diſparata ſunt, ſi naturæ vinculis coniungi debẽt, ſimilitudinem aliquam inter ſe habeant, neceſſe eſt. Coniugium.n. illud cum in nexu quodam interno eoque intimo conſiſtat; nexus autem ille, ea ad inuicem, vnum.ſ. in aliud, videatur transformare: transformationis verò illius ſumma eſt, in vnius rei cõmunione & æquali participatione: ſi aliqua diſſimilia omnino ſunt, ad eiuſdem rei æquam participationem coire nequibũt; quod.n. vni optimũ, alteri peſſimum videbitur: Si ad mutuã participationẽ conuenire nequeunt, nec vnum in aliud, id eſt, in inuicem transformari poterunt: Si transformari ad inuicem non poterunt, cõiugij fœdera firma fruſtra attentant: Symbolizatio igitur ſeu ſimilitudo mutua, neceſſaria eſt omnino illis, quæ nodo aliquo intimo copulari debent

bent: Cur ignis cum aqua ſempiterno odio ferueant, & non aliquando ſibi conglutinantur? Cur aqua cũ aere perpetuis amplexibus mutuò ſe connectunt? Quia in illis nulla; in his maxima ſimilitudo eſt: Quamobrem lupus leonis ferociſſimi, & lupi manſueta ouis refugit, ſed ouis agni, lupus lupi, leo leonis exoptat conſortium? quia in his maxima, in illis nulla naturalis conformitas eſt: In habentibus ergo ſymbolum facilis eſt transformatio; in non habentibus vel impoſſibilis vel ſaltẽ difficilis: Ad hanc veritatem, naturæ & experientiæ teſtimonio firmatam, Antiqui dum Matrimonij leges ſtatuebant reſpicientes, Viro in ſtatu, conditione, in religione, in moribus, ſimilem quærẽdam eſſe vxorem præcipiebant: Vxores, ait quidam, ſibi deſpondebunt, quæ neque nobilitate generis, neque diuitijs eos multum ſuperent: Sapienter enim dictum eſt, Tibi congruentem ambi: Qui enim multò ſe præſtantiores ducunt vxores, non mariti earũ, ſed dotis ſerui ſua imprudentia fiunt. Vxores ducent quæ eoſdem noſſe Deos & colere ſciunt; ſuperuacaneis autem religionibus, & alienis ſuperſtitionibus fores occludent: Sic.n.fiet vt animorum cõſenſio à carne incepta, paritate autem coalita, perpetuò perſeueret. Hoc quoque Deus ipſe Iſraelis populo, mihi videtur præcepiſſe, dum per Moyſem ait, Omnes viri ducent vxores, de tribu & cognatione ſua, & cunctæ fœminæ de eadẽ tribu maritos accipient, nec ſibi miſceantur tribus, ſed ita maneant vt à Domino ſeparatæ ſunt: Iuxta hoc Dei mandatum, procul dubio, matrimoniũ inierunt hi, quorum hodie nuptijs intereſſe dignatus eſt Saluator mundi. Eiuſdem enim religionis, quia Iſraelitæ; eiuſdem ſtatus, quia vterque Cananæus; eiuſdem conditionis, quia ex eadem tribu & familia: eiuſdem nobilitatis, quia vterque ruris incola; eiuſdem gradus, quia vterq; virgo: earundem facultatum, quia ambos (vt Euangelium defectum vini recenſens innuit) pauperes fuiſſe veroſimile eſt: Hac ego occaſione motus, contra præſentis temporis abuſum intolerandum diſputationem inſtitui: Catholico viro ducendane eſt vxor diſparis religionis? quæ vel Hebræa, vel Gentilis, vel Hæretica ſit? an non? Quæſtio hęc quam neceſſitatem, quęve emolumenta adferat, ſi ſcire deſideratis? percipietis ex progreſſu maximam neceſſitatẽ, vtilitatemq; ſummam: Demonſtrare enim vobis contendam in eius diſſolutione ſi non primam, ſaltem non vltimam ſalutis animæ veſtræ, (qui coniugia expetitis) partem conſiſtere: ad oculum oſtẽdam vobis, q alterius religionis ſponſas exquiritis, in tali copula non poſſe eſſe nec fidẽ, nec amorẽ, nec puerorum educationem honeſtam; animam verò in ſummo diſcrimine ſalutis verſari: Sed vnde ego ſermonem meum ordiar? à fide? an ab amore? hęc.n. duo ſunt præcipua, quæ matrimonio iuncti ſibi inuicem pręſtare inuiolabilia tenentur: Incipio à fide matrimoniali; & conſtanter affirmare non dubito, Catholicũ qui vxorem ducit hęreſi infectam, fruſtra fidem coniugij ab ea vxore expectare: Firmamentum ſtabilitatis, aiebat Cicero, conſtantiæq; eius quã in amicitia quęrimus, fides

Num. 36.

In Lęlio.

des eſt, nihil.n.ſtabile eſt, quod infidum eſt: Quis verò nomine fidelis vo candus eſt? vel ex quo ſumma fidelitatis promanat? ſubnectit ille. Simplicem & communem, & conſentientem, ideſt qui rebus ijſdem moueatur, eligi par eſt: quæ omnia pertinent ad fidelitatem: neque enim fidũ, (audite obſecro ea quæ ſequuntur attentè) poteſt eſſe multiplex ingenium & tortuoſum: neque verò, qui non ijſdem rebus mouetur, & natura conſentit, aut fidus, aut ſtabilis poteſt eſſe: Quid clarius? quid verius poterat dici? Fidem illa vxor marito ſeruare nunquam poterit, quæ non ijſdẽ rebus mouetur, quibus maritus; quæ non in eandem religionẽ conſentit in quã maritus: quæ non idem, eadem doctrina imbutũ, ingenium habet, vt maritus, ſed multiplex, tortuoſum, difforme: Fedifraga, & adultera vxor erit illa, quæ à te religione diuerſa eſt: Quæ authoritas, vtpote Gentilis, ne temere à me in re tam ſeria producta videatur, hanc tali comprobo argu-

Sermo. de matrimo. & libr. de vol. con. et aſſe. ar. 16.

mento: Quotidie in auribus veſtris perſonat ex impuro Lutheri gurguſtio exhalata doctrina, Rem vxoriam tam eſſe cuique neceſſariam quam eſcam, potum, ſomnum: Quare, ſicut quouis cibo & potu apud Lutheri diſcipulos, vti, ita quouis corpore abuti; cuiq; ſiue vxor, ſiue ancilla, ſiue maritus, ſiue adulter ſit, & vxori & marito commiſceri licitum eſt. Vnde & illud ab eius petulantiſſimo ore proceſſit, Si nolit vxor, aut non poſſit, veniat ancilla: Si nolit maritus, aut nõ poſſit, accedat adulter: Hãc impuriſſimam eius doctrinam non ſola Lutheri ſchola retinuit, ſed longè latèque omnes hæreſi infectos corrupit, Pluſquam obuijs vlnis illam acceperunt Zuingliani, Caluiniſtæ, Bezani, Sacramẽtarij, SuincKfeldiani, Melanchtoniani, Trinitarij, & ſiqđ aliud genus hæreticorũ eſt: Anabaptiſtæ autẽ, & Adamitæ, & ſi qui alij eodem luto immerſi alio nomine vocantur, nudi cum nudis fœminarum corporibus ſacra Molochi facientes, aiunt ad quamcunque, ſiue ea vxor, ſiue ſoror, ſiue mater, ſic & fœminæ ad quẽcunque ſiue ille maritus, ſiue frater, ſiue pater etiam ſit, Spiritus meus tuũ deſiderat ſpiritum; & ſic adinuicem adulteros & inceſtuoſos quotidie miſcent carnis complexus: Rarò etenim hæreticus, imò nunquam diligit caſtitatem, vt aiebat Hieronymus: Nunquam carnis æſtro percita mulier, ſi carnis ſequi laſciuos impetus religione non ei inhibitum ſit, continentiã meditabitur; ſed vel in tantam progredietur inſaniam, vt ipſa & procum agat, & in thorum ſuum aliquem, nil tale cogitantem ſuperinducat, eique diuaricabit crura; vel alienis nõ reſiſtet amoribus, ſed eis continua fomẽta occaſionibus multis, & ipſo corpore miniſtrabit: Si enim quibuſcunq; artibus cibum quemlibet quærere ei à religione ſua permiſſum eſt; congreſſus aũt carnis æquè neceſſarius eſt ac cibus & potus; carnis quoq; explere concupiſcentiam, ſiue cum viro, ſiue cum adultero, ſiue etiam cũ fratre non illicitum eſſe iudicans, ad opus vſque conſummandum prodibit. Tu igitur qui fidem datam vxori, morte ſola diremptam eſſe velis; qui adulterium, vt peſtem matrimonij, deteſtaris; qui continentiam certis ſta-

tis die-

t's diebus ſeruare,& à carnali commercio abſtinere, à religione Catholica edoctus es; ab ea fidem matrimonij expectas, quæ vel in Eccleſia, vel in foro,vel die feſto etiam,vel ieiunij tempore,vel cum adultero,vel cum patre etiam congredi,vel nullam fidem Catholico tanq̃ hoſti ſeruandam à ſuis procaciſſimis miniſtris,à teneris vnguiculis imbuta eſt?ab ea tu fidem matrimonij expectas,quæ & omni tempore, & omni loco, & omnibus perſonis ſuccumbere neceſſarium eſſe vt cibum & potum,exiſtimat? ab ea tu fidem deſideras,quæ exempla laſciuorum & turpiſſimorum ſuorum parentum(rarò.n.ait Hieronymus, diligit hæreticus continentiam) quotidianis obiecta conſpectibus contuens, ijſdem delectata & aſſueta libidinoſis congreſſibus,parentes ſuos ea in re imitandos religione informata putat? Crede mihi,quæ vxor nõ ijſdem rebus mouetur vt tu,ſed diſparata longè amplectitur dogmata;quæ nõ illis quibus tu conſentit ſententijs,ſed diuerſos ſeducta errores perſequitur,nec fida, nec ſtabilis eſſe poteſt. Infinita propemodum & quotidiana vobis proferrẽ fidei,ab eiuſmodi vxoribus violatæ Catholicis viris exempla ; illo tantum uno quod & clariſſimum & ſua magnitudine abominandũ eſt contentus ero, quod ſuperiori ꝓximè ætate noſtri aſpexerunt parẽtes. Henricus VIII. Anglię Rex,repudiata ſanctiſſima illa Catherina priori legitima uxore,duxerat contra omne ius & fas Annam Bolenam hæreſi corruptam ;(& ut Nicolaus Sanderus,uir ut doctrinę,ita fidei non poſtremæ adfert) ex ſuo ſemine progenitam filiam;Ipſa,& matrimonij iure,ut marito uxor,& ſanguinis propinquitate,ut filia patri,& conditione beneficij,ut ſubdita Domino, & ſublimitate maieſtatis,vt Regi Regina adſtricta erat ſeruare pollicitam fidem;Quid fecit? Petulantiam fœminarum hæreſi infectarum,exẽplo ſuo omnibus conſpicuam reddidit;Nam thoro Regio minimè contẽta, ut ſalaciſſima iuuenca cuique crura diuaricans ſuccumbebat; nec promiſcuo congreſſu Aulicorum exſatiata, fratris etiam germani, qui ex eodem utero cum ea,de ijſdem ſanguinibus cõcretus,progenitus erat,multis annis expetitos cõſummauit congreſſus; Teſtatur hoc non aliquis Boterus;non Surius,non Sanderus,non Stapletonus,non ſanctiſſimus Martyr Roffenſis;ſed mortis ipſius fœminæ ſententia;quæ ab ipſo Rege Henrico,qui in lecto maritali cum adultero eam concumbentem repererat;in ipſam prolata eſt; Vides quam fidem ſeruauit iſta marito? Vides quod doctrinam,qua ab hæreticis de uiolanda fide imbuta erat, Catholico nubẽs non deſeruit? Nec etiam leges matrimonij, nec beneficij uinculum, nec ſtatus & dignitas ſublimis, nec ſanguinis ipſius iura, nec naturæ horror, ſemel conceptam de promiſcuo congreſſu opinionem ex eius animo poterat euellere,quin ſe omnibus, Regina,uxor,ancilla, filia inſuper mariti ſui exiſtens,exponeret;quinetiam,quod ipſa exhorreſcit natura, ipſius fratris ſemine polluiſſet uterum; Nihil illæ perſuaſiones efficere poterãt, Beneficio & eo maximo Regi deuincta ſum; qui beneficiũ inuenit,compedes

pedes inuenit, quibus vni beneficio aſtrictus, in illius ſolius gratiam viuere, illi ſoli omnia ſua ſtudia, omnes affectus, omnem fidem impendere debet: Matrimonio copulata ſum? maritalē thorum non mihi licet alieno maculare ſemine; non ex alio grauidum geſtare vterum; prius vitā quam pudorem coniugij perdere mihi congruum eſt: Regina toti orbi conſpicua ſum? Indigniſſimū eſt me famulorum expetere amorem, nefandum eſt ſcorti nomine me à Principibus, à Ducibus Regni, ab vniuerſo orbe, ab omni poſteritate vocari; Filia ſum Regis & mariti mei? Portentum ille eſt atque monſtrum certiſſimum humana ſpecie & figura, qui communione ſanguinis parentibus cariſſimis obligatus, non illis fidem, reuerentiā, integritatē præſtat: Tot nominibus obnoxia ſum Regi, Domino, marito eidemque patri meo? Seruanda eſt illi fides, illi ſoli genitale pudoris clauſtrum pateat; illi ſoli lectus meus communis ſit: Nihil horum quę vel feram ipſam moniſſent, Bolenam affecit; & ſeruorum, & Aulicorū, & fratris ipſius deſiderans complexus, ad quem modum hęreſi affectæ fęminę, fidem viris datam retineant, omnibus rationibus commonſtrauit: Et tu qui aliquam eiuſce factionis mulierculam, non adeò nobilem, non ad tā ſublimem ſtatum, non ad ſic præcelſum gradum, in matrimonium aſſumere cogitas, quæ quidē ſit à laſciuis parentibus hęreticis ex libidine prognata, in delicijs & luxu enutrita, quæ congreſſus paternos impuris oculis ſemper aſpiciat, quæ ancillarum & aliquando puerorum experta ſit non nominandos contactus, quæ natura ipſa inflammata inextinguibilibus flammis exuratur, quæ ad naturales ad carnem impetus, moribus corrupta ſit; quæ ad ſcintillas per totum corpus ardeſcentes, ignes nouos de licito cum omnibus complexu, ex doctrina miniſtrorū ſuæ religionis concipiat; quæ quid continentia, quid fides ſit ignoret; quæ non adeo ſanctū vt regalē thalamum conſcendat, quæ non à tot, vt Regina cuſtodiatur ſatellitibus, quam non ſanguis, non beneficium, nō dignitas, non maieſtas, non facti turpis infamia à ſcelere deterreat; imò leges ſuæ Religionis, naturæ vitio adiunctæ ad illud impellant: tu exiſtimas illam tibi fidem integram ſeruaturam? putas te ſolum illius corpore fruiturū? cogitas eam alium nullum ad tuum lectum admiſſuram? Regina etiā ſit, Beneficio maximo tibi deuincta ſit, Filia etiam tua tuo ſanguine concreta & coalita ſit, non crediderīs illi. Neque enim fidum poteſt eſſe multiplex ingenium & tortuoſum; neque verò quæ non iiſdem rebus mouetur & natura conſentit, aut fidelis, aut ſtabilis eſſe poteſt: Proſequor amorem coniugum, & idem de eo quod de fide aſſero: Catholicum qui vxorem ducit hæreſi infectam; fruſtra amorem coniugalem ab ea vxore expectare: In habentibus ſymbolum, facilis eſt transformatio, in non habentibus, vel impoſſibilis vel difficilis: Ego autem dicere, impoſſibile fore, verum amorem coaleſcere, inter illos qui non habent idem ſymbolum Religionis: Certum & indubitatum eſt, amorem perfectum, (non quidem illum concupiſcentiæ

qui

qui brutorum quoque proprius eſt, ſed amicitiæ qui ſi aliquibus hominibus certè matrimonio iunctis communis debet eſſe,) inter illos conſiſtere non poſſe, qui à virtute defecerunt: Cum enim amicitia nihil aliud ſit, vt idem Cicero diffiniebat, niſi omnium Diuinarum, humanarumq; rerum cum beneuolentia & charitate conſenſio: quomodo inter illos amicitia gignetur? quorum alter fidem, integritatem, æquitatem, alter verò cupiditatem, libidinem, audaciam ſequitur? & alter cœleſtia, Diuina alter uerò caduca, incerta, in fortunæ temeritate poſita cõcupiſcit? Ad quẽnam modum inter eos amicitia firmas radices figet; quorum unus dæmoni ſeruiens, ex condicto eius uitam ſuam inſtituit, in omnibus uoluntati & diſpoſitioni eius obtemperat, nihil ſine conſilio eius molitur, in nulla re confuſo eius ordini contraire audet, nihil de ſummo bono, de ſalute animæ nihil cogitat, omne ſcelus turpe & flagitioſum perpetrat; & Deum blaſphemat: & cœleſtibus maledicit, & peierat, & Diuina contemnit, & ſuperiores non agnoſcit, & parentes non reuereſ, & æqualibus omne malum machinatur, & inferiores potentia comprimit; & nullo non facinore ſe contaminat, ſed ad omne nefas præceps ruit. Alter uerò Dei cultor, Diuinis obſequens mãdatis, ad uelle Dei caſtè ſanctè ſuum perficit animũ; dicito mihi ad quemnam modum iſtorum duorum ſceleſti & uiri boni amicitia ſtabilietur? Amicorum non palpanda ſed corrigenda ſunt uitia? tu qui bonus es illum alterum meliorem efficere cõtendes; ille uerò ſe ex Religionis inſtituto uitijs obnoxiũ eſſe teſtabitur. Et ut in propoſita materia de Catholico uiro, & hæretica uxore excurram; Amicorum non palpanda ſed corrigenda ſunt vitia? tu qui Catholicus es tuam vxorem audies ſanctiſſimam Trinitatem blaſphemare; Saluatori noſtro turpes affingere notas, Beatiſſimam Dei matrem conuitijs proſcindere, Cęlitum gloriam in controuerſiam vocare, de Beatis ſpiritibus horrenda confingere mendacia: Audies deinde & illa hominem liberum, nominabit brutum; Antidota ſalutis noſtræ cachinno deridebit; Auguſtiſſimum ſacrificium Miſſæ idololatriam, teque qui de tremendis communicas myſterijs, idololatram vocabit; Papam Antichriſtum eſſe dicendum cenſebit; & tu qui Catholicus es, benigna aure iſta excipies? non ſalutis animæ tuæ, non capitis Eccleſiæ, non Sacramentorum, non immortalium ſpirituum, non ſanctiſſimæ Virginis, non ſuperbeatiſſimæ Triadis cauſam ages? non illius blaſphemum os ſi non contundes, ſaltem comprimes? Maiorem illi venerationem, quam ipſi Deo tribues? nõ illam vt infandam coerceat linguam corripies? Quod ſi facies? illa tibi ſe alterius Religionis eſſe opponet: Papiſticæ fidei, dicet, non ſum; de omnibus his & ſentire & eloqui ex præſcripto religionis meæ mihi licitum eſt: Poſtmodum, nec ſine graui forte dolore & lachrymis proprijs aſpicies oculis; & vxor tua ad ſynagogam ſatanæ properabit; & illic animam ſuam commentis diaboli erudiendam, & pane illo inſipido in inferni furno manibus dæmonis decocto inficien-

S dam

dam præbebit: quibus ſymbolis in ſua temeritate magis ac magis obfirmata, domum rediens, tuam abhorrebit frugalem menſam, & ad aliã in tuo conſpectu erectam, alijs eiſq; illicitis cibarijs refertam aſſidebit; mox crapula & ebrietate amens effecta, vel ad improperandum tibi, teque deridendum conſurget, vel furijs acta inferni omnia ſus deque in domo miſcebit, famulis ſtomachum mouebit, ancillas percutiet, filiorum odio ferueſcet, vel Bacchi poculo incalefacta, turpes conſummare perget amores, vel aliquod aliud flagitium patrabit: tu qui Catholicus es, vitia illa ſi diſſimulabis, grauiſſimo ſupplicio inferni dignus es: Si palam de ijs ipſam coargues; Illa tibi ſe non poſſe obtemperare vociferabitur; Dicet, Ex conſtituto religionis meæ omnia mihi licent: Deus.n.in me iſta omnia, ô ſcelestum os, operatur: nemo malum ſuapte voluntate cogitat; Opera noſtra Deus nequaquam curat; Decalogus nihil ad Chriſtianos: Soli rectè participant cœnę Dominicę, qui triſtes, afflictas, perturbatas, cõfuſas, erraticas, apportant conſcientias: plurima alia fruſta nocẽtiſſima tibi religionis occaſione proferet, & tu iſtam amore proſequeris? tu ex ea voluptatem ſumes? tali conſorte oblectaberis? Amicitia in ſumma Diuinarum & humanarum rerum conſenſione fundatur; vt.ſ.amore iuncti idem velint & nolint, eiuſdem ſint affectionis, eiuſdem voluntatis, idem omnino ſint: Hoc etenim & Paulus docuit: Idem ſapiatis, & non ſint in vobis ſchiſmata: quæ à te in eo quod primum eſt, quo ne gentes & populi multi in vnũ coguntur, diſſidet, in reliquis ad vitam ſpectantibus, quomodo tecum conueniet? quomodo idem ſentiet? deſiderabit idem? Amore alteri coniunctus, ita in eo cõquieſcere debet, cum eo vt audeat ſic loqui vt ſecum, omnia ſecreta ei communicet, intimos mentis receſſus illi detegat: illi tu omnia tua reuelabis conſilia, quæ diſparem religionem, ad linguæ innatam garrulitatem adiunxit? Non tibi venit in mentẽ, quid Semiramis illa Barbara, religione à Nino Rege diuerſa ſuo conſorti fecerit? Fuit illa, teceнſet Plutarchus, famuli Regij olim ancilla; Regiſque pellex; quam cum Ninus Rex ille magnus congreſſus dilexiſſet, eique omnia ſua arcana detexiſſet, adeò ſubegit eum atque defraudauit mulier, vt poſtulauerit etiam ab eo concedi ſibi, vti per vnum diem ipſa in ſolio regio ſederet, daretque mandata. Quod vbi Rex fidei inconſtantis ignarus dedit, imperauitque vniuerſis vt Semiramidi, perinde atque ſibi obtemperarent & iuſſa capeſſerent: Principio ea ſtipatorum pertentans animos, moderatè ſed fraudulenter quædam iuſſit; at poſtq̃ vidit eos nihil refragari, alacriterque obire mandata, capere eos Ninum; mox vincire, tandem necare iuſſit, quibus factis, ipſa Regnũ Aſſyrię per multos annos geſſit: Ne verò mihi obijcias temeritatis notam, me ſine cauſa, dum de Catholico & hæretica pertracto, exemplum Ethnicorum adduxiſſe; licet.n.illud multis rationibus auctũ propoſito huic maximè deſeruire poſſem oſtendere; accipe illud cuius ſacra meminit ſcriptura, de Sãpſone & Dalida: Acceperat contra voluntatẽ

patris

patris ſui, Sampſon fortiſſimus vxorem Philiſtęam religione maximè diuerſam Dalidam: Amorem illi ſuum tot euidentiſſimis ſignis demonſtrauit; Nam & mille hoſtes, & ſęuos leones medios diſcerpſit propter eam; Illa reſpondit ne amoribus illius? Secreta cōcredita ſilentio contexit? Nota oībus vobis eſt aſtutia alienigenę & crudelitas; Ipſa nonacula ī ſomnis raſit, & vinctum Allophylis hoſtibus in prędā & ludibrium tradidit; illū cubilis ſui coniugem cui molliſſimè blandiebatur, cui ſimpliciter adulabatur, quem ſeipſa chariorem habere exiſtimabatur, eum poſtero die vt inimica decepit, quem paulò ante callidis malè blāda palpabat illecebris, velut diligens, hunc paulò poſt morti tradebat inducens: Et quid dices? Quibus odiorū cauſis diſplicuerat vxori? Fortè nō erat ſpecioſus? Et quis eo pulchrior illo tempore videbatur, qui ſeptem crines in ſacrato vertice in ſeptiformis gratiæ imaginē præferebat? An verò non erat fortis, & contemptū ignauiæ ſpernebatur? Et quis illo fortior, qui leonē terribilem in via ſibi obuium ſolus & inermis iniectis manibus ſtrangulauit; & vt ſcriptū eſt, ſicut hędum capratum diſcerpſit? Et qui vna die uetuſtis oſſibus aſini, cadaueris arente maxilla Allophylos mille proſtrauit: Sed pręterea & Sanctus erat, atq; in tantum ſanctus, ut cū ſitiſſet poſt laborē pugnę, in loco ſicco deprecatus in defectu animę ſuę Dñm, ſtatim ex ipſa maxilla q̃ in manu tenebat, erumpente aqua biberit, atque inde ſitis ęſtū ex eodem mortui pecoris oſſe quo vicerat, refectus extinxerit: Et hunc talem, & tantū virū, & pulchritudine, & uirtute, & ſanctitate, vxor ſua ſicuti inimicū decipiens, alligans Allophylis tradidit: Vnde mulier illi tā forti viro præualuit? unde niſi ingenita illi ſimplicitate bonitatis, & ſuę malitiæ calliditate? Nō ſolum.n. curioſa, ſed & ſubdola irrepſit in præcordia mariti ſimplicis, & importunis obſecrationibus, atque illecebroſis blanditijs fatigatū, arcano illo virtutis ſuę ſymbolo ſpoliauit, atq; ita deraſis crinibus uirtute nudatum funditus perdidit: vt quē multa millia hoſtium armata nō vicerant, & ab inerme proſtrata corruerant, hunc una muliercula ſine armis, dolo malitię armata, deuicerit: Quę huius fraudis cauſa? Non alia, q̃ alienę religionis cultura: Et tu qui inferior es Sampſone, alicui ex hiſce fęminis Philiſtęis, laſciuiſſimis Dalidis tuū apeties pectus? tua cōicabis ſecreta? ſecum vt tecum loqueris? Non eſt poſſibile unq̃ ut illa tua cęlet arcana; reuelabit, & te tuis hoſtib⁹ in manus tradet: Accedit illud quod grauiſſimum eſt, quod illa te ex ſui dogmatis Religione, ut hoſtem ſuū iudicabit, oēſque uires mouebit ut tecum tanq̃ cū inimico agat atq; uerſetur: Nouit.n. parentes ſuos, ſempiterno odio contra Catholicos exacerbatos, illorū non ſalutē, ſed internecionē quęrere: Scit Cabilloni actum eſſe conuentū, quo decreuerūt, uniuerſos fratres debere uiribus cōiūctis, ad tres, ut aiunt illi, orbis terrarum peſtes ſiue quiſquilias exterminandas cōcurrere, nimirum Pōtificiā Eccleſiā, Nobilitatem, & Iuriſdiſciplinā: Oculis forte aſpexit, Patris manus ſanguine innoxio Catholicorū coinquinatas:

Chryſ. hom. 15 in Matth.

Hoſius iudicio de dot. Trin.

hunc ab illo excarnificatum, alium ſuſpenſum, alium gladio iugulatũ, illum exenteratũ, hunc in quatuor diuiſum partes, illũ flãmis exuſtum, quẽdam proprio corde cibatũ, alios talparum morſibus necatos, nõnullos in pice & oleo frixos, alios alijs horrendis & indigniſſimis ſupplicijs vel à patre proprio, vel à ſuæ ſectæ cultoribus affectos vidit, vel audiuit: Immanitatẽ eam admirata, cauſam eius non aliam q̃ hoſtile furẽtiſſimum erga nos odium eſſe cognouit; idemq; odiũ è papillis maternis adhuc exuxit: & tu putas talem, tuos amores amoribus repenſuram? Cum igitur hęretica mulier à primis adhuc annis, odiũ erga Catholicos imbiberit, & ei nihil ſecretũ à te cõmittẽdum ſit, in oĩbus à te diuerſa, & ſceleſtis moribus infecta, tibi in nullo obſequi, nihil tecum cõe hr̃e velit: exiſtimas tu verũ amorẽ inter te & illã conciliatũ iri? Neutiquã: In non habentibus.n.ſymbolum impoſſibilis eſt transformatio: Religio.n. & conciliat amicitias & conſeruat: In religione eſt conuenientia rerũ; in religione cõſtantia; quæ cũ ſe extulit, & oſtendit lumen ſuũ, maximè ad amorem permouet: Emẽdati mores amicorum, voluntatũ, conſiliorum, & rerũ ſine vlla exceptione cõitas: beneuolentia, affabilitas, Dei autem vnius in vna Eccleſia ſuper omnia cultus, amorem perfectum inter coniuges generat: Quod verò ad tertium coniugij bonum, puerorum ſ. educationem attinet, illis quoque ſi ex Matre hæretica progeniti fuerint à te peſſimè prouiſum eſt: Nam vt omittam illud Plutarchi monitum ſaluberrimum, quo parentes hortabatur. Qui, inquit, Parentes fieri cupiũt laude dignorum liberorum, ijs ego quidem hoc conſulerem, ne cum quibuſuis mulieribus rẽ haberent: Quorum enim (ait, quare hoc præcipiat) vel à patre vel à matre aliquid vitij habent natales, eos per omnem vitam opprobria comitantur, quæ elui nullo modo poſſunt; ſuntque in promptu vitia iſta, ſi qui afficere ignominia eos volunt. Etenim ſapienter eſt à Poeta dictum,

Libel. de lib. educ.

Niſi fundamenta ſtirpis iacta ſint probè,
Miſeros neceſſe eſt eſſe deinceps poſteros.

Quibus enim genus eſt ſubditium & adulterinum, animi ſpiritus ponere, humique repere ſolent; rectiſſimèque hoc cecinit Poeta,

Non duritate tanta eſt quiſquam pectoris
Obnoxio qui non animo & ſeruo fuat,
Culpæ patris matriſve conſcius ſibi:

ſicut contrà alacritate quadam, animique fiducia implentur liberi illuſtribus nati parentibus: De hoc igitur ſermonem inſtituere nolo, quod ex hæretica matre prognatus filius, ex vtero materno ſecum deferre poteſt hæreſis crimen: illud tantum accipio te vix poſſe bene inſtituere puerum ex tali vxore natum: Clarũ eſt enim teneros filios, maiori ſuccenſos eſſe amore erga matrem quàm erga patrem, ſicut viciſſim maiori amore filios matres ipſas quàm patres diligunt: Et illud euidens eſt, potiorem ab infantia puerorum curam habere matres quam patres;

tres;

tres; Matres enim filijs & vbera ſugenda porrigunt, & cibaria ori imponunt,& arrident ridentibus,& oſculantur,& deferũt imbecilles,& lauãt, & membra formant, & incedere docent, & prima verborum elementa inſuſurrant, & primis rerum nomenclaturis aſſuefaciunt, & mentem eorum vt tabulam raſam primis & diutiſſimè permanentibus rerum figuris delineant,& omnia quæ ad inſtitutionem eorum ſpectant perficiunt. Maternæ huius ſolertiæ, pulcherrimum recenſet apud Chryſoſtomum quidam heremita exemplum: Puer iſte quem,ait, vides;patrem habuit durũ, immitem,aſperum, mundiq; negotijs vehementer intentum: matrem è contra pudicam, moderatam, piam, cœleſtiaque ſolum ſpirantem: Pater itaque, vt qui in bellicis rebus plurima de ſe fortitudinis ac probitatis indicia dederat,inſignemque ex militia gloriam fuerat adeptus,filium quoque in ordinem ſuũ transferre cupiebat: Id verò mater oīno abhorrebat, & vehementer execrabatur:optabat.n.illũ clariſſimum in monachorum cõuerſatione perſpicere; verum id quidẽ patri apertius dicere auſa nõ fuit; metuebat quippe,ne ſi id ille vel leuiter ſuſpicaretur, intempeſtiuè iam ſeculi vinculis illũ obligaret:& ab hoc ſtudio abducens, ad baltheũ adduceret, atque ad omnem,quæ ex illo ſolet conſequi vitæ negligentiam; ac poſtmodũ huius propoſiti,& vitę beatę aditum omẽ intercluderet:Igitur huiuſmodi artem excogitat; Domum me acceſſit ex heremo,mecumque conſilia ſua cuncta communicans, apprehenſam pueri dexteram inſeruit manibus meis;Cum verò illam percontaret,quid ſibi hoc vellet: Vna,inquit, hæc nobis reliqua eſt ſpes obtinẽdæ filio ſalutis,ſi volueris tu & paſſus fueris in pædagogi ordinem deſcẽdere;ſumptoque puero à nobis proficiſci: Meum erit perſuadere patri, quod ſi militarem quoque vitam ille voluerit eligere,perutilis erit dicendi vis,& copia per ſtudia liberalia quęſita: Hæc ego inquam efficere potero: iam illum tu ſeorſum atque in alieno ſolo habens, vbi nec pater, nec propinquorum aliquis impedire ac perturbare poſſit,ſumma illum cum facilitate formare poteris, moreſque illius ad id componere,vt veluti in monaſterio,ita tecum viuat: Cæterum tu mihi hac in parte conſenti,mecumque ſalubrem iſtam functionem ſimulaturum pollicere: non parua res agitur,non pro minimis deprecor,de filij mei anima certamen eſt atque periculum; nõ ergo ſpernas mihi rebus omnibus, totoque mundo, ac luce ipſa clariorem periclitantem:eripe illum laqueis vndique iam paratis & poſitis;educ ex procella, & tempeſtate,& turbine: Si verò tu gratiam præſtare nolueris, Deum iã in mediũ noſtrum appello & teſtẽ voco, me quidem nihil eorum omiſiſſe, quæ ad huius pueri ſalutem pertinere videbantur, mundamque eſſe à ſanguine pueri iſtius: Quod ſi quid illum eiuſmodi contigerit pati,quale, vt patiatur,fieri facilè poteſt,quippe iuuenis, & in tantis delicijs degens tantaque vitæ negligentia: abs te & de tuis manibus requiret Deus animam pueri iſtius. His plura etiam adijciens,miſerabiliterque & vehemẽ

Lib.3.aduerſ. vitu per. vitæ monaſt.

ter illachrymans, perſuaſit tandem, vt hoc negotium ſuſciperem, atque cum his mandatis à ſe dimiſit: Nec ſanè inanis fuit iſta machinatio, nec religioſo matris voto Diuina pietas defuit: Hunc.n.puerum inſignis ille inſtitutor aſſumens, tantam in eo flammam deſiderij cęleſtis accendit, vt cuncta ſimul repente abijceret, atque ad ſolitudinem conuolaret; alioque rurſus indigeret fræno; quod illum ab intempeſtiua illa & vehementi exercitatione, ad moderatiorem poſſet, commodioremque conuertere: Namque metuendum valde videbatur, ne repentino hoc & immaturo ſtudio, rem ipſam totam reuelaret, matriq; & pædagogo, & omnibus vbique monachis grauiſſimum excitaret bellum. Si.n.fugam iſtam, ſubitamque mutationem præſenſiſſet pater, nunquam profectò deſtitiſſet omnia moliri & facere, vt ſanctos illos fugaret atque affligeret: nec eos modò qui illum recepiſſent, ſed alios quoque vniuerſos: Cęleſtis ergo ſapientiæ deſiderium in eo durare permiſit, & præterea vt cautius fieret curauit: Vrbẽ tum vt habitaret, ſtudiaque liberalia vti cęperat perſequeretur, induxit, ita eum coæuis quoque maximo emolumẽto futurum perſuadens. Quod quidem operæprecium eſſe videbatur, non modo ſanctorum illorum, aut matris, aut pædagogi gr̃a, ſed pueri ipſius quoque; Si.n.ab initio ſtatim in illum irruiſſet pater, timendum ſatis erat, ne ſapientiæ plantas commoueret; vel etiam penitus conuelleret, quippe teneras & recenter poſitas; ſin verò proceſſu temporis optimis illę firmiſſimiſque radicibus niterẽtur, vehementer confidebat, quantalibet pater ageret, nunquam illum mouẽdum loco, neque vlla omnino ratione ceſſurum; quod & factum eſt, nec illum fefellit ſpes: Pater.n.longo poſt tempore illum adorſus, vehementique cum impetu irruens, non ſolum in nullo ædificium inclinauit, aut læſit; verùm firmius quoque validiuſque ſtabiliuit: Condiſcipulorum verò plurimi, tantum ex illius contubernio familiari profecerunt, ut eiuſdem inſtituti fierent æmuli: habebat quippe ille domi qui ſe moderaretur perpetuò, ac veluti ſtatua iugiter ſub artificis manu conſtituta, ornatior indies euadebat, ingentemque animo decorem aſſiduè adijciebat. Et quod eſt profectò mirabilius, ex exteriori quidem cultu nihil à cæteris differre videbatur; non enim agreſtibus, vel incomptis erat moribus; non comæ negligentia, non amictus vilitate notabilis; ſed erat communi habitu, voce, aſpectu, par cæteris omnibus: Quibus ex rebus factum eſt, vt facilius plurimos contubernalium inter retia ſua includeret; cum haberet intrinſecus incredibilem latentem ſapientiam: Denique ſi quis illum domi vidiſſet, vnum ex eis eſſe putauiſſet, qui montes & deſerta incolunt. Domus.n.illi ita diſpoſita & parata erat, vt in nullo monaſterij diligentiam deſideraret, nihilque neceſſarijs amplius habebat: Tempus autem omne in Diuinorum librorum lectione conterebat: erat enim ingenio celeri, atque ad percipiendas diſciplinas acutiſſimo. Itaque externæ illi eruditioni, breuiſſimam diſtribuens diei partem, reliquum tempus omne perpe-

tuis

tuis orationibus, diuiniſque litteris inſumebat, ac ſine cibo tota perſeuerabat die: Imò verò, non vnum aut duos tantum, ſed plures interdum dies ſine cibo vllo tranſigebat: Noctes præterea totas in eiuſmodi conſumebat ſtudijs, lachrymis, orationibus ſacriſque lectionibus vacans: Hæc autem omnia pædagogus ille nobis clam annunciabat; indignabatur. n. puer ille vehementer, ferreque vix poterat, ſi quid eiuſmodi efferri cognouiſſet. Dicebat etiam veſtem illum ſibi ex cilicio paraſſe, eaq; noctibus veſtiri ſolitum, eo. ſ. conſilio, vt celerius euigilans ſurgeret, aliaque prorſus omnia ad imitationem Monachorum illi diligentiſſimè parata erant: Hanc ego hiſtoriam dum perlegebam, propenſionem, ſtudium, & amorem maternum erga filium, & filij erga matrem non ſine maxima voluptate perpendebam: Propenſionem, quod illa maiorem ſolicitudinem filij quam pater habebat, & filius maiorem obedientiam matri quam patri præſtabat: Studium, quod illa ſumma cum prudentia illud quod circa filij ſalutem conceperat, filius verò non minori cum ſolertia, quod à matre ſibi impoſitum viderat, expediuit: Amorem, quod illa intimo affectus ardore filium complexa, pro illo animam etiam fundere voluerat, filius autem non minus ardentiſſimis ſuccenſus amoris flammis, illi animā quoque pro ſua voluntate informandam tradiderat: Huius ſanctiſſimæ fœminæ, ſi matres illorum filiorum qui hæreſi imbuti ſunt vel fuerunt imitatæ fuiſſent, nunquam profectò tot varios hæreticos, vt non ſine graui mærore videmus modo, aſpiceremus; Si matres eiuſmodi, perſpecta voluntate mariti, de filio Lypſiam, vel Vuitembergam, vel ad aliquam aliam Ganeonum iſtorum hæreticam ſcholam amandando, marito vel in faciem obſtitiſſet, vel ſi periculum erat de repulſa, clanculum ſuum filium aliò miſiſſet, alicuique probo & Catholico viro erudiendum tradidiſſet, vel ipſa ſi aliud non liceret tentare, doctrinam ſinceram, catholicam ſimul cū lacte filio infudiſſet, eique à primis incunabulis perſeuerandum eſſe in auita religione inculcaſſet; & Ideam hanc eius menti impreſſiſſet vt potius mortem quamcunque obire, quam à religione ſancta diſcedere cuperet; nunquam tot Melanchtonos, Caluinos, Blandratas, Stancaros, Bielſcios, Bieſagas, aliaque infinita monſtra, noſtra infœlix vidiſſet ætas: Sed ipſæ perditæ matres, perditionis tot filiorum cauſa extitere: Ipſæ quod & modo hæreticæ quibuſcunque coniunctæ faciunt) à cunis adhuc puerulos infantes, à vetuſtiſſimo Eccleſię vſu recedere docent; Ipſæ, Aue Maria, vel ſalutationé illam cœleſtem ab oratione Dominica eis ſeparant: Ipſæ Cathechiſmos, Biblia, Poſtillas, commenta quorumcunque hæreticorum illis teneris prælegunt, & vt memoriæ tot blaſphemias, tot errores ſceleſtos mandent, blanditijs quandoque, quandoque flagris perſuadent: Ipſæ à teneris infantium annis eos diebus veneris & Quadrageſimæ tempore carnibus veſci, crapulæ aſſueſcere, abſtinentiam abhorrere, Catholicorum refugere conſortia, cętus Eccleſiaſticorum probro habere; Eccleſiam loco

ſtabuli reputare; Catholicorum ſacra, Dæmonis inuenta eſſe; & alia quoque improbiſſimi capitis ſuis commenta illis cum lacte infundunt: Pueri vt matris potius quam patris amore flagrant, amore eius deuicti, hæc oĩa facile imbibunt; & quia natura ad omnem licẽtiam & omne malum, niſi cohibeantur, proni ſunt; oĩa verò hæc quæ mater illis inſuſurrauit luxui & ſceleri viam parant; hęc omnia altiſſimis radicib. illis infixa, nec minis, nec terroribus, nec prece parentis, nec vlla ratione ab eis erui poſſunt: ſed quo ſemel eſt imbuta recens teſta fętore, eundem ſeruabit, eumque perpetuò olebit: Qui igitur Catholicus prolem ingenuam Chriſtianiq; nominis relinquere cupis, ne vxorem hæreticam ducito: At illud tibi maius odium eiuſmodi conſortij ingenerabit; ſi aduertes, ſalutem aĩæ in huiuſmodi matrimonio periclitari: Corrũpunt bonos mores, conſortia praua. Non eſt poſſibile vt quis conuiuens ſcorto non ſcortetur, familiariter vtens auaro non ipſe auarus ſit: amoribus hæreticæ delectatus, non ipſe ſymbolizet. Proſpiciebat hoc Deus in Iſraelitis futurum eſſe; ideoque cæterarum

Deut. 7. gẽtium eis inhibuerat matrimonia: Cum ĩtroduxerit, ait Moyſes, te Dñs Deus tuus in terram quam ad poſſidendum ingrederis, & deleuerit Gentes multas coram te, percuties eas vſq; ad internecionem: Non inibis cum eis fędus, nec miſereberis earum; nec ſociabis cum eis coniugia: Filiã tuã non dabis filio eius, nec filiam eius accipies filio tuo, quia ſeducet filium tuum ne ſequatᵘr me; ſed magis vt ſeruiat Dijs alienis, iraſceturq; furor Domini, & delebit te citò: quin potius hæc facietis eis; Aras eorum ſubuertite, & confringite ſtatuas, lucoſq; ſuccidite, & ſculptilia comburite; quia populus ſanctus es Dño Deo tuo: Nec fefellit Deum ſuum vaticiniũ: Nã quotieſcunq; filij Iſrael coniugia inierunt alienigenarum, toties ad idolo

3. Re. 11. latriam prolapſi ſunt: Vnius Salomonis vobis factum in memoriam reuocate, qui cęteros Iſraelitas & potentia, & dignitate, & maieſtate, & ſapientia præceſſit: vbi tñ coniugio iunctus eſt filiæ Pharaonis, licet talis & tantus vir & ſenex dierum eſſet, deprauatum eſt cor eius per mulieres, vt ſequeretur Deos alienos, nec erat cor eius rectum coram Domino Deo ſuo; ſicut cor Dauid patris eius; ſed colebat Salomon Aſtarthem Deum Sydoniorum, & Chamos Deum Moabitarum, & Moloch idolum Ammonitarum, & ædificauit fanum Chamos idolo Moab in monte qui eſt contra Hieruſalẽ, & Moloch idolo filiorũ Ammõ atq; in hunc modũ fecit vniuerſis vxorib. ſuis alienigenis; q̃ adolebant thura & immolabant Dijs ſuis: Cũ igitur in matrimonio eiuſmodi ſalutis tuæ conſiſtat sũma; cum à tali vxore nec prolis honeſtam inſtitutionem, nec amorem, nec fidem expectare poſſis: cum inter te & vxorem hæreticam nulla ſit conformitas, fruſtra tale appetis matrimoninm: Vtinã noſtri Chriſtiani ſaperent & nouiſſima prouiderent; ſic. n. & oblectamento coniugali, & ſaluti ſuæ melius conſulerent: quod ijs inſpirare digneris Ieſu caſtiſſimè; qui uiuis in ſæcula ſempiterna. Amen.

Nuptiæ

Nuptiæ factæ ſunt in Cana Galilææ.

FASCICVLVS TERTIVS.

Coniugalia pręcepta complectens.

SApientia illa increata, quæ, vt riuus aquæ immenſę de fluuio, vel quaſi fluuius Dorix, vel vt aquę ſplendidiſſimæ fons ductus, à ſede Maieſtatis Diuinæ de paradiſo, ad irrigãdum hortum plantationum ſuarum & inebriandum partus ſui fructum proceſſerat; ad quoſnam largo amne profluat, vel quoſnam vitali inebriet latice, qui veſtrum cuperet ſcire; audiat ipſam Sapientiam edisſerentem, Ego, ait Sapientia, effudi flumina. Ego quaſi trames aquę im mẽſæ de fluuio, ego quaſi fluuius Dorix, & ſicuti aquæductus exiui de Paradiſo. Dixi, Rigabo hortum plantationum mearum, & inebriabo partus mei fructum; Penetrabo omnes inferiores partes terræ, & illuminabo omnes ſperãtes in Domino. Adhuc doctrinam quaſi prophetiam effundam, & relinquam illam quærentibus ſapientiam: In tribus placitum eſt Spiritui meo, quę probata ſunt coram Deo & hominibus: Concordia fratrum, & amor proximorum, & vir & mulier bene ſibi conſentientes: Ac ſi dixiſſet; Ego oculis meis aſpexi miſerandam ſortem veſtram, quod in terrã horroris & ſalſuginis deſertã & inaquoſam à facie mea eiecti eſtis; quod nullus vobis aditus erat ad fontem illum aquę viuę, paradiſi delicias perfluentem, ad veſtram ſitim explendam; quod vter aquæ ſcapulis exulantis Agar impoſitus, defecerat: quod alter ad me vociferabatur audiui, Poculum meum, deficiente mihi aqua gratiæ, cum fletu miſcebam: alij verò murmuribus implebãt cœlum; Quare nos adduxiſti in locum peſſimum qui ſeri non põt, nec hẽt aquam ad bibendum: alij obſecrabant, Da mihi irriguũ ſuperius & irriguũ inferius: Alij deficiente vtre leuabant ad me vocem ſuam cum fletu: ego miſertus veſtri rupi cataractas cœli, & ipſe à ſolio maieſtatis meæ, vt largiſſimus cryſtallinæ indeficiẽtis aquæ viuę trames, defluxi, ad perluendum & irrigandum hortum plantationum mearum, ad inebriandum partus mei fructum; nec vno tãtum fonte, nec limitibus terræ cõtinebor; perfluam ab Iudæa in Ægyptum, & ab hinc ad Occidentem, & ab Occidente ad Septemtrionalem plagã, & ab hinc per vniuerſa terræ climata; penetrabo etiam & omnes inferiores partes terræ, & ibi ſplendore meo illuſtrabo omnes ſperantes in Domino: omnes illi bibent & inebriabuntur de me, ſpirituali eos conſequente petra; quicunque exquirent ſapientiam, quicunq; relicta turbida Ægypti aqua ad me recurrent, quicunque ad inuicem concordes erunt in Domino, ſiue ſint

Eccle. 24. & 25.

fratres

fratres religioſa inter ſe amicitia coniuncti;ſiue proximi, amoris ſecundū Deum vinculis connexi; ſiue vir & mulier, maritali amore bene ſibi in Deo conſentientes;ad omnes iſtos ego defluam, omniumq; ſitim ego explebo. In tribus iſtis præcipuè, beneplacitum eſt ſpiritui meo, in concordia fratrum, in amore proximorum, in coniugibus bene ſibi conſentienti bus: An iſta verè de ſemetipſo prędicarit, hodiernæ diei nuptiæ clariſſimè demonſtrant: Ad quoſnā defluit? quos inebriat? quos illuminat? quibus è duriſſima petra ſtillat ſuauiſſimū vini ſiue corporalis ſiue ſpiritualis poculum? ſperantibus in eum, concordiæ & amoris nodo deuinctis; viro & mulieri bene conſentientibus: In medio eorum qui matrimonio cō iuncti erant reſidere dignatur: eorum, qui ſibi conſentiebant, neceſſitatis miſertus, ſuauiſſimo poculo mentes & corpora inebriauit, primoq; miraculo affectum erga matrimonio iunctos ſuum demonſtrauit: Ne prorſus deſpondeant animum cōiugio implicati, ſe indignos fore præſentia Dei & Regno cœleſti iudicantes; Diuinæ enim Sapientię placitum eſt in viro & muliere, ſed bene ſibi conſentientibus: Dei filius præſentia ſua, & maximo, eoq; primo prodigio nuptias exornauit; Ne dicant amplius matrimonio adſtricti, non poſſum ſalutis meę curam gerere, niſi diuertam ab vxore; niſi valedixero liberis; niſi valere iuſſero negotia. Nihil.n. obſtat mātrimoniū; ad nuptias etiam declinat Saluator; nuptos gratię ſuæ vberrimo calice inebriat; ad nuptorum neceſſitatem aquam in vinum commutat: Annon, ita ratiocinatur Chryſoſtomus, habebat vxorē Eſaias, ille ſpectator Cęleſtium Seraphin? neque tamen ſpiritus gratiæ obſtabat coniugiū; ſed cum vxore conuictum habebat, & erat nihilominus propheta: Moyſes nonne is vxorem habebat? Et tamen is petram dirupit, aërem immutauit, cum Deo colloquebatur, Diuinam iram cohibuit: Abraham nonne habebat vxorem? Et tamen factus eſt pater gentium & Eccleſiæ: Suſtulit enim filium Iſaac, & hic illi fuit egregiorum facinorum materia: Nonne obtulit filium, coniugii fructum? Nonne pater & idem amans Dei? Non ne licuit videre ſacrificium è ſuis viſceribus fieri? Sacrificum, inquam, ſimul & patrem, vinci naturam, vincere pietatem, viſcera conculcari, piaq; facta ſuperare; patrem deijci, Dei amantem coronari? An non vidiſti totum, & filij amantem & Dei? Nunquid hic obfuit matrimoniū? Quid autem Machabæorum mater, nonne vxor fuerat? Nonne ſeptem filios addi dit ſanctorum choro? Nonne uidit illos martyrio coronatos? Nonne velu ti ſpectatrix aſtabat, nihil animo labaſcens? Nōne aſtabat obteſtans illorum vnumquemq;, & mater martyrum ſepties ipſa martyrium pertulit? Dum enim illi torquebantur, illa plagam accipiebat; neque enim adeò ſine affectibus quæ gerebantur, ſpectabat: mater erat; & naturæ illata vis, propriam virtutem declarabat; at illa non vincebatur: Quomodo eos aluit? quomodo eos vnxit? quomodo ſeptem templa Deo exhibuit? ſtatuas aureas, imò quouis auro precioſiores? Neq; enim tale quippiam eſt aurū, qualis

Hom 4. de verbis Eſaiæ.

qualis anima martyrum: Stabat tyrannus, atque ab vna muliere ſupera-tus diſcedebat:Ille cruciatibus oppugnabat,hęc animi promptitudine ſu perabat:ille fornacem incēdebat; hæc virtutem ſpiritus:ille exercitū mouebat,hæc ad Angelos applicabat animum: Videbat infernè tyrannum, & in animo verſabat Deum in ſupernis regnantem :videbat infra ſe tormēta,ac numerabat ſuperna brauia; videbat præſentem cruciatum,& co gitabat futuram immortalitatem:Si nos ſpectaremus,non ea quæ videntur;ſed ea quę nō videntur, num quid obſtaculi adferret matrimonium? Quid autem Petrus baſis Eccleſię,ille vehemens amator Christi; ille ſermone indoctus,& rethorū victor; ille imperitus, qui tamen philoſophis obturauit os;ille qui Gręcanicam ſapientiam, nō aliter quam aranearum telam diſſoluit;qui terrarum orbem peragrauit;qui ſagenam miſit in mare & piſcatus eſt orbem? Quid autem ait Euangelium? Ingreſſus eſt IESVS ad ſocrum Petri febricitantem: Vbi ſocrus,ibi & vxor,ibi & coniugium:Quid autē Philippus? nonne quatuor habebat filias? vbi verò quatuor *filiæ, illic* & vxor & matrimonium: Quid verò ille patiētiſſimus Iob qui peſſimam vxorē habebat,quæ ſuaſit ei vt blaſphemias proferret? Nocuitne viro? Labefactauit turrim? confregit adamantem? diuiſit petram? depulit militem? commouit rupem? eradicauit arborem? Nihil horum; ſed illa impellebat,& arbor reddebatur ſtabilior; illa fluctus excitabat, at nauis non ſubmergebatur;ſed ſecundo nauigabat vento: fructus eius decerpebatur,& arbor commota non eſt: folia deciderunt, & radix manſit immota:Quid deinde Chriſtus? A virgine quidem natus eſt,verū ad nuptias acceſſit,ac donum attulit: Non habent inquit,vinum,& aquam vertit in vinum;virginitate nuptias honorans,dono id quod fiebat commendans;Ne abomineris vel inculpes nuptias, Nam ego ſpōdeo tibi ſalutem, etiam ſi habueris vxorem vel virum; non dedignabitur vos Saluator,modò ſitis bene conſentientes: Quod ſi vos matrimonio copulati,Chriſti apud vos pręſentiæ cupidi,à me perquiritis;quid ſibi velit,benè cōſentientes? ad quem modum poterimus eſſe bene conſentientes? Tria bona matrimonij ab Auguſtino notata eſſe,nemini dubium eſt;nempe,fidem,prolem,& Sacramentum:In fide attenditur, ne pręter vinculum coniugale, cum altero vel altera corpus miſceatur: Vxor enim non habet poteſtatem ſui corporis,ſed vir; ſimiliter & vir nō habet poteſtatem ſui corporis, ſed mulier;In prole,vt i amore ſuſcipiatur,benignè nutriat, religioſè educetur;huius enim potiſſimum gratia contrahi debet matrimonium; In Sacramento autem,vt coniugium ne ſeparetur,& dimiſſus aut dimiſſa ne alteri coniungatur. Hoc enim eſt Chriſti verbum: Dictum eſt;quicunq; dimiſerit vxorem ſuam,det illi libellū repudij; Ego autem dico vobis,quia omnis qui dimiſerit vxorē,excepta fornicationis cauſa, facit eam męchari,& qui dimiſſam duxerit,adulterat: Et rurſus; Non legiſtis,quia qui fecit hominem ab initio,maſculum & fœminam fecit eos? & dixit, Propter

De bon. cōiu. c. 24

Matt. 19.

hoc

hoc dimittet homo patrem & matrem, & adhærebit vxori ſuæ, & erunt duo in carne vna;itaque iam non ſunt duo ſed vna caro:Quod ergò Deus coniunxit,homo non ſeparet. Hoc idem Paulus Apoſtolus præcipiebat; His inquit,qui Matrimonio iuncti ſunt precipio,non tam ego quam Dominus, vxorem à viro non diſcedere;quod ſi diſceſſerit,manere innuptá, aut viro ſuo reconciliari. Quæ Chriſti & Apoſtoli verba ad eum ſenſum acceperunt patres, vt exiſtimarent tam ſtrictum eſſe fœdus illud initum nuptiale,vt nec ipſa ſeparatione irritum fiat;quandoquidem viuéte viro, à quo relicta eſt,mæchatur ſi alteri nupſerit: Neque diſpar eſt cauſa viri, quem non oportet eſſe meliore cõditione quàm ſit mulier. Quartum ego addo matrimonij bonum, quod fundamentum & radix eſt trium prædictorum;Amorem,ſed in Domino:Cuius tantum robur & potentia eſt; vt ex eo omnia matrimonij bona pendeant,& abſque eo fere nullum conſiſtere queat:Sine amore coniugali in Domino, nec fides ſeruari, nec proles religioſè educari, nec indiſſolubile vinculum omni ex parte firmum & ſtabile perſeuerare poteſt. Quemadmodum,ait Chryſoſtomus militibus bene inter ſe pacatis, omnia proſperè ſuccedunt, & vicißim turbatis illis,omnia ſurſum ac deorſum voluuntur: ita & inter virum & vxorem; Si concordes fuerint,& liberi bene educantur, & domeſtici probè inſtituuntur,& vicini ex eo pariter & amici & cognati, quaſi boni odoris fragrantia fruuntur,ſi verò contrarium fuerit,omnia ſubuerſa ſunt & confuſa:Hunc amorem Paulus inculcabat coniugio copulatis; Viri,ait,diligite vxores veſtras, ſicut & Chriſtus dilexit Eccleſiam: Vis vt vxor tibi obediat,(ſubdit Chryſoſtomus,) quemadmodum Eccleſia Chriſto? Prouide tu illi, quemadmodum Chriſtus Eccleſiæ: Et ſi animam pro ipſa dare oporteat, ac millies trucidari, & quantamcunque rem ferre & pati,ne detrectes: Nam ſi etiam iſta paſſus fueris, nihil tamen vnquam tale feceris, quale Chriſtus.Etenim tu quidem iam coniunctus cum illa iſta facis; ille verò pro auerſante ſe & odiente: Quemadmodum igitur Chriſtus auerſantem ſe & odientem, & conſpuentem, ac laſciuientem ad pedes ſuos multa ſolicitudine,nec minis,nec conuitijs,nec metu, neque alia re eiuſmodi adduxit,ita & tu adhære vxori tuæ: Et ſi deſpicientem,laſciuienté, & contemnentem te, videris; poteris tamen ipſam ſup pedes tuos erigere,ſi multa fueris vſus prouidentia,dilectione & amicitia:Nihil enim violentius his vinculis,maximè viro & mulieri: Famulum quidem metu cogere ac ſibi deuincere quiſpiam poterit;imò ne illum quidem: mox enim reſiliendo aufugiet: Eam verò quæ vitæ tuæ eſt ſocia, quæ liberorum tuorum eſt mater,quæ omnis lætitiæ materia,non timore & minis conſtringere ac deuincere oportet; ſed dilectione & cordis affectu. Quale enim eſt iſtud coniugium,quando vxor virum tremebunda exhorret? Qua verò vir ipſe iucunditate fruetur,qui vxori non vt liberæ,ſed velut famulæ cohabitat? Nam neque hoc Chriſtus fecit, ſed tradidit ſemetipſum pro Eccleſia,

Hom. 20. in Epheſ.

cleſia, vt mundaret illam & ſanctificaret: Erat ergo immunda, habebat ergo maculam; erat ergo deformis, erat vilis ac tenuis: Qualemcunque igitur vxorem acceperis, nondum tamen talem ſponſam accepiſti; qualem Chriſtus accepit Eccleſiam: neque tibi vſque adeò imparem, quomodo Eccleſia impar eſt Chriſto: Verumtamen non faſtidiuit illam, non odio habuit propter nimiam deformitatem; Vis deformitatem Eccleſiæ audire? Audi quid Paulus dicat, Eratis.n.inquit, aliquando tenebræ: Vides ipſius nigredinem? Quid nigrius tenebris? Vides ipſius temeritatem? In malitia, inquit, & inuidia vitam ducentes. Agnoſcis immunditiam? Imperſuaſibiles, inſipientes: Quid dico? Et fatua erat, & blaſphema: Attamē quamuis tot eſſent odij cauſæ, nihilominus pro deformi illa ita ſeipſum tradidit, ac ſi eſſet formoſa, ac ſi eſſet dilecta, ac ſi eſſet admiratione digna: Atque hoc eſt quod admiratus Paulus dixit; Vix enim pro iuſto quis moritur. & iterum: Si Chriſtus pro nobis mortuus eſt, cum adhuc peccatores eſſemus: Talem itaque nactus ſponſam Chriſtus ornauit eam ac lauit lauacro aquæ in verbo, & non ſimpliciter ornauit ipſam, ſed glorioſam fecit, non habentem maculam, aut rugam, aut quicquam huiuſmodi: Tali amore erga vxores debent affici mariti; non propter deformitatem, non propter leue peccatum faſtidire vxorem; ſed ſi propter animæ eius pulchritudinem comparandam ſanguinem oporteret fundere, non detrectent; vt & Chriſtus in mortem etiam ignominioſiſſimam & crudeliſſimam pro illa ſeſe tradidit. Addit Paulus: Viri ita debent diligere vxores ſuas, vt ſua ipſorum corpora: A ſublimi illa imagine, ad vehemētiſſimam accedit exemplum, Nam imago non erat multæ & vrgentis neceſſitatis: Ille Chriſtus erat, ac Deus erat, & ſeipſum tradidit: Aliunde igitur deinceps iſtud probat, dicens; Ita debent: Non enim gratia res iſta eſt, ſed debitum: Et ut ſua ipſorum corpora. Quare? Nemo enim vnquam ſuam ipſius carnem odio habuit; ſed nutrit ac fouet eam, ſed curam ipſius habet cum multa ſolicitudine: Quomodo caro viri eſt vxor? Hoc ait, eſt os ex oſſibus meis, & caro de carne mea: Caro viri vxor eſt, quia ex eius coſta eſt ſimilis effecta eſt: Caro eius eſt, quia mulier non habet poteſtatem corporis ſui ſed vir: Debet ergo eam intimo affectu vnire ſibi, eiuſque amori omnem, poſt Deum, amorem præferre: Non ita patrem, non filium, non matrem, non ſororem, non quemuis amicum eà dilectione proſequi, qua & quali vxorem propriam: Quod dixi de viro, idem eſt de vxore; non.n. melioris conditionis eſt vxor, quam vir: Hæc igitur quatuor ſunt matrimonij bona, ſine quibus, nec ipſi gentiles Sacramentorum ignari, matrimonium bene poſſe conſiſtere iudicarunt: Itidem enim illi ad imitationem noſtram, ſolo licet naturali lumine illuſtrati, hæc quatuor obſeruanda in matrimonio eſſe docebāt: Fidem ſcilicet, Prolem, Sempiternam cohabitationem, & Amorem; non in Domino quidem, ſed Ciuilem. Et ut aliquid de iſtis, ex eorum quoq; monimentis dicam: præclara.n.& maxi-

Rom 5.

Gen. 2.

mè vtilia documenta ſunt quæ nunc afferam: hæc paucis audite: Fidem ab altero alteri coniugum inuiolatam prȩſtandam monebant; Cum enim ad inuicem contrahebant nuptias, maritus vxori annulum ſuum, & hæc viceuerſa ſuum marito tradebat; aut per pronubum mittebat: vt teſtis eſt Plinius, Blondus, & Tertullianus: Annulus autem, apud antiquos, fidei ſymbolum erat. Conſuetudo enim obtinuerat, annulos geſtare ad literas obſignandas, & id genus res alias, quibus fides digna adhibenda erat: Sic in Sacris litteris vbi crudelis Iezabel ad primores Iſraelis dederat nomine Achab Regis epiſtolas, eas ſigillo ſeu annulo regio obſignauit; vt ijs inuiolatam fidem præſtarent, in necem Naboth innocentis: Sic Haman ſanguinis Iſraelitici auidus, literas, quibus Iudæos trucidare mandabat, annulo regis Aſſueri obfirmauit. Sic Danielem, vbi in lacu recluſerunt leonum, Rex annulo ſuo & annulo optimatum ſuorum obſignauit. Quia igitur annulus literis alijſque rebus apponebatur, fidei & confirmationis gratia, ne ſcilicet, quod obſignatum eſt, adulteraretur; fidei maximum ſymbolum inter coniuges erat; ne ſcilicet vnus coniugum alterum defraudaret, neue fidem datam proprio conſorti violaret. Hinc maxima, ait Plutarchus, cum cautione danda eſt opera viro & mulieri, vt abſtineant ab illicitis, & contra leges pugnantib. conſuetudinibus, neque ſeminandum vbi nihil naſci velint, aut ſi quis prodeat fructus, eius pudeat atque occultetur. Felem aiunt vnguentorum odore ad inſaniam redigi; eodem modo, ſi vnguentis mulieres afficerentur, flagitium vtique eſſet non abſtinere vnguentis viros; ſed exiguæ voluptatis cauſa tantam pati illis euenire miſeriam: Quando igitur mulieres adigit ad inſaniam, non vnguenti vſus, ſed maritorum cum meretricibus congreſſus, profectò iniuſtum eſt, voluptatis gratia paruæ, tantum doloris atque perturbationis vxori inferre; ac non potius purum intactumque ab omnibus alijs mulieribus ad vxorem accedere: ſicut ad apes ſolemus, quas creditum eſt irritari ad pungendum, ſi quis re cum muliere habita aggrediatur: Proba & honeſta Mulier quædam Philippo inuitam ſe trahenti, Sine me, inquit, ò Rex, ſublata enim lucerna quæuis mulier cuiuis eſt ſimilis. Id rectè dictum eſt in adulteros & libidinoſos. Matrona verò, maximè extincta lucerna debet non cuiſuis mulieri ſimilis eſſe; ſed quum corpus cerni nequit, elucere pudicitia eius, vnius viri amor, modeſtiaque & probitas debent: Lunam videmus, quum longè à Sole diſtat, illuſtrem eſſe ac lucidam; obſcurari autem quum ei appropinquat; contrà pudica mulier maximè cerni debet cum ſuo marito; eo autem abſente domi ſe continere & abſcondi: Huius fidei gratia obſeruandæ, Ægyptiæ mulieres maiorum inſtituto calceis non vtebantur; ut domi meminiſſent tempus exigendum: Æliorum Venerem Phidias fecit, quæ teſtudinem calcaret: quo ſigno mulieres domi ſibi degendum eſſe monerentur. Theano tunica ſe amiciens,

Hiſt. nat. lib. 33. lib. 9. & Rom. triumph.

ciens, brachium inſcia nudauit, ibi dicenti cuidam, ò mollebrachium & delicatum, reſpondit, Atqui non eſt commune. Matronæ enim pudicæ, non brachium ſolum, ſed ne ſermo quidem publicus eſſe debet, voceque ad alienos, tanquam parum conueniente denudatione, abſtinendum ei eſt. In uoce enim inſunt indicia omnis generis animi affectionum: Hanc fidem matrimonij vt inuiolatam præſtarent clariſſimæ illæ fœminæ, domi in cubiculis proprijs ſe continebant, omnemque alterius viri, non congreſſum tantum, ſed aſpectum quoque, vt Baſiliſci, abhorrebant: quædam vt Romanæ, vino ad fidem caſtius ſeruandam abſtinebant: quædam abſentibus maritis vel agno caſto lectum ſternebant, vel maritos per quęuis diſcrimina ſequebantur: Hipſicratea (refert Valerius Max.) Regina Mithridatem coniugem ſuum ſic effuſo amore amauit, vt pręcipuum formæ ſuę decorem in habitum virilem conuertere voluptatis loco habuerit. Tonſis enim capillis equo ſe & armis aſſuefecit, quo facilius laborib. & periculis eius intereſſet: quinetiam victũ iã à Cneo Pópęio, & p Barbaras gẽtes fugientẽ, aĩo pariter & corpore ĩdefatigabili ſecuta eſt. Aliæ poſtmodũ morte ſua vel aliorũ, cũ alio mõ fidẽ pollicitã exhibere negbãt, teſtatę ſunt: Duo hic fidelitatis exẽpla memorãda ex Plutarcho refert nó erit abſurdũ, vnũ de Cãma Sinati vxore, & alterum de Empona Sabini; & de Cãma quidem tale eſt. Inter Galatiæ Tetrarchas potentiſſimi erant Sinatus & Sinorix, genere ẽt propinqui: Erat Sinato vxor, q̃ virginem duxerat Camma noĩe, non formæ dumtaxat præſtantia, & ætatis flore ſpectabilis; ſed multo magis ob virtutem in admiratione habita; Non enim pudica modò & mariti amans fuit, ſed & prudens & magnanima, ac propter manſuetudinem benignitatemque ſubditis mirificè grata: Augebat etiam ſplendorem, quod Dianę, quam Deam maximè colunt Galatę, ſacerdos ſemper in ſacris pompis, & in ſacrificijs magnificè ornata ſpectabatur: Eam cum deperiret Sinorix, & neque pellicere, neque uim facere viuo marito poſſet, facinus auſus immane, Sinatum dolo necauit: exiguoq; interpoſito temporis ſpatio Cammã ambiuit, in fano frequenter degentem, caſumque mariti non abiectè aut miſerabiliter, ſed animosè ferentem, prudenterq; intentam occaſioni vlciſcendi Sinorigis. Is verò aſſiduis mulierem ambiebat precibus; videbaturque ei non prorſus deeſſe honeſta in ſpeciẽ orõ dicẽti, alijs ſe in rebus præſtantiorem fuiſſe Sinato, ac interfeciſſe eum non malitia, ſed amore Cammæ impulſum: Illa initio non admodum aſperè denegare, ac deinde paulatim molliri uidebatur: nam & amici ac familiares inſtabant, Sinorigem, cuius maxima erat potentia, collaudantes, ſuadebantque vt aſſentiretur, & vrgebant: Tandem conceſſit Camma, & ad ſe venire Sinorigemque iuſſit, ut coram Dea matrimonium ſtipularentur: tum illa venientem blandè excepit, & ad aram adduxit; quumque Deæ libaſſet è

De virtu. mulierũ.

pathera,

pathera, partem ipſa hauſit, reliquam ei ebibendam propinauit: erat autem mulſum veneno infectum: Poſtquam bibiſſe eum vidit, clarè ſublata voce Deam adorans, Te, inquit, ſacratiſſima Dea teſtem inuoco, huius me diei cauſa vitam à morte Sinati produxiſſe; tanto tempore nullum ex ea fructum adeptam præter ſpem vltionis; quam conſecuta nunc ad maritum meum deſcendo: Tibi verò omnium ſceleſtiſſimè hominum, loco thalami & nuptiarum, apparari ſepulchrum iube. Hęc cum audiuiſſet Sinorix, & agere iam venenum, viſceribuſque motum lethalem iam inferre ſentiret, vehiculum conſcendit, vt agitatione & concuſſione ſibi mederetur: Statim autem eo relicto, in lecticam ſe poſuit ac eo veſpere mortuus eſt: At Camma cum per noctem duraſſet, audito eum viuendi finem feciſſe, læto animo expirauit. Alterum fidei ſeruatæ exemplũ profert de Empona, quod ſua ætate, imperante Veſpaſiano, accidiſſe teſtatur: Iulius qui in Gallia defectionis author fuit, cum alios multos habuit, vt fieri ſolet, ſui conatus ſocios, tum Sabinum quoque virum non degenerem, & qui diuitijs gloriaq; omnes alios facile vinceret: Hi rebus arduis tentatis, ſucceſſu caruerunt: quumque ſupplicia ſe daturos præſentirent, partim ſeipſos è vita eduxerunt, partim in fuga capti ſunt: Sabino autem teſtante cui facile licebat fuga ad barbaros facta, ſaluti ſuæ conſulere: Sed vxorẽ duxerat optimam, nomine Emponam, (Græcè Heroidem diceres.) Hanc cum neque ducere ſecum poſſet, neque deſerere ſuſtineret: & ruri haberet ſub terra effoſſas cameras, in quas reponi res vtiles poſſent; duobus tantum notas libertis: reliquos famulos omnes dimiſit; ſe veneno ſibi mortem conſciturum ſimulans: duos quos fideles norat adſumpſit, & in ſpecus iſtas ſubterraneas deſcendit: miſſo ad vxorem liberto Martiali, qui patronum veneno extinctum, & caſam villæ cum eo concrematam eſſe renunciaret: Volebat.n. luctu vxoris fidem facere ſui, quem fingebat interitus: Idque etiam euenit. Nam ea vt erat, accepto nuncio, lamentans & eiulãs in terrã proiecit ſeſe, treſque dies ac totidem noctes ſine cibo ita exegit: Quod vbi reſciuit Sabinus, metuens ne ſe prorſus vita exſolueret, occultè Martialem ei ſignificare iuſſit, viuere ſe etiamnum & occultari: rogare autem vt adhuc aliquantulum in lugendo perſeueret, accuratèque mariti interitum ſimulet: Tragedíam huius calamitatis vxor admodum artificioſè egit; tamen noctu deſiderio viſendi ad maritum ventitauit, nemine obſeruante, & tantum non apud inferos cum eo conſueuit: Exactis ſeptem menſibus facta ſpe impetrandæ veniæ, veſte, tonſura, & capitis redimiculo ignotum redditum obuijs, Romam perduxit: Sed re infecta, in ſuam is ſpecum redijt; ipſaque cum eo maiorem temporis partem exigens ſub terra, interdum Romam iuit, amicis & neceſſarijs mulieribus ſe viſendam præbens. Et quod creditu difficillimum eſt, cum ijs lauans fefellit, vterum gerens: Nam medicamentum quo mulieres comam inungentes

In lib. Amatorio.]

faciunt,

faciunt,auri in morem,rutilam & fuluam, pinguedinem habet, qua caro oblita fit grandior,ſiue turgeſcit, itaque diffunditur, quaſi maior ſit eius moles: hoc illa in cæteris membris vſa affatim,attollens ſe, & turgidum celauit ventris onus: Partus verò dolores ſola ipſa pertulit,leænæ in morē ad maritū in foueā ſeſe abdens;natoſque duos, veluti vt ſic loquar, catulos,educauit: Peperit enim filios duos,quorum alter in Ægypto occubuit, alter nuper admodum Delphis nobiſcum fuit, nomine Sabinus: Eam poſtea Cæſar ob fidem viro ſeruatam interfecit; quam mortem magno & alacri animo ita pro fidelitate ſuſtinuit, vt eam commutationem vocaret, dixitque ſuauius ſibi fuiſſe in tenebris & ſub terra viuere, quàm ipſum videre imperio potiri: Plurima alia vobis in medium fidelitatis coniugalis antiquorum poſſem adferre exempla, ni iudicarem ea quæ à me adducta ſunt,vobis perſpectam illam facere: hæc enim clariſſimè demonſtrant, veteribus illis ad leges iuſti & æqui inſtitutis,nihil antiquius fuiſſe,quàm vitæ potius vſum,quàm fidem ſuo dicatam conſorti,amittere. De prolis educatione, quod ſecundum matrimonij bonum eſt, nihil modò attinet dicere: hanc ſiquidem alio in loco iam, quæ & qualis fuerit ex ipſorum ſcriptis oſtendi. De ſempiterna cohabitatione quidnam ſenſerint vel quas leges tulerint, illud clarum facit, eos ſola morte copulam matrimonij diremptam aut dirimendam eſſe iudicare;quod nuptarum comam diſcriminabant haſtæ cuſpide: Rationem huius reddit Plutarchus in Romanis q̄ſtionibus,per has,inquit,cęrimonias innuitur, ſolo ferro coniugium diſciſſum iri. Hoc an (pluſquam nimis) obſeruatint, palam eſt tum ex multis alijs,tum verò ex illis quæ adducit Valerius Maximus, exemplis de C. Plautio. M. Plautio. Iulia Caij Cæſaris filia, & Portia Catonis filia. C. Plautius Numida Senatorij vir ordinis morte vxoris audita, pectus ſuum gladio percuſſit, Interuentu deinde domeſticorum inceptū exequi prohibitus; colligatuſque, vt primum eſt occaſio data, ſciſſis faſcijs ac vulnere diuulſo, conſtanti dextera, ſpiritum luctus acerbitate permixtum,ex ipſis præcordijs & viſceribus hauſit;tam violēta morte teſtatus, quantum maritalis flammæ illo pectore clauſum habuiſſet: Eiuſdem vt nominis,ita fati quoque M. Plautius alter. Nam cum imperio Senatus claſſem ſociorum ſexaginta nauium in Aſiam reduceret,Tarentumque appuliſſet, atque ibi vxor eius Horeſtilla, quæ illuc cū proſecuta fuerat, morbo preſſa deceſſiſſet, funerata ea & in rogum impoſita, inter officium vngendi & oſculandi, ſtricto ferro incubuit: quem amici ſicut erat,togatum,& calceatum,corpori coniugis iunxerunt,ac deinde ſubiectis facibus vtrumque vnà cremauerunt: Conſimilis affectus Iuliæ C. Cæſaris filiæ annotatus eſt: quæ cum ædilitijs comitijs Pompeij Magni coniugis ſui veſtem cruore reſperſam è campo domū relatam vidiſſet,territa metu ne qua vis ei eſſet illata, exanimis concidit; partumque,quem vtero conceptum habebat,ſubita animi conſternatione,& gra

Lib. 3 c. 6

T iii

ui dolore corporis eijcere coacta eſt, atq; ita expirauit. Portia verò Catonis filia, Bruti vxor, cum apud Philippos victum & interemptum virum ſuum cognoſceret, quia ferrum non dabatur, ardentes ore prunas haurire non dubitauit; muliebri ſpiritu virilem exitum imitata. Sic igitur antiqui illi indiſſolubile coniugij vinculum exiſtimabant fore, vt ſibi nec viuente nec moriente conſorte alia matrimonia appetere, nec moriẽtẽ vno ſuperſtitem remanere alium, licitum eſſe putarent: Quo verò amore (vt ad quartum accedam) ſe inuicem proſequendos eſſe cenſuerint, illud declarat, quod (vt refert & docet Plutar.) priſci Mercurium iuxta Venerem; itemq; Suadam & Gratias collocabant: Veneremq; pede Polypum prementem depingebant: Vt docerent coniuges ab inuicẽ quæ vellent impetrare debere perſuadendo, non pugnando, aut rixando: vt deinde inſinuarent, coniuges amore reciproco, ad inſtar Polypi transformari debere: Polypus ſiquidem natura ſua recipit rerum vicinarum colores, ſeq; in eos transformat: Sic & coniuges, ſuos adinuicem mores, affectus, ſermonem, ſtudia, & animi ſenſus exęquare debent. Solon iubebat ſponſam cũ ſpõſo nupturam, prius manducare malum Cydonium: innuens ea re, primam quæ ore & voce initur gratiam concinnam debere eſſe & ſuauem: In Bęotia ſponſam velantes aſparago coronabant. Hæc.n. planta dulciſſimũ ex aſperrima ſpina fructum edit: ita ſponſa nõn fugiendo aut aſpernando, primò inſuauem ſe & difficilẽ ipſa præbeat, ſed manſuetam ac dulcẽ vitæ ſociam ſe exhibeat: Qui verò primas nuptarũ diſſenſiones non ſuſtinent, nihilo ſaniores ijs ſunt qui immaturæ offenſi vuæ ſapore, maturas alijs relinquunt: Multæ ẽt recens nuptæ, à maritis ob primas actiones abalienatæ animis, eadem ſunt conditione, qua qui ictum apis pertulerunt, fauum odere. Sunt aũt, monet Plutarchus, inito matrimonio, pſertim in principio, cauendæ diſſenſiones & offenſæ; conſiderandũq; eſt, vaſa quæ ex partibus compinguntur, initiò facilè quauis alliſione diuelli; vbi verò temporis progreſſu compages firmata eſt, ſolideq; coaluerunt, vix igne & ferro diſſolui: Sicut ignis in paleis aut pilis leporum facillimè exardeſcit, mox aũt extinguitur, niſi materiam quæ ei ſuſtinendo & nutriendo ſit apta, inueniat; ita amor recens coniunctorum à forma corporis incenſus, durabilis & ſtabilis eſſe non eſt putãdus, niſi in ipſis animis defixus, mentemq; occupans viuam nanciſcatur radicem: Qui Iunoni nuptiali ſacrificabãt, ij fel non cum reliqua conficiebant victima, ſed exemptum apud altare abijciebãt: quo inſtituto legis author nõ obſcurè ſignificauit, coniugio nũquam debere bilem iramq; intereſſe. Quo.n. pacto medici febres ex occultis cauſis paulatimq; collectis ortas periculoſiores iudicant, ijs q̃ claris & manifeſtis de cauſis exiſtunt: eodem modo, pleroſq; fallunt exiles, continuæ quotidianæque offenſæ coniugum, & grauius diuellunt, lędunt que conuictum: Socratis eſt præceptum, adoleſcentes ſi in ſpeculum intueantur, turpes, formæ vitium debere morum honeſtate corrigere: formoſos

moſos,adhibere diligentiam,ne pulchritudinem prauitate morum cõtaminent:Sic matrona etiam,in manib.vbi ſpeculum erit,ſic ſecum loquatur,Si eleganti ſum forma,Quanti fiam ſi accedat pudicitia & viri mei amor? Si deformis ſim? Quid eſſem ſi deforet pudicitia? ſi coniugis deeſſet amor? Sicut enim ſpeculum auro & gemmis licet ornatũ,nihil valet; niſi ſimilem exhibeat rebus imaginem;ſic mulieris nullus eſt vſus,vitam viro ſimilem moreſque conſonos non gerentis: Vitioſum eſt ſpeculum & prauum,quod lęti imaginem triſtẽ;triſtis ac cogitabũdi lętam ac ridentem exhibet; ita & vxor inutilis ac intempeſtiua eſt, quæ luſum quærenteque oblectationemque viro,toruum tuetur;ſerias res agente,ludit ac ridet: quorum alterum non amantis eſt; alterum contemnentis maritum: Sed quemadmodum Geometræ dicunt lineas & ſuperficies nõ à ſeipſis moueri,ſed motus corporum comitari;ita vxor debet non proprias habere affectiones, ſed mariti ſeria, ioca, auſteritatem vultus, riſumque ſubſequi: Pulcherrima amoris coniugalis augendi & cõſeruandi tradebat D.Chryſoſtomus documenta;quæ ſi à matrimonio coniunctis ſeruarentur,beatiſſima fore coniugia(ſi beatiſſima nuncupanda ſunt) nemo eſt qui non concedat: Sed neque,inquit,vir temerè quicquam aduerſus vxorem credat; neque vxor ingreſſus & exitus viri curioſè obſeruet. Neque verò vir ipſe vſpiam ſe talem exhibeat,vt aliqua mali ſuſpicione dignus ſit: Quid enim,dic quæſo,totum diem amicis teipſum tradis; vxori verò veſperam? Non poteris vel ſic perſuadere illi, extraque ſuſpicionem conſtituere: quod ſi te culpauerit vxor, ne moleſtè feras. Amicitiæ indicium eſt, non arrogantiæ:Accuſationes illæ frui cupientis indicia ſunt,ardentiſq; amoris & timoris: Timet enim ne qua forſan cubile ſuum circumuenerit;ne qua ſibi circa bonorum ſumma nouerit; ne qua ſibi caput abſtulerit, ne qua cubile ſuum perſoderit: Nemo deinde (vt ad cæteras diſſidiorum cauſas eruendas accedam) paupertatem exprobret proximo, nemo pecunias amet;Non dicat vxor aduerſus virum,ignaue,meticuloſe, pigritia ſegnitieque ac multo ſomno plene,ecce hic vilis & abiectus, abiectorumque natalium,toleratis periculis,peregreque profectus,multas diuitias adeptus eſt,& vxor eius auro conſpicua,rhedaque equis iuncta circumfertur vbique,greges habens domeſticorum,famularumque copiam: tu verò meticuloſus factus fruſtra & inaniter viuis: Ne dicat iſta,iſtiſq; ſimilia mulier:Corpus.n.eſt non vt imperet capiti, ſed vt illi morem gerat & obediat: Quomodo ergo feret paupertatem? vnde inueniet conſolationem? Cogitet & proponat ſibiipſi pauperiores:Reputet quot generoſę & ex generoſis ortæ puellæ,non ſolum à viris nihil acceperint;ſed & ſua tradiderint,omniaq; inſumpſerit: Cogitet quæ ex eiuſmodi diuitiis naſcantur pericula,& quietam illam & otioſam vitam amplectatur: Nihil oĩno tale dicet, ſi fuerit amanter erga virum ſuum affecta, ſed eliget magis apud ſe domi habere illum,nihil lucrantem,quam decem millia auri talẽ-

Chryſoſ.

mox pudorem tollas, ſed ad multum tẽporis producas: Nam etiamſi impudentior ſit puella, aliquo tamen vſq;, virum reuerita, rebuſque iſtis inſueta, tacere nouerit: Tu itaque pudorem iſtum non ſtatim illi eximas, quod laſciui viri faciunt: ſed magis longo tempore differas ac protoges. Dabit.n.iſtud tibi magnos fructus: Interea quippe dum pudorem adhuc habet, nihil eorum quæ diſponis culpabit, nihil reprehendet: Omnia itaque iuxta rationem temporis illius ſancito, quo pudor menti ipſius, quaſi quoddam frenum, iniectus, non permittit quicquã conqueri, vel quę fiũt reprehendere: Si namq; confidentiam nacta fuerit, multa temeritate ſubuertet, & confuſa reddet omnia: Itaq; nullum aliud tẽpus eſt adeo fingendæ vxori idoneum, quàm illud quo virum reueretur, & adhuc metuit ac verecundatur? Tunc.n.ipſi quaſuis leges ponito, & obſequetur omnino ſiue ſpontè, ſiue inuitè: Quomodo verò pudorem non ſolues? Quando videberis & ipſe non minus verecũdus quàm ipſa; paucaq; collocutus fueris, atque ea cum multa grauitate atque compendio: Tunc illi de amicitia loquere, nam animum colliget. In pulcherrimum ipſam habitum, videlicet pudorem conſtitue: Si permittitis, dicam exempli gratia, quæ debeant ad ſponſam differi. Si.n. Paulus non detrectauit dicere, Ne fraudetis vos inuicem, & pronubæ verba locutus eſt, imò non pronubæ, ſed animi ſpiritualis; multominus nos detrectabimus de hac re dicere. Quid igitur ad eam loqui oportet? Cum multa gratia dicendum eſt illi, Nos te, ò ſponſa, vitæ ſociam accepimus, introduximuſq; eorum quæ precioſiora ſunt & magis neceſſaria conſortem; nimirum creationis liberorum, & gubernandæ domus; Quid igitur te obſecramus? Imò verò prius quæ dilectionis ſunt eum illa loquere: Nihil.n.ita confert adhoc vt qui audit perſuadeatur ad recipiendum quæ dicuntur, atq; ſi cognoſcat, quod cum magna dilectione dicantur. Quo pacto ergo oſtendes dilectionem? Si dixeris; vxoris loco habere potui, & opulentiores, & illuſtri genere; verùm nolui: ſed te tuamque conuerſationem, mundiriem, manſuetudinem & modeſtiam adamaui: Deinde ſtatim ab iſtis, viam de ſapientia diſſerendi parato, diuitiaſque facto quodam loquendi circuitu, culpato. Nam ſi ſimpliciter ac temerè ſermonem aduerſus diuitias direxeris, moleſtus eris; ſi verò occaſionẽ ceperis, omnia expedies: Videberis.n.rem iſtam apologiæ modo facere, non tanquam auſterus, ingratus & circa minima curioſus; Verùm quando ex ijs quæ ad eam pertinent, occaſionem ſumpſeris, ac ſenſerit; dices (neceſſarium eſt.n.reſumere ſermonem) licebat diuitem ſpõſam ſumere, & opulentam, ſed talem non accepi: Quamobrem? Non temerè, nec ſine cauſa, ſed tanquam bene inſtructus, diuitias non eſſe poſſeſſionẽ ac ſubſtantiam, ſed rem contemptibilem, quam & latrones, & fornicariæ mulieres, & ſepulchrorum effoſſores ſacrilegi habere poſſunt: Propterea relictis illis, ad animi tui virtutem acceſſi, quam præfero omni auro: Prudens enim ac libera puella iuuencula, & cui pietas curæ eſt, vniuerſo orbi

1.Cor.7.

comparanda eſt: Propterea te & complexus ſum, & diligo, & ipſi animæ meæ præpono; nihil.n.eſt hęc pręſens vita. Opto etiam ac precor, nihilq; non faciam, vt ita præſentem mereamur viuere vitam, vt & alibi in futuro ſęculo, cum multa ſecuritate ſimul eſſe ac conuerſari valeamus: Tēpus enim iſtud breue eſt ac fragile. Si verò Diuina gratia nos dignata fuerit, vt Deo placendo vitā iſtam hilarè trāſigere liceat; perpetuò & apud Chriſtum & vnà cum maiore iucunditate ſimul erimus; Ego dilectionem tuā omnibus antepono. Et nihil mihi tam graue fuerit ac moleſtum, quam ſi quando contingeret, vt te offendam: Et ſi oporteat omnia perdere, & Iro pauperiorem fieri, extremaque pericula ſuſtinere, aut quicquid tandē ſit pati; oīa mihi erunt tolerabilia ac leuia, dummodo tecum mihi bene conueniat. Et liberi mei mihi tum iucundi erunt, quando animo erga me beneuolo affecta fueris; Opus eſt autem vt & tu iſta facias; deinde immiſcebis & Apoſtolica verba, quòd Deus beneuolentiam nobis ita velit conciliari. Audi.n. qd ſcriptura dicat? Huius gratia, inquit, relinquet homo patrem ſuum & matrem, & adhærebit vxori ſuæ; nulla ſit nobis prorſus puſillanimitatis occaſio, valeant pecuniæ, ſeruorumque multitudo & honores externi. Iſtud mihi omnibus eſt præſtatius. Quanto auro, quantis theſauris non erunt verba iſta vxori iucundiora? Ne metuas, ne in arrogantiā aliquando aduerſus te rapiatur, ſi fuerit adamata; ſed confeſſum ac certum facito, quod eam ames; Reliquæ quidem, quæ nunc huic nunc illi applicantur viro; extollerentur fortè aduerſum amatores ſuos, ſi quando talia verba audirent; libera verò vxor & generoſa puella non inſoleſcet vnquam ex his verbis, ſed magis etiam flectetur. Oſtende illi, quanti facias apud eam cohabitare, quamque malis domi eſſe prope ipſam, quam in foro; Omnibus etiam amicis eam & liberis quoq; ex ipſa natis pręferto; qui tamen ipſi propter eam abs te diligantur. Si boni quicquam fecerit, lauda & prædica; ſi uerò abſurdum aliquid & iuuenile quodammodo obtigerit, hortare & admone; Pecunias ac ſumptuoſitatem nimiam & inutilem indeſinenter accuſa, & oſtende ornatum illum qui eſt à munditie & ab honeſtate, & continuè, quæ vtilia ſunt doce; Sint vobis preces communes. Ad Eccleſiam vnà accedite, & eorum quæ ibi dicuntur & leguntur, uel partem aliquam domi uir ab uxore, & uxor à uiro exigat; Si paupertas preſſerit, adduc in medium ſanctos viros Paulum ac Petrum, qui omnibus & Regibus etiam clariores ac celebriores cum fuerint; quomodo tamen in fame & ſiti uixerint? Inſtrue vxorem, nihil eſſe eorum quæ in hac uita ſunt metuēdum; niſi unum illud, Dei offenſionem; Si ita quis nupſerit, iſtaque obſeruauerit, non multò minor erit illis qui ſolitariè uiuunt, neque inferior erit coniugatus non coniugatis; Si uolueris & prandia facere, & conuiuia parare, nihil adſit inhoneſtum, nihil indecorum ac inordinatū; Si pauperem quendam ſanctum inueneris, qui domum ueſtram benedicere queat, quique ad ingreſſum pedum ſuorū omnem poſſit Dei

bene-

benedictionē ſimul adferre, iſtum uocato. Dicam & aliud; Nemo ueſtrū opulentiorem uxorem ducere ſtudeat, ſed mulò magis pauperiorem; Nō enim adueniet opulenta, tantam voluptatis materiam ex pecunijs ſuis adferens, quantam triſtitiam ex opprobrationibus; ex eo quod plura quā attulerit, exiget; ex cōuicijs, ex ſumptuoſitate; ex oneroſis & intolerabilibus verbis: Dicet.n. forte, nondum tuorum quicquam inſumpſi: Adhuc veſtibus meis induor, illis amicior quæ mihi parentes dederunt: Quid dicis ò mulier? Veſtiris adhuc rebus tuis? Et quid hoc verbo poterit contingere miſerius? Corpus propriū iam non habes amplius, & pecunias habes proprias? Non eſtis amplius poſt nuptias duæ carnes, ſed facti eſtis in vnam; & habetis duas bonorum ac facultatum ſubſtantias, & non vnam? O pecuniarum amorem: Vnus homo & vnum animans, ambo facti eſtis, & adhuc dicis, hæc mea ſunt? Execrandum hoc verbum ac ſceleſtum à diabolo inuectum eſt: Omnia nobis Deus, quę iſtis quoq; neceſſaria magis ſunt communia fecit; & iſta non ſunt communia? Non potes dicere, lux mea eſt, meus eſt *Sol*, mea eſt aqua, omnia maiora communia nobis ſunt; pecuniæ verò communes non ſunt? Pereant pecuniæ millies, imò non pecunię, ſed mentes illæ quæ pecunijs vti neſciunt, ſed omnibus illas anteponunt: Et iſta cum alijs vxorem tuam doce, ſed cum multa gratia. Quoniā enim ipſa virtutis adhortatio per ſeipſam multum habet triſtitiæ, & maximè ad ſponſam facta teneram & iuuenculam, quando de virtute ſermones habentur, multum gratiæ conſtrue: atque iſtud meum & tuum, potiſſimum ex animo ipſius extermina: Si dixerit, hæc mea ſunt, reſpōde, quæ ſunt iſta quæ tua dicis? Neque enim noui: ego nihil proprij habeo: Quomodo ergo dicis, hæc mea ſunt, quum omnia tua ſint? Gratificaberis illi hoc verbo, Non vides quomodo iſtud & ergà pueros noſtros facimus? quando nobis aliquid eripiunt eorum quę poſſidemus, atque rurſus & aliud accipere volunt, permittimus ac dicimus: etiā hoc tuum eſt & illud; Iſtud & cū vxore faciatis. Eſt namq; animus ipſius puerilior; Et ſi dixerit, hæc mea ſunt: dic tu, omnia tua ſunt, & ego quoque tuus ſum. Non eſt adulantis hoc verbum, ſed plurimum ſapientis: Atque ita poteris faſtum eius reprimere, & animi triſtitiam extinguere: Adulatio quippe eſt, quando quis parum virile quid mali gratia fecerit: Iſtud verò maxima philoſophia eſt: Dic igitur, & ego tuus ſum ò ſpōſa: Hoc me Paulus admonuit dicens, Vir proprij corporis ſui poteſtatem non habet, ſed vxor: Si corporis mei poteſtatem ego non habeo ſed tu, multò minus pecuniarum: Iſta ſi loquutus fueris, recreabis ipſam, flammamque extingues, diabolum pudore ſuffundes, famulam tibi ex vxore facies obſequētiorem, quàm ſi emptitia eſſet: in ſumma, deuincies illam tibi planè his verbis: Itaque quicquid loquaris, doce eam vt nunquam dicat, meum & tuum: Et nunquam ſimpliciter ac nudè ipſam voca, ſed cum blanditijs, cum honore, cū multa dilectione: Honora ipſam, & nullum ab alijs deſiderabit honorem;

nullam concupiſcet ab alijs gloriam, ſi gloria fuerit abs te poſita. Omnibus eam præpone, lauda etiam eam propter omnia, ſiue pulchritudinem, ſiue prudentiam: ita perſuadebis illi te nulli externæ mulieri intendere; ſed omnes alias contemnere: Doce timorem Dei, & omnia tanquã ex fonte abundè affluent, eritque domus tua innumeris bonis referta: Si quæſierimus incorruptibilia bona, aduenient & corruptibilia: Nam primum, inquit, quærite regnum Dei, & hæc omnia adijcientur vobis: Quales conſequens eſt fore liberos talium parentum, tales erunt & omnes qui prope illos fuerint: An non continget & ipſos innumeris bonis abundare? Vt enim plerumque fit, ſerui etiam mores ſuos ad ingenium Dominorum componunt; deſiderijſque illorum aſſimilantur, eadem amant, quę & docentur, eadem loquuntur, in eiſdem pariter cõuerſantur; Si ad hunc modum voſipſos compoſueritis, præſentem vobis Saluatorem ſuo poculo vos inebriantem habebitis, vitamque omnem cum ſolatio tranſigetis, & bona diligentibus Deum promiſſa aſſequemini; quibus nos omnes, precor, dignos fieri contingat, gratia & benignitate eius, qui viuit in ſæcula ſæculorum Amen.

DOMINICA III.

POST EPIPHANIAM.

Cum deſcendiſſet Ieſus de monte. Math. 8. cap.

FASCICVLVS PRIMVS.

Proximorum neceſſitati, ſeruiendum eſſe, docetur.

NON, tantum opitulator mortalium Deus, cœleſtium hominum ſublimi contemplatione oblectatur, vt eos ſibi ſolum, alijs neglectis, viuere; ſuæque tantum, non etiam alienæ ſalutis curam habere velit: Humanum ſiquidem genus, cum ad inſtar humani corporis effinxerit artificio manuum ſuarum: in corpore aũt humano, membra licet diuerſa, alia ſuperiora, inferiora alia, contemplationi altiſſimarum rerum alia, alia actioni viliſſimorum deſtinata ſint, omnia tamen ad inuicem mutuo ſeſe adiuuant auxilio: Mens agitatione inueſtigationeque earum rerum quas cogitando conſequitur occupata regulas cæteris præſtituit, conſilijſque proſpicit: imperat deinde voluntas vt ad eorum normam cuncta inferiora obſequantur, ſalutique aliorum ferant opem: membra deinde ſingula, aliorum magis quàm ſuorum commodorum ſedulam gerunt curam; non vnum, propter ſuum emolumentum ſpoliat aut violat alterum, ſed magis adiuuat & roborat; non propter ſuam ſalutem vnum ſe contrahit, ſed magis ſeſe exponit ad ſaluandum aliud: manus ſe erigit ad ictum capiti intentatum in ſe excipiendum: eadem manus vulneribus aliorum medetur; ſaniem expurgat, emplaſtra imponit, obligat faſcijs; cæteraque omnia perficit quæ ad illius membri recuperandam valetudinem pertinere videntur: Ad eum modum humanam ſocietatem inſtitutam eſſe voluit Deus, vt homo homini, quicunque ſit, ob eam ipſam cauſam, quod homo ſit, cõſultum velit, neceſſitatibuſque eius proſpiciat; vt nullam vitæ partem habeat, vt ſiue quid in priuatis, ſiue in publicis, ſiue in forenſibus, ſiue in domeſticis rebus agat, ſiue ſecum verſetur, ſiue cum altero contrahat, ſiue cũ Deo in oratione loquatur; ſemper officij in proximũ meminerit: Non tantopere deſiderat, vt homo carne mortali adhuc circũdatus, in intimo ſacrario ſeſe recludẽs, totos dies & totas noctes, in eius iucundiſſimo colloquio

loquio

loquio atque familiaritate conſumat; ſed vt quoque magis ac magis in eo colendo, in quo ſita vitæ eſt honeſtas & vtilitas maxima ſeſe exerceat; in ſubleuandis. ſ. proximorum neceſſitatibus; Teſtimonium huius clariſſimum dedit ipſe in Moyſe; quem in monte illo excelſo, ad omnigenam bonorum in ſpeculo eſſentiæ ſuæ nitidiſſimo relucentium contemplationẽ, & ad ſuum familiare conſortium admiſerat. Noluit enim vt ſe penitus in ſuam familiaritatem ingereret, populique ſui Iſraelis obliuiſceretur: Noluit vt in monte illo conſeneſceret, ſed præcepit illi, Vade, deſcende, peccauit populus tuus quem eduxiſti de terra Ægypti: Vade, nolo enim vt tantopere meo conuictu diſtinearis; deſcende, & vide quod populus tuus te ad radices montis præſtolans, maximis vrgetur neceſſitatibus; quidam ſitiunt, alij eſuriunt, aliorum corpora lepra corroſit, nonnulli tædio afficiuntur; quidam ollas Ægypti concupiſcunt; omnes manna cœleſte nauſeant, vniuerſi hoſtem verentur propinquum, cunctis bonum ſupremum ſummaque fœlicitas deficit; vnus corporeo quodam morbo contractus iacet, alius à ſerpentibus venenatis morſus occumbit; alter hiatum terræ exhorreſcit; quidam languoribus animi diuerſis, hoc ille, alter alio tabeſcit: Vade, deſcende de monte, ſuccurre illis, quotidianas eorum querimonias exaudi: his educ aquam de ſilice; alijs coturnices colligere præcipe; hos blanditijs conſola, illos metu pœnarum deterreas: Eſto perfugium miſeris, alleuamentum oppreſſis, inuictum præſidium omnium ope deſtitutis, pupillorum ſis tutor, viduarum patronus, & omnium qui propter inopiam potentum iniuriis nimis obiecti ſunt, acerrimus defenſor atque cõſeruator eſto. Tuere innocentiam, retunde improbitatem, ſubſidio occurre imbecillitati, & prædam è tyrannorum faucibus extorque. Nec detrectaueris vel animi vel corporis eorum mala contingere, illiſque mederi; ad ſingulos manum tuam appone morbos: Laborat quis praua affectione mentis? Succurre, legum ſanctiones præſtitue, illaſque obſeruare compelle, motus quoſuis rebelles cõprime & intra limites cõtine: Serpentis igniti veneno quis ſemiextinctus iacet? Deſcende, & fac illis ſerpentem æneum; quicunque aſpexerit eum ſanabitur illicò. Lepra voraci exeſum aliquis corpus geſtat? Deſcende, & ſepara eum extra caſtra, & ſic diuiſo præpara medicamentum illud, quod ego tibi in monte præſcripſi: Nolo ſiquidem ut populus meus, tot & tantis afficiatur neceſſitatibus; volo vt non tantum tibi, ſed & illis quoque ſedulò proſpicias: Huius affectionis aliud in ſemetipſo Saluator noſter ſignum euidentiſſimum oſtendit; Is.n. non ſemper in ſolitudine vel in monte ſuam traduxit vitam, non ſemper in oratione perſtitit, non ſemper de altiſſimis illis ſalutis noſtræ myſterijs ſermonem habuit; non ſemper in monte excelſo tabulas legis Euangelicæ digito Dei exarabat; ſed vt Euangelium refert, de monte, à ſublimi cõtemplatione mandatorum Dei deſcendit deorſum, & auidus ſalutis ſiue corporeæ, ſiue ſpiritualis hominum, modò ſocrum Petri febricitantem,

vel

vel aliâs SyroPhæniſſæ filiam à dęmone vexatam, vel Hęmorroiſſam ſanguine defluentem, nunc paraliticum, nunc hydropiſi diſtentum ſanat: aliâs vel ſatiat fame pereuntes, vel ſitim explet cõuiuantium; nunc vel Dæmones ex obſeſſis corporibus eiicit, vel mortuos ad vitam reuocat: modò (vt in præſenti Euangelio audiuimus) occurrit ei lepra infectus homo, & dum genibus in terra fixis aduolutus, cum fide pura prorſus & vera, cum ipſa exiſtimatione digniſſima, cum ingenti mentis ardore ei ſupplicat, Domine, ſi vis, potes me mundare: Ille miſericordia motus, vnico verbo candori priſtino primæque ſaluti ipſum reſtituit; Volo, ait, mundare: Nõ eijcit illum, vt Moyſes ſuam ſororem ſanaturus extra caſtra vel extra Ciuitatem: non ipſum ſeparat à conuictu cæterorum hominum; nihil tale in medicando illo quale præcipiebat lex obſeruat: non lauat ipſius veſtimẽta, non radit barbam vel capillos capitis, vel ſupercilia, vel reliquos corporis pilos, non offert pro eo agnos vel oues vel ſimilia, non inungit ſanguine extremum auriculæ eius dexteræ vel pollices manus dextræ & pedis, non fundit oleum ſextarij ſuper auriculam eius dexteram, vel ſuper pollices manus & pedis dextri: non illum ſepties diſpergit ſanguine paſſeris immolati; non vt Moyſes pro Maria, clamat ad Deum, Obſecro ſana iſtum: Non aliquid tale quod in longinquum tempus ſanitatem eius differret, facit; ſed ſtatim ut uidit leproſum, vt agnouit neceſſitatem, dicit, volo mundare. Et licet ipſum ad Legis Sacerdotes remittat, vade, inqens, oſtende te Sacerdotibus, mundatum tamẽ perfectè, in teſtimonium illis: Quid in teſtimonium illis? In redargutionem profectò; in accuſationem; quod non, vt illi ſemper, in Sacrario excubabat, nõ ſemper excipiebat pingues vapores, non, ut illi, nunquam populi neceſſitatem patientis reminiſcebatur; non patiebatur illos miſeros tantis diuexari malis; ſed & contemplationem ſublimium rerum, & familiare colloquium orationis, & ſuauiſſimam ſolitarię vitę conſuetudinem relinquebat, & nullo negotio, nullo tempore diſtinebatur, quin mederetur prope infinitis malis: Deſtinat illum deinde ad Sacerdotes, in teſtimonium illis, ſeu in documentũ, ſi peruerſæ voluerint eſſe ſententiæ. Quia.n. dicebant, vt ſeductorem ac deceptorẽ iure te perſequimur; tu, inquit, mihi in illo tempore in teſtimonium eris, quod à præuaricatione ſim legis alienus; quippe cum te curauerim, ad legem remitto, atque ad ſententiam Sacerdotum, quod certè erat honorantis legem, & Moyſis pręcepta venerãtis, nec antiquis dogmatibus reſiſtẽtis: Offendit poſtmodum & alium ſupplicem, pro puero preces fundentem; Domine, puer meus iacet in domo paralyticus, & male torquetur: Et licet Gentilem videat, idololatriæ deditum, ipſum tamen non abhorret; non illius preces ſpernit, nihil remoratur, ſed dicit, ego modò veniam, ego quantocyus accurram, & ſanabo eum: Dum verò humilẽ pertinaciam Centurionis agnoſcit, qui renitenti prece ipſum ab ingreſſu domus prohibet: Domine non ſum dignus vt intres ſub tectum meum,

ſed

ſed tantũ dic verbo,& ſanabitur puer meus: ille nihil cũctatus, verbo curat puerum: Vade, pręcipit Centurioni,& ſicut credidiſti fiat tibi: Et ſanatus eſt puer ex illa hora: Aquilæ inſtar mihi videtur eſſe Chriſtus, quæ vbi leuibus pennis in altum elata, ſplendidiſſimum Solis iubar cõtuetur, non tamen oculos à pullis auertit; ſed ſiue eos famẽ pati, ſiue inſidijs ſerpentis attentari videt, mox ac tonitru quoddã de ſuperis delabitur, & eorum vel famẽ explet, vel hoſtis inſidias reprimit, vel veneno infectis medetur: Sic Chriſtus acie mentis indefeſſa, licet ad fulgidiſſimum Diuinitatis lumen intentus fuerit, de altiſſimo tamen cõtemplationis culmine, populos ad radices montis expectantes, diuerſis affectos neceſſitatibus aſpiciens, ad eos accurrebat, eiſq; pro qualitate ſingulorum opitulabatur; vt palam faceret, ſibi maximè placere illos qui non ſuæ tantum, ſed & alienæ quoque neceſſitati, corporeæ licet intenti ſunt: Quam corporis alieni, neceſſitatum curam, vt vobis ad exemplum Chriſti perſuadeam, mihi repetendum duxi altius, ab ea ſcilicet Dei prouidentia, qua nullam in Orbe vniuerſo creaturam his exemit legibus, vt nullum homini præſtaret auxilium; ſed omnes & ſingulas ea conditione, vt hominis ſiue corporeę ſiue ſpirituali inſeruiant neceſſitati, inſtituit & obligauit: Quod Dei ſtatutum an creaturę exequãtur? an homini, peccatori licet, emolumenta vitæ & ſaluti eius neceſſaria exhibeant? nemini ambiguum eſſe poteſt; Atq; imprimis cęleſtes illi ſuperbeati ſpiritus, quid homini conferãt videmus: Confeſtim enim ac homo in mũdũ profuſus eſt, manibus illum ſuis excipiunt; circa illum excubias agunt; pericula omnia corporis & animę pcauent; aſtus dæmonis proſpiciunt & propulſant, cogitationes ſanctas inſpirant; fallacem honeſtatis imaginem detegunt; ne hac homo deluſus ſempiternum ſubeat dedecus; à ſcelere dehortantur, virtutem pulcherrimis depictam coloribus ob oculos ponũt, mentem ab errore expurgant, intellectum illuſtrant, affectus igniculos quoſdam Diuinos excitant; In manibus deinde portãt ſuis, ne homo offendat ad lapidem pedem ſuum; neve aſpidis vel baſiliſci inficiatur veneno vel trucis leonis aut draconis deuoretur faucibus; modo hunc ad Rages vſque Medorũ deducunt, & in domum rurſus reducunt paternam; modo à piſce voraci tutantur, modò dæmonia ab vxoribus pellunt; nunc alterius cęcitatem miſerandam illuminant, aliàs ad piſcinam quinque porticuum aſtantes, & in eã deſcendentes, & mouentes aquam, hunc à paralyſi, illum ab hydropico tumore; hunc à febri, illum à colica paſſione, vnum à lepra, alterum à turpi ſcabie; hunc ab illa, illũ ab altera labe vel contagione liberant, primęq; ſanitati reſtituunt: De cœleſtibus corporibus, apud Medicinæ profeſſores pro comperto eſt, ea occulto virtutis influxu humana corpora peruagari, languidaque & morbo aliquo affecta, ſi modò à proprio non deflectant vigore, ad robur & ſalutem primam reducere: Percurre poſtmodum orbem terræ, & aquarum immenſos vortices: & in terra quidem reuolue plãtas,

herbas omnes, florum genera, arbores fructuoſas & infructuoſas; metalla, aurum, argentum, ſtannum, aurichalcum; lapides precioſos, ſaphiros, adamantes, carbunculos, hyacintos, Ametiſtos, ſmaragdos; Aromata, crocum, cynamomum, galbanum, ſtoracem, myriſticas nuces: Numera poſtea animalia gradientia, volatilia, ſerpentia, ipſa etiam mortifera quæque ſcorpiones, dracones, baſiliſcos, crocodilos: omnia deinde natatilia quæ aquis teguntur recenſe, ſingula in ſuo ordine opem ferunt neceſſitati hominis; herbæ, flores, arbores, plantæ, ſemina, in diuerſa cedunt morborum medicamenta: aurum cordis dolorem leuat; Saphirus purificat ſanguinem; Smaragdus lippis prodeſt oculis: Ametiſtus fluxus reſtringit; diuerſis medetur languoribus hyacinthus: aromata ventris defectibus ſuccurrunt; venenata animalia venena expellunt: canis vlcera lingens ſanat; alia alijs vſibus ſeruiunt: Mirandum, at verum hic referam de cane, & elephante terreſtribus, & de mullo atque delphino aquatilibus, quanto iſti amore ſeruitutis humanæ teneantur: hæc autem non ex meo, ſed Plutarchi inuento dicam; qui primo de cane hæc recenſet: Romanus quidam in bello ciuili conciſus vulneribus ſemimortuus iacebat; huius vulnera lingebat, & medicabatur ſuus proprius canis; Quod vbi aſpexere inimici, caputque ei reſcindere conabantur, tantis latratibus & morſibus impetebat illos, vt nemo prius potuit abſcindere illud, quam canem qui aſſeruabat defendebatque herum, circumſtãtes telis confodiſſent. Pyrrhus verò Rex, quum iter cum exercitu faciens incidiſſet in canem occiſi hominis corpus lingentem ac ſeruantem, intelligeretque tertium illic diem per inediam durauiſſe, nec reliquiſſe corpus, ipſum quidem cadauer ſepeliri, canem verò vnà duci & curari iubet: Paucis poſt diebus, quum luſtratio exercitus fieret, ac milites in ordine Rege ſedente tranſirent, aderat canis ipſe quoque tacitus interim ac triſtis, verùm vbi occiſores heri accedere conſpicatus eſt, latratu cõmoto & impetu feroci procurrit in ipſos, intonuitque, ad Pyrrhum ſubinde conuerſus, vt non Regi modò, ſed omnibus qui aderant in ſuſpicionem homines maximam venirent; ſtatim igitur comprehenſi rogatique, quum leues quædam coniecturæ concurriſſent, confeſſi cædem pœnas dedere: Mulli autem marini leporem itidem marinum exitialem homini cum primis infeſtant & necant; vnde ſtudio quodam hominis duci, hominiſque curam gerere crediti ſunt; Quid verò elephantes terreſtres? Nonne & hi quoque hominis infirmitatibus auxiliantur? Poro Regi in pugna aduerſus Alexandrum ſaucio, nonne multa elephas ſpicula leniter ac citra dolorem promuſcide è vulneribus extraxit? & cum eſſet grauiter vulneratus ipſe quoque, non ante abiecit ſe tamen, quam exanguem & nutabundum Regem intelligeret; hic enim, vt ne durius ille caderet, ſenſim ſe humi prius demiſit, exhibens illi declinationem inoffenſam: Delphinus verò

lib. Vtrũ aĩalia plʳ rõnis habeant terreſtr. &c.

quid

quid non ob amorem hominis operatur? Et cum non liceat ei aliud ferre auxilium, præter quod in aquis exhibere poteſt, ipſe naues illæſas per cautes & ſcopulos deducit, ipſe naufragantes dorſo ſuo excipit, & incolumes ſeruat: Ipſe Cretenſium claſſem ſuo ductu curſum dirigens Cirrham perduxit, incolumẽ: Ijs etiam, quibus à Ptolomæo Sotere ad Sinopen, Serapidis reuehendi negotium datum fuerat, nec non Dionyſio ventorum vi, præter animi ſententiam, ſupra Maleam abreptis, & iam ad dexteram Peloponneſum habentibus, ac ob id perturbatis triſtibuſque, Delphinũ ante proram conſpectum narrant, veluti vocantem, ac Ducem ſe in ſtationem quandam leni curſu præbẽtem: illos verò de via iam nihil ſolicitos, tantiſper prænatantem, viamque monſtrantem ſequutos, dum conſtituerentur Cirrhæ. Arionis exemplum qui ignoret nemo eſt, per quam ſcilicet nobilitatum: Circa Nemæum verò quendam, quum fluctibus exanimis iactatetur, delphini excepere, mox alter alteri alacritate mira tradentes expoſuere Rhium, vt iugulatum oſtenderent: Enalum verò Æolium, quum Phinei filiam amauerat, Amphitrites oraculo monitæ præficæ in mare mortuum abieciſſent, eodem loci deſilijſſe, & hinc à delphinis Leſbum incolumem deportatum, Lesbius Myrtilus author eſt. Quid illã erga Iaſſenſem puerum beneuolentiam & fidem memorem, flagrantiſſimi cuiuſdam amoris argumentum? ludere, natare, vnà quotidie, ac contrectare manibus pati, ad hæc conſcendentem non refugere, ſed vectare lætus, ac quocunque dirigeretur curſum flectere, quum omnes ad mare Iaſſenſes vndique iam ſæpe ſpectaculo ſtupidi concurrerent? Sedenim oborta iam aliquando tempeſtate, nymboque & grandine validis incumbentib. delapſus puer ſub vndis extinctus eſt. Delphinus re animaduerſa, & cadauer quocunque iactaretur ſequutus, incontinentem impetu ſe tandem vnà ciecit, nec ante diuulſus eſt quam inſicco expiraſſet: æquum haud dubiè iudicans, qui vitæ fuiſſet, mortis etiam, cuius ex parte auctor fuerat, ſocius vt eſſet: Monumentum calamitatis eius Iaſſenſium monetæ etiamnum inſculptum, puer Delphinum inequitans eſt. Cæranus quoque, Parius genere, nonne à Delphino ſaluatus eſt? Bizantij iam aliquando iactũ piſcium, in eoque delphinos captos plurimos iamiam mactandos emerat, ac mox dimiſerat, pecunia redemptos ſua, donatoſque vita: Paulò deinde pòſt quinqueremi, qua & ipſe & piratæ quidã vehebantur, inter Naxum Parumq; freto medio euerſa, pereuntibus cæteris omnibus, ipſe ſubeunte, ſubleuanteque delphino, ſolus iuxta Zachynti ſpecum applicans, ſaluus euaſiſſe fertur; quam ſpecum Cæraneum etiamnum vocant, & oſtẽdunt: Poſtea quum ſupremum Cæraneus diem obiret, ac corpus igni affines iuxta mare traderent, delphinos circa littus innumeros comparuiſſe, ac ita ſe palam oſtentauiſſe narrant, quaſi intereſſe funeri velle ſe ſignificarent, quippe qui non ante diſcederent, quam iuſtis planè peractis: Vlyſſis autem clypeus ꝙ inſigne delphinum habuerit, etiam Steſichorus docet;

Simile q̃d ego à quodã nobili Dalmata ĩ Dalmatia paucis ab hic annis acci-diſſe audiui.

docet;qua verò maximè de cauſa, Zachyntij memorãt, quemadmodum Critheus teſtatur. Puerulus adhuc Telemachus quũ forte in mare, quod iuxta vorticoſum erat,per lubricum decidiſſet, excipiẽtibus delphinis ab imoque reuehẽtibus euaſit: hinc ſculpturam annulo, & viri boni ſignum pater delphinum inſcripſit, gratia ſic animali relata: Plura alia referunt multi de affectu delphinorum, quod licet haud vllius vlla in re mortalis opus habent opera,benigni omnibus,omnibus amici, etiam opẽ tulere multis: Illud de coruis Eliæ non vos latet, quem non à crudeliſſimæ Ieſabelis facie quidem fugientem, ſed contra Achabum ſceleſtum ſiccitatis ſentẽtiam ferentem,cibis pauerunt: Abijt,ait Scriptura,Helias & ſedit in torrente Charith,qui eſt contra Iordanem: Corui autem deferebãt ei panem & carnes mane,ſimiliter panem & carnes veſperi: De canibus Lazari mendici,nihil dico,quia pluſquam notum eſt: Cum igitur vniuerſa pene creata,& cœleſtia, & terrena,& aquatilia, & viſibilia & inuiſibilia,& ea quæ vel immobilia perſeuerant vel mouentur,& illa quę vel anima vegeta vel ſenſu perfecta ſunt, hominis incolumitati proſpiciant, eiuſque morbis,languoribus & quibuſcunque corporeis neceſſitatibus opem adhibeant; par erit hominem homini languenti in nullo prodeſſe? Si Angelus morbidis mouet aquam, non erit dignum vt homo paralyticum deponat in illam? Si herbæ,flores,aromata,ſanitatem conferunt homini,non æquum erit vt homo eas miſceat,& ægroto medeatur? Si canes lingunt vulnera, ſi elephantes ſpicula extrahunt, homo homini vlceroſo non apoſtemata lauabit,non pharmaca imponet? non obligabit? Si vipera à morſu ſerpentis defendit, momorſum, homo non curabit? Indignum profectò eſſet, vniuerſis & animatis & inanimatis ad hominis infirmantis ſalutem concurrentibus, vt ſolus homo hominem quouis affectum morbo abhorreret: Prorſus deplorandum foret ſi elephantes, ſi delphini,ſi cætera quæque ab hominis natura & conſortio aliena,homini infirmitate flacceſcenti ſeruiant,pro eoque & mortem ipſam ſubeant, & ſolus homo homini,eiuſdem naturæ,conditionis,qualitatis,dignitatis,eiuſdem ſortis,eiuſdem congregationis,Eccleſiæ, Sacramentorum,beatitudinis,participationis Diuinæ eiuſdem, in lecto decumbenti non ſuccurrat? Abominandum & quouis ſcelere magis exhorreſcendum omnino eſſet, ſi Saluator noſter Deus hominis nullatenus indigus, cęlos diuitiaſq; contemplationis cœleſtes relinquens,de monte ſiue illo ſancto inuiſibili, ſiue hoc excelſo terreno,deſcendens & leproſos contingat, & cæcorũ oculos luto obliniat, & in os mutorum digitos mittat, & quouis alio morbo depreſſos ſanet; & homo ſolus homini morbido nullum præſtet auxilium: Quare ipſemet Deus dum hominem condidit, ei quendam affectum impreſſit generoſum,quo ille ad miſeriam proximi commotus, ei ſuppetias ferret:hunc deinde non ſolitarium,ſed ſociabilem, ſed conſortium aliorum expetentem creauit,inquam familias,domos, vicos,ciuitates,

3. Reg. 17

tes, vrbes & prouincias, & Regna coegit, vt vnus alteri velut Deus eſſet, vt vnus alteri languido miniſtraret, neque ab hoc officio quauis oblatione, quolibet ſacrificio, quacunq; meditatione detineretur: Miſericordiã
Oſeæ 6. ait, magis volo, quam ſacrificium: Non delector cruore animalium, occiſorum, non nidore ſacrificiorum, non fumo thuribulorum; nõ etiam me oblectat adeò vehementer, continua & quaſi ſempiterna contemplatio, non corporis caſtigatio, non vigiliæ, non inedia, non ſanguine ſcaturiens corpus, quam miſericordia in proximos, quam languentium cura: Propter hanc ego & Paternas ſedes reliqui; propter hãc & corpus aſſum pſi, propter hanc & ab oratione & à contemplatione cœleſtium bonorũ, & à ſuauiſſimo complexu patris mei, & à Diuinæ legis prædicatione declino, vt ſalutaria antidota decumbentibus exhibeam: hanc etiam magis volo, quam ſacrificium: hæc enim maximum ſacrificium præſtat mihi. Qui infirmũ ſanauit, me ſanauit. Quod vni ex minimis meis fecit, mihi fecit; illum hoſpitali inuexit? me inuexit; illius vulneribus medicatus eſt? mihi medicatus eſt; illum curauit? me curauit: Accedit, quod ignis charitatis ea cura infirmorum maximè augetur & declaratur; Augetur, Quia vt calor naturalis & internus, corporis exercitio fouetur, torpore flaccecit; ſic externis in proximum charitatis operibus, amor in Deum voluntati inſitus mirificè excitatur & feruet; abſque externo charitatis miniſterio marceſcit, & paulatim extinguitur; Declaratur autem: Sicut enim vitæ animalis argumentum eſt motus membrorum; ſic vitæ ſpiritualis certum indicium eſt amor erga proximum, opera charitatis in illum. Hinc
1. Ioan. 3. D. Ioãnes. Tranſlati ſumus de morte ad vitã, quia diligimus fratres, ideſt, hoc argumento apparet, nos ingratia viuere; Contrà, ſicut mortis aut deſperatæ valetudinis argumẽtum ſtupor membrorum & ceſſatio motus; ſic extinctę gratię clarum indicium eſt, non affici erga proximum, & ab eius dilectione ceſſare: Vnde iterum Ioannes, Qui habuerit ſubſtãtiã huius mũdi, & viderit fratrem ſuum neceſſe habere, & clauſerit viſcera ſua ab eo, quomodo charitas Dei manet in eo? In his maximè charitatis operib. quantopere ſe exercuerint ſancti ſecuti exemplũ Seruatoris, nemini veſtrum obſcurum eſt. Ita enim vitæ contemplatiuæ actiuam connexuerant, vt nec hanc ſine illa, nec illam ſine iſta poſſe ad ſalutem ſufficere exiſtimarent homini illi, qui ad perfectiſſimũ Saluatoris exemplar ſe efformare cupit. Neque poſſum hic reticere huius ardentiſſimæ erga infirmos charitatis aliquot Sanctorum pulcherrima exempla; Atque illud ſe inpri
In uita eius apud Surium. mis offert; S. Eleazari Comitis Ariani, qui quotidie habuit duodecim pauperes & leproſos, quorum ipſe lauabat pedes, & ora oſculabatur; iiſq; cibo ac potu refectis largas præſtabat eleemoſynas; atque ita illos à ſe dimittebat; Abijt quandoque in comitatu ſuo venatum cum multis è familia ſua, quos omnes iuſſit antecedere; ipſe uerò uno apud ſe milite cum chirurgo retento, ad quoddã leproſorum diuertit domicilium; ubi ſex horri

da per-

da percuſſos lepra repetit,è quibus plerique vſq; adeo deformes erant, vt ſine horrore adſpici non poſſent: Videbantur exeſa labia & abſumpta,ita vt dentes paterent atque etiam exciderent: Eos vt vidit Sanctus & pius iuuenis humaniſſimè ſalutauit, & ſalutares eis adhortationes propoſuit; inde omnes ſingulatim peramanter oſculatus eſt: Et ecce repente curantur omnes,& tota illa domus ſuauiſſimo odore repletur: ille verò præſtita eis eleemoſyna recedit: ſed abeunte eo igneus quidam & luculentus radius ab eius capite cunctis cernentibus emerſit,qui ſemper cum recedente longius tendebatur; attingenſq; leproſorum domum, ſpatium omne quod inter illum progredientem & eam domum intererat, mira luce perfundebat,nec prius radius ille diſparuit,quam ille ad ſuam,quæ procul ſatis aberat,familiam perueniſſet: Sæpe autem clam alia leproſorum habitacula inuiſebat,vno tantum ſocio contentus: ibique flexis genibus eorum abluebat pedes,oſculabatur vulnera,eaque purgabat & obligabat. Non abſimile quid Gaufridus de ſanctiſſimo Rege Ludouico receſet; qui Sabbatis ſingulis in loco ſecretiſſimo aliquot pauperum ſuis manibus abluebat pedes,lotos tergebat,terſos exoſculabatur. Crebrò etiam centum viginti pauperibus,qui in eius aula quotidie abundè reficiebantur,atq; certis quibuſdam diebus & ſolennibus vigiliis ducentis pauperibus priuſquam ipſe cibum ſumeret, ſuis manibus cibos apponebat: Semper & in prandio & in cœna prope ſe tres habebat ſenes inopes, ijſq; de appoſitis ſibi ferculis humaniſſimè tranſmittebat: Cæcis in qualibet fere Ciuitate & caſtello Regni ſui domos ipſis congruas & oportunas benigniſſimè attribuit,certoſq; illis prouentus aſſignauit: Complurima quoque extruxit infirmorum Xenodochia, quæ ille humaniter inuiſens, nulliuſq; morbidi deformitatem aut ſordes refugiens,infirmis omnibus flexis genibus fercula offerebat: In Abbatia Regij montis,quam ille magnificè inprimis & condidit & ditauit, crebrò id genus officia præſtitiſſe fertur; Erat ibi Monachus morbo lepræ laborans, quem adeò horridum & abominabilẽ reddiderat naſo eius & oculis planè corroſis & exeſis; Ei Sanctiſſimus Rex prandenti in os cibum & potum inferebat,abſque vlla abominatione officioſiſſimè illi inſeruiens genibus flexis, ita vt Abbas qui tum aderat, & vix id intueri ſuſtinebat, in gemitus & lachrymas prorumperet. Hoc eorum ſtudium imitata eſt,& S. Elizabet Hungariæ Regis filia. Primo enim à Principe dotis nomine receptam pecuniam,non terrę infodit, vt timida; neque arcis incluſit vt auara, ſed magis apud Chriſtum diuini ſpe fœnoris collocatura,miſſis circumquaq; nuncijs, iubet pauperes quoſcumque ad diem conſtitutum adeſſe,aſſignato pariter loco, ne quis eius ignoratione comparere non poſſet. Congregata igitur ad diem eſt incredibilis multitudo vtriuſque ſexus,vt nunquam maiore numero per Haſſiam & Turingiam conuentus inopum viſus eſſe credatur Videre tum erat varia genera pauperum, cæcos,claudos,leproſos,epilepticos,paralyticos,

nullam concupiſcet ab alijs gloriam, ſi gloria fuerit abs te poſita. Omnibus eam præpone, lauda etiam eam propter omnia, ſiue pulchritudinem, ſiue prudentiam: ita perſuadebis illi te nulli externæ mulieri intendere; ſed omnes alias contemnere: Doce timorem Dei, & omnia tanquã ex fonte abundè affluent, eritque domus tua innumeris bonis referta: Si quæſierimus incorruptibilia bona, aduenient & corruptibilia: Nam primum, inquit, quærite regnum Dei, & hæc omnia adijcientur vobis: Quales conſequens eſt fore liberos talium parentum, tales erunt & omnes qui prope illos fuerint: An non continget & ipſos innumeris bonis abundare? Vt enim plerumque fit, ſerui etiam mores ſuos ad ingenium Dominorum componunt; deſiderijſque illorum aſſimilantur, eadem amant, quę & docentur, eadem loquuntur, in eiſdem pariter cõuerſantur; Si ad hunc modum voſipſos compoſueritis, præſentem vobis Saluatorem ſuo poculo vos inebriantem habebitis, vitamque omnem cum ſolatio tranſigetis, & bona diligentibus Deum promiſſa aſſequemini; quibus nos omnes, precor, dignos fieri contingat, gratia & benignitate eius, qui viuit in ſæcula ſæculorum Amen.

DOMI-

DOMINICA III. POST EPIPHANIAM.

Cum deſcendiſſet Ieſus de monte. Math. 8. cap.

FASCICVLVS PRIMVS.

Proximorum neceſſitati, ſeruiendum eſſe, docetur.

NON tantum opitulator mortalium Deus, cœleſtium hominum ſublimi contemplatione oblectatur, vt eos ſibi ſolum, alijs neglectis, viuere; ſuæque tantum, non etiam alienæ ſalutis curam habere velit: Humanum ſiquidem genus, cum ad inſtar humani corporis effinxerit artificio manuum ſuarum: in corpore aũt humano, membra licet diuerſa, alia ſuperiora, inferiora alia, contemplationi altiſſimarum rerum alia, alia actioni viliſſimorum deſtinata ſint, omnia tamen ad inuicem mutuo ſeſe adiuuant auxilio: Mens agitatione inueſtigationeque earum rerum quas cogitando conſequitur occupata regulas cæteris præſtituit, conſilijſque proſpicit: imperat deinde voluntas vt ad eorum normam cuncta inferiora obſequantur, ſalutique aliorum ferant opem: membra deinde ſingula, aliorum magis quàm ſuorum commodorum ſedulam gerunt curam; non vnum, propter ſuum emolumentum ſpoliat aut violat alterum, ſed magis adiuuat & roborat; non propter ſuam ſalutem vnum ſe contrahit, ſed magis ſeſe exponit ad ſaluandum aliud: manus ſe erigit ad ictum capiti intentatum in ſe excipiendum: eadem manus vulneribus aliorum medetur; ſaniem expurgat, emplaſtra imponit, obligat faſcijs; cæteraque omnia perficit quæ ad illius membri recuperandam valetudinem pertinere videntur: Ad eum modum humanam ſocietatem inſtitutam eſſe voluit Deus, vt homo homini, quicunque ſit, ob eam ipſam cauſam, quod homo ſit, cõſultum velit, neceſſitatibuſque eius proſpiciat; vt nullam vitæ partem habeat, vt ſiue quid in priuatis, ſiue in publicis, ſiue in forenſibus, ſiue in domeſticis rebus agat, ſiue ſecum verſetur, ſiue cum altero contrahat, ſiue cũ Deo in oratione loquatur; ſemper officij in proximũ meminerit: Non tantopere deſiderat, vt homo carne mortali adhuc circũdatus, in intimo ſacrario ſeſe recludẽs, totos dies & totas noctes, in eius iucundiſſimo col-

loquio atque familiaritate conſumat, ſed vt quoque magis ac magis in eo colendo, in quo ſita vitæ eſt honeſtas & vtilitas maxima ſeſe exerceat; in ſubleuandis. ſ. proximorum neceſſitatibus; Teſtimonium huius clariſſimum dedit ipſe in Moyſe; quem in monte illo excelſo, ad omnigenam bonorum in ſpeculo eſſentiæ ſuæ nitidiſſimo relucentium contemplationē, & ad ſuum familiare conſortium admiſerat. Noluit enim vt ſe penitus in ſuam familiaritatem ingereret, populique ſui Iſraelis obliuiſceretur: Noluit vt in monte illo conſueneſceret, ſed præcepit illi, Vade, deſcende, peccauit populus tuus quem eduxiſti de terra Ægypti: Vade, nolo enim vt tantopere meo conuictu diſtinearis; deſcende, & vide quod populus tuus te ad radices montis præſtolans, maximis vrgetur neceſſitatibus; quidam ſitiunt, alij eſuriunt, aliorum corpora lepra corroſit, nonnulli tædio afficiuntur; quidam ollas Ægypti concupiſcunt; omnes manna cœleſte nauſeant, vniuerſi hoſtem verentur propinquum, cunctis bonum ſupremum ſummaque fęlicitas deficit; vnus corporeo quodam morbo contractus iacet, alius à ſerpentibus venenatis morſus occumbit; alter hiatum terræ exhorreſcit; quidam languoribus animi diuerſis, hoc ille, alter alio tabeſcit: Vade, deſcende de monte, ſuccurre illis, quotidianas eorum querimonias exaudi: his educ aquam de ſilice; alijs coturnices colligere præcipes; hos blanditijs conſola, illos metu pœnarum deterreas: Eſto perfugium miſeris, alleuamentum oppreſſis, inuictum præſidium omnium ope deſtitutis, pupillorum ſis tutor, viduarum patronus, & omnium qui propter inopiam potentum iniuriis nimis obiecti ſunt, acerrimus defenſor atque cōſeruator eſto. Tuere innocentiam, retunde improbitatem, ſubſidio occurre imbecillitati, & prædam è tyrannorum faucibus extorque. Nec detrectaueris vel animi vel corporis eorum mala contingere, illiſque mederi; ad ſingulos manum tuam appone morbos: Laborat quis praua affectione mentis? Succurre, legum ſanctiones præſtitue, illaſque obſeruare compelle, motus quoſuis rebelles cōprime & intra limites cōtine: Serpentis igniti veneno quis ſemiextinctus iacet? Deſcende, & fac illis ſerpentem æneum; quicunque aſpexerit eum ſanabitur illicò. Lepra voraci exeſum aliquis corpus geſtat? Deſcende, & ſepara eum extra caſtra, & ſic diuiſo prępara medicamentum illud, quod ego tibi in monte præſcripſi: Nolo ſiquidem ut populus meus, tot & tantis afficiatur neceſſitatibus; volo vt non tantum tibi, ſed & illis quoque ſedulò proſpicias: Huius affectionis aliud in ſemetipſo Saluator noſter ſignum euidentiſſimum oſtendit: Is. n. non ſemper in ſolitudine vel in monte ſuam traduxit vitam, non ſemper in oratione perſtitit, non ſemper de altiſſimis illis ſalutis noſtræ myſterijs ſermonem habuit; non ſemper in monte excelſo tabulas legis Euangelicæ digito Dei exarabat; ſed vt Euangelium refert, de monte, à ſublimi cōtemplatione mandatorum Dei deſcendit deorſum, & auidus ſalutis ſiue corporeæ, ſiue ſpiritualis hominum, modò ſocrum Petri febricitantem,

vel

vel aliàs SyroPhœniſſæ filiam à dęmone vexatam, vel Hęmorroiſſam ſanguine defluentem, nunc paraliticum, nunc hydropiſi diſtentum ſanat: aliàs vel ſatiat fame pereuntes, vel ſitim explet côuiuantium; nunc vel Dæmones ex obſeſſis corporibus eiicit, vel mortuos ad vitam reuocat: modò (vt in præſenti Euangelio audiuimus) occurrit ei lepra infectus homo, & dum genibus in terra fixis aduolutus, cum fide pura prorſus & vera, cum ipſa exiſtimatione digniſſima, cum ingenti mentis ardore ei ſupplicat, Domine, ſi vis, potes me mundare: Ille miſericordia motus, vnico verbo candori priſtino primæque ſaluti ipſum reſtituit; Volo, ait, mundare: Nô eijcit illum, vt Moyſes ſuam ſororem ſanaturus extra caſtra vel extra Ciuitatem: non ipſum ſeparat à conuictu cæterorum hominum; nihil tale in medicando illo quale præcipiebat lex obſeruat: non lauat ipſius veſtimēta, non radit barbam vel capillos capitis, vel ſupercilia, vel reliquos corporis pilos, non offert pro eo agnos vel oues vel ſimilia, non inungit ſanguine extremum auriculæ eius dexteræ vel pollices manus dextræ & pedis, non fundit oleum ſextarij ſuper auriculam eius dexteram, vel ſuper pollices manus & pedis dextri: non illum ſepties diſpergit ſanguine paſſeris immolati; non vt Moyſes pro Maria, clamat ad Deum, Obſecro ſana iſtum: Non aliquid tale quod in longinquum tempus ſanitatem eius differret, facit; ſed ſtatim ut uidit leproſum, vt agnouit neceſſitatem, dicit, volo mundare. Et licet ipſum ad Legis Sacerdotes remittat, vade, inqens, oſtende te Sacerdotibus, mundatum tamē perfectè, in teſtimonium illis: Quid in teſtimonium illis? In redargutionem profectò; in accuſationem; quod non, vt illi ſemper, in Sacrario excubabat, nô ſemper excipiebat pingues vapores, non, ut illi, nunquam populi neceſſitatem patientis reminiſcebatur; non patiebatur illos miſeros tantis diuexari malis; ſed & contemplationem ſublimium rerum, & familiare colloquium orationis, & ſuauiſſimam ſolitariȩ vitȩ conſuetudinem relinquebat, & nullo negotio, nullo tempore diſtinebatur, quin mederetur prope infinitis malis: Deſtinat illum deinde ad Sacerdotes, in teſtimonium illis, ſeu in documentū, ſi peruerſæ voluerint eſſe ſententiæ. Quia.n. dicebant, vt ſeductorem ac deceptorē iure te perſequimur; tu, inquit, mihi in illo tempore in teſtimonium eris, quod à præuaricatione ſim legis alienus; quippe cum te curauerim, ad legem remitto, atque ad ſententiam Sacerdotum, quod certè erat honorantis legem, & Moyſis pręcepta venerãtis, nec antiquis dogmatibus reſiſtẽtis: Offendit poſtmodum & alium ſupplicem, pro puero preces fundentem; Domine, puer meus iacet in domo paralyticus, & male torquetur: Et licet Gentilem videat, idololatriæ deditum, ipſum tamen non abhorret; non illius preces ſpernit, nihil remoratur, ſed dicit, ego modò veniam, ego quantocyus accurram, & ſanabo eum: Dum verò humilē pertinaciam Centurionis agnoſcit, qui renitenti prece ipſum ab ingreſſu domus prohibet: Domine non ſum dignus vt intres ſub tectum meum,

ſed

ſed tantũ dic verbo,& ſanabitur puer meus: ille nihil cũctatus, verbo curat puerum: Vade, pręcipit Centurioni,& ſicut credidiſti fiat tibi: Et ſanatus eſt puer ex illa hora: Aquilæ inſtar mihi videtur eſſe Chriſtus, quæ vbi leuibus pennis in altum elata, ſplendidiſſimum Solis iubar cõtuetur, non tamen oculos à pullis auertit; ſed ſiue eos famé pati, ſiue inſidijs ſerpentis attentari videt, mox ac tonitru quodda de ſuperis delabitur, & eorum vel famé explet, vel hoſtis inſidias reprimit, vel veneno infectis medetur: Sic Chriſtus acie mentis indefeſſa, licet ad fulgidiſſimum Diuinitatis lumen intentus fuerit, de altiſſimo tamen cõtemplationis culmine, populos ad radices montis expectantes, diuerſis affectos neceſſitatibus aſpiciens, ad eos accurrebat, eiſq; pro qualitate ſingulorum opitulabatur; vt palam faceret, ſibi maximè placere illos qui non ſuæ tantum, ſed & alienæ quoque neceſſitati, corporeæ licet intenti ſunt: Quam corporis alieni, neceſſitatum curam, vt vobis ad exemplum Chriſti perſuadeam, mihi repetendum duxi altius, ab ea ſcilicet Dei prouidentia, qua nullam in Orbe vniuerſo creaturam his exemit legibus, vt nullum homini præſtaret auxilium; ſed omnes & ſingulas ea conditione, vt hominis ſiue corporeę ſiue ſpirituali inſeruiant neceſſitati, inſtituit & obligauit: Quod Dei ſtatutum an creaturę exequãtur? an homini, peccatori licet, emolumenta vitæ & ſaluti eius neceſſaria exhibeant? nemini ambiguum eſſe poteſt; Atq; imprimis cęleſtes illi ſuperbeati ſpiritus, quid homini conferãt videmus: Confeſtim enim ac homo in mundũ profuſus eſt, manibus illum ſuis excipiunt; circa illum excubias agunt; pericula omnia corporis & animę præcauent; aſtus dæmonis proſpiciunt & propulſant, cogitationes ſanctas inſpirant; fallacem honeſtatis imaginem detegunt; ne hac homo deluſus ſempiternum ſubeat dedecus; à ſcelere dehortantur, virtutem pulcherrimis depictam coloribus ob oculos ponũt, mentem ab errore expurgant, intellectum illuſtrant, affectus igniculos quoſdam Diuinos excitant; In manibus deinde portãt ſuis, ne homo offendat ad lapidem pedem ſuum; neve aſpidis vel baſiliſci inficiatur veneno vel trucis leonis aut draconis deuoretur faucibus; modo hunc ad Rages vſque Medorũ deducunt, & in domum rurſus reducunt paternam; modo à piſce voraci tutantur, modò dæmonia ab vxoribus pellunt; nunc alterius cęcitatem miſerandam illuminant, aliàs ad piſcinam quinque porticuum aſtantes, & in eã deſcendentes, & mouentes aquam, hunc à paralyſi, illum ab hydropico tumore; hunc à febri, illum à colica paſſione, vnum à lepra, alterum à turpi ſcabie; hunc ab illa, illũ ab altera labe vel contagione liberant, primęq; ſanitati reſtituunt: De cœleſtibus corporibus, apud Medicinæ profeſſores pro comperto eſt, ea occulto virtutis influxu humana corpora peruagari, languidaque & morbo aliquo affecta, ſi modò à proprio non deflectant vigore, ad robur & ſalutem primam reducere: Percurre poſtmodum orbem terræ, & aquarum immenſos vortices: & in terra quidem reuolue plãtas, herbas

herbas omnes, florum genera, arbores fructuoſas & infructuoſas; metalla, aurum, argentum, ſtannum, aurichalcum; lapides precioſos, ſaphiros, adamantes, carbunculos, hyacintos, Ametiſtos, ſmaragdos; Aromata, crocum, cynamomum, galbanum, ſtoracem, myriſticas nuces: Numera poſtea animalia gradientia, volatilia, ſerpentia, ipſa etiam mortifera quæque ſcorpiones, dracones, baſiliſcos, crocodilos: omnia deinde natatilia quæ aquis teguntur recenſe, ſingula in ſuo ordine opem ferunt neceſſitati hominis; herbæ, flores, arbores, plantæ, ſemina, in diuerſa cedunt morborum medicamenta: aurum cordis dolorem leuat; Saphirus purificat ſanguinem; Smaragdus lippis prodeſt oculis: Ametiſtus fluxus reſtringit; diuerſis medetur languoribus hyacinthus: aromata ventris defectibus ſuccurrunt; venenata animalia venena expellunt: canis vlcera lingens ſanat; alia alijs vſibus ſeruiunt: Mirandum, at verum hic referam de cane, & elephante terreſtribus, & de mullo atque delphino aquatilibus, quanto iſti amore ſeruitutis humanæ teneantur: hęc autem non ex meo, ſed Plutarchi inuento dicam; qui primo de cane hæc recenſet: Romanus quidam in bello ciuili conciſus vulneribus ſeminortuus iacebat; huius vulnera lingebat, & medicabatur ſuus proprius canis; Quod vbi aſpexere inimici, caputque ei reſcindere conabantur, tantis latratibus & morſibus impetebat illos, vt nemo prius potuit abſcindere illud, quam canem qui aſſeruabat defendebatque herum, circumſtãtes telis confodiſſent. Pyrrhus verò Rex, quum iter cum exercitu faciens incidiſſet in canem occiſi hominis corpus lingentem ac ſeruantem, intelligeretque tertium illic diem per inediam durauiſſe, nec reliquiſſe corpus, ipſum quidem cadauer ſepeliri, canem verò vnà duci & curari iubet: Paucis poſt diebus, quum luſtratio exercitus fieret, ac milites in ordine Rege ſedente tranſirent, aderat canis ipſe quoque tacitus interim ac triſtis, verùm vbi occiſores heri accedere conſpicatus eſt, latratu cõmoto & impetu feroci procurrit in ipſos, intonuitque, ad Pyrrhum ſubinde conuerſus, vt non Regi modò, ſed omnibus qui aderant in ſuſpicionem homines maximam venirent; ſtatim igitur comprehenſi rogatique, quum leues quædam coniecturæ concurriſſent, confeſſi cædem pœnas dedere: Mulli autem marini leporem itidem marinum exitialem homini cum primis infeſtant & necant; vnde ſtudio quodam hominis duci, hominiſque curam gerere crediti ſunt; Quid verò elephantes terreſtres? Nonne & hi quoque hominis infirmitatibus auxiliantur? Poro Regi in pugna aduerſus Alexandrum ſaucio, nonne multa elephas ſpicula leniter ac citra dolorem promuſcide èvulneribus extraxit? & cum eſſet grauiter vulneratus ipſe quoque, non ante abiecit ſe tamen, quam exanguem & nutabundum Regem intelligeret; hic enim, vt ne durius ille caderet, ſenſim ſe humi prius demiſit, exhibens illi declinationem inoffenſam: Delphinus verò

lib. Vtrũ aialia plᵃ rõnis habeant terreſtr. &c.

quid

quid non ob amorem hominis operatur? Et cum non liceat ei aliud ferre auxilium, præter quod in aquis exhibere poteſt, ipſe naues illæſas per cautes & ſcopulos deducit, ipſe naufragantes dorſo ſuo excipit, & incolumes ſeruat: Ipſe Cretenſium claſſem ſuo ductu curſum dirigens Cirrham perduxit, incolumẽq́ue: Ijs etiam, quibus à Ptolomæo Sotere ad Sinopen, Serapidis reuehendi negotium datum fuerat, nec non Dionyſio ventorum vi, præter animi ſententiam, ſupra Maleam abreptis, & iam ad dexteram Peloponneſum habentibus, ac ob id perturbatis triſtibuſque, Delphinũ ante proram conſpectum narrant, veluti vocantem, ac Ducem ſe in ſtatione in quandam leni curſu præbẽtem: illos verò de via iam nihil ſolicitos, tantiſper prænatantem, viamque monſtrantem ſequutos, dum conſtituerentur Cirrhæ. Arionis exemplum qui ignoret nemo eſt, per quam ſcilicet nobilitatum: Circa Nemæum verò quendam, quum fluctibus exanimis iactaretur, delphini excepere, mox alter alteri alacritate mira tradentes expoſuere Rhium, vt iugulatum oſtenderent: Enalum verò Æolium, quum Phinei filiam amauerat, Amphitrites oraculo monitæ præficæ in mare mortuum abieciſſent, eodem loci deſilijſſe, & hinc à delphinis Leſbum incolumem deportatum, Lesbius Myrtilus author eſt. Quid illã erga Iaſſenſem puerum beneuolentiam & fidem memorem, flagrantiſſimi cuiuſdam amoris argumentum? ludere, natare, vnà quotidie, ac contrectare manibus pati, ad hæc conſcendentem non refugere, ſed vectare lætus, ac quocunque dirigeretur curſum flectere, quum omnes ad mare Iaſſenſes vndique iam ſæpe ſpectaculo ſtupidi concurrerent? Sed enim oborta iam aliquando tempeſtate, nymboque & grandine validis incumbentib. delapſus puer ſub vndis extinctus eſt. Delphinus re animaduerſa, & cadauer quocunque iactaretur ſequutus, incontinentem impetu ſe tandem vnà eiecit, nec ante diuulſus eſt quam inſicco expiraſſet: æquum haud dubiè iudicans, qui vitæ fuiſſet, mortis etiam, cuius ex parte auctor fuerat, ſocius vt eſſet: Monumentum calamitatis eius Iaſſenſium monetæ etiamnum inſculptum, puer Delphinum inequitans eſt. Cæranus quoque, Parius genere, nonne à Delphino ſaluatus eſt? Bizantij iam aliquando iactũ piſcium, in coque delphinos captos plurimos iamiam mactandos emerat, ac mox dimiſerat, pecunia redemptos ſua, donatoſque vita: Paulò deinde pòſt quinqueremi, qua & ipſe & piratæ quidã vehebantur, inter Naxum Parũmq; freto medio euerſa, pereuntibus cæteris omnibus, ipſe ſubeunte, ſubleuanteque delphino, ſolus iuxta Zachynti ſpecum applicans, ſaluus euaſiſſe fertur; quam ſpecum Cæraneum etiamnum vocant, & oſtẽdunt: Poſtea quum ſupremum Cæraneus diem obiret, ac corpus igni affines iuxta mare traderent, delphinos circa littus innumeros comparuiſſe, ac ita ſe palam oſtentauiſſe narrant, quaſi intereſſe funeri velle ſe ſignificarent, quippe qui non ante diſcederent, quam iuſtis planè peractis: Vlyſſis autem clypeus ꝙ inſigne delphinum habuerit, etiam Steſichorus docet;

Simile q̃d ego à quodã nobili Dalmata ĩ Dalmatia paucis ab hĩc annis accidiſſe audiui.

docet;qua verò maximè de cauſa, Zachyntij memorãt, quemadmodum Critheus teſtatur. Puerulus adhuc Telemachus quũ forte in mare, quod iuxta vorticoſum erat,per lubricum decidiſſet, excipiẽtibus delphinis ab imoque reuehẽtibus euaſit: hinc ſculpturam annulo, & vmboni ſignum pater delphinum inſcripſit, gratia ſic animali relata: Plura alia referunt multi de affectu delphinorum, quod licet haud vllius vlla in re mortalis opus habent opera,benigni omnibus,omnibus amici, etiam opẽ tulere multis: Illud de coruis Eliæ non vos latet, quem non à crudeliſſimæ Ieſabelis facie quidem fugientem, ſed contra Achabum ſceleſtum ſiccitatis ſentẽtiam ferentem,cibis pauerunt: Abijt,ait Scriptura,Helias & ſedit in torrente Charith,qui eſt contra Iordanem: Corui autem deferebãt ei panem & carnes mane,ſimiliter panem & carnes veſperi: De canibus Lazari mendici,nihil dico,quia pluſquam notum eſt: Cum igitur vniuerſa pene creata,& cœleſtia, & terrena,& aquatilia, & viſibilia & inuiſibilia,& ea quæ vel immobilia perſeuerant vel mouentur,& illa quę vel anima vegeta vel ſenſu perfecta ſunt, hominis incolumitati proſpiciant, eiuſque morbis,languoribus & quibuſcunque corporeis neceſſitatibus opem adhibeant; par erit hominem homini languenti in nullo prodeſſe? Si Angelus morbidis mouet aquam, non erit dignum vt homo paralyticum deponat in illam? Si herbæ,flores,aromata,ſanitatem conferunt homini,non æquum erit vt homo eas miſceat,& ægroto medeatur? Si canes lingunt vulnera, ſi elephantes ſpicula extrahunt, homo homini vlceroſo non apoſtemata lauabit,non pharmaca imponet?non obligabit? Si vipera à morſu ſerpentis defendit, momorſum, homo non curabit? Indignum profectò eſſet, vniuerſis & animatis & inanimatis ad hominis infirmantis ſalutem concurrentibus, vt ſolus homo hominem quouis affectum morbo abhorreret: Prorſus deplorandum foret ſi elephantes, ſi delphini,ſi cætera quæque ab hominis natura & conſortio aliena,homini infirmitate flacceſcenti ſeruiant,pro eoque & mortem ipſam ſubeant, & ſolus homo homini,eiuſdem naturæ,conditionis,qualitatis,dignitatis,eiuſdem ſortis,eiuſdem congregationis,Eccleſiæ, Sacramentorum,beatitudinis,participationis Diuinæ eiuſdem, in lecto decumbenti non ſuccurrat? Abominandum & quouis ſcelere magis exhorreſcendum omnino eſſet, ſi Saluator noſter Deus hominis nullatenus indigus, cęlos diuitiaſq; contemplationis cœleſtes relinquens,de monte ſiue illo ſancto inuiſibili, ſiue hoc excelſo terreno,deſcendens & leproſos contingat, & cæcorũ oculos luto obliniat, & in os mutorum digitos mittat, & quouis alio morbo depreſſos ſanet; & homo ſolus homini morbido nullum præſtet auxilium: Quare ipſemet Deus dum hominem condidit, ei quendam affectum impreſſit generoſum,quo ille ad miſeriam proximi commotus, ei ſuppetias ferret:hunc deinde non ſolitarium,ſed ſociabilem, ſed conſortium aliorum expetentem creauit,inquam familias,domos, vicos,ciuita-

3. Reg. 17

tes,

da percuſſos lepra repetit, è quibus plerique vſq; adeo deformes erant, vt ſine horrore adſpici non poſſent: Videbantur exeſa labia & abſumpta, ita vt dentes paterent atque etiam exciderent: Eos vt vidit Sanctus & pius iuuenis humaniſſimè ſalutauit, & ſalutares eis adhortationes propoſuit; inde omnes ſingulatim peramanter oſculatus eſt: Et ecce repente curantur omnes, & tota illa domus ſuauiſſimo odore repletur: ille verò præſtita eis eleemoſyna recedit: ſed abeunte eo igneus quidam & luculentus radius ab eius capite cunctis cernentibus emerſit, qui ſemper cum receden te longius tendebatur; attingenſq; leproſorum domum, ſpatium omne quod inter illum progredientem & eam domum intererat, mira luce perfundebat, nec prius radius ille diſparuit, quam ille ad ſuam, quæ procul ſatis aberat, familiam perueniſſet: Sæpe autem clam alia leproſorum habitacula inuiſebat, vno tantum ſocio contentus: ibique flexis genibus eorum abluebat pedes, oſculabatur vulnera, eaque purgabat & obligabat. Non abſimile quid Gaufridus de ſanctiſſimo Rege Ludouico recẽſet; qui Sabbatis ſingulis in loco ſecretiſſimo aliquot pauperum ſuis manibus abluebat pedes, lotos tergebat, terſos exoſculabatur. Crebrò etiam centum viginti pauperibus, qui in eius aula quotidie abundè reficiebantur, atq; certis quibuſdam diebus & ſolennibus vigiliis ducentis pauperibus priuſquam ipſe cibum ſumeret, ſuis manibus cibos apponebat: Semper & in prandio & in cœna prope ſe tres habebat ſenes inopes, iiſq; de appoſitis ſibi ferculis humaniſſimè tranſmittebat: Cæcis in qualibet ferè Ciuitate & caſtello Regni ſui domos ipſis congruas & oportunas benigniſſimè attribuit, certoſq; illis prouentus aſſignauit: Complurima quoque extruxit infirmorum Xenodochia, quæ ille humaniter inuiſens, nulliuſq; morbidi deformitatem aut ſordes refugiens, infirmis omnibus flexis genibus fercula offerebat: In Abbatia Regij montis, quam ille magnificè inprimis & condidit & ditauit, crebrò id genus officia præſtitiſſe fertur; Erat ibi Monachus morbo lepræ laborans, quem adeò horridum & abominabilẽ reddiderat naſo eius & oculis planè corroſis & exeſis; Ei Sanctiſſimus Rex prandenti in os cibum & potum inferebat, abſque vlla abominatione officioſiſſimè illi inſeruiens genibus flexis, ita vt Abbas qui tum aderat, & vix id intueri ſuſtinebat, in gemitus & lachrymas prorumperet. Hoc eorum ſtudium imitata eſt, & S. Elizabet Hungariæ Regis filia. Primo enim à Principe dotis nomine receptam pecuniam, non terrę infodit, vt timida; neque arcis incluſit vt auara, ſed magis apud Chriſtum diuini ſpe fœnoris collocatura, miſſis circumquaq; nuncijs, iubet pauperes quoſcumque ad diem conſtitutum adeſſe, aſſignato pariter loco, ne quis eius ignoratione comparere non poſſet. Congregata igitur ad diem eſt incredibilis multitudo vtriuſque ſexus, vt nunquam maiore numero per Haſſiam & Turingiam conuentus inopum viſus eſſe credatur Videre tum erat varia genera pauperum, cæcos, claudos, leproſos, epilepticos, paralyticos,

cos, hydropicos, ſcabie prurientes, vlceroſos: Præfecerat autem Eliſabeth vniuerſo cętui viros quoſdam ac mulieres, qui ſingulis ordine deſidere iuſſis, tumultuantes & quietis impatientes compeſcerent: Ibat ergo pientiſſima pauperum conſolatrix in medio tantæ multitudinis, læto placidoque vultu per ſingulos pecuniam diſtribuens, vt eius iuſtitia tam inſigni celebrata pręconio in memoriam duraret ſempiternam: Ita paucis horis erogauit circiter quingentas auri minas: In xenodochio verò ad quod frequentiſſimè accedebat, ita infirmis quibuſcunque ſedulò miniſtrabat, vt & eos manibus ſuis lauaret, & eorum lectos excuteret, atque in ijs reclinatos lodicibus ac ſtratis operiret, & cibum ori eorum inferret, & manus eorū oſcularetur, & vulnera faſcijs obligaret: Non pręteribo & ſummam Catharinæ Senenſis erga infirmos dilectionem, quæ aliquando nudos propria ſibi detracta veſte operiebat; aliquando ęgentibus viduis multam annonam deferebat: illud cæteris eius charitatis teſtimonium reddit quod in Teccam contulit: Senis fuit mulier inops & ægrota Tecca nomine, ea cogente penuria domum hoſpitalem petijt, ſed valde tenuem vt vix ſuppeterēt ipſi neceſſaria: Ad cumulum miſeriæ acceſſit lepra, quę totum corpus eius occupauit, iamque vitabatur ab omnibus propter contagionem, cogitabantque eam à ſe extra vrbem dimittere: Id vbi ſancta virgo perſenſit, mirabili feruore properauit ad eam, & non modò res neceſſarias, ſed etiam ſuum miniſterium vſque ad obitum illi obtulit: Itaque quotidie mane & ueſperi illam uiſitabat, parabat neceſſaria, Chriſtūque in ea contemplans, accuratè & reuerenter ei inſeruiebat: Ex ipſis autem Sacræ Virginis beneficijs illa mulier ſuperbię & ingratitudinis peſtem contraxit, & quod ſancta Virgo pro ſolo Chriſti amore faciebat, illa cępit pro debito exigere, addere etiam conuicia & contumelias, iraſci & irridere ſi non ſtatim omnia feciſſet ad ipſius uotum, uel ſi aliquando tardius ueniſſet: Sed ijs nihil irritata uirgo, ſtudebat iracundam blandis uerbis & ſedulis officijs delinire, haud aliter atque propriam parentem illam tractans; ita etiam ut improba mulier admiraretur: Durauit autem iſtuc diu, nec quicquam ſolitę humanitatis propterea omiſit ſponſa Chriſti: Multi mirabantur, ſed Lapa mater eius ualde moleſtè ferebat, timens ne lepra inficeretur: Illam quoque uirgo placabat; & pergebat in officio charitatis, Ecce autem ut ex hoſte glorioſius triumpharet, permittente Deo & diabolo efficiente, manus ſanctæ Virginis lepra inuaſit: Quod illa nihil morata, malebat toto corpore leproſa effici, quàm cęptum charitatis miniſterium deſerere: Non diu poſt exceſſit è uiuis mulier leproſa, uirgine illi in extremis aſſiſtente, & eam efficaciſſimè confirmante: Eius corpus horridum ſancta uirgo diligentiſſimè abluit, exduit, & ſuis manibus ſepeliuit: Poſt eius ſepulturam ita omnis lepra à uirgineis manibus euanuit, ut etiam elegantiores quàm antea uiderentur: Soror quædam Ordinis S. Dominici de pœnitentia, quam Andream vocabant, cancri morbo

labo-

laborabat in pectore, illud valde deuaſtante. Tantus autem ex eo vulnere exhalabat fœtor, vt nemo niſi obſtructis naribus, poſſet ad eã propius accedere: Inde fiebat, vt vix poſſet vllam obtinere, quæ ei vellet miniſtrare: Audiens hoc virgo Chriſti, intelligenſque eam derelictam, mox eam adijt, & iucunda facie ſuum ei ſeruitium, donec curaretur obtulit: valde hoc miſeræ illi gratum fuit, maximè cum ſe cerneret omnium pene ope deſtitutam: Seruiuit igitur iuuencula ſeni viduæ, & licet increſceret fętor admirabilis, nihil omiſit eorum quæ eſſent ægrotæ impendenda: Adſtabat ei aſſiduè nihil obſtructis naribus, vulnus detegebat, abſtergebat, abluebat, panniculis obligabat, nullum interim horrorem, nullum tędium præſeferens, ſed hilari animo & iucunda facie omnia efficiens, etiam ipſa ægrota ſtupeſcente ad tantam iuuenculæ conſtantiam & charitatem: Vidit autem hæc & inuidit coluber tortuoſus, & vt impediret, ſummam nauauit operam: Cum autem voluntatem ſanctæ Virginis mouere non poſſet, quippe in Chriſto fundatam, quodam die ſancta Virgine vulnus detegente fętore intolerabili ſtomachum eius prope euertit; ita vt ad vomitum propenderet: At ſancta Virgo ſibijpſi irata, ſic alloquebatur corpus ſuum: Itane abominaris tu ſororem tuam ſanguine Chriſti redemptam, cum poſſis in eundem imò deteriorem morbum incidere? Viuit Dominus, non ferres iſtud impunè, ſimulque faciem in pectus ægrotæ inclinans, os & nares horrendo illi vulneri applicuit, ſicque permanſit diu, donec ſentiret ſpiritum iam ſibi carnem recalcitrantẽ ſubdidiſſe; & illam nauſeam extinxiſſe: Victus ergo dæmon abſceſſit, nec ceſſauit tamen tentare vias omnes, & quia virginem ſacram vincere nõ poterat, ad ægram ſe conuertit, in eiuſque pectore primò tædium erga ſanctę Virginis miniſteria, deinde etiam odium excitauit: Immiſit verò in animum eius nefarias ſuſpiciones, vt putaret caſtiſſimam Virginem quoties ipſi non adeſſet, obſcœnis alicubi actibus occupari. Deinde eò perduxit ægrotam, vt iam palam de turpitudine infamaret Virginem innocentiſſimam: Sancta aũt Virgo q̃uis non poſſet nõ dolere de tam turpi infamia, nihil tamen de priſtinis officijs intermiſit, ſeruiens ei accuratiſſimè: Poſtea autem rem totam cum multis lachrymis retulit ad Chriſtum ſponſum ſuum, qui ei apparuit habens in dextra manu coronam auream miri decoris, in ſiniſtra ſpineam; dixitque ei vt eligeret vtram mallet: At illa, Ego, inquit, Domine cupio in hac vita ſemper tuæ paſſioni conformari, & pœnas amplecti pro refrigerio, ſimulq; è ſiniſtra Saluatoris ſpineam coronam feruẽter arripiens illam vi multa impreſſit in caput ſuum, illud vndique ſpinis compungens, ita vt poſt eam viſionem capitis dolores ſentiret. Tum verò Dominus iuſſit eãm permanere in miniſterio illius ægrotæ, promiſitque ſe maligni dæmonis calumnias in ipſius caput retorſurum, plenamque ei de illo victoriam præbiturum. Fuit ea non parua virginis conſolatio: At mater eius Lapa, vbi percepit ſiniſtros illos

de ſua filia rumores, licet de eius puritate eſſet certiſſima; tamen valde commota in illam Andream, multum aſperè dixit ad filiam; An non ſæpius prohibui, ne illi vetulæ ſeruires? En qualem tibi refundit mercedem: At ſancta virgo, flexis coram matre genibus, eam optimis rationibus flexit & leniuit: Deinde ſe contulit ad ægram, tantaque ei alacritate ſeruiuit, vt illa planè iam ſuperata in ſeipſam deſcenderet, videretque facinus ſuum, valdeque animo compungeretur. Interim viſionem quandam vidit admirandam: Cum aliquando eius cubiculum virgo ſancta intraret, circa lectum ſuum vidit diffundi lucem inæſtimabilis amœnitatis & pulchritudinis, ita vt oīum miſeriarum ſuarum penitus obliuiſceretur: Neſciens autem eius lucis cauſam vidit vultum Sanctę Virginis quandam Angelicam maieſtatem præſeferentem; ipſamque eo lumine tanquam tegmine quodam vndique circundatam: Inde creuit in animo eius dolor quod tam excellentem Virginem ſpurco ore contaminaſſet: Paulò poſt diſceſſit ea lux, & ægra multum eiulans veniam petijt à ſancta virgine: At illa eam amplexatam blandiſſimè conſolabatur, culpam omnem conferens in tartareum dæmonem: Porrò ſicut ante ſceleratè detraxerat ſacræ virgini illa infirma anus, ita poſtea mirificè eam etiam cum multis lachrymis prædicauit, & præclara eius ſanctitati teſtimonia dixit: Redijt rurſus dæmon ad faciendum periculum, ſi eam frangere poſſet ſtomachi euerſione: Nam cum ſacra Virgo illud abominabile vulnus aperuiſſet vt ablueret, intolerabilis fętor, partim dæmone efficiente immodicam eius ſtomacho nauſeam attulit: Sed illa in ſuum corpus ſancta quadam iracundia incitata, Viuit, inquit, Altiſſimus, quia hoc ipſum quod vſque adeò perhorreſcis, intra tua viſcera condetur; ſtatimque horrendi illius vulneris ablutionem & ſaniem in ſcutellam collectam, ſeorſum abſcedens totam ebibit, moxque nauſeæ illius tentatio omnis ſopita eſt: & ipſa poſtea faſſa eſt patri Raimundo, nunquam tam ſuauem ſe cibum aut potum hauſiſſe in omni vita ſua: Apparuit autem ei Chriſtus nocte ſequenti, cum tam præclarè diabolum naturamque propriam debellaſſet, & eam ad ſacratiſſimum vulnus lateris ſui admouens ineffabili & inexplicabili potu diu ſatis mirabiliter refecit, vnde tanta gratiæ abundantia in eius mente diffuſa eſt, vt etiam in corpus redundarit: In eadem Senarum vrbe fuit alia Soror Sancti Dominici, Palmetina nomine, quam Deus ob incredibile odium, quo erga Virginem ſtimulata erat percuſſerat in corpore: Hanc illa humilitatis & manſuetudinis officijs conabatur emollire: ſeruiebat illi omnibus modis quibus poterat; blandiſque verbis & obſequijs eam conſolabatur: Sed illa ſaxo durior, nihil mouebatur tanta humanitate & beneuolentia, imò verò ex ſuis ædibus eam iuſſit furibunda expelli: At iuſtus iudex tantum charitatis odium cernens, ita eam percuſſit, vt repente

omni-

omnibus viribus deſtituta, ad inferos properare videretur: Quod vbi cognouit ſancta virgo, mox in ſuum ſe cubiculum recepit, eoque clauſo, crebrò & inſtantiſſimè rogabat Dominum, ne ſui occaſione illa anima periret: Oſtendit autem illi Dominus miſeriam & periculum illius Palmerinæ; aitque iuſtitiam ſuam ferre non poſſe, quin tam pertinax odium puniretur: Tum virgo mente & corpore ſe humi proſtrauit, dixitq; ad Dominum, ſe nullo pacto de eo loco ſurrecturam donec Palmerinæ miſereretur: Iam tres dies & noctes illa miſera iacuerat in agone, & ſupremum trahebat ſpiritum, nec tamen mori potuit: Nam toto hoc ſpatio perſeuerabat virgo in precibus, & tandem lachrymis vicit & expugnauit inuictum & inuincibilem, ita vt aſpiraret illi adamantino pectori gratiam ſuam, qua agnoſceret culpam ſuam, eamq; ſe admiſiſſe doleret: Id poſtquam Domino reuelante ſancta virgo didicit, mox abijt ad illam; quæ vt eam ad ſe venientem vidit, quibus poterat ſignis gaudium & erga illam reuerentiam oſtendit, cum prius eam videre non poſſet æquanimiter; ſicque perceptis Sacramentis cum magna cordis contritione migrauit à corpore; Cuius animam vidit ſancta virgo in tanto decore & pulchritudine, vt nullis poſſit verbis exprimi, cum tamen nondum, eſſet in gloria viſionis Dei: aitq; Dominus ad virginem, Quis non omnem meritò perferat laborem, vt poſſit lucrari tantæ pulchritudinis creaturam? Si ego tãto animarum amore captus fui, vt pro illis redimendis homo fieri & ſanguinem libens fundere voluerim: quantò magis vos debetis ſummopere in eam curam incumbere, ne pereant tam ſpecioſæ creaturæ? Sic (vt ad illud quod cęperam reuertar) homines ſancti charitatem & gratiam non poſſe ſubſiſtere iudicabant niſi operoſa hac erga miſeros miſericordia aſſociatę forent: Sic animalia iſta ſancta ibant & reuertebantur: Sic Angeli iſti per ſcalam deſcendebant & aſcendebant: Deſcendebant ad languidorum curam, aſcendebant poſt ad contemplationem Dei; ſicut & Redemptor deſcendebat de monte ad ſanandos morbidos, & rurſus aſcendebat ad orationem & meditationem: Vellem, dilectiſſimi, vt, ſi aliqua, hæc vobis doctrina menti impreſſa hæreret, de infirmorũ ſcilicet neceſſitatibus & ſeruitute: Tot, per vicos decumbunt languidi, vlceroſi, male habentes; Vbi modò ſunt Eleazarij? vbi Eliſabethæ? vbi Senenſes? Quis eſt qui pauperem vel benigno oculo aſpiciens ſtipem porrigat; non dico pedes lauet, ad menſam adhibeat, vulnera obliget? per amorem eius, quẽ in pauperibus videtis occultatum vos, oro, miſericordia vos tandem horum calamitoſorum moueat; ne per Deum peiores vel crudeliores ipſis irrationalibus ſitis quæ languenti homini ſuccurrunt; vos quibus eadẽ natura, vocationis & beatitudinis eadem ſors eſt, ne proximos veſtros tot affectos malis abhorreatis: ne diſſimuletis lachrymabilẽ eorũ calamitatẽ, nec pretereatis inclementer tã miſerabile ſpectaculũ: ne dicatis apud voſmetipſos, homo ſum liber, nõ ſum Chriſtus, nõ ſum ego medicus, nõ ego

Xenodochiorum pręfectus:Neque enim Samaritanus ille qui ſauciatum inuenit in via, dicebat, vbi nunc medici? vbi nunc hoſpitalarij ? vbi Heliæ? ſed perinde quaſi venatu ceruum maximum nactus eſſet, ita lucri loco arripuit : neq; Ludouicus aut Catherina dixit, vbi nunc Chriſtus? vbi Protomedici ? ſed ſtatim accurrerunt & proſpexerunt: Et vos cum videritis aliquem egentem curatione,ne dixeritis apud voſipſos,Quare ille & ille eũ nõ curauerunt:ſed voſipſi à morbo liberate: Si inueneritis aurũ iacens,non dicitis apud voſmetipſos, quare ille aut ille hoc non ſuſtulerũt, ſed feſtinatis ante alios rapere ; itidem & de fratribus collapſis cogitate; putateque vos theſauros reperiſſe,nimirũ occaſiones,illos medendi,quæ maximam gratiam copiarum proferre ſolent:Recogitate lucem illã ſplendidiſſimam qua Elzearius & Catherina in vita adhuc mortali, & qua omnes qui miſerè decumbentibus ægrotis inſeruiunt perfundentur in cœleſtibus : Si enim effuderis eſurienti animam tuam , ait Deus, & animam afflictam repleueris ne vereare vt lux illa,qua in contemplatione illuſtraris extinguatur;non eſt extincta Ludouico, non occidit Catharinæ; non Eliſabethæ;non cuiuis contemplatiuam agenti vitam : orietur in tenebris lux tua; & tenebræ tuæ erunt ſicut meridies, & requiem tibi dabit Dominus Deus tuus ſemper,& implebit ſplendoribus animam tuã,nunc & in infinita ſæculorum ſæcula. Amen.

Volo Mundare.

FASCICVLVS SECVNDVS.

De Chriſti poteſtate effectiua miraculorum.

PSALTES Regius dum potentiam Dei omnipotentis contemplaretur , eam nullis alligatam eſſe vel inſtrumentis vel naturæ legibus ,
Pſal.61. ſed ſolo verbo cuncta perficere aſſeuerauit: Semel, inquit, locutus eſt Deus,duo hæc audiui , Quia poteſtas Dei eſt,& tibi Domine miſericordia : cum inſigne (ſic voluit dixiſſe) aliquod vel miſericordiæ vel iuſtitiæ facinus perpetrare contendit Deus , non adiutorium quærit alienum , non eget miniſterio creaturæ, non adſtringitur vinculis inſtrumentorum , ſed vno præcepto cuncta efficit ; ſemel loquitur duo verba tantum,alterum poteſtatis, miſericordiæ alterum, & vniuerſa ad nutum

eius conſiſtunt: Reuocate in memoriam primum illius ſemp admirandum opificium, quando ſcilicet omnia illa quæ informia erant, ex confuſa mole diſgregans, immenſam lucis pulchritudinem; diei ac noctis viciſſitudines; firmamenti cryſtallinum ſplendorem; Solem, Lunam cæteraque micantia ſydera; terram comantibus plantis, & vernantibus floribus ornatam, animantium diuerſi generis greges, piſcium innumeram multitudinem, cæteraque omnia quæ cœli & terræ vaſtiſſimis continentur limitibus produxit, quis tūnc conſiliarius eius fuit? quis adiuuit tunc Spiritum Domini? Nullus profecto: Non tunc aderat aſſiſtens aliqua intelligentia, quæ Orbes cœleſtes motu rapidiſſimo volutans, ab hoc hemiſphęrio fugaret tenebras palpabiles, fulgentiumque aſtrorum permutato ſitu, hunc illuſtraret, alium tenebris offunderet; huic noctem obſcuram, illi ſplendidum diem adferret: Non tunc aderat homo qui operaretur, non aratrum, non boum cooperatio, non aliud eiuſmodi ſtudium, dum terram antea informem & incultam, decore & ornatu cum ornatu cęlorum certante veſtiuit: Non tunc vis aliqua naturæ ſecreta aderat, quæ vel florum multijugam varietatem, vel metallorum copiam, vel lapidum inæſtimabile precium, vel herbarum occultas vires, vel arborum proceritatem, vel animantium genera, vel quicquid in viſceribus internis terræ & maris genitum deliteſcit, ad illud è theſauris Diuinæ bonitatis eruendum, & in hanc vniuerſi faciem inferendum, Deum iuuaret: Semel locutus eſt duo verba, & ſtatim ad imperium omnia ex nihilo erupeꝛunt. Dixit, Fiat lux; & illico rutilantibus radijs micantia illa beatarum mentium lumina in ſupremo cœli vertice effulſerunt: Dixit, Fiat firmamentum; & in momento, conuexæ cœlorum machinæ, aureis diſtinctæ ſyderibus elatæ ſunt; Dixit, Fiat terra; & in inſtanti, picta varijs floribus, nulloque de ſemine enaſcentibus plantis ornata, in circumfuſo aere ſuis librata nixibus, ſe oſtendit pendentem: Præcepit, Fiant luminaria; & in nuin, aſtra fulgentia, Sol & Luna faciem coruſcam mundo oſtenderunt, & totum anni tempus, tanquam libra & bilance, die ſcilicet ac nocte diuiſerunt: Sic reliqua omnia verbo ſuo ex nihilo, in tantam deduxit pulchritudinem quam oculis contuendam præbent humanis: Verbo Domini cœli firmati ſunt, & ſpiritu oris eius omnis virtus eorum: Dixit & facta ſunt omnia; ipſe mādauit & creata ſunt: Semel locutus eſt Deus duo hæc, audiui, quia poteſtas Dei eſt, & tibi Domine miſericordia: Hac eadem potentia in corrupta reparanda natura, an vtatur, hodiernum Euangelium declarat: Dum enim accedit ad eum leproſus, ſupplicans, Domine ſi vis, potes me mundare: Ille conſcius virtutis ſuæ, duo tantum verba effatur vt ſanet ægrotum; Volo, mundare: Volo miſericordiæ; mundare, potentiæ eſt: Vt de poteſtate (aduertit Chryſoſtomus) ſua Diuina, opinionem & leproſi firmaret & populi, addidit, Volo; & non ſolum id quidem dixit verbo, & non impleuit effectu; verum

è regione continuò opus ſermonem ſecutum eſt. Si verò non bene ille dixiſſet, ſed blaſphemia fuiſſet vlla quod dixerat, cohibenda fuerat virtutis operatio: Nunc autem ceſſit extemplo inſlui natura, cum tanta vtique celeritate, quanta Deum conuenit operari; & profectò maiore quàm Euangeliſta memorauit: nam confeſtim quoq; ipſum multò eſt tardius illius operis celeritate, quo leproſi facta eſt curatio: Lege Diuina decreta erat norma mundationis leproſorum: vt ſcilicet lepra infectus homo, extra conuictum cæterorum hominum ſepararētur, & à nullo contingeretur, ſed ipſe ſibi ab alijs miniſtrata medicamenta apponeret: Deinde vbi iam horrendæ plagæ ſanitatem aliquam ceperit, ſi debebat perfectè mūdari, adducetur, aiebat Deus, ad Sacerdotem, qui præcipiet ei qui purificatur, vt offerat duos paſſeres viuos pro ſe, quos veſci licitum eſt; & lignum cedrinum, vermiculumque & hyſſopum, & vnum ex paſſeribus immolari iubebit in vaſe fictili ſuper aquas viuentes; alium autem viuum cum ligno cedrino & cocco & hyſſopo tinget in ſanguine paſſeris immolati, quo aſperget illum qui mundandus eſt, ſepties, vt iure purgetur, & dimittet paſſerem viuum, vt in agrum euolet: Cumque lauerit homo veſtimenta ſua, radet omnes pilos corporis, & lauabitur aqua, purificatúſque ingredietur caſtra, ita tamen vt maneat extra tabernaculum ſuum ſeptem diebus; & die ſeptimo radat capillos capitis, barbamque & ſupercilia; ac totius corporis pilos: Et lotis rurſum veſtibus & corpore, die octauo aſſumet duos agnos immaculatos, & ouem anniculam abſque macula; & tres decimas ſimilę in ſacrificium, quæ conſperſa ſit oleo, & ſeorſum olei ſextarium: Cumque Sacerdos purificans hominem, ſtatuerit eum & hæc omnia coram Domino in oſtio tabernaculi teſtimonij, tollet agnum & offeret eum pro delicto, oleique ſextarium: Et oblatis ante Dominum omnibus immolabit agnum vbi ſolet immolari hoſtia pro peccato & holocauſtum, id eſt, in loco ſancto: Aſſumenſque Sacerdos de ſanguine hoſtiæ, quæ immolata eſt pro delicto, ponet ſuper extremum auriculæ dextræ eius qui mundatur, & ſuper pollices manus dextræ & pedis, & de olei ſextario mittet in manum ſuam ſiniſtram, tingetque digitum dextrum in eo, & aſperget coram Domino ſepties. Quod autem reliquum eſt olei in læua manu eius, fundet ſuper extremum auriculæ dextrę eius qui mundatur, & ſuper pollices manus ac pedis dextri, & ſuper ſanguinem qui effuſus pro delicto, & ſuper caput eius: Rogabitque pro eo coram Domino, & faciet ſacrificium pro peccato: tunc immolabit holocauſtum, & ponet illud in altari cum libamentis ſuis, & homo ritè mundabitur: Hic eſt ritus expiationis leproſi, olim à Deo in veteri lege præſcriptus: Præfinierat hanc legem, non aliam ob rem, niſi vt longo interuallo poſt ſe ſuos relinqueret miniſtros: vt ſcilicet ij quibus poteſtas ſanandi leproſos cęteroſq; morbidos communicata eſt, ſi opem cuiquā ferre volebāt, non id ſine certis cęremonijs,

Leuit. 13. & 14.

nijs & ſacrificijs & orationibus, efficere poſſent: ipſe verò poteſtatis autor, extra omnem legem, omneque præſcriptum ſuperioris, qui ſuperiorẽ non habet, poſitus, omnia iſta pro arbitrio voluntatis ſuę ſine inſtrumentis, ſine oblationibus, ſine ſupplicationibus, ſine quocunq; externo creaturę cuiuſpiam auxilio, ſed ſolo nutu vnicoq; verbo perpetrabat. Et Moy ſes quidem Sanctus dum ſoror ſua Maria, eò quod contra fratrem murmuraſſet, lepra candenti infecta fuiſſet; pro ipſius ſanitate preces fundit Domino, Clamauit Moyſes ad Dominum dicens, Obſecro ſana eam, ne imponas ei Domine hoc peccatum quod ſtultè commiſit, ne fiat quaſi mortua, & vt abortiuum quod proijcitur de vulua matris ſuę; ecce iam medium carnis eius deuoratum eſt à lepra: Poſtquam verò orauit Dñm, excluſit eam extra caſtra ſeptem diebus, nec tetigit eam quiſq; de populo, & poſt ſeptem dies, vt plurimi Rabinorum teſtantur, ritu olim à Deo præſtituto expiauit eam: Sic & Beatus Heliſęus, cum ad eum Naaman ve niſſet leproſus alienigena, miſſus à Rege ſuo, non audet ire & videre lepram, vel tãgere illum; nec verbo vno mundat ipſum, ſed remittit ad fluuium, cuius aquis arca ſanctificationis, & oratio Prophetę vim quandam impreſſerat ſecretam; Vade, inquit, ad Iordanem fluuium, & lauare ſepties, & mundaberis à lepra tua, & recipiat ſanitatem caro tua: Remiſit illum ad Iordanem, vt ſignificaret ſe nihil ſine externorum pręſidio, ſi ne virtute Diuina nihil poſſe operari; totumque illud quantumcunque erat, ſolius Dei poteſtatis eſſe: Vnde cum Naaman lotus in flumine ſanitatem recepiſſet, & ad prophetam ut ei gratum ſe exhiberet redijſſet, offerreque munuſcula paraſſet; Heliſęus reſpõdit, viuit Dñs ante quẽ ſto, quia non accipiam; Cumq; uim faceret, prorſus non acquieuit; Mihi, ait, quod offers, non accipio; quod ingeris, vt alienum, recuſo. Nec ipſe tibi ſanitatem, qua lętus es, præſtiti; nec pernicioſum vitium in te ego ipſe correxi, nec naturę, ut ęſtimas vi reddidi, ſed eſt potens in cœleſtibus Deus, cuius imperio ſeruio, officio pareo, ſeruituti inſiſto; cui ſoli dicãdus eſt tuus animus, p̃parandus eſt ſenſus, tribuendus famulatus: huic ſi ſoli ſeruieris, aut ſi obſequio illi debito mancipatus fueris, quanta mereberis conijce; qui anteq̃ ſeruieris, tantam merueris ſanitatem; ille.n. ſolus te primo decori reſtituit, ille lauacrum tibi ſalutare effecit. Sic & cætera turba Rabinorum, ſeu mauis Sacerdotum antiquę legis, leproſos omnes ſanabat, nec vel latum vnguem à Deo pręſcriptorum rituum recedere audebat. At Saluator noſter Deus, nihil horum quæ alijs præfinierat efficit, Non extra conuictum aliorum ſeparat hunc leproſum, non ſuſpectum habet illius contactum, non aquis illum artificioſis abluit; non medicamenta aliqua adhibet, nõ illum ſanguine paſſeris vel ſemel, nõ dicam ſepties, aſpergit, non mundat veſtimenta eius, non radit nouacula pilos; corporis eius; nõ ſanguine agnorum vel caprorum, non oleo aures & manus ac pedes eius vngit, nullum offert pro eo ſacrificium; non eum ſiſtit ante tabernaculum

Num. 12.

4. Reg. 5.

lum

lum teſtimonii;non illum remittit ad aquas Iordanis; nullam orationem ſuper eum dicit,non preces pro eo ad Deum fundit; Non dicit,vt Moyſes, Obſecro Domine, ſana eum; miſerere huic, ne fiat ſicut abortiuum quod eijcitur ab vtero matris ſuæ; de populo tuo ſancto & electo iſte eſt, tu pollicitus es Iſraeli,non erit in tribubus tuis infirmus,ecce iſte graui laborat ægritudine;propitiare infirmitatibus eius,ſana vlcera eius:nihil horum loquitur,non Domini nomen inuocat ſuper illum: non per alicuius Sancti Patriarchæ aut Prophetæ merita orat; nullo denique ſubſidio creaturæ,nullo miniſterio cuiuſque inſtrumenti vtitur: ſed ſemel locutus eſt duo hæc; Volo,mundare, & ſtatim reſtituta eſt caro eius, ſicut caro pueri paruuli,& ſanatus eſt: Quid enim non efficeret verbo ſuo,qui verbo ſuo ex nihilo omnia condidit? Quid verbo ſuo non ſanaret hominem, qui hominem verbo ſuo & manu ſua plaſmauit? Ad eum artificem ſpectat reparare collapſum, qui nouum confinxerat opus: Verbum autem Dei, in initio temporis,hominem ex vili materia efformauit;Ipſe accepit limum de terra, & hunc ſuo pręcepto in corporis naturam vertit; & ſicut incorporeas virtutes produxit, ita certè corpus illud ex puluere animam habere iuſſit: Ipſe formam noſtram, reliquamque figuram in qua eſſet ſpecies honeſta diſpoſuit,Ipſe ſenſus,interpretes ac nuncios rerum, in capite tãquam in arce,mirificè ad vſus neceſſarios & fecit & collocauit: Ipſe oculos tanquam ſpeculatores quoſdam vt corpori à longè proſpicientes ſuo fungerentur ritè officio,in altiſſimo loco fixit:Ipſe aures,quæ ſonum natura in ſublime ſe efferentem,perciperent, rectè in altis corporum partibus poſuit: Nares deinde,quę odorem ad ſupera elatum olfacerent,ipſe effecit ſurſum:Ipſe guſtatũ, qui p̄libare eorum quibus veſcitur homo genera deberet, in ea parte oris,quam eſculentis & poculentis iter patefecit,collocauit: Ipſe tactum toto corpore æquabiliter diffudit, vt omnes ictus, omneſque nimios & frigoris & caloris appulſus ſentire poſſimus: Ipſe aptas manus,multarum rerum miniſtras,pedes quoque huius admirandi ædificij baſes homini dedit: Ipſe corpus reliquum membrana quadam tenuiſſima & pulcherrima veſtiuit; ſicque veſtitum arterijs, neruis, muſculis, venis, ſanguine & cęteris omnibus ex quibus conſtat,perfectũ largitus eſt:Ipſe demum inſpirauit in faciem eius ſpiraculum vitæ, mentiſque celeritate qua & ſupra corpus ſeſe eleuaret,& inferiora moderaretur,decorauit.Ipſe,in ſumma,omne illud quod in homine eſt, manus ſuę
Iob 10. artificio effinxit; Manus tuæ (vt fatebatur Iob) fecerunt me,& plaſmauerunt me totum in circuitu: Memento quod ſicut lutum feceris me & in puluerem reduces me: Sicut lac mulſiſti me,& ſicut caſeum me coagulaſti; Pelle & carnibus veſtiſti me, oſſibus & neruis compegiſti me, vitam & miſericordiam tribuiſti mihi,& viſitatio tua cuſtodiuit ſpiritum meũ; Licet hæc celes in corde tuo, tamen ſcio quia vniuerſorum memineris: Hominis igitur cum ille opifex potentiſſimus fuerit; ſi homo in terram

corruens dilabitur, quis eum niſi ille ſubleuabit? Si aliquo affectus fuerit malo, quis eum, præter Christum, ſanabit? ſi lepra vel quouis contagio cōtaminabitur, quis eum, præter Dei verbum emundabit? Quis poteſt facere mundum de immundo conceptum ſemine? Nonne tu qui ſolus es? q ſolus immaculatū, incontaminatū hoīem plaſmaſti? Ille igitur ſolus ſicut vno verbo ſanum hominem condidit, ita vno verbo Diuinæ virtutis, ægrotum ſanitati reddere valet: Ille ſolus qui ex terra formauit hominem, qui domum corporis noſtri tanta venuſtate, tali pulchritudine, tantoque robore dotauit, ruinam quamcunque minitantem conglutinat, diſſoluta corroborat membra; Ille claudos dirigere, ægrotos excitare, debilia crura confirmare, mundare leproſos, lippos purificare oculos, aperire viſum, membra abſciſſa reſtituere & corpori aptè componere, manus emortuas mouere, ſurdas aperire aures, mutam ſoluere linguam, mortuos ad vitam reſuſcitare ſolo nutu voluntatis poterat: Dominus mortificat & viuificat, deducit ad inferos & reducit. Dominus propitiatur omnibus iniquitatibus; Dominus ſanat omnes infirmitates, renouat vt aquilæ iuuentutem hominis, redimit de interitu vitam eius, Dominus coronat in miſericordia & miſerationibus, ſoluit compeditos, illuminat cæcos, erigit eliſos: Dominus cuſtodit aduenas, ſanat contritos corde, & alligat contritiones eorum: Dominus facit mirabilia ſolus; Nemo ait Nicodemus ad Chriſtū, poteſt hæc ſigna facere quæ tu facis, niſi fuerit Deus cum eo: Ergo non humanæ, adnotat Ambroſius, iſta ſed Diuinæ virtutis inſignia ſunt, cæcis perpetuæ tenebras noctis aperire, defoſſorumque oculorum vulnera ſanare luce infuſa, auditum inſinuare auribus ſurdorum, laxatis firma membra reformare compagibus, in lucem quoque refuſo vigore viuendi reuocare defunctos: Hæc ante Euangelium vel nulla vel rara: Licet receperit Tobias oculos, vnus eſt in exemplo, & tamen Dei fuit illa medicina non Angeli: Benedicite, ait Angelus medicans Tobiam, Deum cœli & coram omnibus viuentibus confitemini ei, quia fecit vobiſcum miſericordiam ſuam; Nunc miſit me Dominus vt curarem te, & Saram vxorem filij tui à Dæmonio liberarem: Moyſes licet populo tranſeunti mare rubrum diuiſerit, non tamen ſecundum numeros Ægyptiorum vel curſus ſiderum, vel menſuras elementorum, extendit manum ſuam vt illud conglomeraret, ſed Diuinæ poteſtatis imperio: vnde & ipſe ait, Dextera manus tuæ Domine glorificata eſt in virtute, dextera manus tuæ confregit inimicū; defecerit licet ad eſcam viduæ Propheticis ſe multiplicans farina & lecythus præceptis, Domini illud opus fuit; Hæc dicit Dominus Deus Iſrael, ait Theſbithes ſanctus, Hydria farinæ non deficiet, nec lecythus olei minuetur, vſque ad diem in qua Dominus daturus eſt pluuiam ſuper faciē terræ; Heliſæus leproſum licet mundari fecerit, non tamen authoritate præcepti, ſed figura myſterij; Chriſtus autem authoritate præcepti, ſolo voluntatis iuſſu; Volo, ait, Mundare; Volo, dicit, quaſi habens poteſtatem ſanandi,

1 Reg 2. Pſal 102. & 145. Ioan. 3. Lib. 5. in Luc.

Hom. 11. in Ioan. nandi,& iubendi authoritatem: Volo dicit, propter Photinum: Imperat, propter Arrium: tangit, propter Manichæum: Reliqui, docet Chryſoſtomus, omnes & Angeli & Prophetæ iuſſa oĩa operabantur; ipſe aũtea poteſtate quæ & Regem deceret & Dominum vtebatur: Quod quidem & turbæ admiratæ ſunt, quod ita loqueretur, quaſi ipſe vim haberet & poteſtatem; Imperabat.n. volo, mundare: Puella ſurge, Extende manum: Dimittuntur tibi peccata tua: Tace. Obmuteſce. Tolle grabatum tuum & vade in domum tuam: Tibi dico malum dæmonium, exi ab hoc: Fiat tibi ſicut vis. Si quis aliquid vobis dixerit, dicite quia Domino his opus eſt. Hodie mecum eris in paradiſo: Lazare veni foras: Apparuerant Angeli & Prophetæ cum gloria multa in terra, ſed tanquam ſerui, & qui Domini mandata exequerentur; ipſe autem tanquam omnium Dominus & Princeps, & licet ſub vili & abiecta ſpecie ſe oſtendiſſet, creatura tamen Dominum ſuum agnouit: Quonam pacto? Stella è cœlo Magos vocauit, qui eum adorarent; Angelorum cœleſtium cętus in terra apparuerunt, qui & Domino ſeruirent & gratias referrent: Alij item præcones ſurrexerunt, omnes admirabile hoc myſterium teſtimonio probantes. Paſtoribus enim angeli; ciuibus paſtores; Mariæ & Eliſabeth, Gabriel; his qui in templo erant, Anna & Simeon annunciauerunt: Nec viri tantum & mulieres Deum illum eſſe ſcierunt; verum nondum infans, in hanc venit cognitionem: Ciuis, inquam, eremi, adhuc in vtero matris gaudio exultauit, & omnes ſpe maxima erigebantur, & hæc quidem circa partus tempora: Accedit ad hoc quod non paſtores tantum, neque viduæ, neque ſenes no bis Chriſtum annunciant, ſed ipſa quoque rerum vox omni tuba clarius proclamat; quæ tanta fuit, vt quamprimum hic quoque exaudiretur, abijt in Syriam auditus eius: Tunc cęlum terra facta eſt, cum cœli Dominum contineret; tunc dæmones vndique exilientes diffugerunt, Diabolus oppreſſus abſceſſit, ipſa mors primùm ſuccubuit, mors penitus abolita eſt, omne morborum genus diſpetijt: Siquidem mortuos ſepulturæ, inſanos dæmonia, ægrotos morbi reliquerunt, & plurima admirationis plena & ſtuporis, & præter omnium expectationem apparuerunt, & quæ non immerito deſiderarunt Prophetę, & non viderũt: Videre enim licuit factos oculos, & quod in omnium votis eſſe poterat; videre, ſcilicet, quonam pacto Adam Deus effinxerit, id breui omnibus, & in potiore corporis parte oſtenſum eſt: Membra præterea abſciſſa reſtitui, & corpori aptè congluti nari, manus emortuas moueri, pedes contortos repente proſilire, ſurdas aures aperiri, & mutam linguam clara voce proloqui; Siquidem quemad modum optimus architectus domum ſitu & vetuſtate labantem, ita communi hominum natura accepta, eius perditas reſtituit partes, diſiun cta & abſciſſa copulauit, & quæ prorſus ceciderant erexit. Quid autem opus eſt, vt animæ formationem longè corpore admirabiliorem verbis, proſequamur? Magna ſanè corporis præſtantia, anima tamen tantò

corpore

corpore præſtantior quantò melior; Neque hac tantum ratione, ſed quoniam corporis natura quocunque ipſam opifex ducere velit eò ſequitur, neque reſiſtit: anima autem ſui iuris, vim in ſe habet operandi, neque vlla in re Deo niſi velit obtemperat; inuitam enim & coactam minimè vult Deus bonam & virtutibus preditam reddere; neque id virtuti animę attribuendum eſſet, ſed ſpōtè ſua bona fit, & ſibi virtutem complectēdam perſuadeat oportet. Quamobrem difficilior huius eſt quàm illius cura; Verumtamen omnis emendata eſt, omnis fugata malitia, & quemadmodum corpora bene curata, non in bonam tantum valetudinem, ſed in bonum quamprimum habitum reſtituātur; itidē Deus animas, non à vitijs ſolum purgauit, ſed ad ipſum mox virtutis cacumen extulit; & publicanus Apoſtolus factus eſt; perſecutor, blaſphemus, calūniator, orbis terrarum prædicator apparuit: Magi, Iudęorum Magiſtri effecti; latro paradiſi incolatu donatus; Meretrix fide incredibili effulſit; Cananæa, & Samaritana, & ipſa fornicatrix, hęc ad Ciues ſuos prędicatoris munere functa, ciuitatem totā irretiens, vniuerſos in Chriſti fidem traxit: illa fide & ſedulitate effecit, vt filię anima à malo Dęmone liberaretur. Et alij longè his peiores ſtatim in diſcipulorum numerum accepti, omnes repente corporis ægritudines, omnes animi affectus mutauerunt, & in ſanitatem, virtutiſque apicem euaſerunt: Nec duo tantum, aut tres, non decē, non centum, ſed totę Ciuitates & Gentes facillimè Chriſti fidem acceperunt. Quid ego pręceptorum ſapientiam, cęleſtium legum virtutem, Angelicę vitę ordinem enarrem? Talem enim nobis vitam propoſuit, tales apud nos leges condidit, & tales mores inſtituit, vt qui his vtentur, Angelorum mox naturam induant, & quantum homini liceat, etſi omnium hominum malitiam exceſſerint, Deo tamen ſimiles reddantur: Hęc autem omnia vno verbo effecit: Semel locutus eſt Deus duo hæc, Volo, Mundare; & illico & maior & minor mundus, & in anima & in corpore reformatus eſt; Quis hic loquetur potentias Domini? Quis deprędicabit laudes eius? Quis ſatis dignè attollet mirabilia opera eius? Pro magno duxiſtis ò Gentiles, Ianum veſtrum ſine manibus & pedibus artificioſè effictum; quaſi ille nec miniſterio pedum ad aliquem accedendum locum, nec ſuffragio manuum, ad perpetrandum quoduis facinus egeret. Fabuloſa ſunt de Iano commenta; ecce noſter Deus & homo, Diuina & humana facie omnia, & illa quę retrò fuerant, & illa quę longè poſt euenient contemplans, nec manuum, nec pedum, nec quorumuis inſtrumentorum externo ſubſidio indiget; Non eſt neceſſum vt accedat remotiſſima loca; longiſſimo licet interſtitio diſtineatur, miranda operari poteſt; Dic tantum verbo, (ei confitetur Centurio) non oportet, neque dignum eſt vt ſub tectum meum intres; ſolo iuſſu tuo ſanabitur puer meus. Non eſt neceſſarium, vt manu ſua vlcera aperiat & mundet, & curet, & obliget languidorum: verbo ſolo quouis affectum contagio liberare poterit: Dicet, fiat, vel

Iani imago ſine manib. & pedibus.

ſurge,

ſurge, aut volo mundare: ſemel loquitur duo hęc, & ad pręceptum ipſius omnia mutantur: Deſiderarem, dilectiſſimi, vt in hac poteſtate miraculorum efficiendorum Chriſtum imitemini; vellem inquam, vt ſicut Chriſtus duobus verbis infirmos ſubleuabat, nec manu ſua, licet id non neceſſe habebat, illos contingere dedignabatur, ita & vos ad Chriſti exemplũ faciatis. Mirandum forte vobis videtur, quod vobis ingero; dicitis forte vos ad eam perfectionem minimè pertingere poſſe, vt leproſos imperio voluntatis veſtræ, vel alios quoſque ægrotos miraculosè, ab eorum clade releuetis; At nec ego quoque miracula facere vobis perſuadeo: Sed quid tandem? Illud vnum, vt vos duo tantum verba egenis dicatis. Volo. Mũdare; vel ab hac ægritudine ſubleuare: Cum tranſieris per vicum vel plateam, & obuium vel in terra miſerè iacentem habebis pauperem vlceribus plenum, licet nihil ad te loquatur, nullamue petat eleemoſynam voce ſonora, miſerando tamen ſpectaculo quod oculis exhibet, tibi ſupplicat. Domine, ſi vis potes me ſanare: Tu ad exemplar Chriſti, ne oculos auertas, ne ſurdas præbeas aures; dicito, Volo, compatior tuæ miſeriæ, tuã calamitatem iuuare volo: tibi ſum æqualis natura, ſimilis vocatione Chriſtiana; conditione licet fortunæ diſpar; tamen ideo mihi diuitiarum partem contulit Deus, vt te participem harum faciam; Volo, & lubenti animo volo. Sed velim ne obliuiſcare alterum verbum, Oportet vt adhibeas Mundare: Oportet vt vel miniſtro tuo præcipias, vel ipſe exemplo Chriſti manum extendas ad pauperem, & huius vulnera vel vt Samaritanus ipſe ſanes, vel ſaltem operam & pecunias impendas, quo eius malis mederi poſſis: Memini me de Archeſilao Philoſopho legiſſe, qui cum quendã Cteſilaum ægrotantem inopiaque rerum præanguſtiatum reuiſeret, plenum nummis ſacculum clam eius puluillo ſubiecit: Illud vobis S. Martini proponere nolo, qui cum leproſum media in via repeririſſet, pallio ſuo inuolutum ad Monaſterium reportauit: neque Sancti Franciſci aut Heduigis ſolertem indigorum curam vobis ob oculos pono: hoc enim ſcio, me his exemplis nullum quid ſimile in vobis poſſe efficere: illius tantum vos admoneo, quod & Gentilis præſtitit, pecunijs veſtris quas in ſuperfluitates ſæpe exponitis iuuate indigentes: Ne ſeparaueritis à volo, mundare; Sed & velitis auxilium porrigere, & opere externo, vos voluiſſe demonſtrate. Credite mihi, non in vanum operam iactabitis; melius vobis iſta proderunt, magis claros vos iſta efficient, quam ſi montes in mare traijceretis, vel dæmones fugaretis; vel ſupra aquas ſicco veſtigio obambularetis, vel aliquid admirandum ſupra vim naturæ operaremini; Iſtis enim dicentibus; Domine nonne in nomine tuo prophetauimus, & eiecimus dæmonia, reſpondebit Dominus; Non noui vos: Hæc autem miſericordiæ operatio theſauros immarceſſibiles reddit, diabolum nobis domat, hæc erudire ſolet, quo pacto poſſis ſimilis Deo eſſe: Hæc poſt hanc vitam maximè fulget, pòſt radios ſuos & opera ſua oſtendit, nec ſpatijs tempo-

rum

rum longioribus, nec odio improbo extinguitur; hæc manſionem nobis in cœlo ædificat, & æterna tabernacula præparat: Hæc lampades noſtras extingui non ſinit;hæc veſtes noſtras ita lauat, vt non ſordidi,ſed niue cã didiores ad nuptias peruenire poſſimus:hæc non patitur eò nos detrudi, vbi diues ille cruciatur,ſed in ſinum Abrahæ certo itinere ducit: Hæc ad tribunal Chriſti accedit,nec ipſa ſolum patrocinatur, vt pro eis ſententiã ferat,ſed & coronat hominem & laudibus effert; Sine hac (auſim dicere) omnia alia inutilia ſunt; Ieiunas quotidie? at virginibus nihil profuit eiuſmodi ſtudium: oras? at ſine miſericordia, infructuoſa erit oratio; ſed caſtè & temperanter viuis? Cuius gratia id facis? Num ſupplicij metu? minimè id quidem,ſed quadam bonitate naturæ: Nam ſi id agis timore ſupplicij,tantamque incendij vim, ac libidinis tyrãnidem ſuperas, multò magis miſericordiæ ſtudere debes: neque enim aliquis labor eſt dare egenti,ſicut frænare libidinem: Solum denique pietatis ac miſeratio nis eſt ſtudium,quo Deo æquales euadere poſſumus;quo ſi careamus cun cta ſimul amiſimus; Non enim ait,ſi ieiunaueritis,aut virginitatem ſerua ueritis,aut orauer itis,patri veſtro ſimiles eritis;nihil enim huiuſmodi in Deum cadit,neque aliquid tale operatur Deus: Sed quid? Eſtote inquit miſericordes, ſicut & pater veſter cæleſtis miſericors eſt: Iſtud Dei opus eſt;hoc ſi deſit,quid habes? Duobus igitur verbis potentiæ & miſericordiæ cum ſanarit Chriſtus leproſum; duo iſta cum vobis non deſint v elle & poſſe miſereri,ne refugiatis,ſed ſubleuetis pauperes;miſericordiam & poteſtatem ſummam ipſi à Deo omnipotente aſſecuturi, Qui viuit & regnat per infinita ſæculorum ſæcula. Amen.

Vade oſtende te Sacerdoti, & offer &c.

FASCICVLVS TERTIVS.

De Sacerdotum reuerentia à Catholicis præſtanda.

IAM in lege Dei Sacerdos authoritatem habebat, vt omne illud quod ad immunditiem ſiue internam ſiue externã ſpectat,ſi ambiguum erat,diffiniret; ſi apertum,ſacrificijs expiaret. Et de immunditie quidem interna quę in errore mẽtis cõſiſtit, Clariſſima eſt lex Moyſis in Deuteronomio pronunciata,Si difficile & ambiguum apud te iudicium eſſe perſpexeris inter ſanguinem & ſanguinem, cauſam & cauſam, lepram & non lepram, Deut. 7. ſurge & aſcende ad locum quem elegerit Dominus Deus tuus, veniesq; ad Sa-

ad Sacerdotes Leuitici generis,& ad iudicem qui fuerit illo tempore:quę reſq; ab eis,qui iudicabunt tibi veritatem iudicij : Et facies quodcunque dixerint qui præſunt loco quem elegerit Dominus, & docuerint te iuxta legem eius,ſequeriſq; ſentétiam eorum, nec declinabis ad dexteram nec ad ſiniſtram . De immunditia verò externa , plenæ ſunt tabulæ Leuitici, quibus plena poteſtas Sacerdoti confertur,vt eam vel iudicet,vel oblatio nibus expurget. Immunditiam quis contraxerat ex contactu mortui, vel immundi? Offerat duos turtures,vel duos pullos columbarum Domino, dabitque eos Sacerdoti,& ille rogabit pro eo & mundabitur : Profluuio ſanguinis mulier pariens polluta erat? Cum expleti,ait Deus,fuerint dies purificationis ſuæ,deferet agnum anniculum in holocauſtum, & pullum columbæ ſiue turturem pro peccato ad oſtium tabernaculi teſtimonij , & tradet Sacerdoti , qui offeret illa coram Domino , & orabit pro ea ; & ſic mũdabitur à profluuio ſanguinis ſui : In cute & carne alicuius oriebatur diuerſus color ſiue puſtula,aut quaſi lucens quippiam,ideſt plaga lepræ? Adducetur,inquit,ad Sacerdotem,qui diligenter iuxta pręſcriptum legis inſpiciet hominem,& contaminatum vel recludet à conuictu aliorum ſe paratum;vel ſecundum ritum ſacrificiorum oblationibus ipſum emũdabit: Huic Pontificiæ authoritati, neque ipſe Saluator mundi Deus derogatum eſſe voluit: Licet.n.ſupra omem legis ritum, poteſtatem habuerit:potentia licet propria leproſum à peſtilentiſſimo morbo liberarit: viderit ipſe,licet hunc perfectè eſſe ſanitati reſtitutũ, neq; iudicio in eo qđ ille ſemel decreuit,neq; expiatione in eo,ꝙ ille immaculatũ reddidit,alienaſ leguerit; quo tamen nihil detractũ ſit honori Sacerdotis,leproſũ emũdatũ ad Sacerdoté remittit,dicens: Vade,oſtẽde te Sacerdoti,& offer munus,ꝙ pcepit Moyſes,in teſtimoniũ illis:Norim ego licet, horrendæ tuæ plagæ maculoſum cõtagium ſanatũ eſſe ; ſupra omnẽ veteris legis cultũ quis ego cõſtitutus,nullis cęrimonijs exequẽdis obligatus ſim:dignitate & honore licet Sacerdotes quoſcunq; pręcellam;tamen vt Sacerdoti quẽ venerandum præcepit Deus,ſuus tribuatur honos, Vade & oſtende te illi,exhibe ei reuerentiam,offer munus tuum quod Moyſes ordinauit offerri in teſtimonium illis;quod ſcilicet ego non eos dedecore,ſed honore,eo que maximo, affeci : Exemplum hoc Saluatoris noſtri,ſi a Catholicis obſeruatum eſſet ; nunq̃ licuiſſet nobis Sacerdotum choros, ad tantũ, proh dolor,videre cõtemptum deueniſſe : Si Sacerdotibus delatus fuiſſet ſuus honor;nunq̃ vilipẽdia,õbmurmurationes,ſugillationes,detractiones,ſtatus eorũ audijſſemus ; nunq̃ deinde tot abominandas ab orco ſuſcitatas hęreſes excreſcentes,& extremos ẽt Indos inuadẽtes aſpexiſſemus,ſi honor ſuus delatus fuiſſet Sacerdotibus:Contemptum.n.clericorum,initiũ eſſe hereſis,nemo eſt qui, Cypriano adhęrens,ambigat:Quare cõſultum, eſſe duxi,ſi ad celebrandum Sacerdotum honorem, aliquid vobis in præ ſentia de reuerentia illis exhibenda pręfatus fuero: Et primum quidẽ Spi

ritus

ritus Diuini præceptum, ad omnem honorem Sacerdotib. impendẽdum, vos conſtringit. Ita.n. per Eccleſiaſticum ſtatuebat. In tota aĩa tua time Deum;& Sacerdotes illius ſanctifica: In omni virtute tua dilige eum qui te fecit,& miniſtros eius ne derelinquas. Honora Deum ex tota aĩa tua, & honorifica Sacerdotes, & propugnato eum brachijs tuis: Quatuor actus, vt audiſtis, præcipit exhiberi Sacerdotib. Primus Sacerdotes, inquit, Dei ſanctifica. Alter, Miniſtros eius ne derelinquas. Tertius, honorifica Sacerdotes, Poſtremus,& propugnato cum brachijs tuis. Et primò quidẽ ſanctificare iubet Sacerdotes; non quod vulgus prophanum conſecrare, aut à macula abluere, aut gratiam ſanctificationis infundere debeat Sacerdotibus; ſed ſicut in communi omnium precatione rogamus Deum, Sanctificetur nomen tuum, i. Da nobis eum ſpiritum, eamque linguæ facundiam, vt ſanctum nomen tuum, Sanctum, glorioſum & admirabile populis prædicemus; nihil de illo ſiniſtrum, indignũ nihil exiſtimemus; ſed illud ſumma cum deuotione ſuſpiciamus; ita dum præcipit, Sacerdotes eius ſanctifica; voluit dicere, Sancti illi ſunt, quia ego ſanctificaui eos, ego oleo ſancto meo inunxi eos, ego illos extra prophana quæq; elatos in ſanctorum cętũ aggregaui: Eritis mihi ſancti, quia ſanctus ego ſum Dñs, & ſeparaui vos à cęteris populis, vt eſſetis mei. Sanctas ergo cogitationes de illorum ſtatu habeatis; nihil indignum de illis vel exiſtimetis, vel dicatis; nihil niſi ſanctum & honeſtum, nihil turpe, nihil indecens de eis inter vos traducatis: Sanctificate illos, licet fortè quippiam indecorum ab eis perpetrari conſpiciatis, vos tamen ſanctificate eos, labia veſtra prohibete à detractione; nõ vobis iniunctum eſt, illorum, ſi quæ ſunt, errata in publicum efferre, ſed occultare, ſed excuſare: Audiſtis, (ita hoc argumentum perſequitur Chryſoſtomus, quod inſurrexerãt aduerſus Aaron, poſt vituli formatam effigiem Core, Dathan, & Abyron: Quid ergo? dum illi obtrectant peccanti, approbauit Deus detractionem? Minimè, ſed acerrimè puniuit; Dirupta eſt terra ſub pedibus eorum, & aperiens os ſuum deuorauit illos cum tabernaculis ſuis, & vniuerſa ſubſtantia eorum; deſcenderũtq; viui in infernum operti humo, & perierunt de medio multitudinis; ſed & ignis egreſſus à Domino, interfecit ducentos quinquaginta viros qui offerebant incenſum. Quilibet ergo nõ ſcrutetur Sacerdotũ vitã, ſed q̃ ad ſe pertinent ſolicitè curet: Nam ſi quidem fidei dogma euertat, et ſi angelus ſit, obedire noli: ſin verò recta docet, noli vitæ, ſed verbis intendere: Non diſtribuit pauperibus, inquies; non bene diſpenſat Eccleſię res. Vnde tibi id conſtat? Noli illum culpare, antequam diſcas; Reatum caue: Plurima quippe ex ſimplici ſuſpicione iudicantur: Imitare Deum tuũ, audi ipſum dicentem, Deſcendens videbo, ſi ſecundum clamorem ſuum cõſummantur: ſi nõ aũt, ut ſciam. Quod & ſi didiciſti, & examinaſti & vidiſti, iudicem ſuſtine: Noli præripere Chriſti iudicis ordinẽ: illius eſt munus iſta diſcutere, non tuum. Tu ſeruus vltimus, non Dñs es: Quis ipſe

Eccl. 7. Leuit. 20. Num. 16. Homil. 2. in 2. ad Timot. Gen. 18.

es,paſtorem noli curioſè diſcutere; ne eius quoq; criminis reus tenearis, quod illum accuſare præſumis: Et quomodo,inquies,id mihi dicit, quod ipſe non facit?Non tibi ipſe dicit;nam ſi illi obtemperas,mercede priuaris: Chriſtus hæc admonet;Plus aliquid dicam,ne Paulo quidem obedire oportet,ſi quid dixerit proprium,ſi quid humanum; ſed Apoſtolo Chriſtum in ſe loquentem circumferenti: Non igitur aliena iudicate,ſua quiſque diſcutiat,vitamq; diiudicet ſuam. At debet ille inquies, melior eſſe q̃ ego. Cur obſecro? Quia Sacerdos eſt? Et quid nõ habet ille amplius,q̃ tu? Non labores,non angores,nõ ęrumnas? Debet eſſe te melior? Quid ergo? Niſi ſit melior,teipſum perdis ac perimis? Sunt verba iſta plena arrogantiæ: Vnde.n.noſti illum te non eſſe meliorem? Furatur,inquies,& ſacrilegus eſt. Vnde hoc noſti ò homo? Cur teipſum per p̄cipitia impellis? Nẽpe ſi quis dixerit,ille purpuram habet,q̃uis id ſcias, aurẽ obſtruis;& ſi arguere poſſis,protinus reſilis, teque ſcire diſſimulas,nolens gratis ſubire periculum. Quid ergo hoc in loco gratis minime neceſſarium periculũ ſuſcipis?

Matth.12 Non carent reatu hæc verba;Audi quid dixerit Chriſtus,Dico aũt vobis,q̃d omne verbum otioſum quodcunq; locuti fuerint hoĩes,reddent ra-

36. tionem de eo in die iudicij: Cur teipſum quouis arbitraris eſſe meliorem? Cur non ingemiſcis magis,ac pectus tundis,atque in humũ reſpicis,imitando pium Publicanũ? Etſi.n.melior ſis,hac fœda exiſtimatiõne tua,cuncta perdidiſti;Melior es,tace,vt perſiſtas eſſe melior: quod ſi loquaris,oĩa exinaniſti: Si te putas eſſe,deſiiſti;Si non putas multum ſanè profeciſti;Si enim qui peccator aduenerat, vbi cõfeſſus eſt,iuſtificatus deſcendere meruit;qui peccator non eſt,& eſſe ſe putat,quid oro non lucrabitur? quantum ex ea humilitate ſuis adijciet commodis? Vitam tuam diligentius diſcute: Fur non es,at rapis,at violas,at innumera huiuſmodi perpetras: neque id vt furtum probem,dixerim;Abſit: immo illud valde execror,& eũ qui eſt huiuſmodi defleo: Quid oro publicano deterius? At cũ eſſet innumeris peccatis obnoxius,Phariſęuſq; id ſolũ diceret,Nõ ſum ſicut publicanus iſte,oĩa perdidit: tu de Sacerdote dicis, nõ ſum ſicut iſte ſacrilegus vel fornicator,& non oĩa prorſus amittes? Dic mihi oro,ſi ſaucius proficiſcaris ad medicum,num omiſſa cura vulneris tui, ſtudioſè medicum percunctàris, vulnus ille habeat necne? An verò,etſi ille ſit ſaucius, vulnus tuum idcirco non curas,diciſq; ſanum illum eſſe oportuit,medicus cũ ſit? Quando verò ſanus medicus non eſt,abſcedo,vulnus mecũ inſanabile referens? Nunquid.n.ſi ſacerdos malus ſit,inde ſolatiũ capiet ſubditus? Nihil minus;Cæterum dabit ille quidem ſcelerũ ſuorum debitas pęnas;dabis aũt & tu tuorum criminum pęnas,ne igitur præpoſitos ueſtros maledictis impetatis,vti ne voſmet potius lædatis. Patrẽ qui habet & ſi mille patiaꝛ incommoda, oĩa patris reuerentia conteget: Noli.n.inquit gloriari in ignominia patris tui,neque.n.tam gloria q̃ probrum eſt. Et ſi ſenſum amiſerit,veniã habe: longè magis in patre ſpũali dicenda ſunt. Reuerere

illum

illum,quod tibi ſingulis diebus Diuina miniſtrat,ſcripturas prælegit, tui gratia exornat domum,pp te vigilat,pp te vota perſoluit, pro te Deũ precaturus adſtat,tui cauſa preces oẽs exſoluit,pro te apud illum religio,cultuſq; & obſequium eſt,pro te iſta oĩa: Reuerere hæc ergo,atque cõſidera; accede ad ea ſumma cum reuerentia: At malus ille eſt,ſed hoc ad te quid? Nunquid.n.qui malus non eſt, ipſe tibi magna iſta & Diuina largitur ? 1.Reg.6.
Abſit:Fides.n.tua ad oĩa valet,neque tibi iuſtus quiſpiã proderit, niſi ipſe fidelis ſis:neq; nocebit malus,ſi fueris ipſe fidelis: Per vaccas in arca operatus eſt Deus,cum populum ſaluare vellet: num.n.ſacerdotis vita,nũ virtus tm̃ conferre potuiſſet ? Non poſſunt quæ Deus ipſe largitur,velut Sacerdotali virtute perfici;oĩa quippe Diuinæ ſunt gratiæ: Huius tãtum munus eſt aperire os,cæterum Deus cuncta operatur;ſymbolum iſte tantummodo implet; Intuere quantum inter Ioannem & Ieſum intereſt, & audi dicentem Ioannẽ, Ego opus habeo à te baptizari;& nõ ſum dignus ſoluere ipſius corrigiam calceamenti : Sed tñ cum tm̃ intereſt, deſcendit Spiritus,quem nõ habebat Ioannes: De plenitudine.n.inquit,ipſius nos oẽs accepimus:Nullus homo tm̃ diſtat ab hoĩe,quantum à Chriſto Ioannes : deſcendit tñ ſpiritus,vt diſcas Deum oĩa operari, Deum oĩa facere; per oẽs ſalutem populi moliri,nullius intuens merita : Nam ſi per aſinæ os,ſi per Balaam ſceleſtum hoĩem, populi cauſa locutus eſt? multò magis operatur & loquitur per Sacerdotem,populi ſui gratia: Quid.n.non agit Deus ſalutis noſtræ cauſa?quid non loquitur?per quem non operatur? Si enim per Iudam operatus eſt,& per Prophetas quib.dicturus eſt,Non noui vos;diſcedite à me oẽs qui operamini iniquitatem;perque illos qui dæmones in nomine ſuo eiecerunt:Non magis per Sacerdotes Diuino miniſterio famulantes operabitur ? Volo quiddam adijcere planè mirabile, & nolite mirari neque turbemini.Quid verò iſtud eſt?Sacra ipſa oblatio,ſiue illam Petrus, ſiue illam Paulus, ſiue cuiuſuis meriti Sacerdos offerat, eadem eſt quã dedit Chriſtus ipſe diſcipulis, quamque ſacerdotes modo quoq; conficiunt. Nihil habet iſta q̃ illa minus : Cur id ? Quia non hanc ſanctificant hoĩes,ſed Chriſtus qui ante illam ſacrauerat. Quemadmodũ enim verba q̃ locutus eſt Chriſtus,eadem ſunt quæ ſacerdotes nunc quoque pronũciant,ita & oblatio eadẽ eſt,eademque baptiſmi ratio eſt,adeò oĩa in fide conſiſtunt: Cornelium repẽte ſpiritus repleuit,quia ipſe prius alacritatem voluntatis oſtenderat,fidemq; pleniſſimę obtulerat deuotionis. Et hoc igitur Chriſti corpus & illud eſt:qui aũt hoc illo minus aliqd hẽe putat,ignorat Chriſtum eſſe qui nunc ẽt adeſt atq;operat̃.Si igitur ſacerdotes honore afficitis,Deũ qui per illos operatur honore afficitis. Si verò ſpernitis,ad id ſenſim prolabimini, vt in Deũ ipſum contumelioſi euadatis;Hinc Iudęi Deũ aſpernere didicerunt,quia Moyſem & Aaron cõtẽpſere,quia lapidib.illos impetebant.Nã qui piè in ſacerdotẽ afficit̃,longe maiore pietate reuerebitur:Sacerdos ſi iniurijs afficit̃,hoc in ſe Deus ipſe

1.Reg.7.

1. Reg. 2. perpetitur;ſicut ad Samuelem ait;Non te ſpreuerunt,ſed me. Sacerdotes
ergo Dei ſanctificas,ſanctam de eis exiſtimationem habeto; nō eos teme
rè iudicaueris,nihil indecorum de illis loquaris: ſi indignum quid ab eis
Simile. fieri deprehenderis,ſilentio obuolutum ne alijs ꝓdices: Inurbanum eſt ſi
quis lucerna extincta,fumantem eius fętorē alienis narib. olfaciendū ſup
ponat. Indignū & graui pęna expiandum eſt,ſi luce hac mundi per aliqđ
crimen extincta,peccata illius oīum ſcientiæ explicet q̄s: Alter actus reue
Deut. 12. rentiæ Sacerdotalis eſt ; Miniſtros eius ne derelinquas: Hoc ipſum Deus
in lege p̄ceperat p Moyſen. Caue,inquit,ne derelinquas Leuitā in oī tpe
quo verſaris in terra: Quid aūt ſibi velit,caue ne derelinquas ? ſeu mini-
ſtros eius ne derelinquas? Non aliud exiſtimo,p̄ter id qđ ex p̄cedenti actu
Sanctificationis Sacerdotum ſequitur: Iuſſerat,vt plebs vniuerſa ſuſpice
ret Sacerdotes,eoſq; ſupra omnē vulgi conditionē,ſupra curas terrenorū
elatos, ſoliq; Diuino cultui & miniſterio,& ſanctuarij ſeruituti addictos
exiſtimaret, vt illis nullā partē diei ad huius vitæ neceſſaria procuranda
cōceſſam,ſed totum tp̄s vitæ,ad ſpiritualia,pro vniuerſo populo, perficiē
da opera,conſumendū neceſſe eſſe iudicaret;& quia carne mortali circū-
dati,fame & ſiti conficiunt,aliiſque reb. q̄ ad vitā commodè tranſigendā,
& ad munera pro populo ritè peragenda,indigent;quia altari miniſtrāt,
quia ſpūalia cōicant;quia nihil hæreditario iure poſſident,quia ab eī ter-
renorū poſſeſſione ſemoti ſunt; iubet ne derelinquat popul⁹ Sacerdotes,
ne. ſ. deneget illis neceſſaria;ne illos fame vel ſiti vel frigore emori patia-
tur,ne ob nuditatem vel ſi libet ēt pannoſas veſtes, contemptui vel riſui,
vel dedecori illos exponi pmittat. Iuſtū ſiquidē eſt vt qui altari inſeruit,
de altari viuat,vt qui ſpūalia ſeminat,ēt tpalia metat. Indignū eſt boui tri
turanti os alligare. Ad hoc & Eccleſiaſticū ipſum & Moyſem reſpexiſſe,
dubiū nō eſt ei qui ſiue antecedētia ſiue cōſequentia intuet. Sapiēs. n. ſub
iungit ſtatim. Da illis,inquit,partem,ſicut mandatum eſt tibi primitiarū
& purgationis,& de negligentia tua purga te cum paucis. Datū brachio
rum tuorū & ſacrificiū ſanctificationis offeres Dn̄o,& initia ſanctorum:
Moyſes verò, Nō poteris,ait,comedere in oppidis tuis decimā frumenti,
& vini,& olei tui,primogenita armentorū tuorū & pecora, & oīa q̄ voue
ris & ſpōte offerre volueris,& primitias manuum tuarum: ſed corā Dn̄o
Deo tuo comedes ea in loco quē elegerit Dn̄s Deus tuus,tu & filius tuus
& filia tua,& ſeruus & famula,atq; Leuites qui manet in vrbib. tuis,& lę
taberis atque reficieris coram Dn̄o Deo tuo in cunctis ad quę extenderis
manum tuam. Caue ne derelinquas Leuitem in omni tempore,quo verſa
ris in terra: Tertius reuerentiæ Sacerdotum actus eſt;Honorifica Sacerdo
tes, Non ſatis eſt ait vt de illis Sanctam & dignitati eorum parem conci-
pias opinionem: neq; illud ſufficit,vt illorum de tua ſubſtantia neceſſita-
tibus ſubuenias;oportet vt & omnē externum honorē illis exhibeas: præ
terit Sacerdos viam publicam ? cedendum loco eſt,aperiēdum eſt caput,

genu

genu inflectendum eſſe ei: Loquendum eſt aliquid ſacerdoti? non ſine detecto capite, non ſine maxima animi ſubmiſſione, ſed ſumma cum modeſtia, animi tui ſenſa aperire; nullo autem modo rixari aut maledictis inceſſere, vel contradicere debes: Cultum externum corporis Regi vel Præſidi, vel Imperatori deferendum eſſe ob ſummam eius dignitatem & potẽtam cenſes? Maior, dignior, & potentior eſt Sacerdos quouis Imperatore & Rege mundi: Ne mihi hic narres purpuram, neque diadema, neq; veſtes aureas; vmbra ſunt iſthæc oĩa, & floccis leuiora. Omnis.n.gloria, flos graminis; etiam ſi ipſam gloriam regalem dixeris: Ne inquam mihi narres iſta, ſed ſi vis videre diſcrimen, quãtum abſit Rex à Sacerdote, expende modum poteſtatis vtriq; traditæ, videbis Sacerdotem multò ſublimius Rege ſedentem: Quanquam.n.admirandus nobis videtur thronus regius ob gemmas affixas, & aurum quo extructus eſt; tamen rerum terrenarum adminiſtrationem ſortitus eſt; nec vltra poteſtatem hanc, præterea quicquam habet authoritatis: Verùm Sacerdoti thronus in cęlis collocatus eſt, & de cœleſtibus negotijs pronunciandi habet authoritatem: Quis hæc dicit? Ipſe cœlorum Rex: Quæcunque ligaueritis ſuper terram, erunt ligata & in cœlis; & quæcunque ſolueritis ſuper terram, erunt ſoluta & in cęlis: Quid cum hoc honore cõferri poteſt? Nam iudex ſedet in terra, Dominus cõſtituit ſeruum, & quicquid hic in inferioribus iudicarit, hoc ille in ſupernis comprobat. Itaque medius ſtat ſacerdos inter Deum & naturam humanam; illinc venientia beneficia ad nos deferens, & noſtras petitiones illuc perferens; dominum iratum recõciliãs vtriq; naturæ, nos qui offendimus eripiens ex illius manibus: Eoque Deus ipſum Regale caput ſacerdotis manibus ſubiecit; nos erudiens quod hic princeps eſt illo maior: Siquidem id quod minus eſt, benedictionem accipit ab eo quod præſtantius eſt: Quare huic corpora tantum commiſſa ſunt, Sacerdoti animę: Rex maculas corporum remittit; Sacerdos autem maculas peccatorum: Ille cogit, hic exhortatur; Ille neceſſitate, hic conſilio: Ille habet arma ſenſibilia, hic ſpiritualia: Ille bellum gerit cum barbaris, huic bellum eſt aduerſus dæmones; Ille terrena, hic cœleſtia regna aperit: Ille corporei vinculi ſoluẽdi ptãtem habet; ſacerdos autem in ipſam etiam animãm cõtingit, atq; ad cœlos vſque penetradit; vſque adeo vt quæcunque inferne ſacerdotes confecerint, illa eadem Deus ſupernè rata habeat, ac eorum ſententiam confirmet. Quid hoc aliud eſſe dicas, niſi omnem rerum cęleſtiũ poteſtatem illi à Deo conceſſam? Quorumcunque.n.ait peccata retinueritis, retenta ſunt: Quænam, obſecro, poteſtas hac vna maior eſſe queat? Pater omnifariam filio poteſtatem dedit, cæterum video ipſam eandem omnifariam poteſtatem à filio illi traditam; nam quaſi iam in cælum trãſlati, ac ſupra humanam naturam poſiti, atque à noſtris affectibus exempti, ſic illi ad principatum iſtum perducti ſunt: quid multa? Rex aliquis ſi cui ex ſubditis ſuis honorem hũc detulerit, vt poteſtatem habeat quoſcũ

Chryſoſt. hom. 5. de verb. Iſai. & lib. 3. de ſacerd.

que velit in carcerem coniiciendi eoſdemq; rurſus laxandi, beatus ille &
admirandus iudicio omnium fuerit: at vero qui à Deo tantò maiorem ac
cepit poteſtatem: quantò cœlum terra precioſius eſt, quanto etiam animæ
corporib. præſtant, tanq̃ vilẽ aliquam poteſtatem aſſecutus deſpicietur?
Quod ſi conſpicis Sacerdotem ſacrificio incumbentem, & preces funden
tẽ & Domino immolantem; tum verò turbam circumfuſam precioſo illo
ſanguine intingi ac rubefieri, etiamne ſacerdotem inter mortales verſari
atq; in terra conſiſtere cenſes? annon potius è veſtigio ſuper cęlos trãsfer-
ri? an non carnis cogitationem omnem abijciens nudo animo, mente pu-
ra circumſpicis quæ in cœlo ſunt? ò miraculum, ò Dei benignitatem; qui
cum patre ſurſum ſedet, in illo ipſo temporis articulo Sacerdotis manib.
petractatur, ac ſeipſe tradit volentibus ipſum excipere ac complecti: Nũ
tibi iſta contemptu ac deſpectu eſſe digna videntur? aut eiuſmodi, vt poſ
ſit quis Regum contra ea attolli atque inſurgere? Viſne & ſanctimoniæ
iſtius excellentiam alio miraculo proſpicere? Ponito ob oculos Heliam il
lum, præterea & infinitam illam turbam circumfuſam, & ſacrificium la-
pidibus ſuperpoſitum; tum verò reliquos omnes admodum quietos ac ta
citurnos, ſolum aũt Prophetam preces fundentem, ſecundum id flammã
derepente è cœlo delabentem, ſacrificiumque ipſum lambentem; mira
ſunt iſta profectò ac ſtupore plena. Ab illis ergo te ſacris te ad noſtratia
transfer; nec ea mira modo eſſe videbis, ſed etiam omnem ſtuporem exce
dentia: Adeſt.n. Sacerdos non ignem geſtans, ſed Spiritũ ſanctum, is pre
ces diuturnas fundit, non quo flamma cęlitus delapſa, ſacra apposita abſu
mat; ſed vt gratia in ſacrificium influẽs per illud ipſum omnium animos
inflãmet, & puriores reddat auro igni excocto purgatoque: Quod ſi quis
conſideret, quantum ſit id myſterium, vt is.ſ. qui homo ſit, ipſe carne &
ſanguine etiamnum conſtans, ijſque inuolutus, beatæ atq; immortali na-
turæ illi propior fieri queat; tum probè intelliget, quantò Sacerdotes ho-
nore, quanta dignitate Spiritus ſancti gratia dignata fuerit: operantibus
enim illis, tum Sacra hæc quæ dico conſummantur perficiunturque, tum
etiam alia his nihilo inferiora, quæ ipſa ad dignitatis, ſalutiſq; noſtræ ra-
tionem ſpectant: Procul ergo procul hinc faceſcat inſania illa manifeſta-
ria; deſpicere.ſ. tantum iſtum principatum ſine quo neque ſalutis, neque
promiſſorum bonorum compotes fieri poſſumus: Nam ſi non poteſt quis
in regnum cęlorum ingredi, niſi per aquam & ſpiritum regeneratus fue-
rit; &, Qui non manducat carnem Domini & ſanguinem eius non bibit,
non habet vitam in ſe: Omnia autem hæc haud aliter quam per ſacroſan
ctas illas manus perficiuntur, manus inquam Sacerdotum; qui fiet vt ci-
tra illarum opem, aut gehennæ ignem euitare quis poſſit, aut repoſitæ in
cœlo coronæ præmia aſſequi? Hi.n. ſunt, hi ſunt inquam quibus tum con
creditæ ſunt ſpirituales regenerationes; tum etiam baptiſmatis partus à
Deo eſt commiſſus: per hos ipſos Chriſtum induimus: vno cum Dei filio

ſepeli-

ſepelimur: beatæ illius carnis membra efficimur: Quo nomine Sacerdotes meritò non modo plus vereri debemus, quã vel Principes vel Reges; verumetiam maiori honore quam parentes proprios honeſtare: Hi.n. ex ſanguinib. & voluntate carnis nos genuerũt; illi verò authores nobis sũt natiuitatis eius quã à Deo habemus, beatę regenerationis illius, libertatis veræ, atque adeo adoptionis eius, qua nos per gratiam filij Dei ſumus effecti. Corporis lepram probare, ſeu verius dicam, haud probare ſolùm, ſed probatos purgare Iudæorum ſacerdotib. ſolis licebat: neque neſcis quãta cum ambitione, quanto cum ſtudio ac concertatione Sacerdotalis dignitas id temporis acquireretur. At verò noſtris Sacerdotib. non corporis lepram, verùm animæ ſordes, non dico probatas purgare, ſed prorſus tollere conceſſum eſt: quare iudicio quidem meo, qui iſtos deſpiciunt contemnũtque, multò ſceleratiores, ac multo maiori ſupplicio digni fuerint, quàm fuerit Dathan vnà cum ſuis omnibus; Illi.n. tametſi principatũ ad ſe non ſpectantem ſibi vendicabant, tñ miram quandam de eo principatu opinionem animo cõceperant. Hi aũt tum quum iam Sacerdotalis honos incrementum, ornatum, præſtantiam magnam accepit, contra q̃ illi: ſed tñ multò maiora audent: neque.n. perinde eſt ad deſpicientiæ rationem ſubducendam, honorem aliquem indebitum appetere, & tot tantaque bona faſtidire; verum facinus hoc tanto eſt illo grauius, quanto inter ſe interuallo diſſident, faſtidium & admiratio: Quis ergo tam infęlici genio natus, vt tot tantorumque bonorum authorem faſtidiat? Equidẽ exiſtere neminem talem dixerim; niſi quis furiarum ęſtro percitus ſit. Sed.n. eo ſe noſtra referat oratio, vnde digreſſa eſt. Neq;.n. in puniendo ſolum, ſed & in benemerendo maiorem Deus poteſtatem Sacerdotibus largitus eſt, q̃ naturalibus noſtris parentibus; quos inter vtroſque tantum interiectum eſt interuallum, quantum inter vitam præſentem & æternam. Parẽtes.n. nos in pręſentem, Sacerdotes in vitam æternam generant. Atq; illi certè, ne corporalem quidem interitum à liberis amoliri poſſunt, neq; ingruentem morbum propulſare: quum hi laborãtem ac morti iamiam propinquam animam identidem ſeruarint; alijs remiſſiorem pœnam infligẽtes, alios prorſus labi non permittentes; non doctrinę ſolum atq; cõmonitionis, ſed ẽt precum præſidio. Neque.n. ſolum quum nos generant, ſed poſtea ẽt condonãdorum nobis peccatorum facultatem habent: Infirmatur inter vos aliquis, ait Iacobus, accerſat presbyteros Eccleſiæ, & orent ſuper eum, vngentes eum oleo in nomine Domini; & obſecratio fidei ſaluum reddet laborantem, & eriget eum Dominus; & ſi in peccatis fuerit, remittentur ei. Iam verò naturales parentes, ſi quos eorum liberi Principes Magnateſue offenderint, opem certè illis nullam afferre poſsũt, quũ Sacerdotes non Principes, non Reges, ſed ipſum Deum nobis infenſum ſæpenumero concilient. Vt igitur iſta omnia in compendium redigam, dico; Sacerdotes maiores, præſtantiores, digniores eſſe quàm Reges, imò

quàm ipſos Angelos;Angelos enim poteſtate ſuperant: Sacerdotes maio
ra nobis commoda quàm ipſos parentes proferre;ab illis.n.ad vitam ſpi-
rituale̍ regeneramur;illi nos cibo & potu ſuauiſſimo reficiunt;illi pecca-
ta condonant,animas expurgant,à faucibus Satanę eripiunt;illi à damna
tione, ab orco ipſo reuocant; illi paradiſum aperiunt, illi diſpenſatores
ſunt Sacramentorum & myſteriorum Dei: non erit par honorem illis de
ferre? non æquum erit illos reuereri? illis venerationem omnem impende
re? Si Patribus,ſi Principibus,ſi Angelis omnem reuerentiam facius, cur
non Sacerdoti,qui & pare̍tibus,& Regibus,& Angelis celſior eſt? Si quis
defenſionem tui erga hominem aliquem egerit, omnia facis, omnem illi
gratiam habes, omnem reuerentiam tribuis, & cum hic erga Deum par-
tes tuas tueatur,nihil gratiæ repe̍des? neque caput inclinabis? Et pro hoc
qđ te ſpiritualiter generat,inuiſit te,adhortatur & admonet;medijs nocti
bus ſi vocaueris venit;tibi ianuam cœlorum patefacit, pro te ſupplices ad
Deu̍m tendit manus,nihil aliud reportabit,niſi quod ori tuo obnoxius e-
rit,& blaſphemijs tuis maledici ſibi patietur? Dic mihi ſi cupidus viſen-
di regias gazas auro multo ſplendentes,& lapidum precioſorum ſplendo
re vbique coruſcantes, inuenires eum qui claues haberet;is autem roga-
tus abs te confeſtim illas reſeraret; intròque te mitteret, an non illu̍ præ
omnibus honorares? an non æquè vt oculos tuos diligeres? an nō adama
res? Hic tibi cœlum aperit,& illum nec amas,nec amplecteris,nec eius vl
lam reuerentiam habes? Sacerdotes eius igitur ſanctificate: miniſtros e-
ius ne relinquite: honorificate Sacerdotes,quos Chriſtus Saluator mun-
di Deus, multominus dignos quàm noſtros,honorificauit; honorem ipſi
ab eodem ſummo principe Sacerdotum aſſecuturi immortalem: Quod ſi
nulla ratio dignitatis ſtatus eorum, non ſumma & ineffabilia ab illis con
tingentia emolumenta,non præmij æterni magnitudo vos ad honores eo
rum mouet;ſuppliciorum inferni horror vos à contemptu eorum deter-
reat:ne vobis ſimile quid vt Core,Dathan & Abyroni co̍tingat: Quod ab
omnibus auertas Chriſte Ieſu, qui honore afficiunt Sacerdotum choros,
nunc & in ſæcula ſempiterna. Amen.

DOMI-

DOMINICA IV. POST EPIPHANIAM.

Aſcendente IESV in Nauiculam. Math. 8. cap.

FASCICVLVS PRIMVS.

Cur Chriſtus non ſicco veſtigio traducit diſcipulos per mare?

EA Dei Optimi prouidentia eſt, vt à tumultuoſo populari conſortio, ad pacem internam animi ex commertio Diuino comparandam, euolantes homines, ſingularibus afficiat beneficijs. Fugiebat olim populus Iſraelis, turbulẽtam Ægyptiorum conſuetudinem, atque ad conuiuendum ſoli Deo in ſolitudinem properabat: Quid tum fecit Deus? Leuare virgam illam miraculorum effectricem præcepit Moyſi, vt percuteret aquas maris; quę ſtatim ad imperium Dei, hinc & inde in altiſſima elatę mœnia, populo tranſeunti, in vaſtiſſima maris abyſſo ſiccum iter effecerunt: Cumque extendiſſet Moyſes, ait Scriptura, manum ſuper mare, abſtulit illud Dominus flante vento vehementi & vrente tota nocte & vertit in ſiccum, diuiſaq; eſt aqua, & ingreſſi ſunt filij Iſrael per medium ſicci maris: erat enim aqua quaſi murus à dextra eorum & læua: Fugiebat Helias pernicioſam Achabi & Ochoziæ & illorum idololatrarum conuerſationem, atque ad ſolius Dei ſuauiſſimos complexus, toto mentis deſiderio ferebatur: Quonam beneficio proſecutus eſt illum Deus? Rapidiſſimo amne fluentis Iordanis diſcidit aquas, & ab vtraque parte conglomeratas, immobiles ſtitit, donec ſicco pede cũ ſuo fidiſſimo Achate tranſiret Propheta: Tulitq; Helias pallium ſuum & inuoluit illud, & percuſſit aquas, quæ diuiſę ſunt in vtramque partem, & tranſierunt ambo per ſiccum: Refugit hodie princeps Prophetarũ Chriſtus tumultuoſam turbam; Vidẽs enim (ait Euangeliſta paulò ante) turbas multas circa ſe, iuſſit diſcipulos ire trans fretum: Ad quietem illam dulciſſimam, in qua ſopitis corporeis ſenſibus, pulcherrimam Diuinitatis ideam, mente negotiorũ mole non perturbata, contemplans ei arctiſſimo cogitationis vinculo connectatur, procedit: cur, ò Deus, ei, quod Moyſi & Heliæ cõceſſiſti, denegas? Quamobrem, ò potentiſſime Chriſte, non veſte tua illa ex qua tot virtutes prodibant, quæ fluxum ſanguinis duodecennem ſiſtebat, maris huius aquas

non percutis? non diuidis? non in alta mœnia eleuas? non ſicco veſtigio te & tuos diſcipulos per vaſtum gurgitem traducis? Quæ neceſſitas paruæ ſcaphæ? Tu vniuerſam terram perluiſti limpidiſſimis aquis; tu concluſiſti oſtijs mare, quando erumpebat quaſi de vulua procedens: tu poſuiſti nubem veſtimentum eius, & caligine illud quaſi pannis infantiæ obuoluiſti: tu circumdediſti illud terminis ſuis, & poſuiſti vectem & oſtia, & dixiſti ei; vſque huc venies, & non procedes vlterius, & hic confringes tumentes fluctus tuos: Tu filijs Iſraelis interrupiſti mare, & ſtatuiſti aquas quaſi in vtre, & perduxiſti eos: Ad tuum nutum mare aufugit, & Iordanis conuerſus eſt retrorſum: Tibi nihil eſt mirabile, difficile nihil; quod fieri naturæ viribus nequit, ipſe potes efficere: Nec tibi vis vlla obſtat, nec te opus eſt animo ſagaci antè verſare quod agis: Quod vis id potes; opus tuum ipſa eſt voluntas: quod loqueris, facis idem; opus & vox vnà editur; vt dicis, ſubitò ad verbum cuncta emergunt effecta; ad quid modo nauigio vteris? cur verbo non præcipis, vt huius profundi vorticis aquæ ſe tollant, & tranſitum tibi tuiſque diſcipulis intra ſe præbeant? cur non ſicco veſtigio traducis diſcipulos per mare? quamobrem ſimul cum eis nauigio tranare pergis? Huius conſilij Saluatoris noſtri triplicem præter alias, poſſum conijcere rationem: Altera eſt, vt ſuam potentiam longè maiorem eſſe quàm Moyſis demonſtraret: Altera, ne ſuam nauiculam in fluctibus mundi periclitantem, ſine capite ſe reliquiſſe oſtenderet: Tertia, vt diſcipulis præſentaneum ſe fore auxiliatorem in rebus arduis declararet: Et vt expendamus ſuo ordine ſingulas; Primam cauſam exiſtimarim eſſe, cur Chriſtus non ſicco veſtigio, ſed nauigio diſcipulos traducit per mare; vt ſuam potentiam longè maiorem eſſe quàm Moyſis demonſtraret: Præſcierat enim antequam nauiculam ingrederetur, ſæuam tempeſtatem maris orituram; quod ſcilicet Eurus, & Notus, & creber procellis Africus, cæterique furentes venti, ac ſi rabidi eſſent patefactis montiũ horribilibus cauernis, velut agmine facto irruere in terram & mare debebant: & hinc terram perflantes turbine, denſiſſimo primùm puluere aerẽ opplere, poſtmodum caliginoſis nebulis cœlum diemque contegere, atrãque noctem de clariſſimo die efficere; demùm tonitruis intonantibus ſolidiſſima nubium concaua corpora diſcindere, & hinc fulgurantibus ignibus, æthera viciſſim perluſtrare; illinc grandinem, carbones ignis, fulgura, ſagittas acutas, pluuiam ingentem de cœlis ad terras deijcere, & in terra quidem arbores præaltas radicitus euellere, aliarum ramos præſcindere, alias mediotenus diſrumpere, nonnullas flammis exurere, frumenta, ſegetes, herbas conquaſſare, domorum alta faſtigia & turres, vel conterere vel deturbare; homines timore nimio concutere: in mari autem vaſtiſſimos eius fluctus, vel ad littora trabibus immenſis voluere, vel vſq; ad ſydera è profundis gurgitibus eleuare, & hinc terrã inter medios fluctus aperire, illinc in altiſſimorũ montium inſtar vndas efferre volebant: Præuidebat

uidebat longè antè Saluator, plurimas in hoc mari nauiculas miſerè iactandas; quod illius nauis, ſtridens procella velum diſrumpere, frangere remos, proram auellere; illius alterius arborem, funes, antennas, cæteraque nauigandi inſtrumenta diſrumpere debebat; quod illos præruptus aquæ mons inſequi, hos fluctuum moles in naui nonniſi mortem preſto lantes operire, his aqua dehiſcens abyſſos inter fluctus aperire, illorū ratem abreptam vſque ad cœlos attollere, horum in ſaxa latentia intorquere, aliorum in Syrtes vrgere, vadiſque illidere: hanc aggere quodam arenæ precingere; vnam atque alteram rapidiſſima aqua in puppi feriri; eius magiſtrum furore & vi aquarum excuti & in profundum cadere; nauem autem ipſam ter fluctibus ibidem in modum circuli agitatam, rapido deuorari vortice; alteram ſolutis laterum compagibus, rimis fatiſcentibus imbrem & aquam accipere; & illorum quidem naui confracta, per vndas arma, gazas, tabulas, veſtes, vela, cæteraque omnia deferri; homines verò plurimos ſubmergi, paucos enatare, hunc ſuper tabulam pectori affixam iactari, illum manibus ex aqua porrectis ſolidum aliquid quærere, aliorum nonniſi pedum extremitates, vel capita apparere; alios in profundo à cete alijsve beluis marinis degluciendos excipi: diſcipulos verò, quibus ſalua adhuc nauis erat, præ metu animam agere, & in mare ſordidū vomitū eijcere, atque ad Deum ſupplices manus tendere, & clamore valido ad eum vociferari; Domine ſalua nos, perimus: Exurge, quare obdormis? Cur obliuiſceris anguſtiæ & tribulationis noſtræ? In tuam nos protectionem ſuſcepiſti; cur modò ſomno deprimeris, qui cuſtodis Iſrael? Exurge tandem; ſalua nos, impera ventis? Hæc omnia, inquam, benigniſſimus Saluator præſciebat: & quia videbat longè maioris potentię eſſe cohibere furentem, quàm quietū, præcipere rabido quam pacifico; huius enim naturā tantum, furentis autem & naturam & furorem perrumpere neceſſe eſt; ideò nauigio traducit diſcipulos, vt exorta furibunda illa tempeſtate, ſe hanc potentiam habere monſtraret; imperare.ſ.mari, & mari procellis furenti: Moyſes quidem imperauit mari, ſed mari tantum placido; non enim agitatum fluctibus & tempeſtate, congeſſit in moles illas immenſas: Chriſtus autem & mari & illi tumenti: Moyſes dirupit mare & in męnia alta congeſſit, ſed vt ſeruus, ſed per orationem: Chriſtus autē vt Dominus & per imperium: Non enim manus in cœlum ſuſtulit, non preces ad Deum fudit; non virgam vt ille tetendit; non percuſſit vndas; ſed ſurgēs imperauit ventis & mari; ſed placidum caput eleuans de ceruicali, et videns mare ventis rabidis turbatum, aerem tenebris circumfuſum, diſiectas cunctas nauicellas, alias fluctibus oppreſſas, diſcipulos autē ſuos præ timore palpitantes, pallidos, trementes, ſemimortuos, tunc grauiter commotus,

Eurum ad ſe, Zephyrumque vocat; dehinc talia fatur:
Tantane vos generis tenuit fiducia veſtri? Ex lib. 1. Aeneid. applicata

Iam

Iam cælum terramque meo ſine numine, venti
Miſcere, & tantas audetis tollere moles?
Quos ego: ſed motos præſtat componere fluctus:
Poſt mihi non ſimili pœna commiſſa luetis:
Maturate fugam; Regique hæc dicite veſtro;
Non illi imperium pelagi, ſæuumque tridentem,
Sed mihi ſorte datum; tenet ille immania ſaxa,
Veſtras Eure domos: illa ſe iactet in aula
Aeolus, & clauſo ventorum carcere regnet:
Sic ait, & dicto citius tumida æquora placat;
Collectaſque fugat nubes, Solemque reducit.
Ac veluti magno in populo cum ſæpe coorta eſt
Seditio, ſæuitque animis ignobile vulgus;
Iamque faces & ſaxa volant: furor arma miniſtrat;
Tum pietate grauem ac meritis ſi forte virum quem
Conſpexere, ſilent, arrectiſque auribus aſtant:
Ille regit dictis animos, & pectora mulcet:
Sic cunctus pelagi cecidit fragor, æquora poſtquam
Proſpiciens genitor.

Imperauit uentis & mari, & ſtatim illos abegit in ſuos carceres; hoc autē depreſſit frænauitq; verbo ſolo atque præcepto: Omnis enim confeſtim ſoluta eſt tempeſtas, nec veſtigium fuit vllum turbationis relictum; quod Euangeliſta oſtendens, inquit, Et facta eſt tranquillitas magna; Et quod de patre, quaſi quid grande olim dictū eſt, & ipſum Chriſtus effecit: Scriprum eſt de Patre, Dixit & ſtetit ſpiritus procellæ, & ſiluerunt fluctus eius; & ſtatuit procellā maris in auram; ſic & Chriſtus dixit vno verbo, & facta eſt tranquillitas magna; Quid.n. uerbo non efficeret, qui verbo ſolo uniuerſa ex nihilo condidit? Quid creaturę uerbo non reprimeret furorem, qui creaturam ipſam uerbo produxit? Quid præcepto non cohiberet uentorum uim & maris tumorem, qui pręcepto commouet orbem terrarum funditus, qui columnas eius conquaſſat, qui educit nubes ab extremo terræ, qui fulgura in pluuiam diſtillat; qui producit uentos de theſauris ſuis, qui ſtatuit aquas quaſi in vtre; qui graditur ſuper fluctus maris;
Iob 9. qui dicit abyſſo deſolaberis; qui præcipit ſoli & nō oritur, qui ſtellas claudit quaſi ſub ſignaculo, qui extendit cœlos ſuos, qui facit Arcturum & Oriona & Hyadas & interiora Auſtri: qui facit magna & incomprehenſibilia & mirabilia quorum non eſt numerus; Vides in ſacris litteris millia angelorum innumerabilia, mille millia Archangelorum, adde ſedes, dominationes, principatus, poteſtates, cętus incorporearū virtutum innumeros, denique genera cœleſtia innumerabilia, omnia iſta creauit tanta cum facilitate, quantam nemo ualeat uerbis exprimere; ad omnia.n. ſatis illi fuerat dixiſſe: Itaq; ut uobis dixiſſe, nihil affert laboris, nihil negocij;

ſic illi

ſic illi creare tot tantaſque virtutes facilè fuit & ſine vllo labore? Vides cęlum hoc quam pulchrum, quam amplum, quam magnificum ſit, quemodo vario ſtellarum ordine exornetur & ſplendeat; quemadmodum tanto ſpatio annorum non ſeneſcat, ſed ad corporis modum adoleſcentis robuſti floreat vigeatque ætate, & quam principio ſortitum eſt pulchritudinē, eandem integerrimam ſeruat, hoc pulcherrimum, ſplendidiſſimis ſtellis elegantiſſimè ornatum, indefeſſum, durabile, æternum, verbo ſolo effecit: Vides ingens terreum corpus, quod tantas montium moles, tot mortalium gentes, tot ſtirpium, tot quadrupedum, reptiliū, denique animantium genera ſuo dorſo ſuſtinens nullo ſubiecto fulcro in aquis pendet? hoc arduum opus verbo ſolo effecit: Vides aquarum varietates, alias quæ ſunt ſupra cœlos, alias cœleſtes, alias quæ ſunt in nubibus, alias aereas, alias quæ ex duriſſimis erumpunt ſilicibus, alias quæ ex fontibus cryſtallinis ſcaturiunt, alias quæ largo amne terram perluunt, alias quæ extremis terræ limitibus continentur: has omnes verbo ſolo Chriſtus effecit: Omnia quæcunque ſiue in cęlo, ſiue in terra, ſiue in ampliſſimo aere, ſiue in ſecretis terræ viſceribus, ſiue in profundiſſima Oceani voragine, mētis vel corporis vides oculis, hæc omnia verbo ſolo Chriſtus effecit Et verbo nō ſedaret tumidum mare? verbo non placaret ſęuos fluctus eius? non verbo refręnaret Aquilonis & Euri & aliorum ventorum furorem? non diſpelleret denſiſſimas nubes? Imperauit ventis & mari, & ſtatim facta eſt tranquillitas magna.

Vt igitur ſuam longè eſſe maiorem quàm Moyſis poteſtatem populo declararet, voluit nauigio diſcipulos traducere per fretum: Hanc rationē inſinuare mihi viſus eſt Chryſoſtomus in ſuo Commentario; Turbę, ait, nihil magni, nec vltra hominem de Chriſto cogitabant: Admirabātur.n. dicentes, Qualis eſt hic homo, quoniam & mare & venti obediunt ei? Chriſtus autem non arguebat eos nudum hominem ipſum putantes; ſed ſuſtinebat, ſigniſque inducebat, vt viderent ſe non rectè opinari de ipſo: hominem verò ipſum partim viſu, partim etiam quoniam dormiret, ederet ac biberet, tum etiam quia nauigijs vtebatur exiſtimabant: propterea etiam admirabātur dicentes, Qualis eſt? Somnus.n. & ſtatura qua videtur, hominem ipſum declarant: At verò maris tanta per eum ſubito facta tranquillitas, Deum exclamat: quamquam enim & Moyſes tale quid fecerit, ſed ille quaſi ſeruus; hic verò quaſi Dominus operatꝰ: Audebit hic quiſpiam Arrianus, vel Caluiniſta, vel Roterodamianus inſana mente conſurgere, & illas impias voces iactare; Chriſtum non eſſe Deum? Chriſtū non maiorē eſſe Moyſe? Chriſtū non authoritate, ſed miniſterio operatū eſſe miracula? Si ipſe educit ventos de theſauris ſuis, & illos in ſuos theſauros reducit; quomodo non eſt Deus? Dei proprium opus eſſe, educere nubes ab extremo terræ, & rurſus reducere; aquarum maris furentes fluctus excitare, & ſedare; exitus aquarum ponere in ſitim, & terram ſalſugineam in

ſtagna

ſtagna cõuertere; Pſaltes aperto ore fatebatur: Chriſtus reducit nubes ad extremos terræ fines; Chriſtus ventis fręna inijcit, & eos captiuos in tenebroſas cauernas recludit; Chriſtus aquarum tumorem deprimit; procellam ſuo dicto fugat; Chriſtus quare non erit Deus? cur nõ maior qui maiora operatur Moyſe? Si hæc & omnia alia miranda ſolo verbo, non oratione, non adiumento externo; ſed authoritate imperioſa efficit; quomodo non authoritate, ſed miniſterio operatur miracula? Comprimat ſe blaſphema lingua: nec in hęc ſacrilega prorũpat verba; magis cum turba ſuſpicite & dicite, Quis eſt hic cui venti & mare obediũt? Quis eſt hic? Hominem quidem illum eſſe corporea moles; at virtus immenſa Deum demonſtrat: Hominem ſomnus, at potentia Deum illum eſſe declarat: Hominem illum nauiculæ vſus, at poteſtas ventis & mari turbido imperans Deum eſſe oſtendit: Quis eſt hic? Non ille tantum homo eſt; homo enim nequit ventorum refrenare furibũdos motus; homo turbulento mari terminos præſtituere nequit: Non ille tantum Deus eſt; Deus enim neque corporeis circundatur membris, neque ſomno depreſſus iacet; nec vehiculo ſcaphæ eget; Deus nullis afficitur, vt iſte, paſſionib. Quis eſt hic? Proculdubio Deus eſt & homo; Deus, quia Diuina virtute mirabilia ad nutum operatur: Homo, quia humanos corporis defectus, famem, ſitim, laſſitudinem, ſomnum patitur: Deus, quia omnia quæcunque vult, ſiue in cœlo, ſiue in terra, ſiue in mari efficit; Homo, quia humanis neceſſitatibus corporeis tenetur: Quis eſt hic? Deus eſt & homo; homo & idem Deus verus.

Altera inſtituti Saluatoris noſtri ratio eſt, cur non ſicco veſtigio ſed nauicula vectos traducit per mare diſcipulos; ne ſuam nauiculam, Eccleſiã dico in fluctibus maris periclitantem, ſine capite, ſine gubernatore ſe reliquiſſe oſtenderet: Si nauem quis ampliſſimam extrinſecus quidem deauratam, intus autem periſtromatibus & aulæis ornatam pretioſiſſimis, cuius carbaſa & funes ſint ex byſſo retorta; malus autem ex quouis ligno non Libani ſed Paradiſi, anchora ex argento, tabulata clauis argẽteis adinuicem connexa; remorũ ſummitates auro puriſſimo veſtitæ, cæteraq; alia nonniſi auro, argento, lapidibus pretioſis fulgeant; & hanc vel ab extremis Indis, vel noui mundi partibus, auro, margaritis, lapidibus, aromatibus, & quibuſuis pretioſis rebus onuſtam, per Oceanum huc uſque deducere uellet, illamne ſine nauclero, ſine gubernatore in fluctus exponeret? tot periculis imprudenter obijceret? Neutiquam certè: ſed quæreret aliquem induſtrium, qui & curſus ſtatumque aſtrorum, & diſpoſitiones orbium cœli, & naturas uentorum, & ſitus regionum, & Syrtium uel Charybdum periculoſos uortices, & nauigatoriæ artis præcepta perfectè calleret, qui nauem & ab ingruentibus procellis, & ab hoſtium impetu defendere, & illæſam ad exoptatum portum, ſaluis mercimonijs, deducere ſciret. Chriſtus nauim Eccleſiæ, non ex inſenſibilibus lignis, ſed ex

pretio-

pretioſiſſimis animabus conſtruxit, & hanc non auro, non argento, non lapide precioſo, non margaritis, non unionibus, non holoſerico, non, in ſumma, quouis corruptibili, ſed ſanguine ſuo immaculato, ſed charitate immenſa, ſed gratię ſplendore, ſed Sacramentorum cœleſtium cõmunione, ſed Diuinę participatione naturæ exornauit & compleuit; in hac lignum ſanctiſſimę crucis collocauit; ad quod funibus fidei colligauit omnes partes, huic uelum operientis charitatis, Spiritus ſancti flamine impellendum affixit: anchoram deinde ſpei firmiſſimę attribuit, eamque omnibus neceſſarijs perfectam & immobilem fecit: hanc nauim quibuſuis theſauris precioſioribus animabus repleuit, ut eas non de mari in terram, ſed de terra in cœleſtia regna deueheret: Sed in quod mare ipſam cõ iecit? per quos fluctus hanc nauem traducere inſtituit? per fluctus mundi huius turbidos, per mille caſus, per tot diſcrimina rerum; per hoc mundi mare magnum & ſpatioſum nimis, vbi reptilium non eſt numerus, ubi animalium puſillorum & magnorũ infinita multitudo; ubi Syrenes blanditijs ac uoluptatibus demulcentes effęminant; ubi lupi rapaces ſanguini humano inſidiantur; ubi remorę ab inſtituto cęleſti itinere retrahunt; polypi in uarias ſe effingentes formas, multos decipiunt: ubi urſi illi crudeles hominum abligurriunt corpora & animas: ubi horribilis draco peſtilentiſſimos exſufflat ignes, animi concitationem, iram, furores, rixas, inuidentiam, contentionem, calumnias, conuitia, delectationes turpes, laudũ appetentiam, honorisq; deſiderium, pauperum deſpectum, diuitiarum cultum, Dei honoris contemptum, animæ ſalutis negligentiam, & ultimò deſperationem aliaque abominanda quæque excitat; ubi & ab intus & ab extra; à domeſticis, & ab extraneis; à paganis & ab hęreticis tot tumultus, tot diſcrimina mouet. Vbi Tyberios, Caios, Claudios, Nerones, Maximianos, Decios, Elizabethas, tot Duces, tot Imperatores, tot Tirannos; deinde Arrios, Manichæos, Lutheros, Caluinos, Bezas, Philippos, Sacramentarios, Trinitarios, Anabaptiſtas, tot alia ab orco reuocata monſtra; demũ Mahumetos, Porphirios, Auicennas, Auerroes, infinitos alios literis ornatos, potentes, eloquentiſſimos, in perniciem Eccleſię in unam phalãgem congregat & conuocat; ubi dęmon ſęuiſſimus nauẽ Eccleſię; non in maris, ſed in ignis illius æterni abyſſum euertere cupit: & exiſtimabitis Chriſtum adeò uel imprudentem uel negligentem fore, ut huius tam pulcherrimæ & pretioſiſſimæ in tantis periculis fluctuantis nauis, nullã gerat curam? non in ea naucleros, & eos Spiritus ſancti doctrina eruditos collocet? non ei gubernatores pręficiat? Neutiquam certè: Vocauit ſecum diſcipulos ſuos in adminiſtrationem Eccleſię; & illis fortè quiddam ſimile dixit; Me quidem mortali carne ueſtitum', in hac nauicula uobis præſentem ſemper, ſed non ſemper uobiſcum immortalitate prędirum uiſibilem habebitis: oportet enim me quandoque ad eum qui me miſit redire, & uobis præparare locum, nec iam me ſemper his exuuijs paſſibilibus circum-

circumdatum vobis & alijs contueri licebit: non eſt animi mei ſententia paruulum hunc cętum ſine paſtore, exiguam hanc nauem ſine nauclero inter tot pericula relinquere: Vos qui nauigandi artem à ſpiritu meo edocti eſtis, venite & mecum ſimul in hanc nauiculam Eccleſiæ intrate; vobis, poſt meum diſceſſum, eius committo gubernacula: Non vos piſcatores & nautas ideò vocaui, vt tantum ieiunia exerceatis, vt ſuper nudā humum dormiatis, vt vigiletis continenter, vt corpus caſtigatione voluntaria maceretis, vt propriam abnegetis voluntatem, vt mundo, carni, & delicijs vltimum vale dicatis, vt totum tempus in meditatione ſolitaria conſumatis, vt veſtræ tantum ſaluti proſpiciatis: vos aduocaui, vt dilectiſſimę huius nauiculæ meæ, poſt meum ad cœlos regreſſum, geratis diligentem curam: Tu Petre quia te cæteris & ſapientiorem & mei magis amantem intelligo, clauum eius tenebis, ſummumque ages gubernatorem: Tibi enim non caro neque ſanguis ſed Pater meus qui in cęlis eſt reuelauit ſecreta cœleſtia: Te fidei & confeſſionis inuictæ ideam perfectam omnibus præſtituit; Tibi tradidit prudentiam, qua ratem hanc fęliciſſimam in quouis fortunæ volubili ſtatu gubernare poſſis: Tibi poteſtatem communicauit, qua & eius vnitatem inuiolatam à ſchiſmate, & ſanctitatem à cō taminatione, & fortitudinem à quacunq; iniuria, defendas: Te Deus fortem, iuſtum, ſeuerum, grauem, magnanimum, largum, beneficum, liberalem, manſuetum, continentem, effecit: Te fide, fœlicitate, temperantia, ingenio, humanitate, cæteriſque virtutibus ornauit, quò cum decore & laude moderamen huius nauis teneas: Te laborioſum in negotijs, in periculis fortem, induſtrium in agendis, in conficiendis celerem, in prouidētia ſapientiſſimum agnoui: pro te demum Patri meo ſupplicaui, ne fides atque aliæ tuæ pręclarę dotes vel conſeneſcant vel emoriantur vel deficiāt: quare tibi vni ſummum eius regimē committo, tu vnus ſolus & ſummus & primus eius gubernator eris: vos reliquos comites Petri inſtituo; quiſque veſtrum, ſuum quem ſortitus fuerit locum, ſumma cū vigilantia tuebitur, & Spartam, quam nanciſcetur, doctrina, miraculis, charitate, ordine pulcherrimo ornabit. Vnus partem eius Aquilonarem Sauromatas, Lituonos, Pruſſos, Suecos, Danos, Germanos, Anglos, Noruegios, Moſchos, Polonos gubernabit: Alter interiora Auſtri Mauros, Arabes, Afros, Barbaros perluſtrabit: Alter Phrygas, Pāphylios, Alexandrinos, Babylonios, Ægyptios, Libyes à cultu ſcorpionum & cocodrilorum, & Oſiridū auertet: Alter Siculos, Cypriotas, Epirotas, Illyrios, Albanos, Cappadoces, Cretenſes ad veræ ſapiētiæ notitiam adducet: Alter Liguriam, Hetruriā, Aborigines, Romanos, Gallos, Hiſpanos, & quicquid ad Occidentē vergit, Solis iuſtitiæ, nunquam occumbentis, lumine illuſtrabit: Alter Aſiam vniuerſam, Græciam, Peloponneſum, Parthos, Medos, Perſas, & eos qui Orientalem attingunt plagam, ad exorientem in terris Deum vocabit: Alter Antipodas vſque tranſibit, & ibi Mexicanos, Indos, nouos Hiſpanos,

nos, Moluccos, Iaponenſes, Calacuthios, alioſque incognitos populos ad mei nominis agnitionem perducet: vnuſquiſq; partem ſuam, quam poſt meum ad cęlos diſceſſum adeptus fuerit, ſolerti induſtria procurabit, defendet, moderabitur: ea tamen lege, vt quiſque Petrum aſpiciat; eum pro ſummo nauclero agnoſcat; eius imperio obtemperet; nihil contra ipſum vel ſine ipſo moliatur; omnia ad Petrum referat; ab eo in rebus arduis auxilium, conſilium in dubijs petat: Vnam.n. ſine vno primo gubernatore, in terris relinquere nolo: vnitas ſiquidem ſine vno conſiſtere nequit. Hęc verba locutusne quandoque fuerit Chriſtus Petro, & Apoſtolis, non eſt difficile oſtendere: hæc enim quantum attinet ad Petrum, illis paria mihi eſſe uidentur, Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam: Tibi dabo claues regni cęlorum: Paſce oues meas. Illa uerò quę ad reliquos Apoſtolos ſpectant, in eis continetur quæ in uocatione eorũ præfatus eſt; Euntes, prędicate dicentes, quia appropinquabit regnum cœlorum; & alibi dum eis largiebatur ſanctum Spiritum; Accipite Spiritũ ſanctum, quorum remiſeritis peccata, remittẽtur eis, & quorum retinueritis, retenta ſunt; & poſt reſurrectionem ſuam dum eis gloriam ſuam manifeſtat. Euntes, ait, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti; Euntes in mundum uniuerſum, prędicate Euágelium omni creaturę: Qui crediderit & baptizatus fuerit, ſaluus erit; qui uerò non crediderit, condemnabitur; Quid eſt, tibi dabo claues; niſi, tibi ſummum moderamen cõmittam? te ſummum in Nauicula vicarium inſtituam? Quid uerò Apoſtolis cęteris, euntes docete, baptizate, dimittite peccata, niſi, uos coadiutores Petri, & comites adiungo? Geſtare.n. claues regni cęlorum, dorſo & humeris ſuſtinere Eccleſiã, confirmare fratres, oues paſcere, omnibus pręeſſe, non niſi ſummi gubernatoris eſt. Prædicare autem, baptizare, dimittere peccata, miracula patrare, coadiutorũ eſt. Quare & Paulus dum beneficiũ uocationis ſuę ad Apoſtolatũ, Coloſſenſibus recenſebat, non ſibi totã plenitudinẽ poteſtatis, neq; ſummam pręfecturã arrogauit, ſed partem; Gratias agentes, ait, Deo & Patri, qui dignos nos fecit, in partẽ ſortis Sanctorum in lumine; quaſi dixiſſet, Gratias ſummas refero Deo, illi, qui immẽſo circumfuſus lumine apparuit mihi in via qua Damaſcũ pergebam, & me non tm̃ uocauit, ſed & idoneum fecit; ad quid tandem te idoneum fecit? ad participandam partẽ ſortis illius beatiſſimę, quę Sanctis gratia Diuina contigit; in partẽ, non in totum, non.n. tm̃ mihi uendico, ut mihi Chriſtus totũ Eccleſię negotiũ cõmiſerit; alius eſt cui totum concredidit, cui totã Eccleſiã, Eccleſię author in manus dedit. Petrus ille eſt, cui ſummã & plenariã gubernandę nauiculę iſtius poteſtatẽ & authoritatẽ tradidit, me & alios coapoſtolos in partẽ ſortis Sanctorũ dignos fecit. Ne igitur ſuã nauiculã in fluctibus mũdi periclitantẽ, ſine capite, & ſine remigibus ſeu coadiutoribus ſe reliquiſſe diceretur, diſcipulos nauigio traducit. Qđ ſi quiſpiã ſpiritu dęmonis pflatus, dixerit Coloſſ. 1.

Petrus & Paulus, & Andreas, & Ioannes, & reliqui Apoſtoli vita functi ſunt; igitur Chriſtus non tantã Eccleſię curam habuit, vt eã ſine ſummo Nauclero, & ſine adiutoribus in mundi fluctib. relinquere noluerit: Pſal tes huic argutiæ obſtitit, dicens, pro ſummo illo præſide vicariũ eius enatum eſſe, & pro Apoſtolis eorũ ſucceſſores Patriarchas, Archiepiſcopos,
Pſal. 44. Epiſcopos, Paſtores ſuccreuiſſe: Pro Patribus tuis, ait, nati ſunt tibi filij; conſtitues eos principes ſuper oẽm terram, qui memores erunt nominis tui à generatione in generationẽ: Quid eſt (quęrit Auguſt. enarrans hunc locũ) pro patribus tuis, tibi nati ſunt filij? Patres miſſi ſunt Apoſtoli, ita re ſpondet ſibi; pro Apoſtolis filij nati ſunt tibi, cõſtituti ſunt Epiſcopi: Hodie.n. Epiſcopi qui ſunt per totũ mũdũ vnde nati ſunt? ipſa Eccleſia patres illos appellat, ipſa illos genuit, & ipſa illos cõſtituit in ſede patrũ: Nõ ergo te putes deſertã, quia non vides Petrũ, non vides Paulũ, qã nõ vides eos per quos nata es: de prole tua tibi creuit paternitas: pro patribus tuis tibi ſunt nati filij, conſtitues eos Principes ſuper oẽm terram: ne vereare inſultus hæreticorũ, Petrum tibi non amplius adeſſe opprobrantium; Petrũ licet in corpore mortali amplius non videas, pro Petro natus eſt tibi filius Petri, Vicarius Petri, S.N.D. Clemens Octauus, qui in ſede Petri legitima ſucceſſione reſidẽs, Petrũ dignitate, maieſtate, fide, charitate, authoritate, cęteriſq; tãto Principe dignis virtutibus refert: Pro alijs Patribus, alij tibi nati ſunt filij, qui huius electæ nauis, alij crucẽ ſanctiſſimã oĩbus conſpiciendam & adorandam attollant; alij fidei & obedientię vinculis cęteros colligent: alij vela charitatis Spiritui ſancto in eam inſufflanti expandant: alij remis doctrinę & exẽplis ſanctitatis ipſam tuto itinere ſubducant: alij anchorã firmiſſimæ ſpei exorientib. procellis iactent in cœlũ: alij ab ingruẽtibus ſiue inuiſibilibus ſiue viſibilibus defendant hoſtibus: alij aliud quidpiã ſalutare ꝓ poſſe ſuo in ea operent: erecta à ruina imminenti tueant; labantia conſolidẽt, deiecta erigãt, & ſuo priſtino ſtatui reddant; ſi quæ ſunt rimæ diuiſionis, eas bitumine charitatis obliniant; & ad vnitatẽ indiuiſam conglutinent: Si quæ partes ſpurcitię peccatorũ cõmaculatę ſunt, eas ſcopis correctionis emũdent; ſi quibus in ea repoſitis mercibus dãnum emergat, occurrant ſtatim, proſpiciant; theſauros Eccleſiæ, ſacroſancta fidei noſtrę Sacra intemerata cuſtodiant, nõniſi dignis & indigentibus cõicent, hos à labe hæreditaria, illos à ſcelere voluntariè cõtracto expurgent: hos infantes adhuc, lacte, illos adultos cibo ſolido reficiãt: hos nouiter renatos Chriſto confirment, illos iã robuſtos & veteranos alimonia vitali corporis & ſanguinis Chriſti cibent; hos in actiua operoſa, illos in contẽplatiua inſtituant vita; illos in puppi, hos in prora collocent: Ne deſpondeas aĩum, ò pręcelſa Nauis; pro Patribus tuis, pro doctiſſimis illis à Chriſto tibi conceſſis nautis, nati ſunt tibi alij qui te ſaluã, ſaluis in ea precioſiſſimis theſauris, ſaluis aĩabus ad portum illũ fęliciſſimũ beatitudinis deducent: Non defuerunt, nec deſunt, neq; deerunt Clementes,

Pij,

Pij, Sixti, Gregorij, Auguſtini, Hieronymi, Chryſoſtomi, Ambroſij, Bernardi, Dominici, Hiacinthi, Aquinates, Franciſci, Ludouici, alijq; infiniti ſanctitate & doctrina Apoſtolis non lõgè inferiores, qui te pacifico æquore nauigantẽ exornent & colluſtrent; te fluctibus & procellis agitatã ſtabiliant atq; confirment; te à Tyrannis, à Philoſophis, ab Hæreticis infeſtatã, armis potentię, doctrinę, ſapientię, & orationũ defendant; teq; per tot rerũ turbationes, per Syrtes & Charybdes, voraciſſimas, illęsã conſeruẽt. Ideò.n. Chriſtus diſcipulos ſuos ſecũ i nauiculã aſſumpſit, ne te inter tot diſcrimina fluctuũ mundi nauigantẽ ſine ſummo Nauclero, ſine coadiutorib⁹ relinqueret. Tertia inſtituti Saluatoris noſtri rõ eſt, (q̃ brẽ expedio) vt diſcipulis præſentaneũ ſe fore auxiliatorẽ in reb⁹ arduis declararet: Ipſe Deus apud Pſaltẽ quibuſnã ſacrificijs oblectaretur, dũ recenſebat, ait, Immola Deo ſacrificiũ laudis, & redde Altiſſimo vota tua: Et inuoca me in die tribulationis, & eruã te, & honorificabis me: Non aliud à te deſidero, præter laudẽ & gloriã nominis mei: Non precor vt mihi boues, oues, armẽta reliqua, myrrhã & thus, vel quodlibet corruptibile deferas; nõ.n. tanti vales, vt bonorũ additione meos locupletiores efficias theſauros, ego nihil à te exopto, bonorũ tuorum non indigeo; orbis.n. terræ & plenitudo eius mea ſunt, ego potius tibi optata concedere poſſum; tu meorũ acceſſione donorũ ditior fies; ego paratus ſum tuis ſubuenire neceſſitatib⁹; quaõbrẽ inuoca me in die tribulationis: Veniet tibi dies calamitoſa, qua inimicus te calũniatus fuerit, tibi inſidias ſtruet, te ſupplãtare & ſubuertere, tuis bonis auctior fieri, tuũ è tuo corpore ſanguinẽ fundere deſiderabit: inuoca me in die tribulationis, dicito, Dñe, ſalua me, quia pereo; quia inimicus meus circũdedit me, q̃rit eripere vitã meã; ne dederis in opprobrium pauperes tuos: ſalua me, ecce pereo: Eruam te, comprimã furorem eius, fortitudinem eius ad terram allidam; te eripiã è manibus eius, & honorificabis me: Eripui Moyſem à Pharaone; Dauidem à Saule; te quoque protegã: Sis ẽt morti adiudicatus, te vt Suſannã eripiã; ſis in fauces leonum coniectus, te vt Danielẽ extraham; ſis in flãmas ẽt ardentiſſimas ab inimicis intruſus, flammarũ ardorem vt puerulis tribus, tibi reſtinguam; eruã te & honorificabis me: Veniet tibi dies tribulationis, qñ ex mea permiſſione vlcere peſſimo afficieris, & oĩbus abominandus tu ipſe tuis manibus ſaniem tuã deterges, nullus præter canes ad te auxiliator, nullus medicus, qui tua ſanet vulnera adueniet; veniet tibi febris quæ te cubito altius à lecto attollet; vel hydropicus humor qui tuos artus tuumq; corpus in immenſam molẽ extendet, vel paralyſis quæ te vel mediũ vel totũ inſenſibilẽ reddet: veniet aliquis alius morbus, aliqua alia tribulatio, inuoca me i hoc die tribulationis, dicito; Dñe ſalua me, pereo: morbus iſte me tabidũ, deformem, debilẽ, impotentẽ ad bonũ opus efficit: eruã ego te; Sanabo te & ſanaberis; Sanaui Ezechiã Regẽ; ſanaui Iobũ; Adfui & ſocrui Petri, & decũbẽti paralytico; & leproſo ante me procidẽti; Infinitos alios

Pſal 49.

ſanitati primæ reddidi: Veniet tibi dies ille tuæ vitæ vltimus, quando Satan omnes conatus ad te impugnandum mouebit, quando te in ſcopulos infidelitatis, in Charybdim deſperationis, & demum in profundam inferni abyſſum impingere tentabit; tribulatio & ea maxima tunc tibi aderit; Inuoca me, dicito; Domine ſalua me, qa pereo; quia aduerſarius meus circuit, vt me à te diuellat; aperuit fauces ſuas vt me deglutiat; Salua me, quia pereo; Tu non vis perditionem meam, tu veniſti ad me quærendum perditum; Salua me, quia pereo; ne abſorbeat me tartarus, ne cadã in profundum lacus: Eruam te, & honorificabis me, nunc & in illa beatorum ſpirituum Eccleſia, quæ ſupra montes cœleſtes ab his turbulentis fluctibus elata, in portu fœliciſſimo mecum quieſcit in ſæcula ſempiterna. Amen.

Aſcendente IESV in Nauiculam, ſecuti ſunt, &c.

FASCICVLVS SECVNDVS.

Quibus teſſeris Nauicula Chriſti cognoſci poßit.

NEMINEM veſtrum reperiri exiſtimo, quem ineffabilis illa Dei miſericordia, olim Orbi vniuerſo, aquis diluuij obruendo exhibita, lateat: Cuilibet. n. vel primùm Eccleſiæ limen calcanti, & ad corrupti orbis, & excelſi Patriarchæ Noe, & diluuij vniuerſalis prolatum nomen ſtatim occurrit ſpecies immenſæ illius Arcæ, quam magno reparatori Orbis conſtruere iuſſerat Deus; in qua ſe, vxorem, & filios ſuos, & vniuerſi generis humani nouos progenitores, & omnium animãtium innumeras ſpecies, ab erumpentibus conſeruaret aquis: Ineffabilem dixi, tunc oſtenſam eſſe Orbi vniuerſo Dei miſericordiam: Nam cum videret Deus, cunctos homines poſt facinus illud in paradiſo ſceleſtum, in omnia vitia prorupiſſe, naturæ legum, Dei præceptorum, oblitos eſſe; & hos quidem idolis luteis ſacrificaſſe, alios Deo offerentes trucidaſſe, hos ſanguine innoxio, illos ſemine inceſto ſeſe commaculaſſe, hos & illos diuerſis & inauditis ſceleribus naturæ elegantiam contaminaſſe, & vires tum corporis tum animæ eneruaſſe. Cum proſpexiſſet corruptã eſſe terram coram ſe, & oppletam iniuſtitia, & pœnituiſſet ſe feciſſe hominem, atque ſtatuiſſet dicens, Tempus omnis hominis venit coram me, quia repleta eſt terra iniquitate à facie eorum: Et ecce ego diſperdam illos cum terra: delebo hominẽ quem creaui à facie mea: tamen non vniuerſos homines abolet; ſed dicit

ad Noe

ad Noe; Magnam quidem oſtendi longanimitatem, nolens hanc inferre pœnam quam illaturus ſum; ſed quia immodica peccatorum multitudo ad hoc mortales perduxit, vt tempus omnis hominis venerit coram me, dehinc omnibus finem imponam, omniumque excindam malitiam, ne amplius progrediantur: Iuſtum erat; vt quia omnes conſonant, omnes ad iniquitatem pergunt, & in tanta multitudine nõ inueniri poteſt aliquis, cui virtutis ſit cura; vt & ego omnes promiſcuè aquarũ mole operirem, nec alicui parcerem: at quia te vidi iuſtum coram me in generatione iſta, quæ tam mala, quæ in tantam freneſim declinauit, quæ tantam ingratitudinem præſefert; quia te ſolum inueni gratũ, ſolum virtutis rationem habentem, te omnibus alijs pereuntibus iubeo & volo ſaluari cum omni domo tua: propter te ſolum naturę humanæ indulgere cupio: & ſicut bonus artifex, ſi quando videt vas aliquod inueteratum à rubigine conſumi, iniecto eo in ignem, facit vt quicquid rubiginis habet, deponat; & transformans in priſtinum decorem reducat; ita & ego non patiar vas iſtud fragile, meis manibus plaſmatum, flagitio abſumi; ſed totum orbem hunc ſcelere infectum diluuio purgabo, & à malitia, à coinquinatione, à corruptione multa liberabo, & clade eius monſtrata, faciem eius pulchriorẽ reddam: Quare accinge te nouo & inuiſo operi; conduc multos artifices, præpara multas lignorum ſtrues, & fac tibi arcam de lignis lęuigatis, manſiũculas in arca facies, & bitumine linies intrinſecus & extrinſecus; & ecce ego adducam aquas diluuij ſuper terram, vt interficiam omnem carnem in qua eſt ſpiritus vitæ ſubter cœlum, & omnia quæ in terra ſunt conſumentur: Ponamque fœdus meum tecum, & ingredieris arcam, tu & filij tui, vxor tua & vxores filiorum tuorum: Et ex cunctis animantibus vniuerſæ carnis bina induces in arcam, vt viuant tecum: maſculini ſexus & feminini: De volucribus iuxta genus ſuum, & de iumentis in genere ſuo; & ex omni reptili terræ ſecundum genus ſuum, bina ingredientur tecũ vt poſſint viuere: Ingens eſt miſericordia quam ego eis exhibeo, grandis pietas quam erga illos oſtendo: Quid enim? Num prætermiſſum eſt aliquid ab eis, ita ad peccatum contendentibus? Nonne tantam malitię magnitudinem ego video, vt exundet & affluat; totamque impleat terram? Quid? non eſt iuſtum vt ego cataractas cęli aperiam, & fulgura, ſagittas, igneos globos, ſulphureas flammas in eos deijciam, & illos ſimul cũ vniuerſo orbe tot ſcelera ſuſtinente abſorbeam? Iuſtum profectò eſt: at propter te, iuſtitiæ meæ furorem reprimo; in te reliquias mortalium conſeruo; propter te animantibus & reptilibus terræ indulgeo, per te & hominum, & volucrum, & brutorum, & reptilium genus, ad primum ſtatum reducere volo. Gen. 6.

At longè maiorem miſericordiam & bonitatem in noua mundi per filium regeneratione populis oſtendit: Scitum eſt ab vnoquoque veſtrum, quantis ſceleribus ante Chriſti aduẽtum operiebatur orbis, omnes anguli

terræ, omnes ſyluæ, omnes montes, omnes villæ, ciuitates, vrbes, omnia templa, omnis in vniuerſum terra repleta erat idolis, vt Deus improperabat quibuſdam idololatris: neque templum illud auguſtiſſimum Salomonis, neque Ciuitas Ieruſalem electa, neque ſanctiſſimus mons Syonis ab idolis vacuus erat; & optimates populorum, & Principes Iſraelis Reges ſapientiſſimi, & Pontifices oleo ſancto conſecrati, ad altaria Baalis & Aſtarothis, & aliorum Dęmonum, ad vitulorum vſq; & ſerpentum ſtatuas atque ſimulachra aſcendebant, illiſque thus adolebant & victimas cædebant. Non eſt me neceſſe, alia quæ idolorum cultum ſequuntur facinora longa oratione perſequi: Scripturæ enim adeò apertè proclamant, tunc nullam fuiſſe veritatem, nullam miſericordiam in terra; cognitionẽ Dei obliteratam fuiſſe, non niſi maledictum & mendacium, & homicidium, & furtum, & adulterium inundaſſe; omnes pernici impetu à maximo vſque ad minimum ad flagitia delapſos eſſe; tantopere, vt dum vna dierum proſpiceret Deus in terram, vt videret vtrum ſit aliquis in terra, intelligens aut requirens Deum? Neminem quaſi reperit, non eſt, inquit apud Pſaltem, qui faciat bonum, non eſt vſque ad vnum; omnes declinarunt, ſimul inutiles facti ſunt. Tantis peccatis exundans mundus, quid aliud prę ter vltimum meritus erat exterminium? Dignum certè fuit vt tunc Deus vel ignẽ plueret de cœlo, vel ſerpentes ignitos procrearet, vel qđ ſeuerius eſt, vaſtum os terrę diduceret, quæ oẽs habitatores ſuos viuos cum anima & corpore, in ſua inferiora viſcera abſorptos deduceret. Nihil tamen eorum fecit, non grandinem, non fulgura, non ignes ſulphureos, de cęlo miſit, non viſcera terræ aperuit, non multiplicauit ſerpentes, non horribilia animalia loris diſſoluit, non vniuerſum orbem ſceleſtum abſumpſit, ſed vſque ad extremum iudicij diem diſtulit. Interim tamen ad filium ſuum inter homines agentem, ſic locutus eſt. Meritas ſcelerum pœnas, in vltimo iuſtitiæ die, ab hominibus exigere inſtituo; tunc enim cataractas cœlorum aperiam, & ipſas deijciam ardentes ſtellas, quæ vniuerſam operientes terram, ipſam diſcindant mediam, vt ſceleſti labantur in infernum viuentes: tunc percitus furore ſedebo in monte teſtamenti, & ſcrutabor in lucernis non Ieruſalem tantum, ſed ſingulas hominum domos, ſed & cauernas montium, & valles profundas, & ſepulchra recondita, & de ſecretis terræ & maris receſſibus extraham omnes peccatores, & diſceptabo cum eis; Et poſtquam non mihi poterint reſpondere vnum pro mille, ſententiam damnationis in eos proferam; Ite maledicti in ignem æternum, qui paratus eſt diabolo & Angelis eius; Verum quia non delector perditione malorum, & ſi pœnas infligo, inuitus & dolens infligo; cuperem vt mortales ſaperent, & intelligerent & nouiſſima prouiderent, quomodo ſcilicet ab his euadere poſſint imminentibus pœnis; quare tibi in gratiã concedo, illis in ſpatium pęnitentiæ, non viginti, non centum, non mille, ſed tot luſtris multiplices annos; vt tandem ab impietate ad virtutem, à

dæmone

dæmone, ad me ſolum redeant: vt relicta Synagoga, delubris idolorũ fun ditus euerſis, ad arcam fœderis, ad nauem Eccleſiæ orbis conſeruatricem effugiant: Quam Nauiculam tu ex cedris Libani, ex lignis leuigatis ſylua rũm ex promiſcuo populorum cętu ædificabis, & communione Sacramẽ torum, vna fidei profeſſione, vnius paſtoris obedientia cõglutinabis: hãc ſanguine tuo pretioſiſſimo intus & extra conſperges & oblinies: in ea di uerſas manſiunculas pro diuerſis gradibus fidelium diſpones: in eam vo lucres, varijs ſtatus contemplatiuos inferes, & in ſuperiori parte domus collocabis; ad eam mitia, & effera animalia, homines. ſ. mites, benignos, humanos, & efferos quoq;, barbaros, crudeles, & diuerſarum affectionũ alios adduces, & in mediocri ſtatu ad præſepium verbi Dei & Sacramen torum vſum, non miniſterium alligabis: reptilia quoque illa quorum nõ eſt numerus, qui affectibus ſuper terram ſerpunt, terram comedunt, ad cœlum ſeſe attollere nolunt in eam coges: omnes illos quicunque ſalui eſ ſe voluerint in eam introduces: Tu quoq;, & ſponſa tua dulciſſima ſimul & Mater tua Maria, & filij tui quos ex latere tuo procreaſti, & vxores, Ec cleſiæ videlicet, diſcipulorum tuorum, ingredimini in eam: Hanc. n. qui ex hominibus non ingreſſus fuerit, nullatenus ſaluabitur, ſed in profun- dum inferni demergetur: Aſcendente igitur IESV in Nauiculam, ſecuti ſunt eum diſcipuli eius: Si vobiſcum tantum, qui in Nauicula Eccleſiæ Catholicæ, periculo ſum hoc mundi mare tranatis agerem, non eſſet mihi neceſſe, hanc Sanctiſſimam Nauiculam, digito velut demonſtrare: hanc enim audito nomine Catholicæ Eccleſię, ſtatim veram eſſe Chriſti ratẽ, cuique ueſtrum perſpicuum eſt: at quia ſeductorum multiplicatus eſt nu merus, errantium verò infinita multitudo, alii Chriſtum in deſerto, alij in penetralibus, alij in horreis, alij in paradiſis abominandis, alij alibi quæ- runt: Quiſque dicit apud me eſt vera Chriſti Eccleſia: Arrius iactat apud ſe eſſe nauim Chriſti, Lutherus ſe eſſe ſummum Nauclerum, ſuæ & illius, ait, veræ Eccleſiæ prædicat: Caluinus, Brentius, Zuinglius, Puritani, Ana baptiſtę, Trinitarij, Sacramentarij, Politici, Interimiſtę; omnes in uniuer- ſum ſectarij apud ſe eſſe veram Eccleſiam, illam à Chriſto conſtructã na- uim apud ſe eſſe perhibent; populus ſimplex in tanta multitudine prædi cantium errore circumfuſus, cui adhæreat ignorat, quiſque illos ad ſuas partes traducere feſtinat; hinc tot ambiguitates, tot errores, deſperatio- nes ad vltimum in eis mouentur; & dum ancipites manent, primum vel ad omnia, vel ad nihil credendum, poſtmodum ad Atheiſmum, demum ad inferni barathrum declinant: Non alia huius ratio eſt, præter quam qđ vnuſquiſque hæreticorum apud ſe Eccleſiam Chriſti ventilat; ſuumque conciliabulum Chriſti nauiculam eſſe fallaci indice oſtendit: Quibus igi tur Teſſeris Nauiculam Chriſti cognoſcemus? Quonam ſigno hanc eſſe veram, in qua nos Catholici ſumus demonſtrabimus? Non alio ſigno præter illo, Illa erit vera Chriſti nauicula, quę ſiue arcam Noe, ſiue melius

Nauiculam Chriſti, in qua ille cum diſcipulis reſidebat ſpecie ſua externa repræſentat: niſi enim ad archetypam imaginem conformis erit, exactè cognoſci nequibit, ſi à protho typa idea declinabit, non illa vera Chriſti Eccleſia, non vera Chriſti nauicula erit: Age igitur propoſitam ſymboleitatem exequamur; *Nauicula Chriſti vna erat, ex multitudine credentium, in vnitatem fidei, & doctrinæ, & Sacramentorum, ſub vno gubernatore Chriſto congregata. Vnam eſſe nemo eſt qui non videat*, qui Chriſtum,
a Pſal.25. odiſſe, & abominari cœtum infidelium ab ipſo exciſorum; fatetur,[a] Odiui, ait, Eccleſiam malignantium, & cum impijs non ſedebo: Non eſt anima mea ad impios; cœtus & congregationes illorum qui mihi non adhærent exoſos habeo: conſilium meum & commercium meum non eſt cum infidelibus: Synagogas eorum abhorret ſpiritus meus: cum illis neutiq. permanere volo. Vna eſt tantum electa congregatio mea; in duabus nauiculis ego reſidere nequeo; vna eſt tantum quæ me recipit.
b Cant.6. [b] Vna eſt columba mea, perfecta mea, vna eſt matri ſuæ, electa genitrici ſuæ:[c] Vna eſt
c Exo.12. domus, in qua comedetis carnes agni immaculati, in qua corpore ſ. & ſanguine meo reficiemini.
d Ioſue 6. [d] Vna eſt domus, ad cuius feneſtram coccineus charitatis funiculus appenſus eſt, in qua corruente Hierichonte mundi, omnes ſaluari poſſunt.
e Ephe.4. [e] Vnum eſt corpus, ex diuerſitate membrorum compactum, cuius caput eſt Chriſtus.
f Gene.6. [f] Vna eſt arca Noe, ex varijs & parietibus & lignis, vnitate formæ connexa: Vnus Nauclerus, vna etiam nauis.
g Ioan.10 [g] Vnus paſtor, & vnum ouile: Vna igitur eſt Chriſti nauicula; Vna Chriſti Eccleſia; ſed *Ex multitudine credentium adunata:* Non enim vno populo vel Iſraelitico, vel Græco, vel quouis alio ſingulari conſiſtit.
h Pſal.2. [h] Poſtula à me, (ait Deus ad filium,) & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & poſſeſſionem tuam terminos terræ. Dauid autem vbi vaticinabatur de amplitudine dominij Chriſti, aiebat,
i Pſal.71. [i] Dominabitur à mari vſque ad mare, & à flumine vſque ad terminos orbis terrarum, Coram illo procident Æthiopes & inimici eius terram lingent: Reges Tharſis & Inſulę munera offerent, Reges Arabum & Saba, dona adducent: Et adorabunt eum omnes Reges terræ, omnes Gentes ſeruient ei, & replebitur maieſtate eius omnis terra. Hoc vaticinium ſecutus Eſaias quaſi in hæc eadem verba multitudinem in Chriſti Eccleſia credentium, prędicebat eſſe futuram.
K Iſa.54. & 60. & 49. [k] Lauda, inquit, ſterilis, quæ non paris, decanta laudem & plora quæ pariebas: quoniam multi filij deſertæ magis quàm eius quæ habebat virum, dicit Dominus. Dilata locum tentorij tui, & pelles tabernaculorum tuorum extende, ne parcas: longos fac funiculos tuos, & clauos tuos conſolida. Ad dexteram enim, & ad læuam penetrabis, & ſemen tuum gentes hæreditabit, & Ciuitates deſertas inhabitabit: Leua in circuitu oculos tuos & vide: omnes iſti congregati ſunt, venerunt tibi: filij tui de longè venient, & filiæ tuæ de latere ſurgent. Tunc videbis & afflues, & mirabitur, & dilatabitur cor tuum, quando conuerſa fuerit ad te multitudo maris, fortitudo

Gentium

Gentium venerit tibi: Inundatio Camelorum operiet te; dromedarij Ma
diari & Epha, omnes de Saba venient, aurum & thus deferentes, & lau-
dem Domino annunciantes: Me inſulæ expectabunt, & naues maris in
principio, vt adducam filios tuos de longè, argentum eorum & aurum eo
rum cum eis, nomini Domini Dei tui, & Sācto Iſrael, quia glorificaui te:
Et ædificabunt filij peregrinorum muros tuos, & Reges eorum mini-
ſtrabunt tibi: Et aperientur portæ tuæ iugiter, die ac nocte non clauden-
tur, vt afferatur ad te fortitudo Gentium, & Reges earum adducantur:
Gens enim & Regnum quod non ſeruierit tibi, peribit; & Gentes ſolitu-
dine vaſtabuntur: Gloria Libani ad te veniet, abies & buxus & pinus ſi-
mul, ad ornandum locum ſanctificationis meæ, & locum pedum meo-
rum glorificabo: Et venient ad te curui filij eorum qui humiliauerunt te,
& adorabunt veſtigia pedum tuorum, omnes qui detrahebant tibi, & vo
cabunt te Ciuitatem Domini, Sion Sancti Iſrael: pro eo quod fuiſti dere-
licta & odio habitā, & non erat qui per te tranſiret, ponam te in ſuperbiā
ſæculorum, gaudium in generatione & generationem. Et ſuges lac gen-
tium, & mamilla Regum lactaberis, & ſcies quia ego Dominus ſaluans
te, & redemptor tuus fortis Iacob. Adhuc dicent in auribus tuis filij ſteri
litatis tuæ, anguſtus eſt mihi locus, fac ſpatium vt inhabitem; Et dices in
corde tuo, Quis genuit mihi iſtos? ego ſterilis & non pariens, tranſmigra
ta & captiua; & iſtos quis enutriuit? ego deſtituta & deſolata, & iſti vbi
erant? Hæc dicit Dominus Deus: Ecce leuabo ad gentes manum meam,
& ad populos exaltabo ſignum meum; Et afferent filios tuos in vlnis, &
filias tuas ſuper humeros portabunt. Et erunt Reges nutritij tui, & Regi
næ nutrices tuæ, vultu in terram demiſſo adorabunt te, & puluerem pe-
dum tuorum lingent. Huius ampliſſimæ poteſtatis ſuę preſcius Chriſtus,
dum Apoſtolos ad prędicandum deſtinabat, præcipiebat. Euntes, inquit,
docete omnes gentes; Et eritis mihi teſtes in Ieruſalem, & in omni Iudęa
& Samaria, & vſq; ad vltimum terræ: Et oportebit vos prędicare in nomi Act.1.
ne meo pœnitentiam & remiſſionem peccatorum in omnes Gentes, inci- Luc.vlt.
piendo ab Ieroſolyma.

Vna igitur eſt Nauicula Chriſti, vna Chriſti Eccleſia, ex multitudine
credentium, ſed *In vnitatem fidei & doctrinæ & Sacramentorum adunata.*
Vnitatis fidei, doctrinę & Sacramentorum meminit Paulus Epheſijs ſcri
bens; Obſecro vos, ait, ego vinctus in Domino, vt dignè ambuletis voca- Ephe 4.
tione qua vocati eſtis, cum omni humilitate & manſuetudine, cum patiē
tia ſupportantes inuicem in charitate, Solliciti ſeruare vnitatem ſpiritus
in vinculo pacis: Vnum corpus, & vnus ſpiritus; ſicut & vocati eſtis in
vna ſpe vocationis veſtræ: Vnus Dominus, vna fides, vnum baptiſma.
Vnus Deus & pater omnium, qui ſuper omnes, & per omnia, & in omni
bus nobis: Ac ſi ad hunc modum ratiocinatus fuiſſet; Vnus eſt Deus &
pater omnium qui eſt ſuper omnes pro Domino agnoſcendus, colendus,

& aman-

& amandus; qui per omnia eſt glorificandus & extollendus, atque inuocandus à nobis: Vnus eſt in omnibus nobis, charitatem, gratiam, dona Spiritus ſancti, virtuteſq; Diuinas influens, nos in vnum corpus aggregauit, ad eadem participanda nos acciuit, omnibus immortalitatem, omnibus vitam æternam, omnibus gloriam perennem, omnibus participium Diuinæ naturæ & hæreditatem filiorum Dei largitus eſt. Commune omniũ caput factus eſt, omnes pariter & excitauit, & ſedere fecit: Quare vna ſit fides in Deum; vt crediderunt Apoſtoli, vt crediderunt Principes Eccleſiarum, vt exemplaria fidelium crediderunt, ita & vos credatis. Credidit Petrus Chriſtum eſſe filium Dei viui naturalem non adoptiuum: Credidit idem Deum creatorem eſſe cœli & terræ, viſibilium & inuiſibilium factorem: Itidem & vos credite; Vna ſit fides. Crediderũt Apoſtoli Chriſtum eſſe Deum de Deo, lumen de lumine, verbum conſubſtantiale & coæternum Patri: Crediderunt eundem Chriſtum verum Deum eſſe & hominem, pro nobis ex Virgine intacta verè natum, verè paſſum, crucifixũ, & ſepultum. Crediderunt eundem virtute propria Dæmones expugnaſſe, à mortuis ſurrexiſſe, aſcendiſſe in Cœlum, conſidere ad dexteram patris, in Cœlo eandem cum Patre potentiam habere, Eccleſiæ ſuæ ſacratiſſima ſymbola corporis & ſanguinis ſui in pignus ſalutis reliquiſſe, eidem merita paſſionis ſuæ cómunicaſſe, hanc redemiſſe precioſo ſãguine ſuo, ei Spiritum ſanctum de cœlis demiſiſſe, hanc ſapientiſſimo cõſilio & prouidẽtia gubernare, huic ſemper præſentarium aſſiſtere, Itidem & vos credite; Vna ſit fides.

Crediderunt in Spiritum ſanctum Dominum, & Deum, de Patre & filio procedentem, cum Patre & filio ſimul adorandum & conglorificandum; Crediderunt in vnam ſanctam, Catholicam, & Apoſtolicam Eccleſiam; in Sanctorum Communionem; Crediderunt carnis futuram reſurrectionem, & vitę æternæ aſſecutionem; Crediderunt illud, Qui bona egerunt ibunt in vitam æternam; qui verò mala, in ignem æternum: Itidẽ & vos credite, Vna ſit fides: Vna doctrina quoque ſit in Eccleſia, quia idẽ obiectum doctrinæ Deus, & ea quæ ad Deum relata ſunt; eadem principia doctrinæ, articuli ſ. fidei, & Sacræ ſcripturæ libri, quæ eodem ſenſu vnanimi, à Spiritu ſancto per os Prophetarum reuelato accipere debetis, vnus ſit Spiritus, vna conſenſio in exponendis literis Sacris; Nemo vulgarium, non ſutor, non pellio, non aliquis ex plebe, arroget ſibi authoritatem varios ſenſus Scripturæ inducere; Chriſtus. n. aſcendens in cœlos nõ cuiuis ex vulgo hoc munus delegauit; ſed dedit quoſdam quidem Apoſtolos, quoſdam autem Prophetas, alios verò Euãgeliſtas, alios autem paſtores & Doctores ad conſummationem Sanctorum in opus miniſterij, in ædificationem corporis Chriſti, donec occurramus omnes in vnitatem fidei & agnitionis filij Dei, in virum perfectum, in menſuram ætatis plenitudinis Chriſti, vt iam non ſimus paruuli fluctuantes, & circumferamur

mur omni vento doctrinæ in nequitia hominũ, in aſtutia ad circumuentionem erroris, veritatem autem facientes in charitate, creſcamus in illo per omnia qui eſt caput Chriſtus: A Prophetis igitur, & Apoſtolis, ab Euangeliſtis, atque Doctoribus qui à Spiritu ſancto edocti erant omnem veritatem, qui vera legitimaque Sacræ ſcripturæ ſenſa à Chriſto interpretę didicerunt, qui longa vel traditione, vel exercitatione, vel ſtudio à priſcis illis ſanctis Patribus acceperunt, vniformis doctrina recipiẽda & cõſeruãda & totis neruis propugnanda eſt: Si ẽt Angelus de cęlo deſcendẽs aliquid vobis nunciauerit præter quod accepiſtis, anathema ſit.

Vnitatem autem Sacramentorum, docet neceſſariam eſſe in Eccleſia, dum dicit, Vnum baptiſma, vna participatio Sacramentorum: Vnum inquit corpus, & vnus ſpiritus effecti, & vni capiti Chriſto coniuncti eſtis; omnia membra licet in vno corpore diuerſa ſint, idem nutrimentum, recipiunt; non alio ſanguine viuit manus, alio pedes; non alijs humoribus vitalibus reficitur ſtomachus, & alio hepar; vnum eſt oĩum nutrimẽtum; vnus ſanguis, vnus humor vitalis, vna omnium vitę participatio, miniſteria licet & participationum modi diſtincti ſint: Spiritus.n. ille ſenſibilis qui ex cerebro per neruos deſcendit in corpus non ſimpliciter omnibus omnia tradit, ſed iuxta cuiuſque membri analogiam, plus illi quod plus, & minus ei quod minus capere poteſt: ita & in hoc myſtico Eccleſię corpore, vna communio Sacramẽtorum gratiæ ſit; vnus.n. Deus & pater omniũ, qui eſt ſuper omnia & per omnia, & in omnibus idem: vnũ caput eſt Chriſtus, vna ſit participatio influentiæ ipſius: nõ alio baptiſmo renaſcatur Petrus & alio Paulus: Non alio cibo reficiatur Petrus & alio Paulus: non per aliud medium adipiſcatur remiſſionem ſceleris Publicanus, & per aliud Magdalena; non alio roboretur in fide Chriſti Zachæus, & alio Philippus: non aliunde nec per aliud ſymbolum gratiam recipiat primitiua, & per aliud Eccleſia noſtra: Vna eſt fides, unus Deus, vnum caput, vnum ſit baptiſma; vna exomologeſis peccatorum, vna confirmatio, vna corporis & ſanguinis Chriſti communio, vna participatio chariſmatum, quia vnus eſt Deus: Non enim ſuper illum quidem maior, ſuper hunc autem minor inuocatus eſt: Neque tibi per baptiſmum dimiſſa ſunt peccata, illi verò nihil: neque ille panem tantum, iſte verò corpus verum Chriſti recipit: Omnibus eadem Diuinæ participatio naturæ, per eadem Sacramenta tribuitur; licèt miniſteria & communicationũ modi diuerſi ſint: Chriſti.n. prouidentia, chariſmatumque ſubminiſtratio, vniuſcuiuſque membri, animarum videlicet earum quæ velut membra quædam illi adaptatæ ſunt, iuxta menſuram & analogiam incrementũ facit; vna eſt igitur Chriſti Nauicula, vna Chriſti Eccleſia ex multitudine credentium, in vnitatẽ fidei & doctrinæ, & Sacramentorum, ſed *ſub vno gubernatore Chriſto congregata.* Vt.n. corpus ſine capite, vt nauis ſine nauclero, ſic neque Eccleſia ſine Chriſto ſubſiſtere poteſt: Quemadmodum ſi manus, ait Chryſoſtomus

ſtomius, fuerit à corpore diuulſa; (addo ego,) & corpus à capite ſeiúctum; ſi ſpiritus ex cerebro deſcendens, atque in illa ſeſe effundere quærens ſi manum non inuenerit in corpore, nec corpus capiti adiunctum, nullum ex his contingit aut viuificat: capitis.n. vnitas vnitatem vitalem corporis efficit & continet; ita & hic, niſi capiti Chriſto colligati fuerimus, nihil viuificum, nihil ſalutiferum in nobis efficere poterit, nulla perinde vnitas; aut Sacramentorum, aut fidei, aut doctrinæ; aut Dei, aut multitudinis credentium, aut Eccleſiæ cõſiſtet. Vt nauis ordinaturſine vno Nauclero ſummo, tot maris ſæuiſſima pericula ſalua euadere nequit; ita & Nauicula Chriſti ſine Chriſto ſummo Nauclero. Vnitas gubernatoris vnam nauim; vnitas paſtoris vnum ouile; vnitas Sacerdotis vnam Religionem, eadem Sacramenta, eandem doctrinam, eandem fidei profeſſionem, vnius Dei cultum efficit & continet: vnus in illa Nauicula fuit Chriſtus, qui nauẽ à periculo ſubleuauit, qui temonẽ direxit, qui ventis & mari imperauit: Vnũ etiam poſt ſuum ad cælos receſſum reliquit Summum eius gubernatorẽ: vni non omnibus dixit, Paſce oues meas; vni non omnibus pollicitus eſt, Tibi dabo claues regni cælorum; vni Petro non omnibus reſpondit; Super hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam: Pro vno Petro rogauit, ne deficiat, ait, fides tua; Vni & non omnibus imperauit: & tu aliquando conuerſus confirma fratres tuos: vni ſoli Petro, & ſucceſſoribus Petri ſummum moderamen ſuæ nauiculæ demandauit. [a] Deus vnus eſt, ait Cyprianus, & Chriſtus vnus, & vna Eccleſia, & cathedra vna ſuper Petrum fundata: Aliud Altare conſtitui, aut Sacerdotium nouum fieri, præter vnum altare, & vnum Sacerdotium non poteſt, quiſquis alibi collegerit ſpargit; in ſucceſſoribus autem Petri Romanis Pontificibus: [b] manet Petrus, ait Leo ſanctus, in accepta fortitudine petræ perſeuerans, ſuſcepta Eccleſiæ gubernacula non relinquit; perſeuerat videlicet Petrus, & viuit in ſucceſſoribus ſuis: Nec ſolus Leo Pontifex id docuit; poſt primum Sacroſanctũ Nicænum Concilium, [c] quod ad inſtar poteſtatis Romani præſulis, Eccleſias gubernandas eſſe decreuit: Poſt ſecundam Generalem Synodum, [d] quã Romani Pontificis factum eſſe authoritate Concilium autumat: Poſt tertium Oecumenicum Epheſinum Concilium, [e] quod ex mandato litterarum Celeſtini Papæ Neſtorium hæreſiarcham ſe depoſuiſſe & condemnaſſe affirmat: Poſt Concilium Chalcedonẽſe, [f] quod Leonem Papam, paſſim vocat vniuerſalis Eccleſiæ Pontificem: Poſt Synodum Conſtantinopolitanam, quæ ante quintam Synodum in cauſa Antemij per Menam Patriarcham præſidem Concilij congregata fuit, [g] quæ ſe obedire Romanæ, vt Apoſtolicæ Eccleſiæ profitetur: Poſt Septimam Synodum, [h] quæ Petri Romanam Sedem per totum orbẽ terrarum primatum obtinere, & lucere, & omnium Eccleſiarum Dei caput eſſe prædicat: Poſt Lateranenſe ſub Innocentio Tertio: poſt Lugdunenſe ſub Gregorio Decimo; poſt tot celeberrimorum & Græcorum & Latino-

a li. 1. ep. 8

b Ser. 2. in anniu. aſſũpt. ſuæ ad Põtif.

c Cano. 6

d in epiſ. ad Damaſum, q̃ extat apud Theodor. lib. 5. hiſt. c. 9.

e Euag li. 1. hiſt. c. 4

f Act. 1. 2. & 3.

g Act. 4.

h Act. 2.

Latinorum Patrum, Iulij, Damaſi, Ciriaci, Zozimi, Innocētij, Leonis, Gelaſij, Anaſtaſij, Fęlicis, Pelagij, Gregorij Magni, Ignatij, Irenæi, Epiphanij, Athanaſij, Baſilij, Nazianzeni, Chryſoſtomi, Cyrilli, Theodoreti, Sozomeni, Acatij, Iuſtiniani, aliorumque ſexcentorum: Poſt vniuerſi Orbis continuatam eouſque confeſſionem, Florentini Oecumenici Concilij, vbi & Græci & Latini conuenerant ſententiam de Romano Pontifice audite: Definimus Sanctam Apoſtolicam ſedem, & Romanum Pontificem in vniuerſum Orbem tenere primatum, & ipſum Pontificem Romanum ſucceſſorem eſſe beati Petri Principis Apoſtolorum, & verum Chriſti vicarium, totiuſque Eccleſiæ caput, & omnium Chriſtianorum Patrem ac Doctorem exiſtere; & ipſi in Beato Petro, paſcendi, regendi, & gubernandi, vniuerſalem Eccleſiam à Domino noſtro IESV Chriſto plenam poteſtatem traditam eſſe: Quid clarius? Quid verius de ſummo Eccleſiæ moderatore dici potuit? Eccleſia igitur, vt omnia in vnum contrahamus, Chriſti eſt vna: *Nauicula Chriſti eſt vna, ex multitudine credentium, in vnitatem fidei, & doctrinæ, & Sacramentorum, ſub vno gubernatore Chriſto, vel ſub eius in terris Vicario, Romano ſcilicet Pontifice congregata.* Talis ne fuerit an non Chriſti nauicula? præter ea quæ ex ſacris literis ad comprobandum iſta deduximus, clarum eſt Chriſtum non in duabus nauiculis, ſed in vna reſediſſe; & illud indubitatum eſt, plurimos credentes, in eam Chriſtum ſecutos fuiſſe; Illud quoque certum eſt, omnes vna fide Chriſto colligatos eſſe: illud etiam conſtat, nullum in præſentia Chriſti aliam doctrinam prædicaſſe, vel alia miniſtraſſe Sacramenta: Gubernator & ſummus nauclerus ſe, ſuo digito, ſuumque vicarium eiuſque ſucceſſores prodit. His igitur ſignis, vera Chriſti Eccleſia, vera Chriſti nauicula dignoſci poteſt. hæ ſunt eius legitimæ notæ, quæ ipſam inter tot hæreticorum Scaphas certo indice oſtendunt: Cuinam iſta conueniant? In qua Eccleſia hæc omnia ad amuſſim inueniantur? Romana an quælibet hæreticorum Eccleſia hæc ſibi vendicat? Catholicæ an Lutheranæ, an Caluinianæ, an Puritanę hæc congruant? Vos ipſi iudicate: Vbinam vnitas multitudinis credentium? In Eccleſia Catholica Romana: Eas ab Occidente ad Orientem, & ab Oriente ad Auſtrum, & ab hinc ad Aquilonem, & deinceps vſque ad Antipodas, Repete omnes Gentes; complectere animo Syros, Cilices, Capadoces, Bithynios, Myſos, Phryges, Męones, Lycios, Pāphilios, Iones, Aſſyrios, Arabes, Indos, Ægyptios, Æthiopes, Pęnos, Hiſpanos, Gallos, Germanos, Anglos, Scotos, Sarmatas, Pannonios, Sauromatas, Maſſagetas, denique omnes Scythas, degenteſque vltra Aquilonem; item Albanos, Iberos, Bactrianos, Caſpios, Medos, Perſas, Parthos, Armenios, Ponti Euxini vicinos omnes & accolas, Thraces, Macedonas, Gręcos omnes; adde Epirum, Daciam, Dalmatiam, Cyprum, Italiam, inſulas omnes tam interioris maris quam exterioris; Traijcias & ad noui Orbis innumerabiles Gentes, quarum nomina vel nouimus vel etiā

ignora-

ignoramus: In omnem terram exiuit ſonus Apoſtolorum, & in fines Orbis terræ verba eorum: per omnem terram & per mare, Catholicæ Eccleſię populos multos reperies: Nolo hic aliquid dicere, quod [a] Irenęus, ſuo tempore per omnes mundi partes Eccleſiam Romanam ſparſam eſſe teſtatur: Neq; illud quod [b] Tertullianus, [c] Cyprianus, [d] Athanaſius, [e] Chryſoſtomus, [f] Hieronymus, [g] Auguſtinus, [h] Theodoretus, [i] Leo Magnus, [k] Gregorius Magnus, [l] Bernardus, alijque ſanctiſſimi Patres, ſuis temporibus omnes orbis vniuerſi Prouincias, & inſulas, & Regna in vnitatem Eccleſiæ Catholicę conueniſſe: illud vnum dicam quod Ioannes adhuc vita mortali fungens in viſione vidit, in cœlis multitudinem innumerabilem Sanctorum, qui Saluatori Orbis præcinebant grates, in hęc verba, [m] Redemiſti nos Deus in ſanguine tuo, ex omni tribu, lingua, & populo & natione: Neque illud pręteribo, quod [n] Paulus Romanam fidem ſuo tempore in vniuerſo mundo prædicatam eſſe aſſeuerat: Illud etiam clarũ eſt quod idem Paulus [o] Coloſſenſibus ſcribit Catholicam Eccleſiã & vniuerſalem fidem in vniuerſo mundo fructificaſſe & creuiſſe. Nullus modo eſt, angulus Orbis, nulla gens, nullus ſtatus, nulla conditio, nullus ſexus, qui ab vnitate Eccleſiæ Catholicę Romanæ deficiat: Serui & liberi. Maſculi & fœminæ, Iuuenes & virgines, Iuniores & Senes, coniugati & cęlibes, Principes, Duces, Reges, Imperatores, ad Eccleſiam Catholicã ex omni gente pertinent: Dedit enim Deus filio ſuo gentes vniuerſas in hęreditatem, & in poſſeſſionem omnes terminos terrę: Non ad Maſtrucam Sardorum, tantum, ait [p] Hieronymus; non ad partes Donati tantum, ait [q] Auguſtinus, non in vnum angulum terræ deſcendit filius hominis, non in vna Gente Eccleſiam fundauit, ampliſſimum Orbis terræ circulum, in Eccleſiam ſuam coegit. Da mihi aliquem hæreticorum vel ab Eccleſia Romana auulſorum cętum, nunquid totius Orbis populorum vnitate cõſtat? Nũquid aliqua hęreticorum Eccleſia vniuerſum occupauit Orbem? Nulla: Sectę Mahumeti, Neſtorij & Entichetis, nunquam Occidentem peruaſerunt: Hęreſes nouiter enaſcentes Lutherana, Caluiniana, Puritana, Zuingliana, Politica, & alię innumerabiles nec Aſiam aut Africam, nec Ægyptum, neq; Gręciam, neque Americam, nec Iaponiam, nec Braſiliã, nec Oceani vaſtiſſimi innumerabiles inſulas, p̃ter Germaniã, Angliã, Galliã, Sarmatiã noſtrã, & has non in oĩbus partibus, viderunt: Cõfeſſionis Auguſtanę neque nomen apud Italos, Græcos, Hiſpanos, Afros, & Aſiaticos, & tranſmarinos populos cognitum eſt: Dicam aliud, & dicam fidenter, nullum eſſe vel minimum pagum, qui ab vna ſecta detineatur, ad vnamque pertineat hęreticorum Eccleſiam. In vna villa quæ ab Eccleſia Romana defecit, dicam & magis, in vna domo, alios frequentat cętus Pater, alios filius; ad aliam Eccleſiam properat vir, ad aliam vxor: Plerumq; & ſępiſſime accidit, vt paterfamilias ſit Lutheranæ, vxor Caluinianę factionis: frater Philippum amplectitur, ſoror Zuinglium: Politicè hic vi-

uit,

a lib. 1 c. 3
b cot. Iud. c. 3
c lib. de vnit. Eccle.
d li. de human. ver.
e f in ca. 24. Matt.
g in epiſt. 78. & 80
h lib. de legib.
i ſer. 1. de S. Petro & Paulo.
K in epiſ. ad Epiſc.
l in vita eius
m Apo. 5.
n Rom. 1.
o Coloſ. 1
p cont. Luciſer.
q cõt. Fauſtum li. 13. c 13.

uit,alter politicam Eccleſiam abominatur. Pulchrè Auguſtinus docebat, Eccleſiam eſſe vbiq; & hęreſim eſſe vbique. Sed Eccleſiam eſſe vnam & eandem vbique,hęreſes autem non eaſdem, ſed diuerſiſſimas,quę ſe inni cem non nouerunt: hęreſes ſarmenta ſunt præciſa,q̃ vbi cadunt,dũ pręci duntur,ibi manent. Eccleſia aũt vitis vera & viua; q̃ ſecundum pſaltem extendit palmites ſuos vſque ad mare, & vſque ad flumen propagines ſuas: Neque vana ſpe efferantur hęretici, ſectas ſuas quandoque vniuerſum Orbem occupaturas: Non enim tunc creſcere debet Eccleſia cum iã ad ſenectam peruenerit: Etſi Auguſtinus abſurdiſſimum cenſuit,vt hęreſis Donatiſtarum poſt annũ Domini 300. ex Carthagine propaganda eſſet in vniuerſum Orbem terrarum; quid non abſurdum erit poſt annum 1597. ſi credatur e Vuittemberga,vel Geneua,vel Germania, in omnem terram eſſe diffundendã? Si quæris ergo vbi nam ſit vna Chriſti nauicula ex multitudine innumera Gentium & populorum congregata? In Eccleſia Catholica Romana. Progrediamur ad reliqua.

lib.de paſtor.c.8.

Pſal.79.

li.de vnit. Eccl.c.14 & 15.

Vbi nam eſt vna Chriſti nauicula ex multitudine credentium, in vnitatem fidei,& Doctrinę congregata? In Eccleſia Catholica Romana.Sola Eccleſia Catholica terra eſt vnius labij; In ſola Eccleſia Catholica Romano multitudinis credentium eſt cor vnum & anima vna: Eccleſia Catholica,vt ait Tertullianus,Apoſtolica eſt & appellatur; non ſolum propter ſucceſſionem Epiſcoporum ab Apoſtolis; ſed etiam propter doctrinæ conſanguineitatem,quia eandem,quam Apoſtoli tradiderunt,retinet fidem & doctrinam: Non aliud crediderunt & docuerunt Apoſtoli,& aliud ſucceſſores Apoſtolorum. Illud quod Principes & fundamenta Eccleſię profeſſi ſunt,& crediderunt,& docuerunt, modo & ſemper inuiolatum Catholica Romana Eccleſia per totum Orbem diffuſa vnanimiter credidit & docuit,credit & docet:Non alia fides eſt in Romana,& alia in Conſtantinopolitana; non alia fides in Occidentali, & alia in Orientali; non alia doctrina in Africana,Aſiatica Catholica Eccleſia, & alia in noui mundi Catholica Eccleſia: Reuera (quod etiam Beda confitetur) omnes per Orbem Catholici vnam veritatis regulam ſequuntur; idem ſapiunt, credunt idem, eandem fidem & doctrinam ab Apoſtolis per manus patrum acceptam amplectuntur & conſeruant; Crediderunt & docuerunt Apoſtoli, miſterium ſanctiſſimę Trinitatis, Patrem Filium & Spiritum ſanctum eſſe tres vnius eſſentię perſonas. Itidem & nos Catholici per totum Orbem confitemur & docemus: [a] Lutheri autem anima odit verbũ, conſubſtantialis filij: [b] Eraſmus Patrem & Filium & Spiritum ſanctum vnum eſſe nõ vnitate naturæ, ſed vnitate charitatis blaſphemat; Michael Seruetus, Valentinus Gentilis,Georgius Blandrata,Paulus Alciatus,Lelius Sozinus, Franciſcus Dauid, Georgius Niger, Matthæus Gribaldus, Lutherani, Melãchthoniani,Zuingliani,Caluiniani,Tritheiſtæ,Samoſatenſes,Arriani,Anabaptiſtæ,Sabelliani,Neſtoriani,Eutychiani,quaſiom

lib de pręſcript.

a cont Iacobũ Latomum.

b annota. in vlt.c.1. Ioan.

nes

nes quotquot ab Eccleſia defecerũt, maxima tetri ſpiritus vbertate correpti, cardinem fidei noſtræ Sanctiſſimam Trinitatem vel diuiſerunt, vel impudenter turpiſſimis vocibus appellarunt, vel penitus à fide ſubtraxerunt. Crediderunt & docuerunt conſtanter Apoſtoli, Chriſtum Dei filium ex tempore carnem pro noſtra ſalute ex Virgine incorrupta aſſumpſiſſe, & in ea carne vera mortem crucis pertuliſſe; nos à captiuitate Satanæ, à peccatorum ſeruitute liberaſſe, à mortuis ſurrexiſſe, & ad cœlum cum multitudine Sanctorum Patrum conſcendiſſe, & ad dexteram Patris conſediſſe; Itidem & nos Catholici per totum Orbem in Theſauro laudum B.V. credimus & docemus: Hæreticis (quos alibi perſtrinximus) Chriſtus non eſt Dei filius verus & naturalis; non carnem de noſtra ſtirpe aſſumpſit, non animam habuit, non ex Virgine intacta, non ex Spiritu ſancto obumbrante conceptus eſt, non plenus gratia & Diuinitate, nõ ſanctus immaculatus ſed peccator, non paſſus ipſe ſed Simon Cirenenſis: non quicquam pro nobis effecit, non nos ſanguine ſuo redemit, non maculas abluit, non deſcendit in infernum, ſed in ſepulchrum; nõ à mortuis propria ſurrexit virtute; Hæc apud hæreticos de Chriſto ſentẽtia eſt: Crediderunt & docuerunt conſtanter Apoſtoli & Apoſtolorum ſucceſſores, fidem eſſe non permutandam, non quolibet die nouam effingendam, ſed veterum Patrum complectendam eſſe doctrinam. Itidem & nos Catholici per totum Orbem vnanimiter credimus & docemus. Ne latum quidẽ vnguem à ſententia veterum recedendum eſſe: omne, illud quod nouum ẽt ab Angelo de cęlis deſcendente nunciatum contra veterum ſenſum foret, anathematizandum eſſe: Hæreticis nihil aliud in votis eſt, ꝙ veterum ſanctorum ſcripta & ſententias conuellere, turpiter calumniari, reijcere, noua commenta amplecti, tot fides confingere quot voluntates; Longior forte ero, ſi id vobis demonſtrare conabor; at pauca precor auſcultate, ita enim ex ipſorum ſcriptis id vobis oſtendere adnitar, vt rem Sole clariorẽ

lib 2. c 2. (4. & 8. efficiam. Caluinus in ſua inſtitutione paſſim fatetur, ſe toti repugnare antiquitati; Dum.n. de libero arbitrio diſſerit, Semper, inquit, apud Latinos & Græcos nomen liberi arbitrij extitit, ego verò neq; ipſe huiuſmodi vocem vſurpare velim, & alios, ſi me conſulant, abſtinere optarim. De

lib. 2. c. 3. (7. & lib. 3. c. 11 (15. gratia aũt dum loquitur, etiam Auguſtinum præclariſſimum Doctorẽ refutat; Ac ne Auguſtini, ait, ſententia per omnia recipienda eſt, qui gratiã ad ſanctificationem refert, qua in vitæ nouitatem regeneramur per Spiri

li. 2. c. 14. (3. tum: De coæqualitate Filij cum Patre omnes veteres erraſſe, neq; eorum errorem excuſari poſſe, inquit, qui dum ad mediatoris perſonam non at-

li. 2. c. 16. (9. tendunt, totius fere doctrinæ, quæ in Euangelio Ioãnis legitur, ieiunum obſeruant ſenſum, ſeſeq; implicant multiloquijs: De puerorum Limbo, fabulæ loco habere docet, locum illum ſubterraneum, tametſi magnos au

lib 3. c. 4. (38. thores habet; De ſatisfactione pro peccatis, oẽs fere veteres, inquit, quorum libri extant, aut in hac parte lapſi ſunt, vbi de ſatisfactione agitur,

aut

aut nimis aſperè,aut durè locuti ſunt: De oratione pro defunctis;ante mil lib 3. c 5.
le air, annos & trecentos; vſu receptum fuit vt precationes fierent pro de (10
functis,Sed veteres omnes fateor, in errorem abrepti ſunt. De merito,vſi li. 3 c. 15.
ſunt fateor, inquit, paſſim veteres Doctores nomine meriti, ſed peſſime (2.
conſuluit fidei ſynceritati,qui hoc nomen inuenit; De cælibatu Epiſco- lib. 4. c. 4.
porum, ait, quia peccauit antiquitas immodica ſeueritate, quod plus re- (10.
quireret in Epiſcopo, quam Paulus requirat, ac præſertim ſucceſſu tem-
poris cælibatum. De ſolenni pœnitentia, excuſari nullo modo poſſe anti- li. 4. c. 12.
quitatem, eorumque authoritatem autumat; quę & prorſus à Domini prę (8.
ſcripto diſſidebat, & erat mirum in modum periculoſa, cum peccatori pę
nitentiam ſolennem nunc in ſeptem, nunc in quatuor, nunc in tres an- li. 4. c. 12.
nos, nunc in totam vitam indicerent. De Quadrageſimali ieiunio; non (20.
in totum excuſare audet veteres, quando æſtimat, quod & ſuperſtitionis
quædam ſemina iecerint, & occaſionem præbuerint tyrannidi, quæ po-
ſtea exorta eſt, & tunc paſſim inualuerat ſuperſtitioſa Quadrageſimæ ob-
ſeruatio; eximium quia quoddã vulgus obſequium præſtare ſe Deo exi-
ſtimabat, & paſtores eam commendabant pro ſancta Chriſti imitatione.
De baptiſmo periclitantium paruulorum cenſet; quod multis ab hinc ſæ li. 4. c. 15.
culis adeoque ab ipſo fere Eccleſiæ exordio vſu receptum video, vt in pe (20.
riculo mortis Laici baptizarent, ſi miniſter in tempore non adeſſet, non
video quam firma ratione poſſet defendi. Sic Caluinus; præclarè ſe geſſiſ
ſe ſecum exiſtimat, ſi à Sancta & inuiolabiliter veneranda antiquitate re
cedat. Nec ſolum ipſe Caluinus, ſed & reliquæ Hæreticorum turbæ anti-
quam doctrinam Sanctorum Patrum abominantur: Teſtes ſunt inpri-
mis Centuriatores, qui in ſingulis centurijs ad finem quarti capitis, anno
tant, omnes fere Doctores antiquos priſci illius ſæculi, ea docuiſſe dogma
ta, quæ nos hoc tempore tuemur; quæ ipſi næuos Sanctorum Patrum te-
mere appellant; Teſtes ſunt deinde hæreticorum doctrinæ, quæ olim ab
Eccleſia antiqua exploſæ, & pro impijs habitæ, à Nouatoribus modernis
nunc receptę & prędicatę ſunt: Quas pulchro ordine & exactè ex Hoſio
Cardinali, alio licèt ordine recitat Bellarminus Cardinalis, fere in hunc
modũ. Simoniani docebant, ſaluari homines ſm gratiam Simonis, quem
Deum faciebant, & non ſecundum opera iuſta: Eunomiani docebant,
non poſſe homini vlla peccata nocere modo fidem habeat: Excitauit hũc
errorem ab inferis Lutherus, dicens, Non alia via poſſe hominem cum
Deo conuenire aut agere quam per fidem; opera ille nihil curat. et tam
diues eſt Chriſtianus, vt non poſſit perire, etiam ſi velit, quantumcun-
que male viuat, niſi nolit credere. Simon Magus & Florinus apud Ire-
neum blaſphemabant Deum, ac ſi eſſet cauſa peccatorum. Idem ſine vllo
pudore docet Caluinus, Non ſolum, ait, permiſſu, ſed etiam voluntate
Dei homines peccant, ita vt nihil ipſi deliberando agitent, niſi quod

Z Deus

Deus apud ſe decreuerit, & arcana directione conſtituit: Docuit idem Beza, Lutherus, Melanchthon, Petrus martyr, & omnes alij quicunque liberum arbitrium negarunt: Origenes apud Epiphanium, ait, Adamum perdidiſſe imaginem Dei ad quam creatus fuerat: docuit idem Origenes, infernum nihil eſſe niſi conſcientiæ horrorem? Docuit idem Caluinus, per peccatum inquiens obliterata eſt primi hominis cœleſtis imago: Infernum quoque non alium præter quem Origenes inuenit. Reputiani apud Auguſtinum, tantum dant mulieribus Principatum, vt Sacerdotio quoque apud eos honorentur: Lutherus quoque articulo 13. ex ijs quos Leo X. damnauit, dicit, in Sacramento pœnitentiæ æquè abſolue re poſſe mulierem, vel puerum, atque Epiſcopum, vel Papam, & iam reipſa Caluiniſtis in Anglia mulierum quædam eſt Summus Pontifex: Proclus apud Epiphanium; Meſſaliani apud Theodoretum, peccatum in renatis ſemper viuere dicebant, nec tolli per Baptiſmum ſed ſopiri per fidem. Hæc ipſiſſima ſententia Lutheri eſt, atque Philippi, & Caluini. Nouatianorum error præcipuus erat, non eſſe in Eccleſia poteſtatem reconciliandi homines Deo, niſi per Baptiſmum, neque debere baptizatos inũgi Chriſmate ab Epiſcopo. Sententia hæc pro parte vna eſt Caluini, qui Hieronymum, quod pęnitentiam ſecundam eſſe poſt naufragium tabulam dixiſſet, planè impium & inexcuſabilem cenſuit: Pro altera parte eſt omnium Lutheranorum, & ipſius Caluini, qui Chriſma noſtrum eſſe oleum Diaboli mendacijs pollutum aſſeuerarunt. Sabelliani vnam perſonam in Diuinis eſſe teſtabantur: Idem docent Seruetiani & noui Ariani: Manichæi apud Auguſtinum, negabant liberum eſſe arbitrium; amplexi ſunt hunc errorem omnes Lutherani. Donatiſtæ ex ſolis iuſtis Eccleſiam conſtare volebant, indeque deducebant Eccleſiam viſibilem periiſſe de Orbe terrarum, & in ſola Africa remanſiſſe. Iidem Catholicos crudeliſſime trucidabant; Monachos, & Epiſcopos, Phariſęos vocabant, Epiſcopi Romani cathedram, Sedem peſtilentiæ appellabant; Eccleſias ſpoliabant, altaria frangebant, Sacros calices vendebant, Euchariſtiam canibus dabant. Sacrum Chriſma proijciebant. Auguſtinum Antagoniſtam ſuum immani odio perſequebantur: Eandem eſſe doctrinam & vitam Caluiniſtarum certum eſt. Idem omnes quotquot ſunt, & fuerunt noſtri temporis hæreticos docere & facere, Gallia, Flandria, Anglia, Germania, aliæque Prouinciæ vbi furore ſuo debacchati ſunt expertæ ſunt. Ariani præter illud immane ſacrilegium, quo filium Dei Diuinitate ſpoliabant, nulla pro mortuis offerre ſacrificia, nulla obſeruare ieiunia, nullum diſcrimen fieri inter presbyterum & Epiſcopum ſtatuebant. Primum omnes Tritheitę, alia verò omnes promiſcuè hęretici amplexi ſunt: Iouinianus baptizatum non poſſe peccare, coniugium par eſſe virginitati; Beatorum in cœlis præmia ęqualia eſſe: Beatam Virginem Mariam in par-

in partu virginitatem amiſiſſe adinuenit. Primus error placuit Caluino; alter Luthero & omnibus hęreticis, qui præſtantiorem etiam eſſe mulierem coniugatam coram Deo admittant: alij duo Luthero & Caluino, & Auguſtanis Confeſſioniſtis communes ſunt: Vigilantius apud Hieronymum, neque reliquias eſſe venerandas, nec ſanctos eſſe inuocandos, nec Sacerdotes cęlibes eſſe debere, docuit. Reliquias Sanctorum Irenæi, Martini, Hilarij, Bonauenturæ, combuſſerunt Caluiniſtæ. Reliquiarum & Sanctorum cultum, Dæmonum eſſe cultum omnibus ſectarijs commune eſt. Pelagiani, non eſſe in hominibus peccatum originale, & quodlibet peccatum eſſe mortale aſſerebant: Primum horum docuit Zuinglius, Martinus Bucerus, & Caluinus. Errorem alium docent omnes ſectarij, omne peccatum natura eſſe mortale volentes Neſtoriani, docuerunt in Chriſto duas eſſe perſonas, & duas naturas. In Euchariſtia non manere corpus Chriſti ſi ſeruetur in alterum diem: Primum docuit Caluinus & Beza; alterum excogitauit Bucerus & Melāchthon, docens in Euchariſtia non eſſe corpus Chriſti niſi quando ſumitur. Eutychiani docuerunt vnam eſſe in Chriſto naturam, ſicut vnam perſonam: Eadem hoc tempore multi inſtaurarunt. Gaſpar SvvincKfeldius aſſerit poſt aſcenſionem Chriſti humanam eius naturam conuerſam eſſe in Diuinam. Brentius poſt incarnationem Chriſti, humanitatem eſſe vbique fatetur. Idem Smidelinus de vnitate naturæ, idem omnes Ariani noui docere non erubeſcunt. Xenaias, & Iconoclaſtæ apud Nicephorum, Chriſti & Sanctorum imagines non eſſe venerandas; idem paſſim omnes noui hæretici teſtantur. Lampetiani Monaſtica vota reſcindebant; Vota etiam ſummopere diſplicent noſtris hæreticis: In Euchariſtia non eſſe verè carnem Chriſti multi in Synodo ſeptima autumabant, omnibus etiam hæreticis nouis Euchariſtia figura ſeu imago Chriſti corporis eſt. Alias multas adferrem hæreſes olim à Sanctis & Apoſtolis, & Apoſtolorum legitimis ſucceſſoribus damnatas, quas modò à cineribus & orco Nouatores ſuſcitarunt & in pedes erexerunt, ni ſcirem ex hac longa ſermocinatione mea ſatis clarum cuique eſſe, hæreticos nouos ab antiquitate non veritatem doctrinę quam approbarat & complexa fuerat, ſed falſitatem errorum quam damnarat, & anathemate punierat, recepiſſe: nos autem vnitatem fidei, vnitatem doctrinæ, antiquis illis communem ſemper & retinuiſſe, & prędicaſſe: quod vel etiam inuitos fateri neceſſum fuit. Si ergo ſciſcitaris, vbinam Chriſti Nauicula ex multitudine credentium in vnitatem fidei & doctrinæ congregata? Certum eſt, quod in Eccleſia Catholica Romana. In illis enim qui ſe ab hac vna Sancta Catholica Eccleſia ſegregarunt, tot ſunt fides, quot voluntates; tot de dogmatibus fidei ſententiæ, quot homines; tot hęreſes, quot miniſtri. In vna domo (addo ex Hoſio,) duos aliquando vix reperire licet

Z 2 qui

qui ſibi inuicem omni ex parte conſentiant; quodque maiore etiam admiratione dignum eſt, aliud eos iiſdem de rebus hodie, cras aliud ſentire videmus. Hinc illud præclarè dictum à Georgio Saxoniæ Duce commemoratur; Nam ſe ſcire quidem dicebat, quid hoc anno crederent vicini ſui Vuittembergenſes, quid verò proximè inſequenti anno crediturí eſſent, ſe neſcire; quod ſubinde dogmata ſua variarent. Habent enim ait
lib. 3. Moral. c. 19. Gregorius, hoc hęretici proprium, quod in eo gradu in quo de Eccleſia exeunt, diu ſtare non poſſunt, ſed ad deteriora quęque ruunt, & ſentiendo peiora, in multas ſe partes ſcindunt, atque à ſemetipſis plerumque
Hom. 20. in Mat. longius confuſionis ſuę altercatione diuiduntur. Ante quem Author operis imperfecti, hęreticorum perfidiam aſſimilat arenę, & dicit, nunquam ſapiunt vnum, ſed quot ſunt, tot ſententias habent. Progrediamur ad reliqua.

Vbi nam eſt Chriſti nauicula, ex multitudine credentium, in vnitatem fidei, & Doctrinæ, & Sacramentorum congregata? In Eccleſia Catholica Romana; non apud quoſuis vllos hęreticos. Hæretici enim plerique omnia Sacramenta abrogant: alij vnum tantum, alij duo habere volunt: alij Baptiſmũ nihil efficere, nihil omnino abluere, vt iam audiſtis proloquũtur: alij Cõfirmationis oleum, dęmonis pręſtigia vocant; alij Pęnitẽtiam & confeſſionem carnificinę loco habent: alijs Eucharistia ſymbolum purũ, & naturalis panis eſt: alij oẽs eſſe Sacerdotes, & nullum vel põtificem vel presbyterum habere volunt: Extremę vnctionis, nullus apud eos vſus eſt: Matrimonium pręter carnalẽ nexum, nihil habere vel efficere gratię ſpiritualis omnes aſſerunt. In ſola Eccleſia catholica ſicut vnitas fidei, vnitas doctrinæ, vnitas capitis, ita & vnitas Sacramentorum à Chriſto effectorum, & inſtitutorum eſt: Non plura in Occidentali Eccleſia & paucio ra in Orientali; non alia exiſtimatio Sacramẽtorum apud Latinos & alia apud Gręcos catholicos: non alius vſus, non alia adminiſtratio: non alia eſſentia (cęrimoniæ licèt accidentarię aliæ ſint) Sacramentorum apud nos & apud Apoſtolos: Vnum Baptiſma: Vna confirmatio; vna pęnitentia; Vna Eucharistia, vnus ordo: Vnum Matrimonium: Vna extrema vnctio; Vna & eadem omnino communio Sanctorum, apud nos, qui nunc ſumus, catholicos, & apud vetuſtos fuit. Et vt reliquam huic controuerſię apponamus notam. Vbi nam vera Chriſti nauicula, ex multitudine credentium, in vnitatem fidei, & doctrinę, & Sacramentorum, ſub vno Summo gubernatore Chriſto, & ſub eius in terris Vicario Romano Pontifice congregata? In Eccleſia catholica Romana. Eccleſia Romana catholica & Apoſtolica, Chriſto capiti connexa etiam & nulla alia: hęc ſola ad Chriſtum unitate verę fidei, unitate doctrinę, unitate Sacramentorũ, coniuncta eſt. Qui aũt diſpergit, contra me eſt, ait Chriſtus; Qui contra me eſt, non eſt mecum. De ſummo Põtifice nulla eſt controuerſia:

Licèt

Licet.n.plerique hæreticorum ſuos miniſtros per impoſitionem manuū populi, Epiſcoporum loco habeant: licèt plurimi ad Patriarcham Cōſtantinopolitanum paucis abhinc annis, vt refert SoKolouius, nuncios deſtinatint, vt illum loco ſupremi capitis habere meruerint. Reginam licet, illam nouam Ieſabelem ſanguine Sanctorum ebriam, Anglicanam, inquā, Eliſabetham pro ſummo Pontifice venerentur. Pontifices tamen illi non habent: legitimam ſucceſſionem (cum noui recenteſque venerint) Pontificum, ad Petrum referre nequeunt. De Regina Angliæ à quodam docto & erudito non inlepidè luſum eſt, In cēſura Oriētali.

Quæſitum eſt multis, cur tandem Papa vocetur,
Anglorum virgo, quæ modo ſceptra tenet.
Hanc litem expedio, Seruorum eſt ſerua ſuorum.
Seſe etenim ſeruis, ſubijcit illa ſuis.

Aduerſarij verò omnes, cum in alijs ferè dogmatibus non minus inter ſe quàm à nobis diſſentiant, in hoc tamen omnes conueniunt, vt totis viribus ſummaque animi contentione Romani Pontificis ſedem oppugnēt; nulli fuerunt vnquam hoſtes Chriſti atque Eccleſiæ, qui ſimul cum hac ſede bellum non geſſerint. Sola Romana & vniuerſalis Eccleſia Catholica, Romanum Papam, vniuerſalis Eccleſiæ legitimū præſulem, ſummum Chriſti Eccleſiæ gubernatorem, Primum Nauclerum huius Nauiculę Diuinæ, agnouit & venerata eſt.

Vt autem omnia in compendium reuocemus; Quænam eſt uera Chriſti nauicula ex multitudine credentium, in unitatem fidei & doctrinę, & Sacramentorum ſub uno gubernatore Chriſto, & ſub eius in terris Vicario, Romano Pontifice congregata; Vobis iam ad oculum oſtendi; nec aliam eſſe non Lutheranam, non Caluinianam, non Zuinglianam, nō Arrianam, non Polyticam, non quamcumque hæreticorum, ſed Romanam Catholicam & Apoſtolicam Eccleſiam: In hanc ſolam Chriſtus intrauit, in ſolam Petri Nauiculam Chriſtus aſcendit; in hác omnes diſcipulos & omnes credentes adunauit; hanc fidei firmitate & candore doctrinæ ſibi adiunxit, atque Sacramentorum & chariſmatum & gratiæ ſplendore illuſtrauit & ornauit; in hac ſola ſalutem oīum fidelium conſtituit. Quicunque extra hanc domum agnum comederit, (confitetur ore omnium Catholicorum Hieronymus) profanus eſt: Si quis in hác arca Noe non fuerit, peribit regnante diluuio. Nōn noui Vitalem, Meletiū reſpuo; ignoro Paulinum; quicunque tecum, beatiſſime Damáſe, non colligit, ſpargit; id eſt qui Chriſti non eſt, Antichriſti eſt. Addo ego non nouimus Lutherum, Caluinum abhorremus, ignoramus Zuinglium; Politicos & alios hæreſi infectos abominamur. Qui enim cum Romano Pontifice nō colligit, ſpargit; qui ſpargit, Chriſti non eſt; qui Chriſti non eſt, Antichriſti eſt; Ad Antichriſti partes potius, omnes iſtæ hęreticorum Synagogæ ſpectant quam ad Chriſtum. in epiſ ad Damaſū.

ximus Deus? Quam potentiam in eſsentia immenſa continebit? Quid non ſine labore efficiet? Quid non ſine pondere tribus digitis leuiter ſuſtinebit? Qui marium vaſtiſſimos enauigant ſinus, reperiri aiunt in mari piſciculum quendam paruum, quem à detinenda Naue Echeneidem Græci, Latini Remoram appellant: Huic tantam inſitam vim eſse cõtendunt, vt ſi maxime etiam Naui adhæſerit, ipſam licet in medijs fluctibus & turbidis procellis, licet vndarum & ventorum furenti motu agitatam, immobilem penitus ſiſtit: Mille appendant ſi velint in altum vela, perflent ſimul coadunati omnes rabidi venti, Ingruant immenſę aquarum moles, mille etiam nautæ remis ſuis à loco eam nauem mouere nitantur: niſi à Proreta piſciculus iſte capiatur vel diſpellatur, fruſtranei ſunt Nautarum conatus, impotentes ventorum & fluctuum furię, Nauis illa cui remora adhęreſcit immota in perpetuum manebit. Tanta eſt potentia in tam paruo corpore, occultè recluſa. Quid autem opifex omnium maximus Deus? Si ipſe Nauiculæ huic ampliſſimę, Eccleſię videlicet ſuę adſtipulatus fuerit, non ipſam in medijs etiam tempeſtatibus fluctuum immotam conſtituet? Immotam certè: Qui confidunt in Domino; ſicut mons Syon non commouebitur, qui habitat in Ieruſalem; Illi qui in Deum omnes ſpes iactarunt, qui ad ipſum tota animi virtute ſeſe adiunxerunt; illi quib. Deus pręſens eſt, nunquam non immobiles erunt; & ſicut altiſſimus Syonis mons, qui Ieroſolymorum vrbem inhabitat neq; ventorum rabie radicitus euelli, nec imbrium aquis diſſolui, nec fulmine exturbari poterit vnquam, immotus. n. in ſempiternum manebit: ſic ille qui Deum ſibi pręſentem habet, perflent Aquilonares & Auſtrales, & Orientales, & Occidui venti, irruant flumina, montium inſtar aduenjant fluctus, vniuerſi dęmones conſpirent vt illum moueant loco & ſubruant; immobilis manebit: Longè. n. in infinitum potentior eſt Deus quam Remora. Remora ſi eius virtutis eſt, ut Nauim maximam quoq; immotã cõſtituat, quid nõ Deus? Aſcendit hodie in Nauiculã cum diſcipulis ſuis, vt Euangeliſta narrabat; quęnam tempeſtates in mari exortę non ſunt? quinam venti ipſam euertere, qui fluctus illam obruere non ſunt conati? Omnia penitus ad illius ſubmerſionem conſpirarunt; omnes & ab Aquilone, & à Meridie, & ab Occidente & ab Oriente ſuis cauernis exilientes vẽti, ipſam flatu ſuo exſufflare niſi ſunt: Venerunt vndarum volubiles trabes, quę ipſam in ſcopulos illidere, vel ĩ Syrtes, vel Charybdes voraces impellere, & ipſam ſub aquis demergere contendebant: Alluebant fluctuum ingentes moles, quę eam obruere ſumma cum violentia adnitebantur; Motus magnus factus eſt in mari, ita vt nauicula operiretur fluctibus, ita ut diſcipuli timidi animam penè efflarent; At quia in ea dormiebat Chriſtus, quia Deus huic nauiculę adhęſerat, immota perſtitit: Nec fluctuantes montes, nec vndarum trabes, neq; ventorum furor, neq; tempeſtatis motus ingentes, ipſam vel ſubruere, vel etiam loco mouere quibant.

Pſal 124.

Aggrediamur propius controuerſiam poſitam; Quia Deus, & Salua-
tor noſter Chriſtus, & Sanctus ſpiritus perpetuò adhærent Eccleſiæ Ca-
tholicæ Romanæ, illa neq; fluctibus erroris, neq; perſecutionum ſæua tē-
peſtate ſubmergi poteſt: Sed vnde id euincemus, Deum. ſ. & Saluatorem
noſtrum Chriſtum, & Spiritum ſanctum perpetuò adhærere Eccleſię Ca
tholicæ Romanæ? Qua verò conſecutione neceſſarium erit, ſi Deus & Sal
uator, & Spiritus S. adſtat Eccleſiæ, ipſam neq; errorum nec perſecutionū
fluctibus obrui poſſe. Primum, qđ videlicet Deus aſſiſtat Eccleſiæ Roma
næ, qđ Saluator mundi & Spiritus ſanctus adſit naniculæ Petri nemo eſt
qui pernegabit, ſi diuinas pollicitationes Christi, apud Matthęum diſci-
pulis factas, cum ijs, q̃ in Eccleſia Catholica Romana cernere licet, aduer-
Matt. 18. tet. Promiſerat inprimis Chriſtus Apoſtolis ſuis, vbi duo vel tres congre
gati fuerint in nomine meo, illic ſum in medio eorum. Vbi duo vel tres
congregati fuerint, ſed in noīe meo; Non quærit hic Chriſtus conuentum
ſimpliciter, nec in cōgreſſum quemlibet multorum ſe venire dicit; ſed in
congreſſum multorum in noīe Chriſti vnitorum; Vbi duo vel tres cōgre-
gati fuerint in noīe meo: Quid eſt congregati fuerint in noīe meo? Quid
eſt congregati in noīe Chriſti? In nomine Chriſti congregari, nō aliud eſ
ſe dixerim, niſi ex nomine Chriſti vocari; ad nomen Chriſti venerandum
& ſuſpiciendum adunari; ex nomine Chriſti oīa cōſilia meditari & perfi
cere: nomini Chriſti per fidei ſynceræ, per ſpei inconcuſſæ, per charitatis
ardentiſſimæ triplicem funiculum, per Sacramentorum à Chriſto proflue
tium, per gratiæ Diuinæ, per chariſmatum Spiritus S. cōionem connecti.
In nomine Chriſti cōgregari, eſt in vnitate fidei à Chriſto traditæ, in vni
tate doctrinæ à Chriſto p̄dicatæ, in vnitate mandatorum Chriſti, in vnita
te ſpei & vocationis, in vnitate voluntatum & affectionum, in vnitate bo
norum à Chriſto promanantium vniri. In nomine Saluatoris cōgregari,
eſt, vt ex Auguſtino, & Chryſoſtomo elicio, hoc ſentire de Chriſto, qđ de
vnico filio Dei ſentiendum eſt; deinde in virtutis & charitatis opere, &
hoc exactiſſimè ac diligentiſſimè; rurſus in ijs q̃ ſiue ad gaudium ſpiritus,
ſiue ad rōnem ſalutis æternę ſpectant, conſenſione mutua & inſolubili v-
niri. An eiuſcemodi vnio in Eccleſia Catholica ſit nec ne, Orbis vniuerſ⁹
videt & admirat̃, congregationē Eccleſiæ Romanę in noīe Chriſti aduna
tam eſſe: Vis ex noīe Chriſti nos agnoſcere? Nos Catholici, non Simonia-
ni, nō Lutherani, nō Euangelici, non Sacramentarij, non Zuingliani, nō
Caluiniſtæ, ſed Chriſtiani à Chriſto vocamur: Corinthios. n. ſeuere à Pau
lo obiurgatos ſcimus, q hereticorū propriā notā, īducere in Eccleſiā volē-
tes, nōnulli ſe Petrianos, alij Paulianos, reliqui Apollonianos appellabāt,
Quid eſt, inquit, Apollo? Quid vero Paulus? An forte in Pauli aut Petri
noīe baptizati eſtis? Nemo itaq; glorieẗ in hominibus; oīa. n. veſtra ſunt, ſi
ue Paulus, ſiue Apollo, ſiue Cephas, ſiue mundus, ſiue vita, ſiue mors, ſiue
p̄ſentia, ſiue futura, oīa veſtra ſunt; vos aūt Chriſti, Chriſtus aūt Dei: Quā
obrem

obrem nos neq; Petri,neq; Pauli,neq; Clemētis,ſed Chriſti, ſed Chriſtia nos eſſe nos profitemur:hęretici aũt quot authores hęreſũ,tot noméclaturas in grauē Chriſti iniuriã,contra Apoſtoli p̄ceptum aſſumunt.Nos igiť in noīe Chriſti;hęretici aũt nequaq̃ ſub Chriſti,ſed hęreſiarchæ cuiuſpiã noīe adunantur. Ex hoc nominis Chriſtiani titulo,euidens fit,nos ad nomen Chriſti venerandum & ſuſpiciendum, & ad illud de Chriſto ſentiēdũ, qđ de Dei filio naturali & vnigenito ſentiendum eſt congregatos eſſe. Dum.n.nos Chriſtianos eſſe profitemur, Profitemur inprimis Chriſtum Deum Saluatorem & Redemptorem generis humani fore, qui de cœlis ad terras deſcendens, noſtramq; carnem aſſumens, per mortis crucem,nos à poteſtate Satanæ eripuit,& in ſuum Imperium adiunxit. Profitemur poſtmodũ Chriſto Domino oīa & cœleſtia,& terrena,& ſubterrena creata in poſſeſſionē conceſſa eſſe,vt.ſ.in noīe eius omne à Deo effectum genua flectat & caput inclinet; ipſumq; tota mentis deuotione adoret:Profitemur poſtmodũ nos Chriſti ſãguine à ſcelerib.ablutos,Xp̃i lumine ab errorum tenebris illuſtratos, Chriſti gratia adornatos,& Sacramentis perfectos,Chriſti doctrina inſtructos,& in fide confirmatos eſſe: Profitemur & reliqua q̃ in Chriſti nomine congregatos eſſe aliquos teſtãtur:quod.n.Chriſtiani ſumus,Chriſti facta nos imitari,ex p̄ſcripto doctrinæ & p̄ceptorum Chriſti,uitam noſtram inſtituere,virtutes amplecti,exactiſſimè & diligentiſſimè in Chriſtum credere, Chriſto per fidem ſpem & charitatem coniungi,à Chriſto gratiæ Diuinæ portionem per Sacramēta expectare,in oībus quæ ad gaudium ſpirituale,& ad rationem ſalutis à Chriſto prouenientis ſpectant Chriſto conformari,in oībus cogitationibus,conſilijs,dictis,factis,non Petrum, non Paulum ſed Chriſtum nos p̄ nobis ferre teſtamur.Cõſenſio poſtmodum charitatis, q̃ inter nos mutua ſit,illud ſatis declarat,qđ nos mutuis orationibus;amici,inimici ſint? Gręci an Latini vocentur? Africani an Indi denominentur? cõem nr̃m parentem,in communib.ſalutis nr̃æ negotijs,ardentiſſimè iuuamus: Neq; ēt illud vnionis obſcurũ ſignum eſt,vnitas rituum, cęremoniarum Sacrorũ, doctrinæ,& traditionum: Licet.n. Eccleſia per orbem vniuerſum lõgè lateq; diffuſa,ex multis nationũ & linguarũ,& morum populis cõſtet, eoſdē tñ ritus,eaſdē Cerimonias,eadē Sacra,eãdē doctrinam,eaſdē traditiones vbiq; obſeruat:Non alio ritu celebrãt Itali,& alio Braſiliani. Nõ alias Cęremonias hñt Germani,& alias Mexicani. Nõ alia ſacra hñt Occidētales,& alia Oriētales. Nõ alia lingua in Sacris vtunť Romani & alia Septētrionales gētes: Vna lingua & ea nimirũ Latina,Galli,Germani,Hiſpani, Poloni,Angli,Hyberni,Scoti,Dani,Noruegi,Oriētalis & Occidētalis noui Orbis Catholicæ Eccleſiæ ſacrificia peragũt;eadē vna lĩgua laudes decãtant Diuinas; vt ſi qs ēt ab extremo Orbe veniat hõ Chriſtian⁹ eſſe ibi cor vnũ,aīam vnã,& ſpiritũ vnũ intelligat. Quo ad doctrinam attinet,q̃ mirificè oēs Sacri ſcriptores, diuerſi licèt homines fuerint,in locis,tēporibus,

ribus, ac linguis licet diuerſis ſcripſerint, conueniant atq; in vnã fidei veram cocant doctrinam; q̃ admirabili concordia, oĩa legitima Concilia, & Sanctorũ Pontificũ decreta, licet à diuerſis itidẽ hoĩbus, diuerſis itidem locis, temporibus, occaſionibus, & contra diuerſiſſimas, imò ſæpe contrarias hæreſes edita, in omnibus dogmatibus, inter ſe congruant, illud ſane oſtẽdit, quod licet omnia Concilia hæretici euoluerint, nihil tamen vel à veritate fidei abſonum, vel ad inuicem pugnans, vel quod reprehendi poſſit repererint: Omnes. n. omnium temporum Catholici, idem dixerũt & dicunt; idem ſenſerunt & ſentiunt; ſapuerunt idem & idem ſapiunt:
Rom. 15. memores illius qđ Paulus Chriſtiani nominis cultoribus Romanis precabatur Deus patientię & ſolatij, det vobis idipſum ſapere in alterutrum, ſecundum IESVM Chriſtum, vt vnanimes vno ore honorificetis Deum & Patrem Domini noſtri IESV Chriſti. Quænam verò hæreticorum inter ſe conſenſio doctrinæ (vt ab ea incipiam) atque dogmatum ſit, ſi aliundè cognoſcere non poſſemus, illud vnum abundè ꝓclamat, illos maximè inter ſe diſcordes eſſe, qđ vix vna hæreſis ex improbo alicuius cerebro pul-
Lib. 1. c. 21 & 5. lulauerit, quin ſtatim in multas diuidatur. Irenęus, hęreſim Simonis primi hęreſiarchæ mox vt nata eſt, in Menandrianorum, Baſilidianorum, Saturnianorum, docet eſſe diuiſam: Idem de Valentinianis memoriæ prodidit, quod cum eſſent plurimi, vix duo, aut tres, inter ſe conueniebant in
Lib. 1. de bapt. c. 6. omnib⁹ dogmatibus. De Donatiſtis ſcribit Auguſtinus illorum hæreſim in multa minutiſſima fruſta ſuo tẽpore conciſam fuiſſe. Marcionitas mox
Li. 1 cõt. hæreſ. li. 2. tom. 1 diuiſos fuiſſe, & inde natos Lucianiſtas, Apellianos & Seuerianos docet Epiphanius. Montaniſtas diuiſos eſſe in Pepuzianos, Artotyritas, Phrygaſtas, idem Epiphanius oſtendit: Et vt de veteribus alijs ſileam, noſtro tẽpore conſtat, ex Federico Staphylo, Lutheranos vixdum natos, in Anabaptiſtas, Confeſſioniſtas, & Sacramentarios, & rurſum in alias atque alias
in libel de Cõcordia diſcipulorũ Lutheri. vſq; ad 34. ſectas, & hoc quidem tempore Staphyli diuiſos eſſe, nunc autem ab vno Luthero pluſquam 150. diuerſas inter ſe prodeuntes numerare non difficile eſt: Quam ſecum ipſimet authores librorum & nouorũ dogmatum pugnent, Ioannes Cochleus prodidit, qui 36. varias vnius Lutheri de communione ſub vtraque ſpecie, ſententias collegit: Confeſſio-
In ſeptici pite. nem Auguſtanam quam omnes pro ſacroſancta habent, ita ipſi mutarũt, & variè ediderunt, vt ipſi neſciant quæ vera Cõfeſſio Auguſtana ſit. Cen-
In pręfat. 5. Cent. turiatores de reliquis hæreſum miniſtris reliquerunt; Etſi ſunt, inquiunt, aliqui adhuc Doctores Eccleſiæ Dei (dæmonis Eccleſiam habent loco Eccleſiæ Dei) in varijs locis diſperſi, tamen ij non tantum à filijs huius ſęculi, quibus hoc ſolenne eſt, ſed etiam à proprijs ſynergis & confratribus irridentur, moleſtantur & affliguntur, debilitantur & frangũtur, dum eos Stoicos & ſeditioſos proclamant; dum ſeditionis & hæreſum crimina eis impingunt. Anabaptiſtæ Lutheranos, & Zuinglianos, Zuinglianos Lutherani, Caluiniſtæ Lutheranos; licèt omnes ab eodem Luthero proceſſe-

rint

rint pro hæreticis habent. Vvigandus, Georgium Maiorem, turbatorem Iſraelis, tetrorumque errorum ſeminatorem appellat: Rigidi Lutherani, Vvigandum, Heshuſium, Illyricum pro Manichæis æſtimát, dogmataq; eorum ſpectra Pelagiana vocant. Saxones in Synodo Dreſdenſi quam de perſona Chriſti ſententiam tulerant, illam à ſe iam dánatam anno 1580. in libro Concordiæ publicè receperunt. Alias eorum cótradictiones, nec tempus, nec locus recenſere permittit: Tot ſiquidē ſunt vt non vnius horæ, ſed plurium dierum conciones requirant: Veriſſimè. n. à Tertulliano de hæreticis ſcriptū eſt, quod etiam à regulis ipſi ſuis variant inter ſe; dū ſuo proinde moderatur vnuſquiſque arbitrio quæ accepit, quemadmodū de arbitrio ſuo ea compoſuit ille, qui tradidit: Cum autem hęretici inter ſe non de leuiſſimis, neq; ad fidem nihil ſpectantibus, ſed de grauiſſimis rebus, iiſque fidei capitibus digladientur, qui fieri poteſt inter eos vnitas Sacramentorum, cæremoniarum, & rituum? quomodo in eis vnitas fidei conſiſtet? vnitas fidei, vt ait Auguſtinus, ex vnitate doctrinæ gignitur, nutritur, & conſeruatur: vnitas Sacrorum ex vnitate fidei dependet: hæretici non vnam doctrinam amplectuntur, nullam fidem igitur habere poſſunt: ex nulla fide, nulla Sacramenta; ex nullis Sacramentis, nullos ritus, nullas cæremonias, nulla ſacra; ex nullis Sacris, nullā Dei laudem; ex nulla Dei laude, Atheiſmum conſequi neceſſe eſt: Et iſti qui Atheiſtę ſunt, in nomine Chriſti congregabūtur? Qui Antichriſti ſunt, Chriſtiani eſſe poterunt? Qui Chriſtianum abominantur nomen, Chriſtum ſuſpicient? venerabuntur? de eo ſanctam eamq; Diuinā cogitationem habebunt? iuxta Chriſti præſcriptum, vitam omnem, conſilia, dicta, facta, omnia inſtituēt? virtutem amplectentur? ea quæ ſunt ſalutoſa Chriſto prouenientis medicabuntur? Illi qui in Deum oīa flagitia ſua reijciunt; qui omnia iuſti opera peccata eſſe indicant; qui erroneas habere conſcientias & quouis ſcelere contaminatas dignum Chriſti corpore eſſe putant; qui nullum aliud præter infidelitatis crimen agnoſcunt; qui Sacramentorum vim deridēt; qui Sacrū Chriſti corpus pedibus conculcant; iſti tales & tā ſceleſti Chriſto coniungentur? in Chriſti nomine congregabuntur? Qui contra Chriſtum atrocia mouent bella, in Chriſti nomine cógregabuntur? Qui quod Chriſtus collegit, ſpargunt; qui a Chriſto nefarijs ſe actibus ſeparant, in Chriſti nomine congregabuntur? Quæ conuentio lucis ad Belial? Chriſti ad tenebras? Chriſtus odit Antichriſtū. Chriſtus abominatur impios; hæretici omnes ſunt impij; hæretici vel ſunt Antichriſti, vel Antichriſto viā parant: quomodo adinuicem vniri poterunt? quomodo Antichriſtiani in nomine Chriſti congregabuntur? Soli ergo Catholicę Eccleſiæ Romanæ filij, in nomine Chriſti congregantur.

Lib. de pſcript.

Quod ſi vbi duo vel tres congregati fuerint in nomine meo, ait Chriſtus, ibi in medio eorum ſum: quid de tanta tamque innumera multitudine credentium cēſendum eſt? quam quod proculdubio, Chriſtus ibi erit?

In

In tot millibus Sāctorum Martyrum, in tot cętibus infinitis Confeſſorū, in tot choris Sanctiſſimarum Virginum, in mille millibus electorū, puerorum, iuuenum, coniugatorum, viduarum, ſenum, qui per mille & amplius prope ſexcētos annos, ſemper, & in omnibus Orbis partibus, in Eccleſia Catholica Romana, aduerſarijs etiam non pernegantibus, ſanctitatis nomen illuſtre poſt ſe reliquerunt: apud tātam, tam præclaram matrē, quæ tot & tantos filios Chriſto procreauit, abſq; omni controuerſia, Chriſtus in medio perſiſtet: Abſque Chriſto & Spiritu ſancto aſſiſtente nemo pōt dicere Ieſus: ſi in Eccleſia catholica Romana Chriſtus non eſſet, quomodo Petrus & Paulus, & alij Apoſtoli; Clemens, Cletus, Laurētius, Vincentius, Ignatius, Petrus martyr; Catherina, Barbara, Roffenſis, & tanti exercitus martyrum ab Eccleſia progenitorum; Chriſti nomen dicere, pro que eius gloria ſanguinem fundere potuiſſent? Abſque Chriſto & Spiritu ſancto præſente, non ſumus ſufficientes cogitare aliquid à nobis; ne dicam facere aliquid à nobis: quomodo in Eccleſia catholica Romana tot Silueſtri, Ambroſij, Gregorij, Ambroſij, Auguſtini, Leones, Martini, Nicolai, Bernardi, Dominici, Hyacinthi, Frāciſci, Aquinates, Bonauenturę, Antonini, Benedicti, & alij infiniti qui pleni bonorū operum in Chriſto, illuſtriſſimos ſeſe orbi vniuerſo præſtiterunt; quomodo inquā iſti in Eccleſia catholica Romana ſanctis cogitationibus & operationibus fęcūdi eſſe potuerunt, ſi Chriſtus in Eccleſia catholica non eſt? Abſque Diuina ope adſtante nullus hominum vel quodlibet minimum miraculum efficere? Nemo.n. hæc ſigna poteſt facere quæ tu facis, niſi fuerit Deus cū eo, aiebat Nicodemus Chriſto: Reuoluite nunc mihi annales veterum, reducite in memoriam omnes Apoſtolos, diſcipulos omnes Chriſti, Lazaros, Maximinos, Stephanos, Lōginos, milites illos in exercitu M. Antonini, Thaumaturgos, Antonios, Hilariones, Martinos, Nicolaos, Abraamos, Agapetos, Ioānes, Auguſtinos, Oſualdos, Tharaſios, Sebaſtianos, Romualdos, Vēceslaos, Dunſtanos, Eduardos, Anſelmos, Bernardos, Malachias, Dominicos, Catherinas, Tolentinates, Vincentios, Franciſcos Paulanos, Xauerios, atq; alios innumeros miraculorum Opifices, qui omni ſæculo, omnibus ferè in locis fidem Chriſti, & ſanctitatem ſuam miraculis obſignarunt: Proſpicite & noſtram fœliciſſimam hac in parte ætatem, quibuſnam Didacis, Beltrandis, miraculorū patratoribus non reſplendeat? Percurrite vniuerſi orbis noſtri Occidentalis & Septentrionalis angulos, videte quæ Hyacinthus ſanctiſſimus ille D. Dominici olim diſcipulus efficiat? Videbitis, quod in Hiſpanijs marium inundationes & fluctus immēſos ex Hiſpali depellat: Mediolani incurabiles febres ſanet: Bononię claudos in pedes erigat; cæcis reſtituat viſum; mortuis inſuper reſtituat vitā; Venetijs à naufragio plurimos ereptos vel naues lumine coruſco illuſtret, vel ſup aquas ſicco pede deducat: Patauij, Mantuæ, Veronæ, Brixiæ, Cremonæ, Genuæ, Florentiæ, Senis, Romæ, Neapoli, apud Ligures, Longobar-

gobardos, Venetos, Foroiulienſes, Hethruſcos, Romanos, Marchianos, Apulienſes, Calabros, Siculos, & Pedemontanos, ſiue contractos, ſiue paralyticos, hydropicos, lunęobnoxios, febricitãtes, colica paſſione affectos, diuerſis vexatos morbis, miraculosè ſanitati reſtituat. Apud Polonos ſuos, apud Granatenſes, Luſitanos, Hiſpanos vniuerſos mirandis prodigijs fulget. Si Chriſtus in Eccleſia Catholica Romana non eſt, quomodo admirandi & potentiſſimi miraculorum effectores, in Eccleſia Romana tot ſtupenda operantur? Nemo poteſt eſſe continens, niſi Deus dederit, & ei ſua præſentia fomitẽ & ardorẽ carnis reſtinxerit. Si Chriſtus in Eccleſia catholica Romana non eſſet, quomodo in Eccleſia catholica Romana, tot virginum chori reperirentur, quæ virginitatis illibatum florem, ſanguine ſuo immaculato reſperſerunt? & pro Imperatorum thoris, equuleos, laminas ardentes, gladios, cruces, & igneos rogos elegerũt? Deus ipſe eſt qui operatur in nobis velle & perficere: non eſt hominis via eius, nec viri vt dirigat greſſus ſuos. Si Chriſtus in Eccleſia catholica Romana non eſſet, non tot myriadas ſanctorum & electorum omniũ, in bonis operibus piè & catholicè obdormientium, in Eccleſia catholica Romana reperiri liceret: Confeſſum eſt ab ipſis Hæreticis, eos quia Dei præſentia deſtituti ſunt, indies fieri deteriores, magis auaros, vindictæ magis cupidos, magis ab omni miſericordia remotos, magis immodeſtos, & indiſciplinatos, deteriores quàm fuerint in Papatu: Ieiunij enim loco commeſſationibus & perpotationibus vacant; vbi pauperibus benignè facere oportebat, eos deglutiunt & excoriant; precationes vertunt in iuramẽta, blaſphemias & Diuini nominis execrationes, idq; tã perditè, vt Chriſtus ne ab ipſis quidem Turcis hodie tantopere blaſphemetur: Demum pro humilitate regnat paſſim ſuperbia, faſtus, elatio, atq; hoc vniuerſum vitæ genus ab illis Euangelicum dicitur inſtitutum. Cur in peius hæretici ruant? cauſa eſt, Dei præſentia ab eis ablata: cur nullum in Sanctorũ cathalogum recenſere poſſint? cauſa eſt, Dei præſentia ab eis ablata. Quia igitur Eccleſia catholica Romana in nomine Chriſti cõgregata eſt, in medio Eccleſiæ catholicæ Romanæ Chriſtus præſens exiſtit: Hanc ſuam inuiſibilem præſentiam promittebat alibi Chriſtus Eccleſiæ ſuæ; Ecce, inquit, ego vobiſcum ſum omnibus diebus, vſque ad conſummationem ſæculi: Non ad eos tãtummodo loquitur Chriſtus, aduertit Chryſoſtomus, ſed per eos ad vniuerſam prorſus Eccleſiam: Ad vniuerſam prorſus, ait, non ſingularem aliquam, non in partes diuiſam, non ab vniuerſali diſiunctam, non ad Lutheranam, non ad Caluinianam, ſed ad vniuerſam prorſus, ad vniuerſalem & catholicam Eccleſiam. Nec tantum ipſe ſe, ſed etiã Spiritum ſanctum affuturũ Eccleſiæ promittit: Dum.n. poſt reſurrectionem ſuam, diſcipulos in vnum omnes collegiſſet, in montẽ illum ex quo ad Patrẽ aſcenſurus eſſet, præcepit eis ne diſcederent ab Ieroſolymis, ſed expectarent promiſſionem Patris; quam, inquit, audiſtis per os meum.

Luther. ſuper Euan. Dñicæ 1. Aduent. Smidelin' ſuper 21. c. Lucæ.

Matth. 28

Hom. 15. in Matth.

Act. 1.

Quam

Quam promiſſionem compleuerit necne, teſtis eſt fœliciſſimus Pentecoſtes dies, quo erant omnes fideles pariter in eodem loco congregati, quando factus eſt repente de cœlo ſonus, tanquam aduenientis ſpiritus vehementis, & repleuit totam domum vbi erant ſedentes: Et apparuerunt illis diſpertitæ linguæ, tanquam ignis, ſeditque ſupra ſingulos eorũ; & repleti ſunt omnes Spiritu ſancto, & cęperũt loqui varijs linguis, prout Spiritus ſanctus dabat eloqui illis. Quid? aliquis dicet, Spiritus S. venit tantum in diſcipulos Chriſti, & ſuper ſingulos eorum manſit, & tu ad vniuerſam illum Eccleſiam pertrahis? Nequaquam tantum in duodecim Apoſtolos, ſed & in omnes credentes: Hoc. n. vaticinatus eſt Deus per Ioelem; Erit, inquit, in diebus illis, effundam de Spiritu meo ſuper oẽm, non ſuper aliquam tãtum, carnem credentem, & prophetabunt filij veſtri, & filiæ veſtrę, & iuuenes veſtri viſiones videbũt, & ſenes veſtri ſomnia ſomniabunt. Hinc effectum eſt, vt dum Petrus prædicaret gentibus, vel Apoſtoli imponebant manus credentibus, cadebat Spiritus ſanctus ſuper eos qui audiebant verbum, vel accipiebant Spiritum ſanctum ij qui manibus cõtingerentur diſcipulorum; ita vt obſtupeſcerent ex circumciſione fideles qui venerant cum Petro, quia & in nationes gratia Spiritus ſancti effuſa eſt: Sed quid ego moror? cum Paulus apertè, Romanæ Eccleſiæ Filium & Spiritum ſanctum aſſiſtentem dicat? Hæreticis! Sed audite quid Romanis fidelibus ſcribat; Iuſtificati, ait, ex fide, pacẽ habeamus ad Deũ per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, per quem habemus acceſſum per fidem in gratiã iſtam, in qua ſtamus, & gloriamur in ſpe filiorũ Dei. & poſt pauca; Charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris, per Spiritum ſanctum qui datus eſt nobis. Quid clarius? vocati eſtis per Ieſum, per Ieſum habetis acceſſum in gratiam vocationis; per Ieſum ſperatis gloriam filiorum Dei; ecce Filij Dei Saluatoris noſtri aſſiſtentia; Charitas Dei diffuſa eſt per Spiritum ſanctum qui datus eſt nobis; ecce Spiritus ſancti aſſiſtentia. Quod ſi verum vt verum eſt, quod Saluator omnibus promiſit, Si quis diligit me, & ſermonem meum ſeruabit, ad eum veniemus, Pater, ſcilicet, & ego & Spiritus S. & manſionem apud eum faciemus: Catholica autem Romana Eccleſia infinitis argumentis dilectionem ſuam erga Chriſtum demonſtrauit, Sanguine deinde quem abundè pro nomine Ieſu ſparſit, ſummam dilectionem ſuam oſtendit. Ad Catholicam non hæreticam (vt ipſi hęretici confitentur, dicentes, Ad ſe nihil Decalogũ pertinere) ſemper ſpectauit ſeruare Chriſti ſermones, Chriſti conſilia, & Chriſti præcepta. Quid? non ſeruabit promiſſa Eccleſiæ Chriſtus? Ad eũ qui ardentiſſimo eius amore flagrat, qui ob pręcepta & conſilia eius, ſuam &̃ animam in mortem deponit; Chriſtus non veniet? Trinitas apud eũ non manebit? Venit profectò & manſit; nunquam ab Eccleſia Romana diuulſus eſt; ſemper Sanctiſſima Trinitas quam vno ore laudamus & benedicimus nos, apud nos perſiſtit; Suam hanc apud Eccleſiam Romanã, pręſentiam

Ioel. 2.

Rom. 5.

ſentiam Deus, miraculis ſtupendis & martyrum, Confeſſorum, Prophetarum, Virginum, & innumerabilium ſanctorum choris declarauit. Deus non eſt Deus diſſenſionis hæreticorum; ſed pacis & vnitatis Catholicorum: Deus charitas eſt, & qui manet in charitate, vt Eccleſia Romana, in Deo manet & Deus in eo: Sancta ergo Trinitas vnus Deus, cum Eccleſię catholicæ Romanæ, & nulli alteri pręter ipſam adſiſtere dignetur, cum in nullam aliam, præter ipſam, largiſſimos gratiæ fontes continenter effundat, ipſam illuminet ſplendentiſſima veritatis luce ei loquatur ad aures; demonſtret ei & doceat ipſam omnem veritatem; poſſibile erit ipſam fluctibus errorum obrui? credibile eſt ipſam in aliquē impingere errorem? Qui oculos ad fulgentiſſimum lumen ſolis in ſempiternum apertos habent, tenebris nunquam offundātur neceſſe eſt: quæ oculos mentis ad ſolem immenſi ſplendoris Deum ſemper conuertit, cui lumen hoc rutilantiſſimum nunquam occidit, non aliqua nebula falſitatis vel mendacij obtegitur, mendaciorum vel hæreſum tenebris inuoluetur? Inſanæ mentis commenta eorum hæc ſunt, qui dixerunt, Eccleſiam viſibilem poſſe errare: Sceleſtam mēdaciorum notam irrogant Deo: Deus, ait, ego vobiſcum ſum vſque ad conſummationem ſęculi, Sed ad quid? Dum vobiſcum ero, dabo vobis os & ſapientiam, cui nō poterunt reſiſtere, omnes aduerſarij veſtri: Si Eccleſia cui Chriſtus aſſiſtit, in errores impingit, Deoq aſſiſtit permouēte, (ò blaſphemiam, ò ſcelus nefandum) in errores impingit: Domine, ſi error eſt (ſemper poſſemus dicere cum Richardo) quod credim⁹, à te decepti ſumus, iſta.n.nos tu docuiſti; iſta in nobis ijs ſignis & prodigijs confirmata ſunt, quæ nonniſi à te fieri potuerunt: Chriſtus promittēs vniuerſæ Eccleſię Spiritum ſanctum aiebat. Rogabo Patrem meum, & alium Paracletum dabit vobis, vt maneat vobiſcum in æternum, Spiritum veritatis quem non poteſt mundus accipere; ille igitur cum venerit docebit vos omnia, & ſuggeret vobis omnia quęcunque dixero vobis: ille cum venerit docebit vos omnem veritatem: Non enim loquetur à ſemetipſo, ſed quęcunque audiet, loquetur, & quę ventura ſunt, annunciabit vobis: Si igitur Eccleſia Romana, errores vel mendacia quandoque amplecteretur, Spiritus veritatis, qui eā inſtruit, ſpiritus eſſet, (ò blaſphemiam ò ſcelus nefandum) erroris & falſitatis: Chriſtus promiſit Petro dum rogauit pro eo, Ego, ait, rogaui pro te, ne deficiat fides tua: fides, inquam illa, quādo conuerſus confirmabis fratres tuos; Si aliquo erroris næuo quandoq; infecta eſt Eccleſia Petri Romana, defecit fides eius; Chriſtus in vanum, (quod quam abſurdum ſit iudicate) oraſſet: Adde quod Paulus Epheſijs de Eccleſia teſtatur, quod Chriſtus aſcendens in altum, dedit dona hominibus, Sed quæ dona? Dedit quoſdam, ait, Apoſtolos, quoſdam autē Prophetas, alios autem Paſtores & Doctores, ad conſummationem Sāctorū, in opus miniſterij, in ædificationem corporis Chriſti; Sed in quo hæc Sanctorum conſummatio, in quo ædificatio corporis Chriſti ſita eſt? quod eſt opus

Lib. 1 de Trini. c. 2.

Ioan. 14. & 16.

Ephe. c. 4.

opus Apoſtolorum & Euangeliſtarum & Prophetarum, & Paſtorum, & Doctorum miniſterij? Doctrinam veram, ſolidam, populis annunciare, vt iam non ſimus paruuli fluctuantes, nec circumferamur omni vento doctrinæ in nequitia hominum, in aſtutia ad circumuentionem erroris, veritatem autem facientes in charitate, creſcamus in illo per omnia qui eſt Chriſtus: Sed quouſq; tandē hęc informatio veritatis manebit? Quouſq; Doctores & paſtores & Prophetas habebimus? Donec, ait, occurramus oēs in vnitatem fidei & agnitionis filij Dei, in virum perfectum, in menſurā ætatis plenitudinis Chriſti: At vbi, niſi in Eccleſia Catholica Romana Paſtores & Doctores ſanctitate vitæ & doctrinæ illuſtres reperiuntur? vbi Paſtores, niſi in Eccleſia eius cui commiſſum eſt, Paſce oues meas? vbi Doctores niſi vbi Spiritus ſanctus, vbi Saluator noſter, vbi tota Trinitas inſtruit in omnē veritatem? In Eccleſia catholica Romana Dionyſius ille Areopagita, Iuſtinus, Irenæus, Origenes, Cyprianus, Nazianzenus, Auguſtinus, Ambroſius, Gregorius, Hieronymus, & alia ſplendidiſſima antiqua lumina. In Eccleſia catholica Romana, (ad poſteriora ſæcula venio) Rupertus, Bernardus, Innocentius, Dominicus, Thomas Aquinas, Bonauentura, Hugo & Richardus Victores, & alij innumeri vetuſtæ doctrinæ obſeruatores ſolertiſſimi: In Eccleſia Romana Oecumenica Concilia Nicęnum, Epheſinum, Chalcedonenſe, Conſtantinopolitanum, Florentinum, Lateranenſe, & quod non ita pridem actum eſt Tridentinum; & infinita alia mira orbis vniuerſi conſenſione celebrata ſunt: neceſſaria cōſecutione ſequatur neceſſe eſt, vt in Eccleſia catholica Romana, ad quā erudiendam tot Concilia vniuerſi orbis & omnium ſæculorum Patres, Doctores, Paſtores, Euangeliſtę, Prophetę, Apoſtoli, Martyres conuenerunt, pro cuius fide Chriſtus adhuc in terris agens orauit, cui Spiritum ſanctum demiſit, à qua ipſe ſuam ſpiritualem pręſentiam non ſubtraxit, ad quam illuminandam & inſtruendam ſanctiſſima Trinitas venit & apud eam manſit, vt ea nullis errorum phanaticorum fluctibus obruatur, nulla ignorantiæ obuoluatur caligine, non fluctuet vt hæreticorum paruulæ cymbæ, nullo circumferatur vento vt hęreticorum triremes falſę doctrinæ; ſed immobilis in ea quam ſemel amplexa eſt fide permaneat: Si enim Remora paruulus piſciculus immotam reddit ingētem nauem, quid non omnes Sancti? quid nō ipſe Deus Eccleſię adhęrens Romanę ipſam
Iere. 18. in doctrina veritatis immobilē ſtatuet? Perijt lex, vt prędicebat Ieremias, à Sacerdotibus legis, Perijt verbum à Prophetis Moſaicis, perijt conſiliū à Sapientibus ſæculi: Perijt veritas ab hęreticis, & mendacijs innumeris obſcurata, atque in multas à ſe diuiſa partes paulatim in profanos errores commutata & contaminata eſt: A ſola Eccleſia catholica Romana nō perijt: Irruebant in eam tot fluctus errorum, eam omnibus temporibus ſubuertere nitebantur, immobilis illa perſtitit; nunquam vel hac vel illa hęreſis parte fluctuauit; vnanimem veritatem quam à Spiritu ſancto &

lor

Saluatore noſtro accepit,retinuit; multiforme mēdacium abominata eſt. Ingruebat aliquis fluctus erroris, qui vel naturas, vel perſonam in Chriſto polluere conabatur. Immobilis illa perſtitit; Chriſtū eſſe verum Deū & hoīem,ex duab.naturis in vna ſubſiſtentē perſona aſſeuerans.Imminebat alius,qui hominem è ſtatu libero deijciens, omnia in Deum referenda eſſe hominis, ēt facinora cenſebat. Immobilis illa perſtitit: hominem in manu arbitrij ſui poſitum ſtatuens. Irruebat aliquis alius qui vel gloriam beatorum,vel ſtatum & gradus Eccleſiæ membrorum, vel Sacramētorū vim,vel meritorum iuſta præmia,vel aliquid ad fidē pertinens, violate tentabat.Immobilis illa perſtitit; veritatem ſinceram & uniformem quam è fonte Sacræ Scripturæ,quā ex papillis ſuis virgineis, quam ex ore melleo & lacteo Saluatoris exuxit, quam à Sanctis Patribus, à Concilijs, à docente omnem veritatem Sancto ſpiritu,à Sanctiſſima Trinitate & in diuidua vnitate Diuina percepit,inuiolatam retinuit:ptius ſanguinē profundere, vitam omnem prius quàm veritatem amittere promptiſſima; prius lucis iſtius terrenę quā indeficientis illius ſuauiſſimæ ueritatis uſuram relinquere paſſa. Adde quod Lutherus ipſe Eccleſiæ accerrimus hoſtis,notam dignoſcendi erroris certiſſimā tradens aiebat; Mendacia, inquit, certius dignoſcere non potes, niſi quando ſibimetipſis contraria ſunt; A Deo enim ita ordinatum eſt, ut impij ſemper ſeipſos confundāt, & quod mendacia non conſonent, ſed ſemper contra ſemetipſa teſtētur. At ubi maior contradictio dogmatum,ut iam monſtraui, quàm inter hæreticos? ubi uerò maior conſenſio doctrinæ, quàm inter Eccleſiæ Catholicæ Romanæ filios? erroribus igitur hęretici referti; Filij autem Eccleſiæ Romanæ,ab erroribus liberi ſint oportet:cęca ignorantię & hęreſum caligine Synagoga hęreticorum repleta; Eccleſia autem Romana luce ueritatis fulgentiſſima illuſtrata ſit oportet. Hunc morem habent heretici, ut aduerterat Epiphanius, quoties uno uerbo pietatem contempſerint, & à uia ueritatis aberrauerint, in multos & uarios errores labi: uniformis enim res ueritas, mendacium autem in uaria diſtrahitur. Et Nicephorus in ſua Eccleſiaſtica hiſtoria dum quaſdā recenſebat hæreſes, aiebat, Deū nequaquam diu ferre hęreticos. Nam adulterina dogmata quę paulatim emicuerant, ait, breui ſunt extincta: ita à ſeipſis inter ſe abolita, cum alij ſuper alios nouis rebus ſtuderent, atque inter ſe conflictarentur, non aliter quam fluctuum commotiones inſurgentes ſubinde atque decidentes in uarias multipliceſque abeſit formas, & poſtremò ut nihil appareat eorum euaneſcunt. Contrà, ueritatis ipſius cauſa, tum incrementa ſua capiebat, magiſque indies augebatur, acceſſionem quandam & robur certū ex hereticorum inſultu ſumens. Semper.n.ſibi conſtāt Eccleſię Catholicę ſplendor & ſtatus, & grauitas eius, modeſtia, libertas, Diuinus uitę morumque diuerſorum ordo, doctrinę ſynceritas apud Gręcos & Barbaros, mirificè relucere cernebatur. Quod ſi & ad hęc noſtra infœlicia tem-

Lib. de votis monaſticis.

In cōfut. ſynodi falſo 7. appellata eſt. Act. 6. ſecundæ cęnæ ſyno. Lib. 4. c. 5.

pora oculos vertas, videbis tantum nauiculas hæreticorũ ſubmergi, quantum Nauim Petri immobilem & ſaluam conſiſtere: Subruta eſt Lutheranorum nauis in Anglia; Anglocaluiniſtarum nauis, ſubmerſa eſt Geneuę: Geneuenſis Vvittembergæ mille diſcrimina patitur. Vvittembergenſis, in quas nõ diſcinditur partes? quot naufragia vbiq; nõ patitur? in quantis vorticibus non penitus abſorbetur? Sola Petri Nauicula Romana, tot fluctibus primum Phariſæorum, poſt Gentilium philoſophorum, poſtmodũ variorum hæreticorum, in ipſius perniciem cõfluentium impetita, immota, forma ſplendidiſſima Dei & Sanctorum præſentia fulta permanſit. Irriſiones Iudæorum contempſit; Philoſophorum vana commẽta calcauit; hęreticorum impia dogmata flammis inferni deuouit; errorum fluctus di-
1. Tim 3. ſpulit. Sola enim vt Paulus de ea dixit, eſt Eccleſia Dei viui, columna, & firmamentum veritatis.

Sed anteq̃ benignam ad alteram propoſitionis partem mihi præbeatis aurem, coronidis loco à Tertio Helia omniũ noſtri tẽporis hæreſum Pa-
Lib. cont Anabapt. tre, acerbiſſimoq; Eccleſię Romanę hoſte, de Eccleſia Catholica Romana teſtimonium pręclariſſimum audite. Nos, inquit, fatemur ſub Papatu plurimũ eſſe boni Chriſtiani, imò oẽ bonum Chriſtianũ, atq; illinc ẽt ad nos deueniſſe. Quippe fatemur in Papatu, verã eſſe Scripturam ſacrã, verum baptiſmũ, verũ Sacramentum altaris, veras claues ad remiſſionẽ peccatorum, verũ prędicandi officium, verũ Catechiſmũ; vt ſunt, oratio Dñica, decem pręcepta, articuli fidei. Dico inſuper ſub Papatu verã Chriſtianitatẽ, imò verũ Chriſtianitatis nucleum eſſe. Si in Papatu, vt ait Lutherus, vera eſt Scriptura, vera fides, vera omnia; quomodo, ò ſectatores Lutheri Eccleſiã Catholicã à veritate aberraſſe dicitis? Si in Papatu verũ eſſe nucleũ Chriſtianitatis Quint⁹ veſter Euãgeliſta aſſeruit, ad quẽ modũ Eccleſia Romana de falſitate arguitur? Si in Papatu veri ſunt articuli fidei, qũo Eccleſia à fide deſciuit? Si Eccleſia, vt Paulus ait, eſt columna & firmamentum veritatis, qũo mendaciorum ventis cõmoueri poterit? Motus igitur magnus errorũ factus eſt in mari huius mũdi, nauicula tñ Chriſti, cousque operta fluctibus errorum non eſt. Alterum quia conſpicuum eſt breuiter expedio. Cuique.n. ad oculum patet, Eccleſiam tot periculis, tantis tribulationibus vexatam ſanguineis etiam martyrum vndis oblitam; inuictam couſq; perſtitiſſe. Venerunt flumina, flauerũt venti, portæ ẽt inferni patefactę, dęmones ad eam obruendã emiſerunt. Surrexerunt furentes Sauli, Rabie ardentes Agrippæ; Aſcalonitæ; Herodes, in eam paruulã concitati ſunt. Spirabant nõniſi minas & cędes vniuerſi Phariſæi, vt eam adhuc in infantiæ ſuæ cunis iacentem, & inde in orbe enaſcentem ſupprimerẽt. In orbe illã enaſcentẽ, quãti Nerones, Diocletiani, Maximini, Iuliani, Decij, & alij tiranni crudeles, oppugnare aggreſſi erãt? quanta tormenta, quantas cruces, ignes, fornaces, feras, beſtias, gladios, in eam intenderunt? quibus artibus, quibus machinis ipſam abolere non tentarunt?

tarunt? Sed quãtò magis impugnabatur, tãtò clarior reddebatur, & in tã tum eouſq; excreuit pulchritudinem, quantã oculis vniuerſus conſpicit orbis. Filij.n.huius nouæ Rachelis, quantò magis opprimuntur, eò magis creſcunt: Vinea iſta noua, ad inſtar vineæ terreſtris, quæ dum iugatur, erigitur, & reciſa, non minuitur, ſed augetur: ita hæc Eccleſiaſtica vinea. dũ ligatur, exultur; dum humiliatur, attollitur; dum reciditur, coronatur: dũ perſequitur, floret; dum opprimitur, creſcit; dũ contemnitur, proficit; dũ læditur, vincit; dum arguitur, intelligit; tunc ſtat cum cadere videt: perſecutionibus inflammatur & ardet, hic noui Moyſi rubus; verum loquente in illo Dño non deperit, neque conſumitur. Et Græcam quidem philoſophiam, ait Clemens Alexandrinus, ſi quis magiſtratus prohibuerit, ea ſtatim perit; noſtram autem doctrinam à prima vſque prædicatione prohibent ſimul & Reges & Tyranni, & ſinguli duces & magiſtratus, cũ vniuerſis ſatellitibus, & innumerabilibus ẽt hominibus, in nos belligerãtes, & nos pro viribus exſcindere conantes; illa autem magis ẽt floret. In principio, addo ex Chryſoſtomo, & vt dicam in cunabulis Eccleſiæ Reges fuere impij, Duces inſani, populus ſeditioni deditus; Et edicta iudicum vbique dabantur, aræ incẽdebantur dæmonibus, fumus & odor peſſimus ipſum maculabat aerẽ, terra inquinabatur ſanguine, dęmones debacchabãtur, diabolus dominabatur, pater abdicabat filium; filius inhonorabat patrẽ; Natura quidẽ ſcindebatur, ſed pietas non diuidebatur: vbi nunc ſunt qui audebãt Eccleſiæ contraire? Qñ nouella erat, in nullo potuit lædi: & nunc qñ vſque ad cœlum peruenit, exiſtimas eam poſſe ſuperari? Et tunc quidem cum vndecim Apoſtoli eſſent, nullus eos ſuperare potuit, ſed pauci homines totum ceperunt orbem; & nunc quando terra & mare & orbis terrarũ & inhabitabiles antea regiones, & ciuitates, & oẽs fines terræ pietate repleti ſunt, putas eam te poſſe lædere? Nõ poteris: Chriſtus.n.pp eam paſſus eſt, portæ inferi non præualebunt aduerſus eam. Facilius cœlum exterminari poteſt, & terra perire, quàm aliquid mali pati Eccleſia. Quis eſt qui hęc dicit? Ipſe Chriſtus loquitur; Cœlum & terra tranſibunt, verba autem mea non pręteribunt. Bene enim verbum Dei cœlo validius eſt, quia cœlum opus verbi eſt. Dixit quippe Deus, Fiat cœlum, & verbum in opus apparuit. Currebant naturæ, & nemo impediebat, qa naturę Dñs imperabat, qui & facere & immutare poteſt: Ego Eccleſiam ędificaui, qui cœlum ſtatui; ſed pp cœlum non fudi ſanguinem, pp cęlum crucifixus nõ ſum, nec pp cœlum cęleſte corpus accepi; & quid dicam cœli? Angelorũ corpus non aſſumpſi, vt diſcas, qm̃ cęlo & Angelis & omni creatura honorabilior Eccleſia eſt: Ideò cœlum & terra tranſibunt, verba aũt mea nõ pręteribunt. Quæ aũt ſunt verba eius? Adducamus in medium, videamus ne forte intercideri nt, nõ dubitans dico, ſed hæreticis os occludo. Quę ergo ſunt verba? qui ſermones? Tu es Petrus, & ſuper hanc petrã ædificabo Eccleſiam meã, & portę inferi non præualebunt aduerſus eam. Super hãc

Sermo de Penteco.

Matt. 24.

Matt. 16.

petram, non dixit ſuper Petrũ: non.n. ſuper hoīem, ſed ſuper fidem ædificauit Eccleſiam ſuam. Quid aũt erat fides? Tu es Chriſtus filius Dei viui: Petrã vocauit Eccleſiã fluctus ſuſcipientem, & non titubantẽ. Etenim Eccleſia tot ſuſcipit tẽtationes, non tñ vincitur. Quid eſt ſuper petrã? hoc eſt ſuper cõfeſſionem, ſuper ſermones pietatis. Si forſitan interrogabis, vtrũ hęc ędificatio ſuſcipiat lapides, aut ligna, aut ferrũ? Non, inquit, nec.n. eſt ſenſibilis ædificatio; quod ſi talis eſſet, ſolueretur tempore; confeſſionem aũt pietatis neq; dęmones, neq; vlla creatura vincere põt. Teſtantur martyres, quorũ latera radebantur, ſed fides non frangebatur. O noua rerum materies? Paries effoditur, & theſaurus non aufertur; caro ſcindit̃ & fides non rumpitur; talis quippe martyrũ virtus. Frequẽter dilacerata eſt puella, annis immatura, & inuenta eſt ferro fortior; cũ latera eius ſcinderent̃, fides eius immota mãſit. Defecit frequẽter caro in tormẽtis, & robur fidei nõ defecit. Cõſumptũ eſt corpus, & mens nõ potuit inclinari. Interijt ſubſtantia, & perſtitit patientia. Etenim ſuper hanc petrã ędificabo Eccleſiã meã, & portę inferi nõ p̄ualebunt aduerſus eã. Attẽdite diligẽtius verba: Portas inferi pericula vocat, q̃ mortẽ pariũt. Quid ergo? In infernũ intrabit quiſq̃, qñ periclitabitur? Etiam: Sicut.n. portę, introit⁹ Ciuitatũ ſunt, ſic pericula introitus mortis ſunt. Et cur, inquis, non prohibet tẽtationes? vt oſtẽdat virtutẽ eius: ſi nemo eã impugnare poſſet, dicere poterãt, q̃m ſi impugnaret̃, vtiq; vinceretur; Propterea p̄mitto eã impugnari, vt nõ imbecillitas impugnantiũ, ſed fides victorię imputet̃. Et portæ inferi; Nõ dixit, nõ appropinquãt ei, ſed nõ p̄ualebunt aduerſus eã. Quid ergo? Impugnabitur quidẽ; non tñ vinci poterit. Tẽpeſtates ſuſcipit Eccleſia, ſed nõ demergitur: iacula in eã mittunt̃ ſed non perforat̃: machinamenta p̄parãtur, ſed nauis nõ elidit̃. Et quid dico Eccleſiã? Vnũ ſermonem locutus eſt paſtor, & immobile verbũ perſeuerat. Quanti tyranni verbum hoc delere conati ſunt? ſed non potuerũt. Supra petrã.n. fundatũ erat. Et pharetram quidẽ ſuã euacuauit diabolus, ſed nihil lęſit Eccleſiã. Portæ inferi nõ p̄ualebunt aduerſus eam. Teſtatur res ipſa, teſtatur horũ quæ fiunt adſtipulatio. Quanti impugnauerunt, & nemo p̄ualuit? Et impugnatores quidem tenebris & obliuioni dati ſunt. Eccleſia aũt quotidie virtutib. augmẽtat̃: vbi nunc Claudius? vbi Nero? vbi Herodes? vbi Traianus? Veniamus ad Philoſophos qui naturæ & rationis metro arcana fidei metientes, fidẽ irridebant, doctrinã Chriſti figmenta iudicabant; ſapientiam Eccleſię, ſtultitiæ inſimulabant; reſurrectionẽ ex mortuis nouorũ appellabãt annũciationẽ dęmoniorũ, vbinã ſunt? quid contra Eccleſiã Romanã profecerũt? Hæretici verò qui ex matris Eccleſię gremio ꝓdierũt, & cõtra eã criſtas erexerunt, eãq; innumeris vexarũt malis: vbi modo ſunt? qd aſtu & conatibus ſuis patrarũt? Subruerũt forte Eccleſiã Romanã? Neutiq̃. Nauicula quidẽ videbatur operiri fluctibus, at non obruta eſt; ad nauiculam iſtã tumẽtes fluct⁹ ſuos, & ſeipſos, Tyrãni, Reges, Imperatores, duces, ſatellites,

Philoſo-

Philoſophi, Hęreſiarchæ alliſerunt & confregerunt, illam autem nunquã vel euertere, vel dilacerare potuerũt. Fluctibus rubri maris, olim Pharao Ægyptius nauiculam iſtam operire cogitabat? at ipſe potius cũ curribus & equitibus ſuis in profundam abyſſum delatus eſt: Core, Dathan, & Abyron, lapidibus obruere illam diſpoſuerant, at terra aperuit os ſuum & deglutiuit eos viuentes: Ieſabel crudelis, in cruore ſanctorum illam ſubmergere volebat, at ipſa miſere trucidata ſanguine proprio canes inebriauit, & carnib. ineſcauit: Baalis ꝓphetę gloriã eius obſcurare, populumq; ab ea ad idolorũ cultũ auellere moliti ſunt, at quãti ab Helia, quãti ab Ioſia & Iehu alijſq; pijſſimis Regib. vel igne vel gladio abſumpti ſunt? Ne deſpondeatis animum, vos ò dulciſſimi ſed afflicti Eccleſiæ filij, quod videatis nouum Pharaonem Turcam, vel nouos Dathanos & Abyrones Schiſmaticos, vel nouam Ieſabelem Anglicanam, vel nouos Cacodæmonis vates in Eccleſiæ exitium ſurrexiſſe; & vos credentes ad extremas anguſtias deduxiſſe. Qui Pharaonem ſubmerſit antiquũ in mari rubro, ſubmerget & nouũ in ſanguine proprio. Qui Dathano, antiquo & Abyroni dilatauit os terræ, dilatabit & nouis ſeditioſis, & eos deturbabit: Qui antiquam Ieſabelem ſanguine ſanctorum ebriam, canibus vorãdam tradidit; tradet, ne diffidatis, niſi illa reſipuerit & nouã, & tradet Tricipiti Cerbero laniãdã. Qui veteres Pſeudoprophetas ſuper vnũ lapidem trucidauit, trucidabit ſuper hanc firmiſſimam petram & nouos. Trucidauit Herodem Aſcalonitam, qui poſtquam filios, & vxorem, & tot Sanctorum greges intermiſſet, vermium fętẽtium multitudine illum è vita ſuſtulit. Herodem Tetrarcham è regali ſolio deiecit, & in exilium miſerrimum & calamitoſum egit: Herodem Agrippam, Neronem, Domitianum, & cæteros Imperatores qui Chriſtianos inſecuti ſunt, ſua ipſorum vel aliena manu occidit: Traianum horrenda paralyſi, & ſimul aqueo humore: Diocletianum dolore & angore nimio. Galerium, Maximianum, Maximum, doloribus extremis & plagis grauiſſimis; Iulianum Auguſtum vulnere diriſſimo extinxit. Quid de hęreticis dicam? Clarum eſt ex annalibus, plurimos eorum plagis furoris Diuini exterminatos eſſe. Simon Magus dum volare cõtendit, orationibus Principis Apoſtolorum grauiter corruens, tibijs fractis, paulò poſt ſumma cum ignominia diem extremum clauſit. Manichæus à Rege Perſarum non ob fidem, ſed quia filium Regis miraculo falſo curaturus occidit, excoriatus eſt. Montanus, Theodotus, & Propheticſſæ eorum laqueis ſeipſos necarunt. Donatiſtæ quidam cum canibus Euchariſtiam proijcerent, ab ijſdem canibus lacerati ſunt: Arius ſimul cum excrementis inteſtina omnia, & animam effudit. Valens Arianus, viuus à Guthis etiam Arianis crematus eſt. Neſtorius lingua impia à vermibus cõſumpta miſerrimè perijt: Hunericus Rex Vandalorũ Arianus & perſecutor Eccleſiæ, vermibus toto corpore ſcatens cõſumptus eſt: Anaſtaſius Imperator, Eutychianorum fautor, fulmine ictus interijt: Iconomachos

Conſtantinopolitanos peſtis ſuſtulit. Quid de noſtri tẽporis hęreticis? For te felicem habuere exitum? minime. Lutherus & Oecolampadius repentina morte ſublati ſunt: Zuinglius in bello contra Catholicos geſto truci datus: Caroloſtadius à dęmone interfectus, Caluinus vermibus conſumptus; Michael Seruetus ignibus exuſtus eſt; alij alijs crudeliſſimis mortibus meritas ſceleſtorum conatuum & perſecutionum Eccleſiæ dedere pę nas: Sic Nauicula Eccleſię validiſſimis licet ventorum furijs agitata, nunquam tamen euerſa eſt: Flumina licet inferni Styx & Lethe, vndarum licet immenſæ moles, ipſam impetiuerint, nunquam tamen obruta, nunquam abſorpta, nunquam ſubmerſa eſt. Si enim Deus nobiſcũ, quis contra nos? Pulcherrimè ni fallor hanc partem cum Bernardo concludam, qui illa verba ſponſæ amantis pertractans, Tenui eum, nec dimittam donec introducam illum in domum matris meæ. Iſta eſt, inquit, Eccleſia Catholica, & tunc & deinceps, non deficit genus Chriſtianum; nec fides de terra, nec charitas de Eccleſia. Venerunt flumina, flauerunt venti, & impegerunt in eam, & non cecidit, eo quod fundata eſſet ſuper petram; petra autem erat Chriſtus. Itaque nec verboſitate philoſophorum, nec cauillationibus hęreticorum, nec gladijs perſecutorum potuit iſta, aut poterit vnquam ſeparari à charitate Dei; quæ eſt in Chriſto IESV in ſæcula ſæculorum, Amen.

Ser. 79. in Cant.

DOMI-

DOMINICA V.

POST EPIPHANIAM.

Vnde ergo habet zizania? Math. 13. cap.

FASCICVLVS PRIMVS.

Vnde macula culpæ?

QVÆ ſapientiſſimus Deus, Iſraelitico populo terram promiſſionis ingredienti obſeruanda præcepit, licet omnia vel ad vitæ inſtitutionem, vel etiam ad ſecretorum notitiam accõmodata fuerint; illud tamen aut vitę humanæ vſibus detrahens, aut nunquam à quouis populo obſeruatum, aut inane mihi primo aſpectu viſum eſt, quod inhibebat, Agrum tuum non ſeres diuer- Leuit. 19
ſo ſemine: Si.n. vno tantum ſemine, vniuerſi Iſraelitæ, vel omnes etiã credentes ſeuiſſent ampliſſimam illam terram ſibi in vſum conceſſam, vbi tanta varietas frugum excreuiſſet; quæ ad vitam alendam, & abundãtem rei domeſticę copiam vel ſuſtentandã vel amplificandam neceſſarię ſunt? Si triticeo grano tantùm ſerere debuiſſent terram, non ſiliginem, nõ hordeum, fabas, piſa, non auenam, non vitiam, non quæuis hortorum olera; non poſtea vineas lætiſſimas & fructiferas, nihil penitus ad corpus humanũ nutriendum & in optima conſtitutione ſeruandum, ad oblectãdum viſum, ad ſenſus recreandos nihil omnino habuiſſent: Hæc.n. quantũ vitæ humanæ conferant, nemo eſt qui non videat. Quamobrẽ & ipſe Deus, dum paradiſum deliciarum in gratiam hominis plantabat, non vno tantum ſemine illius terram conſeuit, ſed tot frutices, tót herbás, arbores, fruges, omnium rerum quæ ad hominis vſum ſpectant, innumeras eaſq; varij generis ſpecies produxit: Germinet, ait, terra herbam virentem & facientem ſemẽ, & lignum pomiferum faciens fructum iuxta genus ſuum, cuius ſemen in ſemetipſo ſit ſuper terram. Et ſtatim ad nutum Dei præcipientis, terra quæ antea informis, inculta, & ſterilis erat, tantam varietatem quantam nunc oculis cernimus, herbarum, florum, plãtarum, arborum; frumentorum ex ſuo vtero produxit, & illarum pulchritudine ac ſerto quodam aut velo admirabili, ſuam operuit turpitudinem, vt cum ornatu & decore cœleſtium orbium certare videatur; ita vt opifex contemplatus eius externam pulchritudinem, in eius prorumperet laudes; Vidit etenim

nim Deus quod eſſet bonum: cum igitur & ipſe Deus diuerſo terram paradiſi ſeuerit ſemine, & omnium gentium vſus, & vitæ neceſſitas multimoda, idipſum obtineat, vt non vno, ſed multarum ſpecierum ſemine terra ſeratur, quid eſt quod Iſraelitis inhibet? Agrum tuum non ſeres diuerſo ſemine? Ad exemplum Dei totus componatur orbis neceſſum eſt; tu ipſe ò Deus plurimas germinare feciſti ſeminum ſpecies; cur earum vſum tuo interdicis populo? Terram lacte & melle fluentem, & omnifaria bonorum copia redundantem illis promiſiſti. Vnitate ſeminis vitæ & diuitijs hominis multum detrahitur; ad quid illos in tantam inopiam coarctas? Quæ opes? quæ deliciæ? Agrum tuum non ſeres diuerſo ſemine? Ad agrum ſpiritualem animæ (niſi me animus fallit) ex quo fructus operum, horreo illo cœleſti dignos, producere debemus, reſpexit Deus: Animam ego vobis, ſed eam incultam & informem, ad inſtar cuiuſdam agri in culturam conceſſi. Hanc ergo vos omni ſtudio, omni labore excolere, & eius turpitudinem ſeu mauis informem faciem, pulcherrimo eoque oculis Diuinis digniſſimo virtutum germine operire debetis. At quia omne inter ſe diuerſum, turpe, & recto vſui noxium eſt; turpe eſt, & noxium in animam veſtram, illa inter ſe diuerſa & ad inuicem pugnantia, virtutis.ſ.& peccati contraria ſemina ſerere. Nō igitur ſeretis diuerſo ſemine agrum
a Oſeæ 10 veſtrum. [a] Qui.n.arat impietatem, iniquitatem & metet: qui uentum ſe-
b Gal.6. minat, & turbinem metet. [b] Qui ſeminat in carne ſua, de carne & metet
c 2 Cor.9 corruptionem: Qui ſeminat in ſpiritu, de ſpiritu metet vitam ęternam. [c]
d Pſ.125. Qui ſeminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet: [d] Qui ſeminant in lachrymis, in exultatione metent: venientes venient cum exultatione portātes manipulos ſuos: In ſumma, Quæ ſeminauerit homo, hęc & metet: quare vos animam veſtram, ne diuerſo virtutis & vitij, ſed virtutis tm̄ ſemine ſeratis. Ad me orbis vniuerſi familiæ Patrem, oculos conijcite veſtros, & videte quod licet vario & multiformi, non tñ diuerſo rerū germine hunc adornarim orbem. Poſtquam.n.cuncta ex nihilo ſub aſpectum veſtrū produxi, aduerti oīa bonitatis & pulchritudinis natiuā ſpeciē præſeferre; nihil diuerſi, abſoni à recto, deuiantis à bono, nihil in opere manuum mearum reperiri, vidi quod oīa vnam & illam indeficiētem bonitatem meam participarent; & erant omnia valde bona. Hanc Dei ſermocinationē innuere vr̄ mihi Chriſtus, dum hodiernæ parabolę initia tradit in hęc verba: Simile eſt Regnum cęlorum homini qui ſeminauit bonum ſemen in agro ſuo. Forſan voluit dicere, Regnum cęlorum; Regnū animæ ſpirituale, quod ad inſtar fertiliſſimi & opulentiſſimi Regni adminiſtratum & excultum eſſe deberet; Simile cōuenit eſſe homini, ſeu Deo illi cuius opera ad inſtar hominis facta eſſe deſcribit Moyſes; vt ſicut ille qui nihil mali, diuerſi à bono nihil, non diuerſum ſed vnum, ſed omne ſemen bonum ſeminauit in agro orbis vniuerſi; ſic & Regni ſpiritualis, animæ videlicet, cultores, non difformi vitiorum, ſed vno virtutum ſemine

agrum

agrum ſpiritualẽ conſerere debent. Deus. n. non oblectatur ſegete impietatis; ſpinas & tribulos, & zizania ſcelerum in faſciculos colligata non in horreum cęlorum, ſed in ignem æternum ad comburendum mittit. Agrũ igitur diuerſo non ſerere ſemine, non aliud puto eſſe, quam animam non virtutis & vitij ſed virtutis tantum ſemine, non tritici & zizaniæ, ſed tritici tantum optima fruge fęcundam efficere: Quæ verba, & ſimul parabolicorum ſeruorum interrogationem dum ego diutius conſiderabam, non potui veſanum furorem hęreticorum non mirari, & ad blaſphemias quas in Deum iactant non totus exhorreſcere. Quis enim patienti aure audiret voces illas infandas, Deus eſt author mali culpæ: Non minus Dei eſt opus proditio Iudæ, quam conuerſio Pauli: Deo agente & ſuadente, & quaſi impellente homo vt bonus ita malus efficitur? Quis ad iſtos blaſphemos ſermones non horreat? Quis verò non potius ad tanta conuitia in Deum temere iactata, non emoriatur? Deus, vno & eo bono ſemine ſęuit agrum ſuum. quomodo mali culpæ author eſſe poterit? Deus Iudam à ſcelere dehortatus eſt, & poſtquam flagitium illud immane patrauit, horrendis pœnis affecit: Ad quem modum vt conuerſio Pauli, ita proditio Iudæ? ſi proditio Iudæ non à Deo ſed à Diabolo effecta eſt? Inimicus homo dum homines dormirent venit, & ſuperſeminauit zizania: Deus, non eſt homo, neque eſt inimicus homo, ſed homini amiciſſimus; quomodo ille zizania ſcelerum, flammis inferni exurenda, ſuperſeminare poſſet? Quænam homini contulerit Deus, omnes ad oculum videtis. Ipſe enim manibus potentiæ ſuæ, & corpus & animam eius talem formauit, vt natura ipſa ad virtutem inſtitutus eſſe videretur. Corporis ſiquidem ſtatum non ad terram deiecit, ſed in altum erexit, & ad cœli, cœleſtiumque, non terrenorum bonorum conſpectum excitauit: præſtantia deinde animi ornauit, qua quid à cæteris animantibus diſtet intelligens, non more pecudum traducat vitam; non ad illa tantum quæ ſenſu videntur, ſed etiā quę cogitatione honeſta comprehenduntur ſeſe accommodet; non cæca temeritate moueatur, vt beluæ; ſed quid ordo, quid ſit quod deceat, in factis, dictis qui ſit modus, quæ pulchritudo, venuſtas & conuenientia humanorum actuum perſpiciens, nihil indecorè inhoneſteque faciat; in omnibus opinionibus & factis ne quid libidinosè cogitet, aut moliatur, ſemper ſecum Diuina meditetur, non inhumanos actus; nihil niſi quod honeſtum, decorumue ſit, aut admiretur, aut ſectetur: in brutum per improbitatem degenerare exhorreat: Illud ſecum euoluat, ſi me vitijs deformatum viderem, me hominem eſſe æſtimare non poſſem: Semina deinde virtutũ, ingenijs hominum Deus omnibus indidit; quæ ſi adoleſcerent, ipſa nos ad beatam perducerent vitam: Eandem, vt Lactantius ait, conditionem viuendi omnibus poſuit, omnes ad ſapientiam genuit; omnibus immortalitatem ſpopondit, neminem à beneficijs ſuis ſegregauit: Nam ſicut omnibus vnicum ſuum lumen æqualiter diuidit, emittit omnibus fontes, vi-

ctum

ctum ſubminiſtrat, quietem ſomni dulciſſimam tribuit, ſic omnibus æquitatem, virtutemque largitur: Nemo apud eum ſeruus eſt, nemo Dominus, cunctis idem pater eſt, ęquo iure omnes liberi ſumus: omnibus gratiæ ſuæ dona communicat, omnibus auxilium ſuum profert, ad omnes

Iſa 55. promiſcuè vociferatur; Omnes ſitientes venite ad aquas, & qui non habetis argentum, properate, emite, & comedite; Venite emite abſque argẽto, & abſque vlla commutatione vinum & lac: Quare appenditis argentum non in panibus, & laborem veſtrum non in ſaturitate? Audite audientes me, & comedite bonum, & delectabitur in pinguedine anima ve

Oſe. 10. ſtra: Inclinate ad me aurem veſtram, & venite ad me, audite & viuet anima veſtra: Seminate vobis in iuſtitia & metite in ore miſericordiæ: Omnes adhortatur ad bonum, dehortatur à malo: bonis præmia meritorum & malis ſcelerum pœnas comminatur: Omnes ad vitam æternam vocat, neminem reſpuit, nemini viam ad beatitudinem præcluſit, omnes vult ſaluos fieri & ad agnitionem ſui venire: Præceptorum deinde ſuorum multitudine viam virtutis omnibus monſtrauit; legum ſeueritate, & atrocibus pœnis ſepta flagitijs præſtituit. Patriarcharum, Prophetarum, & Sãctorum virorum innumera agmina hominibus deſtinauit, per quos à peccato, errantes abduceret atque ad virtutis culmen, & tandem ad immortalitatis ſtatum eueheret: Viam ſuperandæ carnis aperuit & oſtendit quę virtus perfecta & omnibus numeris abſoluta; coronam vincentibus, & mercedem expetendæ nobis fęlicitatis impertit: Perſpectis demùm erroribus hominum, magiſtrum virtutis legauit in terram, qui & præceptis ſalutaribus formaret homines ad innocentiam, & operibus factiſque præſentibus iuſtitiæ viam panderet, & gratiæ ſuæ fonte aperto cęcas mentes illuſtraret, excitaret ſomnolentas, debiles erigeret, impotentes confortaret, atque ad apicem perfectionis perduceret: Per hunc quid non fecit? quid non tentauit? Quibus conſilijs ad hominem ſaluandum vſus non eſt? Veridicis dictis purgauit hominum pectora, finem torpedinis atque timoris ſtatuit, quid foret ſummum bonum quo tendimus, expoſuit, & paruo tramite viam monſtrauit; qua ad illud recto contendere curſu poſſemus: nec monſtrauit tantum, ſed etiam præceſſit, ne quis difficultatis cauſa ab itinere virtutis abhorreret: Viam perditionis & fraudis, in qua mors voluptatis illecebris adoperta celatur, præcluſit; incredibili beneficentia genus humanum ſuſtentans, & paterna indulgentia fouens, cęleſtibus beneficijs & gratia ornauit, & ad ſalutem animæ adipiſcendam excitauit. Quid hic miraculorum operationes, vigilias, orationes, labores, immenſos, ſupplices preces, & alia quæ vt nos à vitio auerteret perfecit, commemorem? Quid ſudorem ſanguineum, ſputa, alapas, ſpineam coronam, crucem deinde ipſam, & alia quæ vt peccatum ab homine propelleret paſſus eſt acerbiſſima prædicem? Sanguinem ſuum innocentiſſimum largiſſime profudit, cor dulciſſimum & precioſiſſimum dira transfodi cu

ſpide

ſpide paſſus eſt, animam ſuam in mortem turpiſſimam expoſuit, inferni profundiſſimam abyſſum penetrauit, vt animam noſtram à ſcelere & ab authore ſceleris vindicaret: Draconem ſerpentem, antiquum hominis hoſtem calcaneo ſuo compreſſit, portas æneas mortis deſcendens in infernum confregit,& vectes ferreos contriuit.Cœli portas aperuit, & manum propriam extendit vt quemuis ad illius gloriam anhelantē,ad illud perducat. Prope infinita mihi recenſenda forēt, ſi oīa quæ propter hominis ſalutem patrauit Deus enumerare vellē. Hoc vnum addo ex his quæ de ſeipſo Saluator teſtatus eſt; Non venit,ait,filius hominis in mundum vt iudicet mundum,ſed vt ſaluetur mundus per ipſum. Omnis vita,omnia cogitata,dicta & facta Chriſti admiranda; hoc vnum ſolum aſpiciebant & intendebant. vt hominem à ſcelere auocatum ad ſequendam virtutem, & aſſequendam perennem fœlicitatem pertraheret: Iſta vt, quod initio huius argumenti propoſueram,Deus hominem natura quadam nō ad flagitium ſed ad præclariſſimam virtutem condidiſſe & inſtituiſſe videatur. Non eſſet me neceſſe, id teſtimonio quopiam vel confirmare vel augere, cum res apertiſſima ſit & ſenſibus ipſis obuia (quid enim pudor ille inſitus peccandi in pueris?quid horror ad perpetratum quoduis peccatum? quid remorſus animæ internus,inſequens ſcelus? quid deinde naturæ propenſio illa ad magna & illuſtria facta? niſi hominis natura, non ad flagitium ſed ad virtutem à Deo inſtituta?) vt tamen obſtruatur blaſphemum os loquentium iniqua,teſtimonio ipſorum etiam Gentilium,à vera Chriſtiana virtute alienorum,non grauabor illa quæ poſt Socratem, Platonem,Ariſtotelem,Ciceronem,Senecam,Plutarchum,& alios virtutis innumerabiles cultores,de homine Maximus Tyrius virium & conſtitutionis naturę humanę exploratiſſimus teſtis reliquit referre:Is in ea oratione,quam de cauſa malorum ſcripſit, eam de homine ſententiam tulit. Quando,inquit,terram creari oportuit, quæ & fructuoſa eſſet,& animalium & multarum rerum educationi ſufficeret,& quę prętereа,quę à ſeipſo cœlum in ſecundum hunc locum ablegaſſet, reciperet omnia,conſtrictaque detineret;illa nimirum mala mixtim in ſecūdum hunc locum defluxerunt: Deus itaque capiens multas ac varias animalium Sortes,eo cō ſilio bifariam eorum naturam diuiſit; vt altera ſcilicet omnifariam variaſque vitas corporibus pręſtaret; ſed tamen & ratione & ſapientia careret, mutuumque ſibi ipſi interitum pręberet, eſſetque penitus & intelligentię omnis, & Diuinę expers virtutis.quotidianum tantummodo ſenſum edacitatis cauſa ſequens: à quo etiam populariter ageretur,viribus quidē corporis ſatis polleret, ſed ad ratiocinationem fouendam nullam planè haberet facultatem:Contrà,alteram illam,humanam dico,vnius generis eſſe,vnam legem ſpectare;vnicamque eſſe conſtituit:quę tametſi imbecillum ſumeret corpus,ratione tamen inexpugnabili vteretur, Deum intelligeret ciuilis adminiſtrationis particeps eſſet ſocietatem mutuam dilige

ret,

ret,æquitatem,legem, amicitiam deguſtaret: Oportuit igitur huiuſmodi genus cæteris alijs gregibus præferri quos vniuerſa aleret tellus;vno tantum Deo inferius eſſe, ab intelligentia cœleſti non multum diſtans, licet mortalitati videatur obnoxium: Hoc enim quod mortem homines vocant,idipſum eſt immortalitatis initium,& futuræ vitæ procreatio;pereũtibus, ſcilicet ſua lege ſuoque tempore corporibus; animis verò ad proprium locum, propriamque vitam aſcendentibus. Verum hic vnus de quo nunc ago,inuentus eſt modus ab ipſo Deo,quo humana conditio minorem ſe eſſe Diuina eſſentia cognoſceret,propterea.ſ.quod animum terreſtri corpori, tanquam aurigam impoſuiſſet currui;cuius & habenarum ſuſtinendarum & incitandi vim eſſet habiturus: huic enim aurigæ aurigandi artem vireſque tradidit, ſimul etiam liberum abutendæ artis arbitrium dedit,qui poſtquam inſcenderit currum preclareque aurigationis iſtius habenas acceperit,ſiquidem fœlix beatuſque animus ſit, memoriãque habeat ſe iuſſu Dei ſublatum eſſe in currum,valideque aurigationem regere debere,nimirum habenas moderatur,regitque currum, & equorũ temeritatem contundit: Quam præclarè Ethnicus iſte de homine ſenſerit,audiſtis: Qualem Deus hominem condiderit? minorem,inquit, ſeipſo,non longè inferiorem Angelo, longè ſuperiorem bruto: Ad quid illũ talem & tantum condiderit? Ne edacitatis cauſa ſenſum ſequatur; ne ſibi interitus ſempiterni cauſa eſſet, ne brutorum irrationalium more ad illicitas ferretur voluptates,ſed vt memoriam habens Dei atque ratione inexpugnabili non abutens,ſed vtens,Deum primò intelligeret,ſuæ dignitatis nunquam obliuiſceretur,ſe ad ſuperiorum non infimorum contemplationem & imitationem conditum eſſe ſciret: Cur ei lumen naturæ indiderit,eoque cęcutientem eius animum illuſtrarit? Ne cæcis errorum tenebris ſponte ſe inuoluat, ne à veritatis ſplendentiſſimo lumine auertat oculos; ſed vt aciem mentis in fulgidiſſimam eius lucem,inque Diuinitatis rutilantiſſimum iubar defigat. Cur ei legem naturæ & ciuilia inſtituta præfixerit? vt continenter viuat; vt ſuum cuique lubenti animo reddat,vt Deum colat,parentes diligat,veneretur maiores, ſuperioribus obediat, æqualium amicitiam ſectetur, inferioribus nihil omnino moleſtiæ inferat: Cur eum ſuperiorem brutis plaſmarit? ne in brutorum degeneret conſuetudinem, ſed Dei optimi optima æmuletur facta, & præclaris facinoribus ſe ſimilem Deo efficere contendat. Talibus igitur & tantis beneficijs Deus ex ſententia Gentilium,hominem affecit. Quod ſi etiam ad Sacræ ſcripturæ authoritatem tranſeundum eſt, an ſimilia homini collata eſſe à Deo affirmet? videmus apertè eadem pene quę ex ſententia omnium Philoſophorum rectè de homine ſentiẽtium Tyrius dixerit,à Scriptura ſacra aſſeuerari. Ita enim apud Eccleſiaſticum dona homini à Deo
Eccl. 7. data recenſet; Deus fecit de terra hominem, & ſecundum imaginem ſuam fecit illum: Et iterum conuertit illum in ipſam, & ſecundum ſe veſtiuit

veſtiuit illum virtute: Cor dedit ei ad excogitandum,& diſciplina intellectus repleuit eum. Creauit illi ſcientiam ſpiritus, ſenſu impleuit cor illius,& mala & bona oſtendit illi. Poſuit oculum ſuum ſuper cor illius, oſtendit illi magnalia operum ſuorum; vt nomen ſanctificationis collaudet, & glorietur in mirabilibus illius, & vt enarret magnalia operum eius. Addidit illi diſciplinam.& legem vitæ hæreditauit illi. Teſtamentū ęternum conſtituit cum illo, & iuſtitiam & iudicia ſua oſtendit illi. Et magnalia honoris eius vidit oculus illius, & honorem vocis audiuit auris illius, & dixit illi. ATTENDE AB OMNI INIQVO. & mandauit illi vnicuique de proximo ſuo. Et ne quiſpiam Caluinus vel Melãchthon cauillum opponat. Equidem verum eſt, inqens, quod Deus hominem hiſce bonis ante peccatum ornauit, poſt peccatum verò omnia ad ſe reuocata ei abſtulit. Quam friuolum ſit & temerè dictum;& illa quę ab Eccleſiaſtico ſubiuncta ſunt,& multa alia hoc ipſum oſtendunt. Quæ ab Eccleſiaſtico ſubiunguntur, hęc ſunt; Pęnitentibus dedit viam iuſtitiæ,& confirmauit deficientes ſuſtinere,& deſtinauit illis ſortem veritatis. Non ſunt abſconſa teſtamenta eius propter iniquitatem illorum: Peccauit igitur homo licet, nihil tamen eorum quæ ad naturam, pręter iuſtitiam originalem,& gratiam infuſam, ſpectant, ei abſtulit; non teſtamenta quę cum eo ſtatuerat violauit, vel euertit, non ab eis viam iuſtitię occultauit, ſed magis poſtmodum reuelauit; non pręcepit neque conſuluit, Attendite ad omne ſcelus, & ad omne flagitium ex condicto quaſi, præcipites ruite; immo magis inhibuit, maiores leges conſtituit; dixit, Auertere ab iniuſtitia tua,& nimis odito execrationem;& cognoſce iudicia & iuſtitias Dei, & ſta in ſorte propoſitionis & orationis altiſſimi Dei, in partes vade ſęculi ſancti cum viuis & dantibus confeſſionem Deo. Quæ verò ex immenſa bonitate ſua, gratuita bona homini conceſſerit, & quantum ampliora quam olim adiecerit, beneficium redemptionis & reparationis per Chriſtum effectæ declarat. Ab inexhauſto enim fonte bonitatis, non niſi bona effluere poſſunt. Tali ergo bonorum ſemine; cum animam noſtram ſeuerit Deus; poſſibile eſt, ipſum eundem, zizania peccati in noſtra anima ſeminare? Si ipſe hominem natura ad virtutem & ad præclarè nō turpiter geſta inſtituit; ſi ipſius oculos ad cęlum, animum verò ad ſupercęleſtia bona erexit; quomodo ipſe hominem ad terram deijceret? quomodo illum terrena flagitia amplecti ſuaderet? quomodo ipſum ad omne nefas adſtringeret? Deus lumine ſuo omnes illuſtrauit, denſiſſimas ignorantiæ tenebras, vel pręceptorum, vel ſapientiæ, & gratię radio diſpulit; quomodo ipſe oculos hominis caligine obcęcare? quomodo hominem manu exporrecta ad tenebricoſos carceres pertrahere poteſt? Deus hominem ſuperiorem brutis, non longè inferiorem Angelis effecit, ne in brutoru m degeneret naturam, ſed pręclaris facinoribus ſe ſimilem Deo efficere contendat; ipſe ne Deus hominem in brutum deformaret? ipſe homini

mini beluinam larvam imponeret? ipſe nè animales affectus irrationa-
lium perſequi induceret? Deus legum ſuarum ſeueritate cauit, vt homi-
nes abſtineant ab omni iniquo, vt execrentur omne ſcelus, vt omnem
paſſionem effrenem comprimant, ne illicitis ferantur affectibus; & ipſe
homines impelleret ad iniquitatem? ipſe habenas laxaret ſenſibus? ipſe
omnes illicitos ſuccenderet & concitaret affectus? Sed quid eo ſtultius
quidue magis impium dici vel excogitari poteſt? Lex Dei quam nobis
præfixit obſeruandam voluntas eſt Dei: Lex enim Dei non eſt aliud, quã
ſignum & norma ſuæ voluntatis: Lege ſempiterna inhibuit nobis pecca-
tum; & nos (vt Caluinus blaſphemat) monet aut compellit ad peccandũ:
nos igitur monet vt faciamus contra legem ſuam, & contra ſuam volun-
tatem? Quam abſurdum hoc ſit, vos ipſi iudicate: Quid enim Deus im-
pelleret aliquem, ad agendum contra ſuam voluntatem? Si enim moueret
quempiam ad agendum contra ſuam voluntatem, vellet aliquid fie-
ri contra ſuam voluntatẽ; & ſi vellet aliquid fieri contra ſuã voluntatẽ, ni
hil vellet fieri cõtra ſuã voluntatẽ, quod nõ fieri vult, vult fieri ſm ſuã volũta
tẽ. Adde quod ſi Deus concitaret nos ad faciendũ quiddã contra legẽ ſuã:
quicquid vult Deus vt nos faciamus conforme eſt regulæ ſapientiæ & bo
nitatis ſuæ; quod eſt conforme ſapientiæ & bonitati Diuinæ, id rectum &
optimum eſt: quod rectum & optimum eſt peccatum eſſe nequit: Peccare
enim eſt à regula bonitatis & ſapientiæ Diuinæ deflectere. Quod peccatũ
non eſt, non eſt contra legem Diuinam. Deus igitur dum nos concitaret
ad peccatum, non concitaret nos ad peccatum; vel illud ad quod nos con-
citaret, non eſſet peccatum. Deus igitur quia nos dehortatur à peccato,
quia ad virtutem nos ex natura ipſa inſtituit, noſtra abſtulit peccata, Dæ-
monem compeſcuit, aperuit paradiſum, gratiam abundiſſimè cuique de-
fert, Angelum virtutis ſuaſorem attribuit, nihil non fecit quod hominẽ
à ſcelere auocaret: bonorum omnium fons & origo fuit & eſt: mali culpę
Eccl 15. origo vel cauſa eſſe non poteſt: Non ergo dixeris, (monet Sapiens) Ille me
impulit: non enim neceſſarij ſunt ei homines impij. Omnem execratio-
nem erroris odit Dominus: Nemini mandauit impiè agere, & nemini de
dit ſpatium peccandi: non enim concupiſcit multitudinem filiorum im-
Iacob. 1. piorum & infidelium: Nemo, (monet Iacobus) cum tentatur dicat, quo-
niam à Deo tentatur: Deus enim intentator malorum non eſt, & ipſe ne-
minem tentat; nemo dicat cum aliquod germen peccati ſibi ſuperſemina
tum eſſe viderit, quod à Deo ſibi ſuperſeminatum ſit. Deus enim ſemina
tor eſt, vt ſcilicet Cecilia orabat, caſti & non ſceleſti conſilij: Deus ſemina
in homil. de cauſa malorũ. uit bonum ſemen & non zizania in agro ſuo. Inſipiẽs eſt aiebat Baſilius,
reuera, menteque & prudentia priuatus eſt, qui dicit Deum non eſſe. Cõ-
ſimilis verò huic eſt, & nihilo inferior dementia, qui dicit Deum malorũ
eſſe auctorem. Æquale enim ipſorum peccatum eſſe iudico, propterea qđ
vtrique ſimiliter Deum eſſe negant; alter quidem omnino non eſſe dicẽs;

alter

alter verò non bonum eſſe decernens. Si enim malorum auctor eſt; certè non bonus eſt. Quare vtrinque eſt negatio Dei. Conſultò autem Baſilius hinc Deum non bonum fore deduci aiebat. Nō bonus enim ille eſt à quo mala procedunt. Non bonus eſt ille, cuius ſuaſu & coactione quiſpiam malum operatur. Non bonus eſſet Deus & non iuſtus, ſi illius cauſa homini eſſet, quod poſtmodum ſeuerè caſtigaret in homine: Si aliquis Rex lege caueret, ne cuiquam ſubditorum licitum foret in plateam publicam prodire; & ſi aliquis edicto contrairet ſententiam mortis ſubiret. Si ipſe Rex vnum è ſubditis coegiſſet legem à ſe ſtatutam tranſgredi, & illum poſtmodum morte mulctaſſet, iniuſtiſſimus profectò ille Rex omnium iudicio cenſeretur. Si Deus contra decreta ſua vel furtum, vel adulterium, vel ſimile quiddam, aliquem conſtringeret agere; & demum illi æterna irrogaret ſupplicia; non iuſtus imò iniuſtiſſimus eſſet. Qui enim voluntatem Dei mouentis adimplet, non pœna ſed præmio; non igne ſed lumine cœlorum ſplendidiſſimo, non inferno ſed fęlicitate ineffabili dignus eſt. Si verò Deus voluntatem ſuam facientibus horrendos inferret cruciatus, iniuſtiſſimus eſſet; non bonus eſſet, Deus non eſſet: Videte ad quæ abſurda vos, ò Caluiniani, veſtra adducant paradoxa. Ad ſummam ignominiā Dei; Diuinum redemptionis opus in diſcrimen vocando, & demum ad Atheiſmum deploratiſſimum. Cohibete per Deum linguas nefandas, ponite ori vęſtro cuſtodiam, ne dicatis contra Deum iniquitatem; Deus nō eſt volens iniquitatem. Deus ſeminauit bonum ſemen in agro ſuo; prohibuit cuique, ne diuerſo ſemine fereret agrum ſuum. Horrendo & eo acerbiſſimo ignis æterni cruciatu inhibuit homini ne zizania peccati in animam ſuam aliquando ſeminaret. Dicite demum cum Sacroſancto Oecumenico Tridentino Concilio: Si quis dixerit, non eſſe in poteſtate hominis vias ſuas malas facere; ſed quod mala opera ita vt bona Deus operatur, non permiſſiuè ſolum, ſed etiam propriè & per ſe; adeò vt ſit eius proprium opus, non minus proditio Iudæ quam vocatio Pauli, Anathema ſit: Deus igitur non eſt ſator zizaniæ peccati: Quod ſi Deus nō eſt author peccati, vnde igitur mala culpæ? Quis iſta mala in nobis ſeminauit? Quis tandem author zizaniæ? Inimicus homo? Inimicus redemptionis noſtræ Satan. Dum dormirent homines, & nihil de vita animæ tuenda & conſeruanda meditarentur, dum torperent & mandatorum Dei, & ſui ſtatus, ſuæque dignitatis obliti eſſent, venit dęmon & ſeminauit, ſuggeſſitq; peccatum. Seſ.6.can. 6.

Qui rerum naturas & proprietates, & mutuas pugnas animantium diſtribuūt, ferunt Cocodrilum cum Hydra ſerpente perpetuum gerere bellum, & dum vnus alterum deuincere contendit, Hydra quæ natura aſtutior eſt, obſeruat Cocodrilum dormientem, tandem veniens ante eius cōſpectum luto ſe inuoluit, nè ex ſpecie ſua dignóſcatur. Dum ſomniculoſus Cocodrilus oculos è ſomno euigilans aperit, & ante ſe hydram luto Alb. Magnus.

inuolutam cōtuetur, exiſtimans quiddam eſculenti fortè eſſe eam deglutit auidè. Quæ vbi ad ventriculum demiſſa fuerit, e luto ſe incontinenti explicat, & interiora Cocodrili morſibus vorat, quouſque illum tandem enecet. Ad eum modum ſepticeps illa inferni hydra nobiſcum agit. Quærit ſemper, circuit omnia loca, perueſtigans ſi quem vel deglutire, vel ab aliquo deglutiri poſſet: & cum hominem torpentem inuenit, ſpecie bonitatis ſeſe cōtegit; vt ea illectus homo, facilius ac piſcis ineſcato hamo capiatur. Cuius vel minimum caput vt vorauit homo, ſtatim venenum ſuū diffundit, & à ſuggeſtione ad cogitationem, à cogitatione ad delectationem, & ab hac ad conſenſum; à conſenſu ad opus hominem inſtigat, quouſque tandem homini mortem diriſſimam inferat. Sed neque ab illo tantum, ſed et ab animo libero prouenit peccatum. Iniuſtitia, ait Sapiēs, mortis eſt acquiſitio. Impij autem manibus & verbis accerſierunt illam, & (Sap. 1.) æſtimantes illam amicam defluxerunt, & ſponſiones poſuerunt ad illam.

Omnium & Theologorum, & Philoſophorum ſentētia decretum eſt: nullum peccatum poſſe eſſe niſi voluntarium ſit; quod ſi nō voluntarium ſit, peccatum eſſe nequeat. Nec boni, inquit Tertullianus, nec mali merces iure penſaretur ei, qui aut bonus, aut malus neceſſitate fuiſſet; inuentus, nō voluntate. Si malignitates, addo ex Chryſoſtomo, à voluntate nō ſunt, noli tu tuos ſeruos caſtigare, nec vxorem ſi peccat increpa, nec liberos verbera, nec amicos incuſa, nec offendentibus inimicis infenſus ſis. Nam hi omnes niſi ſponte delinquant, non punitione ſed miſeratione digni ſunt. Non poſſum, inquies, ita philoſophari: certè ſi non illorum culpa quicquam factum conſpexeris, ſed quadam alia neceſſitate incumbente, minimè non poteris philoſophari. Nam quando ſeruus ægritudine oppreſſus, iuſſa non fecerit, non modo non criminaris, verumetiam valde commiſereſceris. Quare tu ipſe teſtimonium perhibes, nonnihil ab ipſo, nonnihil aliunde, ac non ab ipſo fieri. Similiter ergo etiam hic, ſi ſcires hominem prauum eſſe, quia talis eſt factus, non ſolum non accuſares, verumetiam facile veniam dares. Nam ſi morbo ſerui, conditioni ignoſcis, cur creaturæ Dei non ignoſcis, ſi talem factum à Deo arbitraris? Verum inde quoque ora iſtorum obſtruere facile poſſumus, non vndique affluūt veritatis adminicula; ſi eos interrogabimus, quamobrem nunquam ſeruos criminantur, ſi facie formoſi non ſint, ſi non proceras ſtatura ſi non quaſi volucres in eundo, cæteraque huiuſmodi, quia videlicet natura hęc, non voluntate conceduntur: immunis eſt ergo eius culpæ, quam ſibi natura inuexit; nec vllus vnquam huic orationi contradicet. Cum igitur accuſas, tunc oſtendis profectò non à natura, ſed à voluntate mali quippiā proceſſiſſe. Nam ſi quæ minime culpamus, ea naturæ delicta eſſe, aut ſaltem non voluntatis eſſe teſtamur, patet ea ſolum culpari, quæ voluntate committuntur. Noli ergo peruerſas in medium ratiocinationes adducere, nec

(lib. 2. aduerſ. Marcion. — Homil. 6. in Matth.)

re,nec ſophiſmata & orationis contextum telis aranearum leuiorem. Nõ ancipiti mente pendeas,vnde nam ſint mala;ſed cum audieris ex negligẽtia noſtra proficiſci,quaſi venenum fugito. Et ſi quis dixerit non eſſe à nobis ipſa,cum eum videris ſeruo iratum,infenſum vxori, criminãtem liberos,improbantem iniuſtos;dic ad eum. Quõo igitur dicebas hęc non eſſe à nobis? Nam ſi à nobis non ſunt,cur illos criminaris? Ac rurſum ad ipſum dicas,abs te ne ipſo ad obiurgandum & cõtumeliandum procedis? an vero ab alio? nã ſi nullo pacto abs te ipſo,nec tibi alius,nec tu alijs iraſcaris: Sin verò abs te ipſo,iã vides abs te ac negligentia tua originem vitia traxiſſe. Quid porro? Num opinaris nõnullos probos eſſe? Si nemo.n.ꝓbus eſt,vnde tibi hoc nomen inuentum eſt? vnde hortatio ad virtutem? vnde proborum laudes? Sin verò probi aliqui ſunt,proculdubio iure improbꝰ increpantur,& increpantes ipſi hac ratione qm̃ iniuria increpant,boni nõ erunt. Quid.n.peius excogitari põt,quam innocentem criminib. falſo accuſare? Quod ſi prauos boni idcirco reprehendunt, quia poſſent eſſe non praui;hoc certè non paruum probitatis ſuæ argm̃ dixerim: Vnde vel mẽte captis patere arbitror,neminem vnq̃ neceſſariò malũ fuiſſe. Quod ſpõte naſcitur,(concludo cum Maximo Tyrio.) pro licentia animi conceptũ ac conſummatum,eius eſt nomen improbitas,cauſamq; ab eligentis arbitrio nanciſcit,Deo ſemper extra omnem cãm conſtituto. Dum.n.equi appetituũ diuerſum appetũt curſum,temereq; huc atq; illuc rapiunt currũ; hic ad petulantiã,ingluuiem,& contumeliã,ille ad temeritatem atq; ferociã,alius verò tarditatem,molliciem,ſeruitutẽ, fatuitatẽ atq; animi remiſſionem ſectat,cuiuſmodi varietatib. diſtractus currus aurigã cõturbat, Et ſi equorum vnus cęteros vincat; fertur currus pro libidine equi victoris. Quo fit vt victrice interdum petulantia vna currus & auriga ad contumelias,conuitia,impuritates,atq; alias nefarias minimeq; ſynceras voluptates;interim verò dominante iracundia ad multas variaſq; calamitates vterq; ferat in ꝓceps. Cohibete igitur vr̃os effręnes motus,Deũ mali authorẽ ne inſimulate,à Deo.n.optimo oĩa bona ꝓfluunt nũc in ſęcula. Amen.

Vnde ergo habet zizania?

FASCICVLVS SECVNDVS.

Vnde hæreſes?

EA falſitatis atq; erroris proprietas eſt, vt non niſi in vero ſibi immixto ſubſiſtere queat. Intellectus.n.noſter cum aciẽ ſuã in perfectionem dirigat propriam, omne verò illud quod ipſum à ſtatus nobilitatę auellit deteſtetur: falſitas autem & er

tot hominem à dignitate mentis deijciunt, fit inde, vt nunquã intellectus noſter falſum amplectatur, ni veritatis, quæ ipſum perfectum efficiens in ſublimem eleuat gradum, aliqua effulgeat nota. Aduerterat hoc ipſum inimicus Satan, hic.n.cum olim in paradiſo, ad hæreſim diſſeminandã proceſſiſſet, parentib. noſtris non manifeſtum errorem, ſed veritatis imagine contectum oppoſuit. Non.n.poſtquam dixit, nequaquam moriemini; receſſit, & mendacium illud ſine operculo veritatis reliquit; ſed ſubiunxit, Scit Deus, qđ in quacunq; die comederitis ex eo, aperientur oculi veſtri, & eritis ſicut Dij, ſcientes bonum & malum: Ac ſi dixiſſet, neutiquã morte acerbiſſima tranſgreſſionis luetis pęnas; imò potius ex hoc, ꝙ in Deorũ illorum qui oculo vigilanti omne bonum & malum contemplant, ſortem transferemini, ſempiternam viuetis vitã. Dij.n.vt corruptionis ita mortis expertes ſunt. Quod ſemen erroris vt ſpecie pulcherrima Diuinitatis, & immortalitatis, atq; omnifariæ ſapientiæ circumuolutum aſpexit Eua, ſtatim intimos receſſus mentis ei aperuit, & recepit. Non peruestigauit, ad quemnam modum oculi noſtri ad videndum bonum & malum aperiant, an ad videndum malum qđ perpetiar, & bonũ quo turpiter ſpoliata eroꝫ quo immortalem traducã vitam? an ad vitam fęliciſſimã, an verò ad mortem immortalem? ſed vt Deitatis nomen audiuit, vt ſcientiam oĩum rerũ ex eſu ligni prouenientem intellexit, in immortalitatis deſiderium elata, credula inconſideratè falſitatis iactæ ſemina amplexa eſt; Hunc dæmonis aſtum hodierni Euãgelij parabola declarat, dum recenſet inimicũ hoĩem non ſimplex zizanium, ſed immixtum tritico: non ſimplex malum ſemẽ, ſed ſpecie externa triticum referens, ſeminaſſe in agro: zizania.n.ſimillima ſunt triticeo grano: Voluit inſinuare Saluator Dæmonis artes, qđ cum is mendax ſit ab initio, & mendaciorum pater, mendacia & hęreſes externo veritatis nitore adornata, ſeu potius cortice candido hæreſum cõtecta ſemina, inter purã veritatis doctrinam ſpargere ſolet. Si.n. homini, Deum in orbe nullum eſſe, nullamue de reb. terrenis prouidentiam eum hẽre, inſinuare ſimpliciter vellet, quis illi pberet aurem? cum nemo ſit tã rudis, tam feris moribus, quin oculos ſuos in cęlum tollens, tametſi forte naturaliter ignoret cuius Dei prouidentia regatur, hoc omne quod cernitur, aliquem tñ eſſe intelligat ex ipſa rerum magnitudine, motu, diſpoſitione, cõſtantia, vtilitate, pulchritudine, temperatione? nec poſſe fieri, quin id qđ mirabili ratione conſtat, Dei alicuius conſilio ſit inſtructum? oportuit igitur, vt rationum & veri cuiuſdã apparentis obuelatis hunc impium errorem inuolucris inſipientib. proponeret, Si Satanas alicui homini, nullam Dei rationem hẽre, iuſſa eius ſpernere, fęlicitatem ab eo ſolo profluentem flocci pendere, ſimpliciter perſuaderet, nullus eſſet adeò mẽte corruptus, qui dictis acquieſceret illius; cum oẽs rectius eſſe æſtiment, omiſſis inſenſibilibus & vanis, oculos eò tendere, vbi ſedes, vbi habitatio eſt Dei veri, qui terram ſtabili firmitate ſuſpẽdit, qui cęlum diſtinxit fulgentib. aſtris,

qui ſolem rebus humanis clariſſimum, ac ſingulare lumen, in argumentum ſuæ ac vnicæ maieſtatis accendit, terris autem maria circumfudit flumina inenarrabili lapſu fluere præcepit, iuſſit & extendi campos, ſubſidere valles, fronde tegi ſyluas, lapidoſos ſurgere montes, qui oĩa inſuper & viſibilia & inuiſibilia hominis vſibus conceſſit: hunc generis humani cõmunem cũmque optimum parentem, & rerum pp hoĩem mirabilium fabricatorem, nemo eſt qui non iudicet venerandum & ſuſpiciendũ eſſe: illius dicto obtemperandũ, ad illum oẽs ſpes, conatus oẽs, oẽs affectus referendos eſſe. Oportuit igitur Satanam, vmbra veritatis errorem de Dei cõtemptu circumtectum, homini proponere. Inimicus homo ſuperſeminauit zizania erroris, qđ ſpecie quidem triticum veritatis, interna verò qualitate perfidum & nefandum errorem præ ſe demonſtrat.

Ex his quæ hactenus dixi, ni fallor vos percepiſſe iudico originem hæreſum; videntam ceu ex abyſſo caliginoſa prodierint tot & tam innumeræ hæreſes, vt plures ferè q̃ homines videantur eſſe? Vnde hæreſes? A Satana; ab hoĩum negligentia, ab ambitione, à Dei Sacerdotum contemptu & inobedientia, à vita ad omnem luxum & ſcelus propenſa. Diſcutio ſingulas hæreſum cauſas. Hæreſis à Satana eſt. Dæmõ ſiquidem mali auctor, nequitiæ omnis origo, corruptor ſæculi, hominis ſemper inimicus, cum non aliud q̃ exitium extremum hoĩs quærat, illo præcipuè hominem ſupplantare q̃rit, quod ei peculiare eſt. Et cum ei proprium ſit falſam de reb. Diuinis exiſtimationem hĩe, Diuina.n. iuxta naturę ordinẽ ſtatutũ à Deo, non verò metro & regula voluntatis & ſapientię Diuinæ metitur, ad hoc quemque hoĩem impellere ſatagit, vt ſecreta Dei myſteria, ingenij humani vires non ſuperare opinetur: quo accidit, vt homo dæmonis ſuaſu illectus, Dei eſſentiam, ſapientiam, omnipotentiam, ſuæ inſtar eſſe cogitet; nihil ſublime, magnificum nihil, nihil naturæ limites præcellens, non ſuperans hominis captum aliquid de Deo meditetur. nõ Deum trinum in perſonis, vnum in eſſentia, non Deum eſſe conditorem tantum bonorum & nullatenus malorum auctorem, dicat: Multa abſurda & nefanda de Deo & concipiat & ſermone proferat. Quod.n. Deus, homini errore ſeducto, ſapientiæ creatę & virtutis humanæ non excedit limites, facili conſecutione cenſebit, Deum nihil ex nihilo condidiſſe; Deum non ad terras ad hominem liberandum deſcendiſſe, non aſſumpſiſſe verã ex virgineo vtero carnem, non intemeratis pudoris clauſtris ex aluo incorrupta prodijſſe; non circumciſum fuiſſe, non ſitim, non famem ꝑpeſſum, non labore confectum eſſe, nihil pro nr̃a ſalute egiſſe, non ſuſtuliſſe plagas, alapas, ſputa, flagella, non impreſſam capiti ſpineam geſtaſſe coronam, non turpiſſima morte obijſſe, nihil vnquam ex ijs quæ fides credit, quæ ad noſtrarum animarum ſpectant ſalutem perfeciſse. Diuinæ.n. ſapientiæ & potentiæ, q̃ humanã ſapientiã & potentiã non ſuperat, hæc oĩa vel incongrua vel impoſſibilia fore, iudicabit is, q Deũ non aliud ſapere nec maius poſſe q̃ hõ

ſapit vel poteſt, exiſtimat. Qui de rebus Diuinis, & de arcanis myſterijs, non aliam quàm de humanis rebus ſnãm habet. Fidem ille & fidei ſecreta, & ſalutis noſtræ præſentiſſima remedia deridebit. Fidem eſſe præſumptionem vocabit, fidei myſteria commenta eſſe hoīum putabit, Sanctiſſima antidota aīæ noſtræ ludicri cuiuſdam loco habebit, nec fidem iuſtificare, nec ſecreta fidei veroſimilia eſſe, nec Sacramenta iuſtificare, nec aliquam rationem ſalutis ſpiritualis habendam, nec paradiſum in rerum natura reperiri, oīa more humano peragenda eſſe. Quæ ſupra nos, nihil ad nos facere blaterabit. Quapropter dæmon primum telum quod in hominem præcipuè iaculatur, non aliud eſſe voluit, quam falſam de rebus Diuinis, ſpiritualibuſq; myſterijs opinionem, q̃ in fide vacillationem. Adde quod Dæmon naturam voraciſſimi lupi imitatur; Vt.n. lupus manſuetam & incautam ouiculam aſſecutus, non pedem, neque caudam, ſed guttur illius arripit, eamque arteriam qua vitalem recipit ſpiritum, diſrumpit & dilacerat; ſic lupus ille inferni ſęuiſſimus circuit, quęrens quem deuoret, & licet qñdoque plurimos dolis & aſtu aggrediatur, vt cupiditate aut libidine inueniat, aut peccatis deprauatos impellat ad mortem, ſæpius tñ guttur appetit, ſæpiſſimè capiti intentat mala, eruit oculos fidei, guttur profeſſionis illius obſtruit, ingenium ad terram allidit, errore impedit, circũfundit tenebris, ſtultitia obruit, ne quis poſſit ad veram Diuinorum notitiam peruenire. Permittit qñque hominem, noctes inſomnes ducere in oratione, virgis flagellare corpus, triduana ſuſtinere ieiunia: non impedit qñque à pio exhibendo opere, non retrahit ab ingreſſu Eccleſiæ, non corripit largientis eleemoſynam manus, pleraque ſpeciem boni habẽtia opera agere ſinit, hoc vno contentus, ſi hoiem in eo qđ caput oīum bonorum eſt, ſ(?)ucib. detineat ſuis. Suo.n. caſu edoctus optimè nouit, nec orationem, nec caſtigationem corporis, nec ieiunium, nec frequentem Eccleſię acceſſum, nec eleemoſynã, nec quoduis opus ſine fide aut conſiſtere, aut Deo placere poſſe. Accedentem ad Deum oportet credere: Sine fide impoſſibile eſt placere Deo. Fides radix eſt & fundm̃ & firmiſſima baſis totius ædificij ſpiritualis. Hanc ergo fidẽ ille conuellere cupit, contra hãc iacula ſua intorquet, contra fidem explodit oīa tormenta bellica, oẽs neruos potentiæ ſuæ conuertit, ratus ſi fundm̃ corruerit, iacturam altiſſimi & pulcherrimi virtutum ędificij proximè inſecuturam. Inimicus igitur homo ſuperſeminat zizania hęreſum: Vultis vt ego idipſum exemplo & eo clariſſimo vobis demonſtrem; hęreſes.ſ. omnes à dæmone diſſeminatas eſſe? Ipſum hęreſeos noſtri temporis caput de ſe teſtantem audite: Vnde ille tot impias hæreſes innexit? A dæmone: Dæmonem ipſe in libello de Miſſa angulari inducit ſecum diſputantem, ac fortiora contra Miſſam argumenta proferentem, quam q̃ refelli à ſe potuerunt. Cuius etiam vocem inibi deſcribit, quod ea grauis & robuſta ſit, tamq; terribiliter inſonet, vt vſu quãdoque eueniat, quod poſt collationem cum dęmone nocturnam homines

poſtri-

poſtridiè mane mortui reperiantur: (Nam & corpus accidere poteſt) dein de verò animam ita reddit anxiam, vt in vno momento, quandoq; neceſſe habeat è corpore migrare. Quod ſæpe ſibi quoq; ipſi propemodum acceſſiſſe ſcribit. Quæſierat ante Lutherus quomodo Papatui obeſſe poſſet. Caroloſtadio ſemper obnoxium fore pollicebatur, ſi quoquomodo arte ipſius præſentiam corporis Chriſti, in ſanctiſſima Eucharistia negare poſſet. Inueni, ait, à dæmone mihi ſuppeditata argumenta, quib. & Sacerdotium & ſacrificium euerterem. Sacrificio & ſacerdote ſublato, quid aliud quam Deus ipſe ſublatus è medio videtur? Nam vbi nullum ſacerdotiũ, nullum eſt ſacrificium, ibi conſequens eſt nullum etiam Deum agnoſci: Deo ſublato, quid aliud q̃ tetros errores omnia occupare debere neceſſum eſt. Ibidem Lutherus fatetur ſe multos ſalis modios cum dæmone comediſſe. Quod quid aliud eſt, quàm quod dæmonis arte in multis vſus eſt? quod omnium conſiliorum ſuorum conſcium habuit illum? quod omne condimentum errorum non niſi ab eo hauſerit? quod oĩa quęcunq; impudenti ore ſparſerit ab eo didicerit? Itaq; quod Lutherus oĩa Diuina, ſuper cęleſtia, Eccleſiaſtica conturbauit; qđ Sacerdotium & ſacrificium ſuſtulit, altaria euertit, combuſſit imagines, templa funditus diruit; quod ſanctiſſimum Sacramentum pedibus profanis calcauit; quod virginum pudorem violauit, quod vxores miniſtris altaris conceſſit, quod hominem in brutũ non ratione vtens transformauit; quod adulterium & fornicationẽ eſſe licitam aſſeruit; quod opera bona, dæmonis eſſe facta vocauit; qđ Deum optimum, malorum diffiniuit eſſe authorem, quod ſola fide p̃ſumptuoſa ſalutem aſſequendam eſſe ſtatuit; quod B. Virginem matrem Dei in ordinẽ aliarum redegit fęminarum; quod ſanctorum cultum abrogauit, qđ Eccleſiam dudũ perijſſe, qđ alia abominanda docuit mendacia, à dæmone hoc ipſum didicit; à mẽdaciorum oĩum patre omne zizanium erroris accepit; Diabolus igitur ſuperſeminauit zizania hæreſum, ſed dum dormirẽt homines: plurimum certè illum iuuit ad diſſeminandas hæreſes, negligẽtia & torpor hoĩum dormientium. Dum aũt dormirẽt hoĩes, venit inimicus homo & ſuperſeminauit zizania. Non ſeminat ille vigilãtib. hominibus, non diſpergit hæreſes apud eos qui in cuſtodia ſua die noctuq; perſiſtentes, vbi aduenerit quiſpiam peregrinus homo interrogant, Vnde tu hic? Ad quid tu veniſti? Triticum purum Catholicę doctrinæ, an verò zizania hęreſum ſeminas? Si zizania? nouo huic ſemini, veteri aũt errori non aperio aurem: Si triticum? probandũ mihi eſt ne emẽtitum, neue ſpecietenus externa triticum Catholicę doctrinæ, intus aũt venenatum ſemen erroris ſit. Monebat oẽs fideles S. Ioãnes, Chariſſimi, nolite omni ſpiritui credere, ſed probate ſpiritus ſi ex Deo ſint. Quare moneat ad diſcernendos ſpiritus, ſubdit illico rõnem. Quoniã multi pſeudoprophetæ exierunt in mũdũ. Sed ad quem modum diſcernendi ſunt ſeminatores ſpiritus? In hoc, inquit, cognoſcitur ſpiritus Dei. Oĩs qui confitetur Ieſum Chriſtũ in car

ne veniſſe, ex Deo eſt; & omnis ſpiritus qui ſoluit Ieſum, ex Deo non eſt. Si Lutherus, vel Caluinus, vel aliquis alius à dęmone ad ſe veniēte, ſi Germania à Luthero vel Caluino vel Caroloſtadio ad ſe accedēte, atq; neſcio quam à cōi vſu alienam inſuſurrante doctrinam perueſtigaſſet, & non in vtramq; dormiſſet aurem, ſed dixiſſet, Doctrina iſta q̃ tu de indulgentiarum valore, vel de auguſtiſſimo ſacrificio miſſæ in meas ſpargis aures, cōfiteturne an verò ſoluit Ieſum? ſi ſoluit? Antichriſti & dęmonis zizania eſt, ego Chriſtum diſſoluere nolo. Si quilibet interrogaſſet; Semina iſta quæ contra Sacramenta, contra Sanctorum cultum, contra Eccleſię vnitatem diſpergis, ſoluunt an confitentur Chriſtum? ſi ſoluunt? ego diuidere nolo, ſoluere Chriſtum piaculum eſſe cenſeo.

At hic non ſomniculosè, non oſcitanter inquirendū eſt: oēs. n. hæretici voce & ſpecie externa confitent̃ Chriſtum veniſſe; Quære ab Arianis, aiūt Chriſtū in carne veniſſe. Quære ab Anabaptiſtis cōfitentur Ieſum Xp̃m in carne veniſſe. Quære à Caluinianis, & iſti confitentur Ieſum Chriſtū in carne veniſſe. Interroga Trinitarios, confitentur Ieſum Chriſtū in carne veniſſe. Omnes hæreſes perquire, oēs cōfitentur Chriſtum in carne veniſſe, oēs ergo hæreſes ſpiritum Dei habent? Non ergo pſeudoprophetæ ſunt? Nulla eſt ergo per eos deceptio, nulla ſemina erroris? Diligētius eſt, inquirendū, an Chriſtum non ſoluant? an Chriſtum confiteantur? an ſub cortice paleæ Chriſtus, an verò dęmon lateat? an factis confiteant̃ vel per negent Deū? Opera attendenda ſunt, non ſtrepitus linguæ: nā ſi linguam attendas, multas hęreſes auditurus es. Qūo ergo requirendū eſt an factis Xp̃m confiteant̃? Interrogandi ſunt, docet Auguſt. Quare venit Chriſtus in carne? Venit ut traderet̃ Gentibus, vt illuderetur, vt flagellaret̃, vt conſpueret̃, vt occideretur, venit vt moreretur pro gente, & non tm̃ pro gēte, ſed vt filios Dei, qui erant diſperſi congregaret in vnū. Charitas illum de cęlo detraxit, charitas carne veſtiuit, charitas vt acerbā & ignominioſam mortē crucis oppeteret impulit. Maiorem hac dilectionem nemo hēt, quā vt aīam ſuam ponat quis pro amicis ſuis, poſuit ille pro inimicis, Quiſqs ergo negat vel non hēt charitatē, negat Chriſtum in carne veniſſe. Cū igitur non ille qui verbis Xp̃m confitet̃, ꝙ vnus ipſe mediator ſit Dei & hominū, qđ ſit propiciatio pro peccatis totius mundi, ꝙ non ſit aliud nomē ſub cęlo datum hoībus, in quo nos oporteat ſaluos fieri, ſed ille q̃ factis, q̃ charitate cū Chriſto congregante Xp̃m in carne veniſſe confiteat̃, perquirendū erat à Luthero, Dogma hoc nouum qđ ſpargis, ex amoris & charitatis ſynceræ pęnu, an verò ex odio Papatus ꝓceſſit? Si ex odio Papat⁹ vt tu quoq; Caroloſtadio & dęmoni ꝓfiteris? nō hēs charitatē, ſoluis Xp̃m. Antichriſti, non Chriſti partiū es. Si quiſq; à Caluino, Brentio, Oſiandro, vel alio quodā Spiritu dęmonis permoto, q̃ſiſſet, Semen hoc qđ in agro Eccleſię ſeris, filios Dei à ſe inuicē diuidit? Si diuidit vt uos quoq; factis non pernegatis? nō hētis charitatē, diſſoluitis Chriſtum: Chriſtus ideo venit

In 1. Canonicam Ioan. 6.

nit in carne, vt moreretur pro nobis. Ideò mortuus eſt pro nobis, quia charitatem multam habuit, per quam filios Dei, qui erant diſperſi congregauit in vnű. Tu nõ hẽs charitatem, quia nõ modo nõ congregas, veruметiã q̃ precioſo Chriſti ſanguine congregata ſunt, ea diſpergis, & pro honore tuo diuidis vnitatẽ. Tollis te ab vnitate Orbis terrarũ; diuidis Eccleſiã p ſchiſmata, dilanias corpus Chriſti. Iſte venit in carnẽ, ille mortuus eſt, vt filios Dei qui erant diſperſi cõgregaret in vnũ: tu ideò clamas, vt cõgregatos diſpergas: negas X̄pm in carne veniſſe, qui diſrũpis Eccleſiã, q̃ ille cõgregauit. Cõtra X̄pm venis, Antichriſtus es. Si quiſq; à Satana zizania ſeminante diligẽter pcõtatus fuiſſet. Zizaniũ hoc qd in meo agro ſeminare pergis, cõforme ne eſt ſemini puro & ſyncero vnitatis tritico? Si nouũ & ab antiquitate alienũ eſt, ſi à conſenſu totius Chriſtiani orbis, ſi à fidei & doctrinæ tot ſęculis p̃dicatæ vnitate diſſimile eſt, mendaciũ eſt: zizanium hoc flãmis exurendũ eſt. Atq͂a dormitarunt hoĩes; quia vtraq; & ea obturata aure audierunt, q͂a nihil penſi habuerunt; qd Apoſtoli & Apoſtolici viri; qd veteris Eccleſiæ ꝓceres & p̃clari maiores nr̃i, ſumma cũ vniuerſi Orbis & oĩum ſęculorũ conſenſione docuerint, tradiderint, obſeruarint; quia noua pullulãtia dogmata nõ ad ſpeciẽ internã antiq̃tatis retulerũt; quia (vt ẽt in ſuis Ochynus Tigurinis aduertit.) nõ obſeruarunt Pauli de iudicãdis nouis ꝓphetis doctrinã. Nihil. n. ita nũc fit, ait Ochynus de hę reticis ſuis, ſicut Paulus monet; Nã qd miniſter eorũ eſſe iudicat, docetq;, id cẽſet alijs oĩb. credẽdũ eſſe tanq̃ caput fidei: qd ſi quis cõtradicit, neq; illi citra vllã conditionẽ fidẽ adhibet, is hæreticus eſt. Deniq; ꝙ noctu sõ niarunt, id chartis mãdant, excudiq; curant, ſuaq; ſcripta & verba ꝓ oraculo haberi volunt. Quia inq̃ noua hæc emẽtita ſomnia ad veritatis lumẽ nõ ptraxerunt, nõ diligenter examinarũt, ſomno grauiſſimo & Ep̃i & Paſtores, & Præſides, & populi depreſſi iacuerunt, liberũq; dæmoni eiuſque miniſtris p̃buerũt acceſſum; tot ſuperſeminata ſunt zizania hæreſũ, quot oculis nõ ſine graui dolore aſpicimus, nullus eſt ager, nullũ fere regnum, nulla Ciuitas, nullus vicus, vbi ĩ Europa & Aſia & Africa multiforme va riũq; hęresũ nõ ceciderit, aut nõ enatũ ſit ſemẽ. Quæ cauſa? Aſtus qdẽ dę monis, verũ & negligẽti a, & ſõnus hoĩum. Certè ſi quid aliud magis eſt in nobis deplorandũ q̃ in cã fidei ignauia & ſocordia nr̃a, non video. Si quis nouas merces ex Indijs vel ex Hiſpanijs adferat, vectigalibꝰ p̃fectos Principes hñt, q̃ obſeruẽt, ſcrutent oĩa, inhibeãt ne qd cõtra leges & decreta ſua, cõtra morẽ patrię, vel in pniciẽ Ciuiũ delatũ alveo ſit. Ab inferno, ex promptuario demonis in Regna, Ciuitates, Prouincias, in aĩas X̄pi sãgnine expurgatas, ab inimicis hoĩb. zizaniorũ ſemẽ, cõtra leges Dei, cõtra decreta Eccleſiæ, cõtra morẽ Prouinciarũ, in pniciẽ eãq; ęternã deferẽ, vt qd, p Deũ dormitis? vt qd nõ obſeruatis, qd deportẽt? quid noui ferat Africa? quale ſemẽ deuehãt? quid ſpargere iſtituãt? Si verbũ Dei? ꝓbate ne ſit verbũ hoĩum, ne ꝙ verbo Dei, ſuũ diuendãt. Si zizaniũ? prohibete, ne impu

Bb 4 riſſimo

riſſimo hoc ſemine cõſpurcetur terra, ne aïæ puſillorum in fide, in ſpinas & tribulos, & errores herbeſcant. Qui terrã ſuã optimè excultã, fructus ingentes proferre cupit, conſiderat ne ſeruus ſuus pro puro tritico ſecale in ea ſeminet; mox vbi in herbã excreuit frumẽtũ, ancillas mittit in agrũ, q̃ an loliũ, an ſpinę & tribulus, an vitia inter triticũ pullularit explorẽt, & ſi q̃d alieni repererint extirpẽt. Aĩam nr̃am mille errorib. peſtilentiſſimis pro veritate pura conſerit Satan; quis eſt q furore ſancto ſuccenſus dicat? Quid eſt ꝙ moliris? quid agrũ veritatis mendacijs opples? Nõ ego ex me infęlix loliũ, non zizania, ſed puriſſimũ, cãdidũ veritatis fructũ germinare volo: procul à me diſcede mendaciorũ pater, in ſolũ inferni deſertũ, perge; illic vbi nullum veritatis elucet lumen, falſitatis ſemina ſere. Dei egó ager ſum, non dæmonis: Dei, non dæmonis ſemine grauidus eſſe debeo; Diuinos non dęmonis fructus me germinare conuenit; illos referre manipulos, q in vnũ collecti, in altiſſima ęternæ fęlicitatis horrea, non in elybanũ ſuccenſũ ad cõburendũ inijciant, mihi neceſſe eſt. Sed q̃a dormitarũt hoĩes, venit inimicus hõ, & ſuperſeminauit zizania. Iuuit poſtmodũ dæmonis conat⁹, Dei Sacerdotũ ab hoĩb. cõtemptus & inobediẽtia. Nouerat .n. Satan, nõ cuiuis ex vulgo, nõ Duci, nõ Regi, nõ Imperatori, ſed Sacerdoti p̃tãtem eſſe collatã de reb. fidei, de Scripturæ vero ſenſu, de hoĩs iuſtificatione, de Sacramẽtis Eccleſię, deq; cęteris religionis myſterijs decernẽdi & iudicãdi. Audierat q̃nq; legẽ illã à Deo latã; Labia Sacerdotis cuſtodient ſciẽtiã, & legẽ ex ore eius requirẽt; Angelus .n. Dñi exercituũ eſt, meo aſſiſtẽs cõſpectui, meo illuſtratus lumine, meorũ cõſcius arcanorũ, in mea volũtate agnoſcẽda, in lege Dei diſcernẽda aſſiduus. Ab hoc Angelo legẽ oẽs gẽtes exq̃rent, hic p̄cepta & traditiones ad aĩarũ ſalutẽ ſpectãtes populo p̄ſcribet; hic oẽ ꝙ credendũ, q̃uo credendũ, q̃d & q̃uo agendũ eſt, p̄finiet; hic intellectũ lumine illuſtrabit veritatis, expurgabit affectũ, diſſoluet vincula, dęmonẽ colligabit, meo altari aſſiſtẽs tuas ad me ſupplices p̄ces, & mea ad te p̄celſa deferet dona; hic te à furore meo p̄teget, me tibi iratũ cõciliabit, hic tibi clauib. à me collatis cœlorũ ædes reſerabit, teq; in æternã introducet domũ: Angeli .n. hæc munera ſunt, non cuiuſuis hoĩs; Angelus aũt Dñi exercituũ eſt Sacerdos. Nouerat inq̃ dæmon hãc ſublimẽ, & oĩs eius q̃d nr̃am attinet ſalutẽ potentẽ Sacerdotis virtutẽ; quocirca nõ aliundè ſemina impietatis ſerere orſus eſt, q̃ à Sacerdotum Dei contẽptu & inobedientia; Primò ingenerauit hominib. ſuperbiã, vt nihil nõ p contentionem & inanem gloriã agant, vt Sacerdotem nihili habcãt, vt eius officium & dignitatem contemnant, nullam eius ordinis reuerentiã, nullã præceptis obedientiam præſtent, ſe eis æquales meritis, pares dignitate, poteſtate non inferiores iudicent; de quouis doctrinæ genere ad ſe non ad Sacerdotem pertinere iudicium arrogent, nihil moueant eo quod de hoc aut illo dogmate ſemel cenſura Sacerdotũ & Eccleſiæ interceſſit, quin eo potius audaciæ & amentię progrediant, ſuum vt iudiciũ Sãctorũ

Mal. 2.

Patrum

Patrum iudicio antepona nt;nihil apud eorum S.Doctorum,nihil Conciliorum & Pontificũ auctoritas valeat: omnia pro ſuo non Sacerdotis arbitrio credere & agere eis liceat. Quod dum alicui perſuaſit,quid ex hoc ſemine niſi hæreſum zizania expectanda erant?

Suo pede Summi Pontificis poteſtatem mẽſus eſt Lutherus; Lutherus non elargiri poterat indulgẽtiarum theſaurum, neq; Summus Chriſti Vicarius ex decreto Lutheri poterat elargiri;& ecce ex contemptu Põtificis, hæreſeos Lutheri initiũ.Luthero Chriſtus nullas claues aperiendi & claudendi cœlorũ ianuas, non alijq̃ virtutẽ plenariam ligandi & ſoluendi cõceſſit. Par mihi eſt,ait Lutherus, Romanus Pontifex; neque ergo ille aliquas obtinuit claues,neq; poteſtatem ſoluendi & ligandi accepit. In Eccleſia,ait, Romana,nulla peccatorum remiſſio eſt: Lutherus tanta ſuperbia iactat ſe & ſua, vt dicat Reges, Principes,Pontifices, non eſſe dignos qui ſoluant ſuorum corrigiam calceamẽtorum, & ſe pro ſancto viro velle haberi,velint nolint homines, & ſe non magnifacere, mille Auguſtinos, mille Cyprianos.Caluinus,& quotquot ſunt eius aſſeclæ,oẽm antiquitatẽ Sanctorum Eccleſiæ procerum ne pili æſtimant. Menno Friſius Sanctos ẽt Apoſtolos,imò & oẽs cœleſtes Spiritus,ſe inferiores eſſe iudicat.Oĩum hæreticorum prima vox eſt,Sacerdotes eſſe Phariſæos, & Antichriſti miniſtros;quemq; autem ex ipſis,ſutorem licet,eſſe vas Spiritus S.Apoſtolũ Chriſti,miniſtrum legitimũ Dei verbi.Ab hoc veſano furore,ab hac plus quam ſatanæ ſuperbia,& ſacrilego Sacerdotũ contemptu, quid non erupit? quanta hæreſum ſeges non excreuit? Quod.n.Lutherus oẽs Sanctos ſuo ſubiecit calculo,quod maiorẽ ſe ẽt Apoſtolis ipſis prædicauit, Sãctorum fidem in dubium reuocauit, Eccleſiã in terris occubuiſſe, nullã ſpei & charitatis cæterarumque virtutum, nullam gratiæ partem in Eccleſia Romana remanſiſſe, non Sacramentorum energiam, non ſucceſſionẽ Apoſtolicorum Patrum,non Chriſti & Petri Vicarium ſucceſſorem,nõ iuſtificationem, non indulgentias, nulla merita , nulla præmia meritorum apud nos reperiri in vulgus proferre auſus eſt. Quod Auguſtinos mille, & mille Cyprianos, Lutherus contempſit, Beatiſſimam Virginem in ordinem mulierum cæterarum redegit,cultũ oẽm Sanctorum, & reliquiarum atque imaginum venerationẽ abrogauit, altaria diruit,ſuccendit Eccleſias,bellum nefandum Sanctis cœlitibus indixit. Quod ſe ſuperiorem quouis Pontifice extulit, nullam obedientiam Romano præſuli exhibendam eſſe, non eum Epiſcopum ſed Antichriſtum; non Catholicum,ſed hæreticum eſſe,nullam eius ſtatutorum rationem habendam, non ſecundum præſcriptum eius credendum,non ad mentem eius qui omnium iudex ſupremus eſt ſenſa ſcripturæ accipienda eſſe:nihil(vt in vnum cõtrahain omnia,)quod Eccleſia Catholica Romana credidit, docuit,obſeruauit,credendum,docendum,& obſeruandum eſſe cenſuit.Quid.n.ait,Papa,ego ſuperior ſum:egone Papæ obediẽtiam præſtabo? Pontifex non eſt

In lib.cõtra Regẽ Angliæ.

dignus

dignus ſoluere, ò vecordem & inſanum, corrigiam calceamenti mei: ego qui Ioannem præcello Pontifici me ſubmitterem? Auguſtinus, Cyprianus, Ignatius, Dionyſius, Paulus ipſe, Angeli etiã, orbis et vniuerſus quid ſunt in comparatione mei? Peripſemata mundi. egone crederem quod Auguſtinus? quod Cyprianus, quod Paulus, quod cæteri Apoſtoli, quod Orbis vniuerſus, quod ſuperni ſpiritus, ſumma conſenſione crediderunt & docuerunt, ego his conſentirem? Noua ſunt adinuenienda dogmata; Recedendum eſt ab iſtis, ait iſte, bardis & ignaris; alia longè ab his diſſimilia fingenda ſunt commenta; reijcienda ſunt omnia vetera, egone veteres mihi exæquarem? mihinc orbis vniuerſus par eſſet? Hęc omnia an contemptus & inobedientia Sacerdotum peperetit, illud quoq; eminet, quod Lutherus omnium noſtri temporis hęreſum princeps in Romanum Pontificẽ rabiem ſuam conuerterat omnem, ſummaque cõtentione perficere conabatur, vt plurimorum voluntates ab eo alienaret, & eum infra ordinẽ redigere poſſet; Facinus primum aggreſſus ingens, omnes Pontificij iuris libros, cum pleriſque litteris Pontificijs, vulgò bullas vocant, incendit. Nec ita multo poſt contra Pontificem librum de Captiuitate Babylonica conſcripſit, in quo poteſtatẽ eius & authoritatem labefactare, ſurſum ac deorſum omnia miſcere conat' eſt. Vbi verò Leonis anathemate perculſus fuit, tunc magis ac magis furere, ac rationes omnes inueſtigare cępit, quibus odium erga Pontificem expleret; vna hac in re curæ illius, cogitationeſq; conſumebantur omnes, vt ipſum è cathedra Petri deturbaret. In ſcribendis libris deinceps, non quid eſſet, aut non eſſet cum pietate cum veritate coniunctum, ſed quid incommodare Papatui maximè poſſet, ſpectandum eſſe putauit; quicquid ſcriberet, quicquid diceret, quicquid faceret; omnia vt in odium & contemptum Papę, & Epiſcoporum moliretur: Fatetur hoc ipſe in quadam epiſtola ad Argentinen. in hæc verba. Hoc diffiteri, inquit, nec poſſum, nec volo, quod ſi Caroloſtadius, aut alius quiſpiã, ante quinquennium mihi perſuadere potuiſſet, in Sacramento pręter panem & vinum eſſe nihil, ille magno beneficio me ſibi deuinxiſſet. Grauibus.n.curis anxius in hac excutienda materia multùm deſudabam, omnibus neruis extenſis me extricare & expedire conatus ſum, cũ probè perſpiciebam hac re Papatui valdè me incommodare poſſe. Nonne hic apertè confitetur ipſe, peregrina ſua doctrina populo inculcanda non hoc ſe ſpectaſſe, vt Chriſti gloriam propagaret, vtque veritatem illius patefacere, ſed vt odio ipſe erga Papam inflammatus, eodẽ illius odio cæteros ſuccenderet? Tanta autem fuit mens illius infuſcata maleuolentia, Chriſtũ vt præſentem in Euchariſtia libenter fuerit negaturus, dũmodo per hanc occaſionem incommodare Papatui potuiſſet. Dæmoni poſtmodũ ad hũc articulum perdiſcendum quod ſe tradidit, ſuperius dixi; adeò vehementer odio Sacerdotum excæcatus erat, vt nec ſatanæ horrendam exhorruerit conſuetudinem, ſi tantum Pontifici in aliquo obſtrepere poſſet. Sed &

illud

illud non prætereundum eſt, quod de communione ſub vna vel vtraque ſpecie ſentiendum eſſe cenſuerit; illic.n. quantum veneretur Sacerdotum ſtatum oſtendit: Si quo caſu Concilium ſtatueret, inquit, minimè omniũ nos vellemus vtraque ſpecie potiri, imò tumprimum in deſpectum Concilij vellemus, aut vna, aut neutra, & nequaquam vtraq; potiri: & planè eos anathema habere, quicunque authoritate talis Concilij potirentur vtraque. Sacerdotum ergo Dei cõtemptus & inobedientia tot zizania hæreſum produxit. Acceſſit & ambitio, ad excrementum nefandorum ſeminum. Veriſſimè etenim à Chryſoſtomo dictum eſt; Contemptus Sacerdotum inuidiam genuit; ex ea autem inuidia, dominationis ambitio; porrò ex ambitionẽ omnes hęreſes ortæ ſunt. Dum.n. Lutherus pedibus ſuis orbem ſuã ſubiecit cenſura, dum ſe meliorem, doctiorem, ſublimiorẽ Pontifice arbitratus eſt. Pontificem autem eo honore, eaque poteſtate à Deo dignatum eſſe conſpexit, vt theſauri precioſiſſimi Sacramentorum & myſteriorum Dei diſpenſator ſit: quid non ait ego etiam? Cur eo honore nõ dignus ſim? Quamobrem ea poteſtate non mihi vtendum eſt? Summus Romanæ Vrbis Pontifex vniuerſæ Eccleſiæ Papa ſalutatur, ſupremus rerum fidei index, Clauiger cœlorum à cunctis vocatur; vicarius eſſe Chriſti ab omnibus exiſtimatur. Cur nõ etiam ego, qui dignior & celſior ſum? Ambitio, vt Vvittembergenſes ipſi & Lipſenſes apud [a] Spangebergium, teſtantur, Lutheri hæreſes procreauit.

in li. de captiu. Babyl.

ho. 2. ſup 1. ad Tim.

a Libello Verax narratio benefic. &c.

Non eſt difficile idipſum de antiquis hæreſiarchis oſtendere, qđ ambitione moti hæreſes diſſeminarunt. Quamobrem primus omnium hæreticorum Theobutes, Eccleſiam virginem, ſubreptione adulterini verbi corrumpere & omnia perturbare cępit? Quia repulſam, vt refert Egeſippus, [b] meruit Epiſcopatus. Cur Simon Magus nouã de libero arbitrio hęreſim diſſeminauit? Propter ambitionem, [c] quia par eſſe Apoſtolis voluit. Cur Valentinus de authenticæ regulæ Eccleſia abrupit? propter ambitionem, quia [d] Epiſcopatum quẽ ſperauerat alter eo dignior illi præripuit. Quare Marcion in illa prorupit verba, Ego findam Eccleſiam veſtram, & mittam fiſſuram in ipſam in æternum? propter ambitionem, [e] quia.n. non accepit præſidentiam, æmulatione ad magnam indignationem & ſuperbiã elatus, hæreſim ſibijpſi erexit. Cur Montanus paracletum ſe eſſe nuncupauit? [f] propter ambitionem, & primi loci obtinendi cupiditatẽ. Cur Nouatus baptiſmum paruulis denegauit? [g] Epiſcopatus cupiditate, quam intra ſe latenter gerebat. Cur Sabellius ſeipſum dixit eſſe Moyſen, & fratrẽ ſuum Aaronem? [h] propter ambitionẽ. Cur Arius, Aerius, Neſtorius, Sabbatius, Vvicleffus ab Eccleſia defecerunt, & tãtos errores ſparſerunt? propter ambitionem. Diuerſos.n. epiſcopatus cum ambirent, neque aſſequi poſſent; qui in Eccleſia non poterant, ſaltem extra eam vt gererent principatũ, ab ea ſe ſegregarunt. Diuerſis in locis, aiebat Auguſtinus, ſunt diuerſæ hæreſes, ſed vna mater ſuperbia omnes genuit. Et exiſtimabitis vos, à

b Euſe li. 4. hiſt. ca. 22.

c Act. 8.

d Tertull. lib. contr. Valentin.

e Epiph. hæreſ. 42.

f Theod. li. 3. de hæret. fabul.

g Euſeb. lib. 2. hiſt. c. 33.

h Epiph. hæreſ. 57.

Lib. de paſtorib. c. 8

dæmone, à Summi Pontificis contemptu, ab ambitione, aliquid verũ, ſyncerum, ſalubre profectum eſſe? A dęmone, quid non niſi mendacia pernicioſa? A contemptu Chriſti vicarij, quid non niſi blaſphemiæ? Ab ambitione quid præter ſceleſtum & truculentum exoriri poteſt? Refugite, per Deum, ſemina hæc iniquitatis; præcludite obſtaculis aditus dęmonis; Inimicus ille eſt ſalutis veſtræ; nõ niſi exitium veſtrum perquirit, zizanium ignibus deuorandum, ille permiſcet vobis; ſtate vigilantes ſuper cuſtodiã veſtram: perquirite diligentiſſimè quid velit ſerere in agro veſtro. Si zizanium hæreſum, ne acquieueritis; Sacerdotibus Dei omnem honorem, & obedientiam præſtate, humilitatem ſeruate, ne vos ſuper uos eleuate; Hinc.n. fiet, vt inimicum hominẽ à finibus propellentes veſtris, animas veſtras ab omni errore liberas, Chriſto qui habet curam frugum ſuarum offeretis ad horreum fœlicitatis æternæ, Amen.

Sinite vtraque creſcere vſque ad meſſem, ne fortè &c.

FASCICVLVS TERTIVS.

Hæretici ſintne mortis ſupplicio afficiendi?

DVM fortiſſimus Sampſon Allophylorum fraude, à complexu adamatæ detineretur Dalidæ, quonam modo ſe de illis vltus ſit, narrat Sacra Iudicum hiſtoria; Perrexit, ait, & cę- Iud. 15.
pit trecentas vulpes, caudaſque earum iunxit ad caudas, & faces ligauit in medio, quas igne ſuccendens dimiſit, vt huc illucque diſcurrerent. Quæ ſtatim perrexerunt in ſegetes Philiſtinorum. Quibus ſuccenſis, & comportatæ iam fruges, & adhuc ſtantes in ſtipula concrematę ſunt; intantum vt vineas quoque & olиueta flamma conſumeret. Deſcenderat quondam & Saluator noſter ad dilectiſſimæ ſuæ, ex millibus electę ſponſæ, congreſſum. Sed quibus modis pater mendaciorum diabolus, ipſum ab eius conſuetudine auellere non tentauit? quot artes non excogitauit, vt eum à Gentilis Eccleſiæ complexu auerteret? quot vicibus illa non repetiuit verba, prohibens Chriſtum ab ingreſſu cubiculi ipſius? Putaui, quod odiſſes eam, eò quòd dereliquiſti eã; nõ eam per tot Olimpiadas aliquando viſitaſti, nullam ei dotem, nulla donaria, non gratiam, non benedictionem, non templum, non ſanctuarium, non tabernacula, nulla ſiue externa ſiue interna monilia donaſti, ita cum ea, quaſi tua nunquã foret ſponſa, egiſti; & ego conſpiciens illam eſſe à te ſpretam, videns poſtmodũ.

quod

quod omnium expeteret amores ne ipſam ſine viro contingeret meretriciam agere vitam, tradidi illam alteri. Tu igitur huius amoribus frui nequaquam poteris. Sed habet ſororem, quæ iunior & pulchrior illa eſt. Pulchrior eſt præter modum, ſoror Gentilitatis Synagoga, quam tu auro & argento lapidibus pretioſis, fulgentibuſq; margaritis, byſſo & purpura & hyacintho & diſcoloribus adornaſti: cuius capiti mytram decoris impoſuiſti, quam veſtimentis induiſti gloriæ. Aſtitit à dextris tuis in veſtitu deaurato, circumdata varietate, myrrha & gutta & caſia à veſtibus eius ſpirant, ex quibus ſuauiſſimè fragrantibus fimbrijs oblectantur filiæ Regum in honore tuo. Pulchrior eſt Synagoga & venuſtior; hanc ergo tu accipias, ſit illa tua vxor; ſeniorem autem relinquas Gentilitatem; iã.n. tuis valedixit amoribus, iam alteri eam deſponſaui vxorem; iam illa alteri dedit manus; ſpopondit alteri fidem; in alterius, non Dei quidem, ſed dæmonis conſortium iam illa admiſſa eſt. Quantum diſplicuerint Saluatori noſtro verba hæc, dum ego tacitus conſiderabam & perquirebam, non multum ægrè tuliſſe primo ſupercilio mihi viſus eſt. Si.n. malè accepiſſes (te mihi liceat alloqui dulciſſime ſponſe) nefarios dæmonis conatus, qui te à complexu tuæ ſponſæ retrahere nititur, quamobrem te non vlciſceris de eo? Cur vt fortiſſimus Sampſon non illius ſegetes comburis? Ecce per totum quaſi orbem zizania hæreticorum diſperſit; en puriſſimum electorũ triticũ, hęreticorum permiſcuit lolio; zizania iſta ſponſam tuam à te ſeparant; infęliciſſimum lolium illud, tuos illi congreſſus prohibet; quare ſemina hęc dęmonis, flammis voracibus non abſumis? Te fortiorem & lõgè potentiorem Sampſone, ſeptiformis illa Spiritus ſancti per tuum verticem diffuſa gratia, effecit; cur vt Sampſon, ſementis iſtius hæreticorũ, nõ exitiũ moliris? vel vt olim Helias, non præcipis? Deſcendat ignis de cœlo & deuoret te ò ſatan, & omnes aſſeclas tuos. Non eſt neceſſe, vt trecentas vulpes requiras, & eas adinuicẽ colliges, vel faces accenſas illis adiungas; deſcendet ignis de cęlo, & ad tuum imperium ſemen hoc nequam exuret. Quod ſi neque tędas accenſas hinc & inde diſſipare, nec ignem de cęlis deſcendere, nec aliquo inſigni & mirando ſupplicio hæreticos diſperdere cupis; ecce ſerui tui tibi ſe prõptos offerunt: Vis imus & colligimus ea? ecce habes Sacerdotes qui zelo ſuccenſi, ſcandala cupiunt auferre de regno tuo? cur eos prohibes? cur non præcipis? Ite, & colligite, & in faſciculos omnes ligate, & turmatim oẽs ad clibanum inferni deijcite? Quam obrem reſpondes? non.

Hæretici omnes per tuum agrum diſperſi, oſores ſunt tuæ cum hominibus conſuetudinis; Sponſæ tuæ nomen illis inuiſum eſt; eam à te vnico & amantiſſimo ſponſo auellere, & ad dæmonis proſtibulum pertrahere nituntur. Hæretici, candorem, puritatem, ſynceritatem credentium obſcurare, veritatem mẽdacijs permiſcere, ſanctitatem ſcelere contaminare, diuidere vnitatem, charitatem eneruare fidelium conantur. Nulla eſt res tã

ſan-

ſancta, adeò incorrupta, ſic adoranda cui zizanium vel lolium diabolici aſtus inſerere non deſiderent. Animas fideliſſimæ ſponſæ tuæ tibi ſubducere & dæmoni ſupponere intendunt & inhibes? Non: Nolo, ais, extirpare hæreticos? Non eſt mihi animus comburendi eos? Quam ob cauſam tandem? Tantumne placuit tibi ſcelus? Sicne zizanio, omne verum inficiente ſemen, delectaris? Siccine mortis ſupplicio nunquam afficiendi erunt? Maleficum, qui animas tuo ſanguine viuificatas veneno extinguit, viuere permittes in terra? Oſorem vnitatis, ab vnitate non gladio præſcindes? Furentem in tuam Eccleſiam, bacchantem in oues tuas, omnia tua edacibus flammis abſumentem latronem, non ignibus trades? Quare famulis tuis à te perquirentibus, Vis imus & colligimus ea, inhibes? Non: Ne forte colligentes zizania, eradicetis & triticum: Rationem huius inſtituti profert Saluator: Perquiris à me cur diſcipulos ab hæreticorum punitione iuſta equidem & ſancta, parabolicè prohibuerim? Ne fortè colligentes zizania, eradicarent & triticum. Hæc eſt cauſa, propter quam ne hæreticorum zizania euellant prohiberi, ne ſi trucidarent hæreticos, ſimul & fidelibus aliquod exitium inferrent. Dixiſſet, Non eſt quidē meæ intentionis, ſemen hoc ſceleſtum patienter ſufferre, atque id ab omni interitu vindicare: egone conſeruarem illum, qui in meā perniciem conſurgit? ego adulterum, meos amores, meū cubile violantem, viuere ſinerem? Si quis alterius vxorem concupierit, remq; cū ea habuerit, mortis ſupplicio mulctādus eſt; ego perfidis iſtis qui caſtiſſimas meo mihi ſanguine redemptas ſponſas à me abducunt, & dæmonis congreſſibus ſubijciunt, & ſceleſtum in earū animas ingerunt ſemen, vitæ concederem vſuram? Minimè gentium: Sed proſpicio dilectis meis fidelibus. Si n. in tantā excreuerint multitudinē hæretici, quod numerō, viribus, copijs, & potentia ſuperent vel æquales ſint Catholicis, & abſque periculo credentium grauiſſimo, extirpari nequeant, nolo vt eradicentur. Non n. cædem meæ Eccleſiæ ex aliorum cæde, non mortē meis puſillis ex aliorū morte prouenire volo. Sinite vtraq; creſcere vſq; ad meſſem, & in tpe meſſis dicā meſſoribus, Colligite primū zizania, & alligate ea in faſciculos ad comburendum. Si aūt pauci ſint, & viribus inferiores ipſis Catholicis, ita vt ex euulſione eorum, neque triticum eradicetur, neq; plures fideles trucidentur, neq; vllum abſq; fœdere pacis atque inducijs bellū orbi inferatur, vbi metus iſte nō ſubeſt, (ſic paraphraſticè reddit Auguſtinus) ſed oīno de frumētorum certa ſtabilitate, certa ſecuritas manet, vbi cuiuſq; crimē ita oībus notum eſt, & omnibus execrabile apparet, vt vel nullos prorſus, vel nō tales habeat defenſores, per quos poſſit ſchiſma contingere; vbi cōgregationis Eccleſiæ multitudo ab eo crimine quod anathematizat aliena eſt; nō dormiat ſeueritas diſciplinæ, eradicetur zizanium, ne totum obruat agrū. Scintilla, ſtatim vt apparuerit extinguenda eſt, & fermentū à maſſæ vicinia ſemouendum; ſcabioſum animal à reliquo grege ouiū repellendū, ne

li. 3 cōtra epiſt. Parmen. c. 2.

Hiero in 5. c. Gala.

tota

tota domus, maſſa, & pecora; ardeat, corrũpatur, intereant. Si medicus cũ viderit huius terreni corporis aliquem eſſe languorẽ magnũ, ſuæ artis exiſtimat documentum, ſi citò quis illius interuẽtu deſperatus euadat; vel cum putre vulnus aſpexerit adhibet fomenta, vel cætera, quibus illud poſſit quod natum fuerat vulnus curari; ac ſi ita manens ſanari non poterit, ne corpus reliquum ſua tabe corrumpat; ferro amputat quod nocebat; quod reliquum eſt, integrum, ſeruat intactum: Præcidendum id ergo eſt quod velut puro ſanoque nimirum corpori vulnus obrepſit; ne cũ tardius abſtergitur, in ipſis penè viſceribus huius mali non exhaurienda poſt ſentina conſidat. Secandæ ſunt putridæ carnes, ne totum corpus putreſcat. Si agricola aduerterit in agro infelix lolium & ſteriles exoriri auenas, famulos mittit qui diligentius explorent pernicioſas herbas, & radicitus euellant; ne illis ſuccreſcentibus, ariſtæ frugum obruant: euellendi quoque ſunt hæretici, ſi nullum Eccleſiæ damnum obuenire poteſt; pullulantibus illis celerius eſt obuiandum, ne lõgius execrandus error animis inſerpat. Morte igitur plectendi & extirpandi ſunt heretici. Auguſt. epiſt. 91

1 Obtinuerat hoc, omnium fere gentium & populorum recta conſuetudo, vt nouos nouarum & religionum & dogmatum inuentores, à cõmuni conuictu omnium ſepararent, & diuerſis afficerent ſupplicijs; Diagoras Philoſophus apud Athenienſes Deum in dubium reuocare auſus fuerat; non tulerunt hoc Ciues, ſed ipſum contumelijs affectum in exiliũ pepulerunt: Socrates Philoſophus nouam quandam inducere religionem nitebatur; Non paſſi ſunt Athenienſes nouos exurgere cultores, ſed ipſum carceribus mãcipatum veneno extinxerunt. Græcus quidam ſacrificulus & vates in Hetruriam & inde Romam, nouam Bacchanalium feſtiuitatẽ induxerat, in qua religioni falſæ, epularũ & vini & complexus carnis addebantur voluptates; in qua, vt refert Liuius, cum vinum animos & nox & miſti fœminis mares, ætatis teneræ maioribus, diſcrimen omne pudoris extinxiſſent, corruptelæ primũ omnis generis fieri cœptę; cum ad id quiſque, quo natura pronioris libidinis eſſet, paratã voluptatem haberet: nec vnum genus noxæ ſtupra promiſcua ingenuorum, fœminarum que erãt: ſed falſi teſtes, falſa ſigna, teſtimoniaque & iudicia ex eadem officina exibant; venena itidem, clandeſtinæq; cedes, ita vt ne corpora quidem ad ſepulturam extarent; multa dolo pleraque per vim audebant. Nihil ibi facinoris, nihil flagitij, prætermiſſum: Si qui minus patiẽtes dedecoris eſſent, & pigriores ad facinus, pro victimis immolati nihil nefas ducere, hanc ſummam inter eos religionem fuiſſe; Quid tũ Senatus Romanus ad hũc phanaticum extirpandum furorem egit? Qualem ſe erga nouos ſacrificulos declarauit? Primum captis quibuſdã, alios cõplices ab eis perquiſiuit: Deinde Sacerdotes eorum ſacrorũ, ſeu viri ſeu mulieres eſſent, nõ Romę modò, ſed per oĩa fora & conciliabula conquiri, vt in Cõſulum poteſtate eſſent pcepit. Deinde edicto publico ſtatuerunt, vt & in vrbe Romana, &

A conſuetudine gẽtiũ argũ.

Titus Liuius. lib. 9 Dec. 4.

per

per totam Italiam, nullus qui Bacchis initiatus eſſet, coiſſe aut conueniſſe cauſa ſacrorum velit; neu quid talis rei Diuinæ faciat; ante oĩa vt quæſtio de his habeatur: Demũ Ædilibus imperarũt, ędiles plebis videre, ne qua Sacra in operto fierent; Triumuiris capitalibus mandarunt, vt vigilias diſponerent per vrbem, ſeruarentque ne qui nocturni cętus congregarentur. Conciliis tandem generalibus P. C. factis, ſententiam poſt longam deliberationem tulerunt.

Sed licèt primò Concionem illam quam ad Senatum Poſthumius Cõſul de ea re habuit inſerere. Ex ea.n. quantum nouis religionibus obſtare debeat quælibet politia, politicè ſed pulcherrimè conſtat. Cum ſolenne carmen precationis, quod præfari priuſquã populum alloquerentur, magiſtratus ſolent, peregiſſet Conſul; ita cepit.

Oĩo Poſthumij Conſulis.

Nulli vnquam concioni, Quirites, tam non ſolum apta, ſed etiã neceſſaria hęc ſolennis Deorum cõprecatio fuit; quæ vos admoneret, hos eſſe Deos, quos colere, venerari, precarique maiores veſtri inſtituiſſent; nõ illos qui prauis & externis religionibus captas mentes, velut furialibus ſtimulis ad omne ſcelus & ad omnem libidinem ageret. Equidem nec quid taceam, nec quatenus proloquar inuenio. Si aliquid ignorabitis, ne locũ negligentiæ dem; ſi omnia nudauero, ne nimium terroris offundam vobis, vereor. Quicquid dixero, minus quàm pro atrocitate & magnitudine rei ſcitote dictum eſſe; vt ad cauẽdum ſatis ſit, dabitur opera à nobis. Bacchanalia tota iampridem Italia, & nũc per vrbem ẽt multis locis eſſe, nõ fama modò accepiſſe vos, ſed crepitibus ẽt, vlulatibuſq; nocturnis q perſonant tota vrbe, certum habeo. Cæterum quę ea res ſit ignorare. Alios Deorum aliquẽ cultum, alios cõceſſum ludum, & laſciuiam credere eſſe, & qualecunq; ſit, ad paucos pertinere. Quod ad multitudinẽ eorum attinet, ſi dixero multa millia hoĩum eſſe, illicò neceſſe eſt exterreamini; niſi adiunxero, qui qualeſq; ſint. Primũ igitur mulierum magna pars eſt, & is fons mali huiuſce fuit: deinde ſimillimi fœminis mares ſtuprati, & conſtupratores, fanatici vigiles, vino, ſtrepitibus, clamoribuſq; nocturnis attoniti: nullas adhuc vires coniuratio; cæterum incrementũ ingens viriũ hẽt, quod indies plures fiunt. Maiores quidem veſtri, ne vos quidẽ niſi cũ aut vexillo in arce poſito comitiorũ cauſa exercitus edictus eſſet, aut plebi concilium tribuni edixiſſent, aut aliquis ex magiſtratibus ad concionẽ vocaſſet, forte temere coire voluerunt; & vbicunque multitudo eſſet, ibi & legitimum rectorem multitudinis cenſebant debere eſſe: Quales primũ nocturnos cętus, deinde promiſcuos mulierũ ac virorũ eſſe creditis? Si quibus ętatibus initientur mares ſciatis, non miſereat vos eorum ſolũ, ſed ẽt pudeat. Hoc Sacramento initiatos iuuenes, milites faciendos cenſetis Quirites? ijs ex obſcęno ſacrario eductis arma cõmittẽda? hi cooperti ſtupris ſuis, alieniſque, pro pudicitia coniugum ac liberorũ veſtrorum ferro decernerent? Minus tñ eſſet, ſi flagitijs tãtum effœminati forent (ipſorum

ſorum id magna ex parte dedecus erat) à facinoribus manus, mentẽ à fraudibus abſtinuiſſent. Nunquam tantũ malum in republica fuit, nec ad plures, nec ad plura pertinens. Quicquid his annis libidine, quicquid fraude, quicquid ſcelere peccatum eſt, ex illo vno ſacrario ſcitote ortum eſſe: nec omnia in qua coniurauerunt, edita facinora habent; adhuc priuatis noxijs, quia nondum ad rempub. opprimendam ſatis virium eſt: coniuratio ſeſe impia tenet; creſcit & ſerpit quotidie malum: iam maius eſt, q̃ capere id priuata fortuna poſſit; ad ſummam Reipub. ſpectat, niſi præcaueritis Quirites: iam huic diurnæ legitimè à Cõſule vocatæ par nocturna concio eſſe poterit. Nunc illi vos ſinguli vniuerſos concionantes timent; iam vbi vos dilapſi domos, & in rura veſtra eritis, illi coierint; conſultabunt de ſua ſalute ſimul ac veſtra pernicie; tum ſingulis vobis vniuerſi timendi erunt. Optare igitur vnuſquiſq; veſtrum debet, vt bona mens omnibus ſuis fuerit. Si quem libido, ſi furor in illum gurgitem abripuerit; illorum eum quibus cum in oẽ flagitium & facinus coniurauit, non ſuũ iudicet eſſe. Ne quis ẽt errore labatur veſtrum quidem non ſum ſecutus: nihil. n. in ſpeciem fallacius eſt q̃ praua religio: vbi Deorũ numen prætẽditur, celerius ſubit animum timor, ne fraudibus humanis vindicandis Diuini iuris aliquid miſtum violemus. Hac vos religione innumerabilia decreta Pontificum, Senatuſconſulta, Aruſpicum deniq; reſponſa liberant. Quoties hoc Patrum, auorumq; ętate negotium eſt magiſtratibus datum, vt Sacra externa fieri vetarẽt? Sacrificulos vateſq; foro, circo, vrbe, prohiberent? vaticiniorum libros conquirerent, comburerentq; ? oẽm diſciplinam ſacrificandi, præterquam more Romano abolerent? Iudicabant. n. prudentiſſimi viri, omnis Diuini humanique iuris, nihil æquè diſſoluendæ religionis eſſe; quã vbi non patrio, ſed externo ritu ſacrificaretur. Hęc vobis prædicenda ratus ſum, ne qua ſuperſtitio agitaret animos veſtros, cum demolientes nos Bacchanalia, diſcutienteſque nefarios cætus cerneretis: omnia Dijs propitijs volentibuſque ea faciemus. Quia qui ſuum nomen ſceleribus, libidinibus contaminati indignè ferebant, ex occultis ea tenebris in lucem extraxerunt nec patefieri, vt impunita eſſent, ſed vt vindicarentur & opprimerentur, voluerunt.

Finita hac oratione, Senatus authoritate cautum eſt, ne qua Bacchanalia Romæ neue in Italia eſſent, mulcta eiuſmodi poſita. Qui initiati tantũ eſſent, & ex carmine ſacro p̃eunte verba Sacerdote, precationes feciſſent, in quibus nefanda coniuratio in omne facinus ac libidinem continebatur, nec earum rerum vllam, in quas iureiurando obligati erant, in ſe aut in alios admiſiſſent, vinculis vt detinerent: qui verò ſtupris aut cædibus violati forent, qui falſis teſtimonijs, ſignis adulterinis ſubiectione teſtamentorum, fraudibus alijs contaminati, ij vt capitali afficerentur pęna decretum erat. Is apud falſorum numinum antiquæ religionis retinendæ zelus, ea nouorũ dogmatum abominatio, piaculum vt iudicarint extremũ,

nouos quotidie inuenire Deorum cultus. Quantum enim lumine naturæ conijcere poterant, apertè videbant ex innouata religione conteptum Dei, pietatis exterminium, morum in peius commutationem, Reipublicę ſimultates, tumultus ingentes populi, coniurationes & pericula, mortes plurimorum & tandem omnium exitium conſequi neceſſe eſſe.

Quæ ego dum conſiderabam, à lachrymis tandem me continere non potui, quin negligentiam Principũ Eccleſiæ noſtræ hac in parte deplorarem: Gentilium Senatus Romanus nefas eſſe duxit, ſi qua contra Pontificum decreta, contra Senatuſconſulta, contra Vatum oracula, noua religio profana ſuſcipi deberet: ſupplicijs extremis afficiebant illos, qui nouum quid in vulgus ad reli gionem ſpectans retuliſſent. Nos qui in Catholica Eccleſia detinemur, qui vnius veri Dei veri cultores ſumus, q nullum alium præter ipſum agnoſcimus; qui fidem Chriſti & doctrinam, & Sacra, & ſtatuta, & præcepta, & cęremonias, & ritus oẽs, ab Apoſtolis per noſtrorũ maiorum manus recepimus, quid apud nos fieri videmus? quẽ zelum veteris retinendę? quod ſtudium nouæ pullulantis religionis extirpandæ? Nobis vni Deo, in vna Eccleſia, vnius fidei & Sacrificiorũ & pietatis cultu per totum orbẽ ſacrificantibus, quales Nouatores conſurgant, quas excogitent ſeu magis, ab orco ſuſcitent hæreſes, conſpicimus: Similes ne ſint oẽs ſacrificulis Bacchi nec ne? non difficile eſt cognoſcere. Nĩ mentiar, oẽs hæretici quicunq; nouas inuexerunt hæreſes aut Bacchi, aut non multum à miniſtris Bacchi receſſiſſe mihi vñr: Sũmus eorum Deus, non ille quidem qui ex nihilo cuncta produxit, ſed qui producta à Deo creata, ſcelere & amentia conſperſit diabolus eſt. Hunc illi pro numine venerantur, huius ſeruituti ſe totos dediderunt, huius partes promouent in terris, nihil ſine eius nutu, nihil ſine conſilio ipſius moliuntur, ab eo doctrinam, oẽm oẽs errores ediſcunt, cum eo oẽm conſuetudinem habent. Hunc eſſe numen ſuum ſuſpiciendum & adorandũ apertè Lutherus facile oĩum hęreticorum Princeps teſtatus eſt, vt Pauli vel Ioannis, q hæreticos ex diabolo eſſe genitos & ad Antichriſtũ declinantes teſtimonio opus nõ ſit. Alter deinde hęreticorum Deus eſt venter, & illud quod eo inferius eſt, quẽ adeò vnicè oẽs hæretici colunt, vt ſe ſine luxuria, vt ſine cibo & potu, conſiſtere non poſſe aſſueuerent. Repetere illud nõ grauauabor, ꝙ alibi ex Smidelino inſigni hæretico, de hęreticis retuli. Ieiunij loco comeſſationibus & perpotationib. nocte dieq; vacant: (en ſacrificulos Bacchi) vbi pauperibus benignè facere oportebat, eos deglubũt & excoriant, precationes vertunt in iuramenta, blaſphemias, & Diuini nominis execrationes, idq; tã perditè, vt Chriſtus ne ab ipſis quidẽ Turcis hodie tantopere blaſphemetur. Carnem, carniſq; impudentes delicias quãtopere diligant, ipſi ſe indice produnt, dum oẽs virginitatem ſacram diris oĩbus deuouent; dũ matrimonium longe nobilius eſſe virginitate tuent; dum præceptum de generatione prolis, oĩbus æquè ac de manducando

datum

datum eſſe blaterát. Quid hic ſtupra ſacrarum virginum? quid inceſtus? quid Mahumeticam polygamiá apud eos obſeruatam cómemoré? Quid violata ab eis votorum & Monaſteriorú repagula recenſeam? Orbis vniuerſus vidit quoſdam ſororibus, filiabus proprijs quoſdá cómixtos eſſe. Vidit Germania, Gallia, Flandria, & Anglia ex effractis monaſterijs virgines Deo ſacratas, vi ereptas, & ſacrilego ſemine in medijs ciuitatibus, ad aſpectú totius populi pollutas. Qui Bacchi myſterijs initiabantur, nocte & ea intempeſta ſuos complebant amores. Iſti autem ne ad impietaté deſit quippiam, in meridiana luce; non in angulo operto ſed in propatulo, (pudor dicere prohibet,) in oculis oium, impudicos, nefandos, ſacrilegos miſcent complexus. Qui facinori abominádo obſtiterit, illum aut gladio, aut igne à viuorum conſortio ſeparant. An quodquam facinus, aut flagitium ab eis prætermiſſum ſit? ſi ſcire deſideratis, reuoluite quæ ſuperioribus annis in Belgio, & in Anglia, & Gallijs acta & ab eis ſcelеſte perpetrata ſunt. Quæ ſiccis oculis, quis commemorare queat? poſteaquam. n. in illis florentiſſimis quondam Regnis, quidam ſacrilega ſeparationis conſilia ſunt amplexi, quas Regna illa calamitates non pertulerunt? quibus cladibus afflicta non ſunt? An terras illas videre nó licuit; promiſcuis innocentum cędibus non redundantes? Vxores in virorum, virgines in matrum ſinu conſtupratas & iugulatas? infantes ab vberibus matrum ad cædem raptos? prægnantes mulieres viuas inciſas? honeſtiſſimos viros per ſummam crudelitatem interfectos, raptata cadauera, laniata, canibus obiecta, in flumen præcipitata? Sacerdotes Catholici in crucem illam acti fuiſſe commemorantur, in qua ſimulachrum Chriſti crucifixi pédebat, vt vnus à dextris, alter à ſiniſtris poneretur. Pater contra filium, & filius cótra patrem parricidialia ſumpſit arma; vt in ſua ipſorum viſcera ſæuire viſi fuerint. Tantum ſceleri datum eſt iuris, vt naturæ quoque leges rumpe rentur, nec eis loci quidpiam ſupereſſet. In ipſas etiam res inanimas crudelitatem ſuam exercuerunt. Teſtantur hoc templorum euerſorum parietinæ, oſſa principum eruta, ſanctorum reliquię martyrum è ſepulchris effoſſæ, imagines exuſtæ, Sanctiſſimum Chriſti corpus, ò impietatem, ò ſcelus, pedibus conculcatum. Quid hic ſtupetis? quid admiramini? Dęmonibus peiores hæretici ſunt. Dæmones genua ad Sanctiſſimam Euchariſtiá flectunt, & contremiſcunt ad aſpectum illius; Iſti pedibus ſceleſtiſſimis protriuerunt. Quis mecú hic exurget, & ſomno oppreſſos excitabit principes? Agite, per Deum immortalem, euigilate: Percipite quá ingens crudelitas in Deum múdi reparatorem exerceetur; quá indigna in Deú patrétur; Dei iniuriam vindicate. Si quis Regé in faciem percuſſerit, tota eius familia proſcribitur & cú eo trucidatur. Iſti percuſſerunt & nó ſemel ſed infinitis vicibus in maxillam, Regem Regum & Deum Deorum. Iſti pedibus ſuis Deum calcarunt; & vos ſuffertis? non in eos vt illi in noſtros ſupplicia diuerſa excogitabitis? non eos à viuorum cóſortio ſeparabitis?

O patientiam? ò conniuentiam noſtram? Deus ille qui nos ſanguine ſuo è poteſtate dęmonis eripuit, per ſummum ſacrilegium indigniſſima patit'; Deus ille qui nos corpore & ſanguine ſuo precioſiſſimo cibat, horrenda ſuffert. Deus ille qui vniuerſum orbem iudicaturus eſt; ante cuius tribunal nos conſiſtere & de factis rōnem reddere debemus, atrociſſima & nefanda perfert, & nullus ipſius cauſam aget? nullus eū ab iniuria vindicabit? nullus neque minimum verbum pro eo muſſitabit? Siccine inimicos & hoſtes Dei acerbiſſimos oēs palpabimus? Sicne Diuinam perniciem illis quærentibus benigni erimus? Qui nomen Dei blaſphemauerit, lege Dei, morte plectēdus eſt. Nomen Dei ab iſtis horrendè blaſphemāt, Chriſtus ne ab ipſis quidē Turcis hodie tātopere blaſphematur; Turcę nunq̃ Chriſtum pedibus calcarunt, nunq̃ Chriſto & Sanctis eius tanta irrogarunt quæ hæretici; & hæretici viuent? & hæretici non morte plectentur?

Dan. 3. Legimus Danielis viſiones & geſta prophetica. Tres pueri in igne laudauerunt Dn̄m, quod miratus dum fuiſſet Nabuchodonoſor Rex, (non ille vel Iudæus, vel circumciſus, ſed ille qui ſtatuam ſuam erexerat & ad eam adorandam oēs coegerat;) quod .ſ. incendium pueros non læſiſſet ſed recreaſſet, in laudibus trium puerorum cōmotus, vbi vidit maieſtatem Dei præſentis in igne, ait, A me poſitum eſt hoc decretū, vt omnis populus, tribus, & lingua, quęcunq; locuta fuerit blaſphemiā contra Deum Sidrach, Miſach, & Abdenago, diſpereat, & domus eius vaſtetur. Ecce quō ſeruit Rex alienigena ne blaſphemetur Deus Iſrael, qui potuit tres pueros de igne liberare; & nos ad blaſphemias hæreticorum, in Deū, qui nos à gehēnæ incendijs liberauit, iactatas, aures obturabimus? noſtri Principes benigna audient aure? Dum mali eſſe authorē Deum; Dū S. Trinitatē triceps (ò blaſphemiā,) mōſtrum. Dum Filium & Spiritum S. diſpares eſſe Patri; dū Chriſtum ignarū, peccatorem prædicabunt, dum infinita alia in eū cōuitia & maledicta euomēt; dū Sanctiſſimū eius corpus pedibus ſpurciſſimis conterent; dū Deum in ignes conijcient; Principes noſtri nihil cōtra eos molientur? nō in eos grauiter animaduertēt? Quæ gens, q̃ natio Deos ſuos tutata non eſt? Quod Regnū Dei ſui iniuriā vltum nō eſt? Soli Chriſtiani ludibrijs, blaſphemijs, iniurijs, Deum ſuū exponent? Quis animus? quæ charitas? quis zelus Diuini honoris? Gētiles Deum noſtrum ab iniuria vindicāt, & Chriſtiani patiēter ferent? Non hęc peſtifera germina extirpabūt? Cyclopes iſtos, diabolicos gigātes, nō gladio, nō flāmis extermi nabūt? Cęterū qđ ad doctrinā hęreſeos attinet, q̃ multos fideles īficere & in errorē abducere ſolet; ſintne mortis ſupplicio afficiēdi hęretici necne?

Dan. 13. tabulæ Diuinę legis oſtēdūt; quarū is tenoreſt. Si ſurrexerit in medio tui Prophetes, aut q ſomniū ſe vidiſſe dicat, & p̄dixerit ſignū atq; portētū, & euenerit qđ locut' eſt, & dixerit tibi, Eam' & ſequamur deos alienos quos ignoras, & ſeruiam' eis, nō audies verba prophetę illius aut ſōniatoris, qa tētat vos Dn̄s De' veſter, vt palā fiat, vtrū diligatis eū an nō in toto corde,

& in tota anima veſtra. Dn̄m Deum veſtrum ſequimini, & ipſum timete,
& mandata eius cuſtodite, & audite vocē eius, ipſi ſeruietis & ipſi adhę-
rebitis. Propheta aūt ille aut fictor ſomniorū interficiet, lapidibus obru
tus necabitur, qa voluit te abſtrahere à Dn̄o Deo tuo. Si audieris in vna
vrbiū tuarum, quas Dn̄s Deus dabit tibi ad habitandū, dicentes aliquos,
Egreſſi ſunt filij Belial de medio tui, & auerterunt habitatores vrbis ſuæ,
atq; dixerunt, Eamus & ſeruiamus Dijs alienis quos ignoratis: quære ſoli
citè, & diligenter rei veritate perſpecta, ſi inueneris certū eſſe qđ dr̄, & a-
bominationē hanc opere perpetratā, ſtatim percuties habitatores vrbis il
lius ī ore gladij, & delebis eā, oīa quoq; q̄ illius ſunt vſq; ad pecora qcqd
ēt ſuppellectilis fuerit congregabis in medio plateарū eius, & cū ipſa Ci-
uitate ſuccendes, ita vt vniuerſa conſumas Dn̄o Deo tuo, & ſit tumulus
ſempiternus: Non ædificabitur amplius, & non adhærebit de illo anathe
mate quicq̄ in manu tua, vt auertatur Dn̄s ab ira furoris ſui, & miſereat
tui. Ecce nunc oculis noſtris cernimus dęmonis pſeudoprophetas, oēs hę-
reſi infectos, qui nihil aliud, vt Ochinus eos aduertit, populis prædicant
niſi q̄ vino ingurgitati de nocte ſomniauerint, qui quod in ſomniorū à dę
mone impreſſis ſpectris aſpexerint, id chartis mandant, excudique curāt,
ſuiq; improba capitis cōmenta pro oraculis haberi volunt; qui nō aliud q̄
ex dęmonis penu erutū ſemen in vulgus indoctum ſpargunt. Ecce vide-
mus fanaticos & vertiginoſos, diaboli partiū hoīes qui à Deo vero ad ſui
culturam hoīes traducunt. Quid.n. Caluinus? An nō in Idolū quoddam
transformari, dū vt ſe Gallia victimis & ſacrificijs coleret, deſiderauit?
Cur Caluinolatratū nomen in Gallijs & Belgio auditū eſt, niſi quod Cal-
uinus ſibi Diuinos arrogaret cultus? Cur Ochinus hęreticus, Dialogū cō
tra ſectā nouorum Deorū in lucē dedit, niſi quod Tigurini, Geneuenſes,
Vvittēbergenſes & alij falſi prophetę, ſe in Dei locū ſuggerebant? p̄ Dijs
adorari volebāt? Dei veri cultū ambiebant? En cōſpicimus Antichriſtos,
dęmoni viā parantes, & à Deo vero ad dęmonē; ab vnitate ad ſectas; à cha
ritate quæ Deus eſt, ad furētiſſimum odiū; à religione ſancta; ad Mahume
tiſmum, vel ſi mauis ad Atheiſmū; à pudore, pietate, continentia, iuſtitia;
ad omne ſcelus, ad omne flagitiū, populos abducere. Circumſpice, monet
ipſos Roterodamus, populum iſtum Euangelicū, & obſerua; num minus — in epiſ. ad Vulturiū Neoco-nium.
illic indulgeatur luxui, libidini, & pecuniæ, q̄ faciant ij quos deteſtamini.
Profer mihi, quē iſtud Euangelium ex comeſſatore ſobriū, ex feroci man
ſuetum, ex rapaci liberalē, ex maledico beneuolū, ex impudico reddiderit
verecundū. Ego tibi multos oſtendā, qui facti ſunt ſeipſis deteriores. Mū-
dus nunc ſub iſtis, addo ex Luthero, fit indies deterior, ſunt nunc magis — Poſtil ſu-p Euang. Domin 1. Aduent.
vindictæ cupidi, magis auari, magis ab omni miſericordia remoti, magis
immodeſti & indiſciplinati, magiſq; deteriores, q̄ fuerint in Papatu. Ec-
ce ipſi principes hæreticorum fatentur, populos oēs per hæreticos à Deo
à virtute, à ſanctitate, ad dæmones, ad facinora nefanda, ad omne peccatū

& nefas deductos eſſe,& principes pmittere debent? & non eos vel igne,
vel ferro trucidabunt? nō hos diaboli miniſtros è medio Sanctorū tollēt?
Qui furto aliquid auferunt,lege oīum gentium mortis ſnīam ſubeūt. Ec-
ce hæretici fures ſunt & latrones , qui aſcendunt per foramen in Eccleſiā
vt aīas Chriſto deuotas furentur & dæmoni in fauces tradant : Puniendi
ſunt:Idololatriæ authores mortis ſnīam ſubeunt. Hæretici ad idololatriā
hoīes pertrahunt.Venite,aiunt ſimplicibus & ſeruiamus Dijs quos igno
rarunt,neq; coluerunt patres veſtri.Accedite ad Lutherū,vel Caluinum,
vel Zuingliū,& eius doctrinā amplectimini; ipſi⁹ dictis parete; hic eſt.n.
quē adorare,cui cultum oēm impendere debetis: huic dæmon ſua patefe
cit ſecreta,huic inferorum reſerauit arcana, venite & hunc pro Deo ſuſci
pite:& hos impios ſufferre Principes debent ? non ipſos ſi non reſipiſcāt
Libello ad Ioach. Veſtphal. in inferna detrudent? Ipſi,apud Caluinū,ſe indignos eſſe clamitant,quos
terra ſuſtineat,& principes eos ſuſtinebunt? non eis ſepulchra aperient? il
lud crimen quo nihil grauius,nihil atrocius cogitari pōt, cui ſi oīa alia in
vnum cumulū congeſta,quamlibet ſint atrocia facinora comparentur, ſe
ſtuca ſunt cum trabe collata; hoc inquā tale ac tantum hæreſis crimē ſine
vindicta in aliorū perniciem graſſari permittent ? Sāctis illis tū legalis,tū
antiquæ Eccleſiæ principibus nihil magis accōmodum viſum eſt q̄ exo-
rientes extirpare hęreſes. Helias propheta vbi Baalis cultores in oēm vul
gum ſuos ſpargere errores vidit, non veritus eſt & ipſum Regē coargue-
re & Pſeudoprophetas quadringētos & quinquaginta trucidare . Eius e-
4. Reg. 23 xēplum ſecutus eſt Iehu & Ioſias Reges Iſraelis, quorum alter oēs ſacrifi
culos Baalis in ore gladij percuſſit, & ſtatuā Baal cōminuit & cōbuſſit, &
ædem Baalis conuertit in latrinas;alter verò primo oīa vaſa proiecit & cō
buſſit,& deleuit poſtmodū aruſpices quos poſuerant reges Iuda ad ſacri-
ficandum in excelſis, & excindi fecit lucum de domo Dn̄i & cōbuſſit eū,
& deſtruxit ædiculas effęminatorum,quę erant in domo Dn̄i; & contami
nauit oīa excelſa vbi ſacrificabant Sacerdotes;& cōtaminauit Tophet qđ
eſt in conualle filij Ennon;vt nemo conſecraret filium ſuū, aut filiā ſuam
per ignem Moloch.Abſtulit quoq; equos quos dederant Reges Iudę,So
li,in introitu tēpli Dn̄i, currus aūt Solis cōbuſſit igni . Altaria quoq; quę
erant ſuper tecta cęnaculi Achaz, quę fecerant Reges Iuda,& altaria quę
fecerat Manaſſes in duobus atrijs tēpli Dn̄i deſtruxit Rex,& cōbuſſit.Ex
celſa quoq; q̄ ædificauerat Rex Salomon Aſtaroth idolo Sydoniorum,&
Chamos offenſioni Moab;& Melchon abominationi filiorū Amnon, pol
luit Rex:& contriuit ſtatuas,& ſuccidit lucos,repleuitq; loca eorum oſſi-
bus mortuorū.Inſuper & altare quod erat in Bethel,& excelſum qđ fece-
rat Ieroboam deſtruxit atq; combuſſit & cōminuit in puluerem, ſuccen-
ditque ēt lucum. Inſuper & oīa fana excelſorum, quæ erant in Ciuitatib.
Samariæ,quæ fecerant Reges Iſrael ad irritādum Dn̄m abſtulit Ioſias,&
fecit eis ſ'm oīa opera quæ fecerat in Bethel;& occidit vniuerſos Sacerdo

tes

tes excelſorum qui erant ibi ſuper altaria, & cōbuſſit oſſa humana ſuper ea. Horum zelantium Regum exemplum ſecuti ſunt, & primitiuæ Eccleſię Sanctiſſimi defenſores. Paulus falſum prophetam, qui Proconſulē à fide auertere conabatur, cęcitatē percuſſit. Petrus princeps Apoſtolorū Simonem Magum ē ſublimi aere deiecit. Priſcillianus hęreſiarcha cū ſocijs à Maximo Imperatore Christiano necatus eſt. Chriſtianus & Catholicus populus Baſiliū quēdam Magum Romæ, vt refert Gregorius, combuſſit. Alexius Commemus Imperator Baſiliū auctorem hæreſis Bogomilorum publicē flāmis exuſſit. Cōſtantinus primus Imperator Ariū cum aliquot ſocijs in exilium relegauit, & multos ex Donatiſtis ſupplicio vltimo affecit. Theodoſius, Valentinus, & Martianus & alij religioſiſſimi Imperatores leges tulerunt in hęreticos, quibus eos interdū pecuniaria, aliàs exilij, aliàs verò mortis pęna mulctandos eſſe decernebant. Sigiſmundus Imperator Ioannē Hus, & Hieronymum Pragenſem in Concil. Conſtantienſi cōbuſſit; ſic alij Imperatores, & pijſſimi Reges alios nefandos hęreticos plectendos eſſe volebant. Hoc. n. officium Regis & Imperatoris eſt vt gladiū geſtet quo defendat bonos & feriat ſceleſtos. Huius officij admonet eos Pſaltes; Et nunc Reges intelligite, erudimini qui iudicatis terrā. Seruite Dño in timore. Qūo Reges ſeruiūt Dño in timore (q̄rit Auguſt.) niſi ea q̄ contra iuſſa Dñi fiunt, religioſa ſeueritate prohibēdo atq; plectēdo? Aliter. n. ſeruit, q a hō eſt, aliter q a ēt & Rex eſt. Quid qua hō ē, ei ſeruit viuēdo fideliter; quia verò ēt Rex eſt, ſeruit, leges iuſta p̄cipientes ſanciēdo; & contrauenientes debito rigore puniendo. Sicut ſeruiuit Ezechias, lucos & tēpla idolorū & illa excelſa q̄ contra Dei p̄cepta conſtructa fuerāt, deſtruendo; ſicut ſeruiuit Ioſias talia & ipſe faciendo: ſicut ſeruiuit Rex Niniuitarū vniuerſam ciuitatē ad placandū Dñm cōpellendo: ſicut ſeruiuit Darius idolum frangendum in poteſtatem Danieli dando, & inimicos eius leonibus obijciēdo; ſicut ſeruiuit Nabuchodonoſor oēs in regno ſuo poſitos à blaſphemando Deo lege terribili p̄hibendo. In hoc ergo ſeruiūt Reges Dño, in quantū ſunt Reges, cū ea faciunt ad ſeruiendū ei q̄ nō pñt facere niſi Reges. quis modo mente ſobrius regibus dicat. Nolite curare in Regno veſtro, à quo tueatur vel oppugnetur Eccleſia Dñi veſtri. Nō ad vos pertineat ī Regno veſtro, quis velit eſſe Catholicus vel hęreticus. Ad Reges. n. ſpectat defendere Eccleſiam, arcere fures & latrones ſacrilegos, punire ſceleſtos, prohibere ſcandala in Eccleſia, veterem ſeruare religionem, nouam autem ex dæmonis arte inuectam propulſare. Sampſoni fortiſſimo commiſſum eſt ſegetes nequitię cōburere. Vtinam & noſtris Principibus conſilium hoc inſpirare digneris, Chriſte Iesv, vt auferant ſcandalū de Regno tuo, vt omnes vnanimi & caſto corde te laudare valeam⁹ nunc & in ſæcula ſempiterna, Amen.

Act. 13
Hiero. de viris Illu.
Li. 2. Dial. c. 4.
Zonaras ī vita Alexij.
Aug. lib. 1. cōt. epi. Parm. c. 7
De correctio Donatiſt. c. 5

Nota. Si in conſeſſu Principū p̄cedens Cōcio deberet dici, poſſet pro Cōcluſione prudēs Cōcionator imitari orōnē ſuprapoſitā Poſthumij Cōſulis. De Bacchi ſacrificiis.

DOMINICA VI.
POST EPIPHANIAM.

Simile eſt Regnum cœlorum grano ſinapis. Math. 13. cap.

FASCICVLVS PRIMVS.

Si Regnum cęlorum plenum eſt omni ſuauitate & dulcedine, quomodo ſimile eſt grano Sinapis amariſſimo?

TROPHAEA glorioſa de ſalutis animarũ hoſte referentibus, quænam fœlicitas contingat, quũ cognoſcere deſiderarem; vocẽ iuſtiſſimi certantiũ coronatoris Chriſti, apud Ioannem in Apocalypſi audiui, illam mihi enarrantem; Vincenti, ait, dabo manna abſconditum. Cupis, inquit, (Apoc. 2.) inueſtigare quibuſnam bonis potiantur ij, quicumq; triumphos de carne vel ſatana, vel de mũdo retulerint? Illa ſunt; Quicunque rebelles carnis motus appetitui, & effręnes affectus inferiorum virium, rationi imperatrici, & perfectè cõpreſſos rationis cogitatus, Deo ſubiecerit. Quicunq; neq; mundi fallacijs, nec dæmonis apertis viribus concidere; ſed & mundi aſtus ſapientia circumuenire, & ſatanę vim retundere, & omnes proſternere, & de Palæſtra ſingulari, hoſtes colligatos deducere potuerit, dabo illi manna abſconditum; cõcedam ei vt ex victoria adepta, ſuauiſſima voluptate & dulciſſima potiatur delectatione; Vt filijs Iſraelis poſtq̃ Ægyptium Pharaonem in mari rubro demerſerũt, deq; exercitibus eius innumeris glorioſè triumpharunt, panẽ de cęlo dedi omne delectamẽtum & oẽm ſaporis ſuauitatem habẽtem: ſic cuilibet Chriſtiano victori, dabo frui manna voluptatis, ſed illius abſconditæ, non apparentis ſẽſibus. In hac vita mortali poſitus refici ſeu deguſtare ex iſta voluptate non deſiderabit? non denegabo illi; Tantam perſentiet ab exercitio ſuæ virtutis promanantem delectationem, quantam nemo vnquam ex quauis re corporea cupita aſſecutus eſt. Poſt huius vitæ decurſum eandẽ concupiſcet ſuauitatem? At tunc pleno ore guſtabit, quod ſitiuit. Tũc introducam illum in terram viuentiũ, & in regnum illud fœliciſſimũ; vbi nullo dolore preſſus, nullis circumfuſus tenebris, nullo affectus labore, ſed cęleſti gaudio perfuſus, atq; ſplendore admirabili illuſtratus, menſæ illi omnibus bonis refluen-

refluentiſſimæ aſſidebit,& panem Angelorum manducabit,ſummum cœli terræque gubernatorem aſpiciet, ſempiternam intuebitur pulchritudinem, inexplicabili replebitur dulcedine. Vt.n.manna legale omnem ſaporem & omnem ciborum ſuauitatem in ſe continebat; deſeruiens ſiquidem vniuſcuiuſque voluntati, ad quod quiſque volebat conuertebatur. Sic māna illud cœleſte omne deſiderium explebit hominis. Ego illorum Deus ait,& ipſi erunt mihi plebs;vbi ego ero vnde ſatientur. Ego ero quęcunque ab hominibus deſiderantur honeſtè,& vita,& ſalus,& victus,& copia,& gloria,& honor,& pax,& omnia bona. Verus honor ero,qui nulli negabitur digno,nulli defertur indigno; ſed nec eum ambiet vllus indignus,vbi nullus permittetur eſſe niſi dignus: Vera pax,vbi nihil aduerſi,nec à ſeipſo, nec ab alio quicquam patietur: Vera vita,vbi nulla mors, nullus interitus,ſed immortalitas perpetua erit. Vera omnium cœleſtium bonorum affluentia: quicquid enim amabitur,in me aderit;nec deſiderabitur aliquid, quod in me non erit. In ſumma, victori glorioſo & in hac & in altera vita dabo manna abſconditum,quod nec oculus vidit,neque in cor hominis aſcendit mortalis,neque guſtu percipi poteſt alicuius animalem vitam agentis. Cum igitur tanta fœlicitas cuique ex virtute contingat,quamobrem Saluator noſter, Regnum cœlorum quod fęlicitatem piorum deſignat,grano ſinapis ſimile eſſe dixit? Virtutis cultores ſumma voluptate & hic in terris & in cœlis potiuntur: Sinapis amariſſimus eſt fructus,quomodo igitur erit Regnum cœlorum? Ad quem modum ſuauitatem ex virtute promanantem referet,ſi acrimonia & amaritudine virtutis cultorem inceſcabit? Regnum cœlorum mannæ abſconditæ, ſed illi dulciſſimæ ſimile eſſe dixit; ob dulcedinem quam ſancti deguſtare ſolēt: quare modo ſimile dicit eſſe grano ſinapis,quod nullus fere,nec niſi primis labris deguſtatum niſi amarum percipere poteſt?

Reſpexiſſe mihi videtur Saluator ad duo. Et primum quidem ad homines Diuina omnia faſtidientes & reſpuentes: Deinde poſtmodum ad ſenſus noſtros,in quibus exercitio indigemus virtutum. Et quod ad homines Diuina omnia faſtidientes ſpectat,clarum eſt, Regnum cœlorum illis inſtar ſinapis ſapere,ſicut econtrà pijs manna ſuauiſſimum eſſe: Palato non ſano pœna eſt panis, qui ſano eſt amabilis: Colerico humore,vel quolibet alio infectam linguam habenti,dulcia quęque amara ſunt: Māna illud Angelicis manibus in Cœlo decoctum quantam dulcedinem in ſe continens guſtui bonorum afferebat,dum conuertebatur in omnem ſapidiſſimum quem quiſque deſideraſset cibum. Volebat aliquis veſci carnibus quibuſcūque animalium aut volucrum, tam domeſticorum quam ſylueſtrium? ſtatim in carnium ſaporem cōuertebatur. Deſiderabat quiſpiam diuerſi generis pomorum ſeu quorumuis fructuum ſaporem? ſtatim concupitam adferebat ſuauitatem. Cupiebat alius condimenta aromatum, dulcedinem ſacchari, acrimoniam cinamomi vel piperis; croci

ſu auita-

ſuauitatem? Mox ad vnum velle, ſtatim quemcunque oblectabat & reficiebat ſenſum. Tantæ dulcedinis erat, vt panis Angelorum nomen obtinuerit: Pro quibus, ait Sapiens, Angelorum eſca nutriuiſti populum tuũ, & paratum panem de cęlo præſtitiſti ills ſine labore, omne delectamentũ in ſe habentem, & omnis ſaporis ſuauitatem. Subſtantiam.n. tuam & dulcedinem tuam quam in filios habes oſtendebat. Tantæ ſuauitatis licet fuerit manna de cœlo delapſum, ſinapis tamen eſſe à quibuſdam iudicabatur. Anima noſtra nauſeat, aiebant, ſuper cibo iſto leuiſſimo, nihil oculi noſtri reſpiciunt niſi man. Prandendum eſt? & ecce tantum manna apponitur. Cęnandum eſt? & ecce manna: Ientandum eſt? & non niſi manna veſcendum eſt. Mane manna, veſperi manna, ſemper manna: Nihil oculi noſtri reſpiciunt aliud præter manna; non carnes bouinas aut vitulinas, non cepas, non allia, non lactucas, non palumbos, non coturnices, nõ anſeres, non aliquid aliud quod & oblectet ſenſus & vires confortet, & ventrem repleat videmus, aut deguſtamus: anima noſtra faſtidit iam cibũ iſtum leuiſſimum. Sic virtutis opus, licet delectationem & præſentaneam & futuram adferat; manna licet ſuauiſſimum ſit, faſtidientibus tamen ſpiritualia, ſinapi eſt amariſſimum, non ſuâpſius natura, ſed hominum peſſimè affectorum mala conſtitutione. Docuerat hoc longè ante Sapiens, in hæc verba: Faſcinatio nugacitatis obſcurat bona. Quid eſt, faſcinatio nugacitatis obſcurat bona? Volebat dicere, Vt illis quibus præſtigiatorum arte oculi & ſenſus obuelati ſunt, pulcherrima quęque deformia apparẽt; & dulcia quæque amara, atque amara dulcia videntur; non ſua rerum natura, ſed ludicro magorum. Quis.n. hominem capite leonino, cornibus ceruinis, enatum vidit? Quis volare per aera delphinos vel cete grandia aſpexit? Quis vinum è duro ſilice profluere vnquam audiuit? Quis mel amarum & fel ſuaue vnquam guſtauit? Nullus certè niſi arte magica, quæ vnum pro alio apparere, & malum boni qualitatem; bonum verò mali corruptelam referre facit, deluſus: Sic & illis omnibus quicunque aſtu dæmonis faſcinatos mentis ſenſus habent; qui veritatis velamine falſum errorem contectum aſpiciunt, qui peruerſum de rebus iudicium ferunt, dulcia quæque videntur amara; bona iudicant eſſe indigna appellatione bonorum; mala verò quæcunque, acerbiſſima licet ſint, in ſummam fęlicitatis partem reponunt. Quæ nugationis faſcinatio, in duobus potiſſimũ cõſiſtere videtur. In ignorantia videlicet, & In faſtidio, ſiue Odio bonorum ſpiritualium: Faſcinatio nugacitatis conſiſtit in ignorantia bonorum ſpiritualium; hanc enim primò in homine conatur inducere Satanas. Nouit ille callidiſſimus hoſtis quod incognita nequaquam diligere neque amplecti poſſumus; quapropter in hoc omnes ſuas vires conuertit, vt notitiã virtutis eiuſque dulcedinis ſaporem, ab homine remoueat. Hinc ipſum à congreſſu proborum, à Diuinis audiendis ſermonibus, à meditatione futuræ vitę, ne exinde virtutis concipiat ſemen diuerſis diſtinet negocijs.

Sap. 4.

Deinde

Deinde vbi viderit hominem aliqua ſiue naturæ bonitate,ſiue benignita te Dei,ſiue exemplo piorum,ſiue metu pœnæ vel aſpectu cœleſtis præmij concepiſſe virtutum ſemina; quid ille non facit, vt ea ex corde eruat, vel in corde ſupprimat? Modo ſaxei cordis in homine occaſiones ſtruit; alias ſpinis & tribulis animum replet;nunc zizania vitiorum puro permiſcet ſemini: aliàs ſpeciem virtutis externam animo obuerſat: Vides,ait, virtutem? Granum ſinapis eſſe putato: An Granum ſinapis quidem inter olera candorem,vel nobilitatem,vel vtilitatem obtinet? Nullam prorſus:Quid ſi virtutem colas,qualem inter homines exiſtimationem habebis?nullam penitus. Omnes te vilem,abiectum,ſordidum,ſtupidum vocabunt: malignum, ſimulatorem, hypocritam, monachum omnes te appellabunt. Sapienter te in populo agere, prudentiam in omnibus dictis & factis adhibendam eſſe cenſebis? Primū,annis multis infinitos ſubeas neceſſe eſt labores,antequàm eam tibi artem compares. Demum vbi ea fueris vſus,malitioſi notam tibi inurent. Temperanter & moderate tibi eſſe viuendum iudicabis? Primum, corpus tuum tibi coniunctiſſimum excruciare, fame, ſiti & maceratione luridum & ſqualidum reddere, flagris non ſanguinem tantum ſed & animam ab eo fundere,quæ vtilitas? quod emolumentum inutile, mundo eſſe? Demum vbi voluptate abſtinueris,immanem beluam omnes te eſſe dicent. Priuatis cancellis concluſus religioſam ſeu ſolitariam tibi præſtitues viuendi normam? At quos ibi non patieris cruciatus? In voluntarium enim quaſi carcerem coniectus,propriam abnegare carnem,renunciare omnibus mentis affectibus, tuo te iure & arbitrio priuare, ad velle alterius velis nolis te totum componere, infra omnes ſeſe deijcere, nihil mundanæ voluptatis deguſtare, mortem velut tibi liberam aduocare neceſſum erit. Quod vbi præſtiteris, teque mundo crucifixeris, peripſema & ludibrium vniuerſi Orbis æſtimaberis. Omni faſtu depoſito,humilem,non aulicam, non turbulentam Principum,cupies traducere vitam? Omnes contemnere vellere dignitates,honores,principatus?Non eſt,ait Satan,hoc generoſi animi: Ad altiſſima quæque te natura inſtituit;te dotibus præclaris, ad Principatum ornauit, non ob eam rem tibi ſapientiam, rerum agendarum cognitionem & prudentiam,dexteritatem in eligendis & præclare faciendis rebus, inuictam fortitudinem, iuſtitiæ æquitatem, cæteraque pulcherrima omnia tuæ mentis ornamenta conceſſit, vt in domo deliteſcas, ſed vt in throno conſtitutus,alios gubernes,alijs præfinias leges,imperes,alijs ab alijs honore & reuerentia colaris. Quid tibi cum domeſtica priuata vita? vide quam ſit honorificum precellere in multis.

Intuere modo arborem illam celſiſſimam, Aſſurem dico, in quantam altitudinem elatus ab omnibus ſuſpiciebatur? vide quam ſpecioſum deſcribat illum Propheta. Ecce Aſſur quaſi cedrus in Libano,pulcher ramis & frondibus nemoroſus,excelſuſque altitudine, & inter condenſas frondes

des eleuatum eſt cacumẽ eius. Aquæ nutrierunt illum; abyſſus exaltauit illum, flumina eius manabant in circuitu radicum eius, & riuos ſuos emiſit ad vniuerſa ligna regionis. Propterea eleuata eſt altitudo eius ſuper omnia ligna regionis, & multiplicata ſunt arbuſta eius, & eleuati ſunt rami eius prę aquis multis. Cumque extendiſſet vmbram ſuam, in ramis eius fecerunt nidos omnia volatilia cœli, & ſub frondibus eius genuerunt omnes beſtiæ ſaltuum, & ſub vmbraculo illius habitabant cętus gentium plurimarum. Eratq; pulcherrimus in magnitudine ſua, & in dilatatione ramorum ſuorum. Cedri non fuerunt altiores illo in paradiſo Dei; abietes non adęquauerunt ſummitatem eius, & platani non fuerunt ęquæ frondibus illius: omne lignum paradiſi non eſt aſſimilatum illi, & pulchritudini eius, & æmulata ſunt eum omnia ligna voluptatis quæ erant in paradiſo Dei. Vide poſtmodum & illam alteram ſublimem arborem, aio Nabuchodonoſorem Babylonium, qui in medio terrę Imperium moderans, quantam maieſtatem, quam dignitatem adeptus ſit; ſua ipſius viſione delineat: Videbam & ecce arbor in medio terræ, & altitudo eius nimia. Magna arbor & fortis, & proceritas eius contingens cœlum, aſpectus illius erat vſque ad terminos vniuerſæ terræ. Folia eius pulcherrima, & fructus eius nimius, & eſca vniuerſorum in ea; ſubter eam habitabant animalia & beſtiæ, & in ramis eius conuerſabantur volucres cœli, & ex ea veſcebatur omnis caro. Quod igitur Aſſyrius & Babylonius Rex ſublimem extulit vſque ad ſydera verticem, quod longè lateque nominis ſui ſparſit celebrem famam; quod potentiæ & maieſtatis ſuæ ramos protendit vſque ad extremos terræ limites, quod inter omnes mundi ſapientes & potentes, ſapientiæ & potentiæ primas habere viſus eſt, quod omnes populos ſub vmbram imperij ſui coegit, quod ab vniuerſis gentibus pro Deo veneratus & habitus eſt; quod omnia reliqua & opes, & prouincias, & Regna ampliſſima obtinuit, hæc omnia ex vna Regia dignitate obtinuit. Imperij thronus illos in eam extulit ſublimitatem & pulchritudinem, vt & ipſa ſpecioſiſſima paradiſi ligna eorum æmularentur candorem & dignitatem. At ſi tu animo abiecto hæc ſpreueris omnia, quid tecum agetur? Similis grano ſinapi eris quod vile, & abiectũ eſt, non ſaporem præſtans, non odorem circumferens, non indicans ſuauitatem: Si virtutem, mundanę communi præpoſueris vitæ, in nullius notitiam peruenies; nemo ſe in tuam amicitiam inſinuabit; cuncti te deſpectui habebunt; nemini bene olebis, ſicut neq; male ſordebis; nullus te, vtpote quia nullius frugis, nullius ſplendoris externi decore refulges, obſeruabit; omnes in tuum concitabis odium. Quod acerbiſſimum hominum virus, quantos tibi pariet acerbiſſimos fructus? quę amariſſima non prægustabis? conijce ex ijs qui ſe virtuti dederunt. Satius eſt arborem bonorum mundi ſublimem complecti, quam de hoc grano ſinapis, amariſſimæ ſcilicet virtutis, ſemina terere. Talem virtutis ſpeciem hominibus, vt illos faſcinet ignorantia, Dæ-

mon

mon ob oculos ponit. Illi vt ſuadelam hanc perſen ſerunt, de nulla re minus quam de virtute cogitant, nullam rem minus quam virtutem cognoſcere curant: Non cognita aũt virtute; quid exinde conſequitur, niſi vt eã ſemper infructuoſi, paruuli & contemptibilis & amariſſimi grani ſpeciẽ apud eos habeat? Qui ignorat virtutem, virtutis quoque delicias ignoret conſequens eſt; cui ſemper ſinapis loco virtus eſt, nunquam illi mannæ dulcedinem pluſquam melleam proferet. Regnum cœlorum ſemper illi ſinapi amarum, & non ſuauiſſimum erit manna. Ex incognitis ſiquidem nullam voluptatem, dulcedinem nullam percipere poſſumus.

Ex hac rerum ſpiritualium ignorãtia, procedit illud ſecundum, in quo nugacitatis faſcinatio conſiſtit; Faſtidium ſcilicet virtutis ſiue odium bonorum ſpiritualium. Natura per labem originalem vitiata, ſic conſtituti ſumus, vt ad exemplar primæ illius ſed peſſimæ, noſtrorum parentum affectionis, noſtros quoque in nobis affectus concitemus. Cuique euidens eſt, Euam matrem noſtram, & Adamum parentem noſtrum communem, virtutis & gratiæ ſibi ab authore naturæ indita ſemina, ignoraſſe. Si enim oculos mentis in illa exigua licet, & nonnihil ſinapiſmi præferentia, conuertiſſent, totaq; mentis intentione ea contemplati eſſent, qđ ex illis ſeges ineſtabilium bonorum excreſcere poſſet, nunquam profectò à ratione, à virtute, à Deo, ad ſcelus, ad dæmonem defeciſſent. Sed quia conſiderabãt virtutis & gratiæ & iuſtitiæ originalis ſemen adeò puſillum, vt vix crederent aliquid boni ex eo ſecuturum, illo reiecto ad ſpecioſa quæque oculos coniecerunt ad ea quę voluptatem oculis & palato adferebant manus porrexerunt: Et vidit, ait Scriptura, mulier quod bonum eſſet lignum ad veſcendum, & gratum oculis ad videndum, formoſumque ad contemplãdum, & accepit de fructu illius, & comedit. Aduertis, quod Protoparentes noſtri, paruulo ſinapi ſpreto oculos ad id quod ſublime & ſpecioſum erat coniecerunt; & ex eo quod voluptatem ſenſibus pollicebatur deguſtarunt. Sic & iſti quorum oculos arte ſua dæmon faſcinauit, ſuos in ſe excitant affectus. Quod vile & à mundo reiectum eſt, licet pulcherrimum in ſe atque dulciſſimum ſit, faſtidiunt; ad ea tantum quæ oculos oblectãt aſpirant: Si quem viderint in altiſſimo ſolio, aureo diademate coronatũ, ſtipatum numeroſa multitudine adulatorum & paraſitorum, beatos ſe iudicant ſi eundem thronum conſcendere, eodem diademate coronari, iiſdem circundari cateruis mererentur. Si conſpexerint aliquem in palatio marmoreo, aulęis & periſtromatibus aureis adornato, ad menſam ſplẽdidè inſtructam aſſidere, & non niſi ex vaſis aureis cibos delicatiſſimos ſumere, & muſicorum organis, fiſtulis, cytharis, & alijs artificioſè concinentibus inſtrumẽtis & vocibus recreari, & choreas inter virginũ choros ducere, & omnibus delicijs perfrui, & in lecto lapidibus precioſis fulgẽte in molliſſimo ſtrato ſuaues vxori miſcere complexus; fęliciſſimos ſe æſtimant fore ſi earum partem deliciarum deguſtare poſſent. Si demum quid magni-

Gen. 3.

magnificum, & ſplendidum, ſi quid præcelſum & ſublime aduerterint, il lius tantum æmulationem habent. Ad humile autem virtutis ſemen, ne aſpicere quidem dignantur. Accedit illud quod virtutis ſemen, ſenſibus eorum amarum eſt. Conantur illi ad ſublimia quæque. Virtus, ſublimia quæque mundi bona contemnere iubet. Deſiderant illi aureos thronos, diademata aurea, veſtes aureas, aurea vaſa, ſuppellectilem auream, omne illud quod contueri debent aureum? Virtus aureum fulgorem contemnere iubet. Inter multos apparere, multos præcellere, imperare multis cõcupiſcunt illi? Virtus faſtum & ambitionem deponere iubet. Nihil aduer ſi pati, omnes mundi voluptates deguſtare appetunt illi? Virtus ſpernere iubet voluptates, animumque arduis & difficilibus applicare præcipit. Il li igitur cum ſe totos voluptatibus immerſerint, cum ſe totos ad alta & ſu blimia capeſcenda erexerint, virtutem autem videant ſuis obſiſtentem co natibus, & ſuis contrariam affectibus eſſe, faſtidium & odium concipiũt illius acerbiſſimum, ita vt ad nomen virtutis, nomen mortis auditum eſſe arbitrentur. Quid? Natura me ad ſublimia creauit, aiunt iſti; ego ne humilitatem quæ me de ſtatu meo deijciat diligerem? Bona quibus me ornauit Deus, me ad maiora eleuant. & ego contemptum dignitatum, Prin

Sap. 2. cipatuum conciperem? Fortuna me ad vſum bonorum ſuorum, quæ mihi abundè contulit, ad voluptates & delicias mundi perfruendas excitauit; Venite ergo & fruamur bonis quæ ſunt, & vtamur creatura tanquam in iuuentute celeriter: Vino precioſo & vnguentis nos impleamus, & nõ prætereat nos flos temporis. Coronemus nos roſis antequam marceſcant, nullum pratum ſit quod non pertranſeat luxuria noſtra. Nemo veſtrum exors ſit luxuriæ noſtrę: vbique relinquamus ſigna lętitiæ noſtræ: quoniã hæc eſt pars noſtra, & hęc eſt ſors noſtra. Opprimamus pauperem iuſtũ, & non parcamus viduæ, nec ſeniori, nec reuereamur canos multi temporis. Sit fortitudo noſtra lex iniuſtitiæ; quod enim infirmum eſt inutile inuenitur. Exiguum eſt enim tempus noſtrum, & non eſt refrigerium in fi ne hominis; & non eſt qui agnitus ſit reuerſus ab inferis; quia ex nihilo nati ſumus, & poſt hoc erimus tanquam non fuerimus, & tranſibit vita noſtra tanquam veſtigium nubis, & ſicuti nebula diſſoluetur quæ fugata eſt à radijs ſolis, & à calore illius aggrauata. Quocirca amplitudine poten tiæ, ſplendore maieſtatis, nomen noſtrum celebre efficiamus. Si virtutem coleremus; quis ad noſtram perueniret notitiam? Si amara virtutis deguſtaremus ſemina, quãdo lætitiam & voluptatem aliquam perciperemus? Sic igitur faſcinatis improborum ſenſibus, virtutis cultus granum ſinapis amarum eſt.

Ad quos Saluator noſter aſpiciens, Regnum cœlorum quod in virtutis cultura conſiſtit, ſimile eſſe grano ſinapis amariſſimo, manna in ſe licet ſit, teſtatus eſt; Non ob eam cauſam quod cultus virtutis amaros producat fructus, Ambroſiam enim & nectar Deorum virtutem eſſe dixe-

runt

runt antiqui; manna ſuauiſſimum virtutem perhibuit eſſe Saluator; ſed improbis miſerè faſcinatis granum ſinapis amarum eſt.

Reſpexiſſe poſtmodum videtur Saluator, ad ſenſus corporeos, quibus in exercitio virtutis indigemus, ideoque Regnum cœlorum grano ſinapis ſimile eſſe dixit: Granum enim ſinapis amarum eſt ſenſibus, virtutem colere. Recenſeas vniuerſas virtutes, quæ ex ſenſuum miniſterio iuuant, agnoſces illas inſuaues eſſe ſenſibus: Virtus enim cum in moderatione affectuum conſiſtat, & ad ſuprema quęque contraria inferioribus viribus hominem ferat; affectus autem hominis corrupti effręni lege ad indecorũ inclinętur, & ſuperiorum bonorũ expertes ſint, non poſſunt non ægrefer re virtutem: Auertendi ſunt oculi à conſpectu eorum quæ deſiderare nefas eſt: experimur quam difficile ſit cohibere viſum, quantum reluctetur tenerum hoc membrum rationi, res clariſſima eſt. Aures cohibere ab auditione vanorum, manibus non contingere illicitum, ab olfaciendo ſuauiũ obturare nares, quam amaritudinem adferat corpori, non eſt neceſſe demonſtrare. Lachrymas quotidie fundere, illas cibi & potus loco habere, illis rigare lectum; palato dulcia quęque denegare, non niſi amara comedere, corpus vigilijs, abſtinentia, continentia, & ieiunijs macerare; flagellis & catenis ferreis riuos ſanguinis ex eo educere, ſuper nudam humum cubare, ex oratione genibus callum obducere, ſua pauperibus largiri, cibum ab alijs quærere, velle ſuum alteri ſupponere, aliorũ pedibus ſe ſubijcere, neceſſitatib. infirmorum miniſtrare, detergere eorum ſaniem, vulnera obligare; alia atque alia virtutis opera perpetrare refugiunt & abhorrent ſenſus, & virtutem vt toxicum quoddam mortiferum arbitrantur: Animalis. n. homo non percipit ea quæ Spiritus ſunt. Hominis pars, quæ cum animalibus nobis communis eſt, non niſi ad ea quę animalibus cõmunia ſunt hominem pertrahit; paſſionibus ſcilicet obtemperare, effrænes corpori appetitus affectiones ſectari, voluptatibus corporeis indulgere: pręſentia tantum quę ſub aſpectum cadunt meditari, nullam futurorũ bonorum curam habere; animam & eius pręcelſa negligere ornamenta; nihil homine dignum perpetrare; virtutis nullam rationem habere, ſenſus hominis homini ſuadent. Quare virtus quę hominem docet corporis modicam gerere curam, quę monet hominem homine digniſſima facinora moliri, paſſiones moderare, fręno cohibere effręnes motus, voluptates corporeas abdicare, pręſentia nihili ducere, futurorum amore detineri, animam pręclariſſimis ornare monilibus, ad Dei non brutorum contendere ſimilitudinem, Diuinam non animalem, non terrenam, ſed cœleſtem, Angelicam non beſtialem agere vitam; Virtus inquam quę hominem ea admiranda facta meditari iubet, granum ſinapis amarum eſt ſenſibus. In ſuaue eſt ſenſibus corporeis, facinus virtutis, quod non niſi cum aliqua corporis modeſtia efficiendum eſt; Amarum illud omne corpori, quod corpori contrarium eſt. Corpus noſtrum ſimile eſſe equo feroci plerique

dicunt,

dicunt, nec temere. Vt enim effrænis equus frænum ori ſuo iniectum moleſtè defert & illud reijcere conatur, quo tandem nulla ſeſſoris virtute co hiberi queat, ſed motu pernici pro ſuo debito decurrat, & ipſe cũ ſeſſore in præceps ruat. Sic & noſtrum corpus, frænum virtutis ſibi impoſitum moleſtè fert; & ſemper illud refugit, vt ſuis liberè feratur affectibus, ſeq; ab imperio rationis ſubtrahat. Inſuaue eſt ei omne quod à ratione recta procedit; omne quod cum virtute coniunctum eſt, inſipidum corpori eſt. Non eſt neceſſe me exemplis idipſum confirmare; omnium Sanctorum vitæ & mores id apertè declarant, nullum ex eis fuiſſe, cuius corpori virtutis cultus non granum ſinapis fuerit. Teſtantur hoc aſſiduæ illorum vigiliæ, & continuæ ſupplicationes, quibus à Deo contendebant vel ſubiectionem rebellis appetitus, vel etiam ſeparationem à corpore, quo pleno ore deguſtare poſſent manna abſconditum virtutis. Corpori igitur cum virtus amara ſit, iure meritò Saluator noſter Regnum cœlorum ſimile eſſe grano ſinapis dixit, vt inſinuaret virtutis exercitium, vt improbis homini bus, ſic ſenſibus corporeis amariſſimum & inſuaue eſſe.

Optarem tamen dilectiſſimi, ne tantum ſenſu corporis deguſtaſſetis ſinapi virtutis, ſed magis interno palato mentis. Amariſſimum.n. licet ſenſibus, dulciſſimum tamen animo perciperetis fructum: Specie quidem externa virtus nullos pollicetur de ſe naſcituros fructus; at ſi vel minimũ faucibus animæ attrita fuerit, Diuinarum deliciarum ex cœleſtium bonorum profluentium copia cauſa eſt. Et vt ſingulas ſinapis proprietates breuiter excutiamus, & cum virtute conferamus, videbimus maxima bona, ingentes theſauros, delicias ineffabiles, voluptatem quandam ſecretam, perenne demum fęlicitatis manna à virtute promanare. Exiguum eſt granum ſinapis & puſillo illud corpore, id tamen fęcundæ terræ demandatum, quam diligens & laborioſus agricola excoluerit, omniũ olerum maximum euadit, demumq; abit in arborem tantæ proceritatis, vel volucribus ſuſtinendis idoneam. Talis fęcunditas rerum ex virtute prouenit; cuius quidem ſemina primo aſpectu puſilla admodum videntur, verum vbi à perito agricola ſata fuerint, in immenſum coaleſcunt, augenturq; in arborem, in ramos, & in virgulta, vndequaque prorumpẽtia in quibus aues cœli, Angelicæ ſ. virtutes, & ſuperbeatiſſimę illæ mentes congregantur. Ad quam & incomprehenſibilis aquila, Sanctiſſima videlicet Trinitas deuolet. Ad eum.n. qui ſermones meos ſeruauerit, veniemus ait Saluator; & manſionem apud eum faciemus. Semel ac ſemen ſinapis ori ingeſtum eſt ac mandi cęptum, acutiſſimi vi ſaporis os omne incendit, omnemque reliquorum ciborum fatuitatem temperat, condimentumque omne cui admixtum fuerit mirificè commendat, pituitamq; capitis commanducatum purgat, perq; os egerit; Sic virtus ab anima guſtata, omnem animæ cibum ſuauem reddit, fauces animæ ad ardorem ſpiritus incendit, mentem à ſcelere purgat & extergit. At lachrymas ciet, quod illi obiecit Poeta quidam.

Pieri' hierogl. li. 57

quidam. Seque laceſſenti fletum factura ſinapis. Sed ò dulces lachrymas, nulla ſalſuginis amaritudine vitiatas, ò amœniſſimam lachrymarum vallē: ò iucundas, ò amabiles & ſemper appetendas lachrymas, ſi quis ita ſit fœlix vt lectulum ſuum vbiq; lachrymis irroret, eas inſtar panis ducat, & ad erectæ crucis conſpectum, confixiq; in ea Seruatoris noſtri lachrymulam ſaltem vnam aliquàm expreſſerit, quam videat Dominus erumpentem: Quid verò ſi vberiores fuerint, & donec omnis totius corporis inareſcat humor emanare non deſinant? Quicunq; ita ſeminarit in lachrymis, lętiſſimam frugē poſtmodū eſt in exultatione demeſſurus. At inde malum nomen ſinapis habet, quod olfactu luminib. officiat; Facit olus id infeſtum vaporem oculis & pernicioſum. Noſtrum qd' ex agro Domini colligimus, cor inprimis exhilarat, oculos aperit vt videant ſicut Agar fontem aquæ viuæ, paulatim lenit; & ad Ambroſiæ vereq; cęleſtis cibi guſtū reddit idoneum. Prodeſt ēt adhibitum auribus; vt illę ēt Angelicæ harmoniæ fiant capaces. Alopecias emendat, omnemq; pruritum extinguit; vt nullo prorſus vitio contaminatū corpus offerre Deo properemus. Cōtra lepras iniūgitur; Quid aūt aliud lepra in ſacris monumētis, q̄ vitiorū ſordes, malæq; conſuetudinis contagiones? Quid aūt illud quod ſemel ſatum difficulter extirpari pōt? Nam ſemina ſimul ac decidere, haud ita multo poſt & virēt & feraciſſimè pullulant: vnde virtutis ſtabilitatē & propagationem ex eo poſſumus interpretari. Nam qui ſemel nr̄æ huius ſinapis ſuauitatē guſtare cęperit, ab ea difficillimè auelli poterit. Pullulabit ī corde quotidie caulis amœniſſimus, totaq; ſpiritus conceptacula ſeminib. his confarcientur; neq; hunc proculcabit lupus, aut vrſus, aut rugiens leo, nō effrę nis equus, non taurus ferox, non doloſa vulpes in pabulum abſumet, nō frigus adurret, non ęſtus deſiccabit, non aratrum deniq; cōtundet; virebit indies magis, & ad procellas & conculcationes oīum tanq̄ inſuperabile crocum lætius proueniet. Ad hęc ſinapis expergefactū ac minime ſomno grauatum facit, ſiquidē contra lethargos deraſo prius capite illiniť. Noſter hic ſinapiſmus deraſo circumciſoq; cordi, cōtra hmōi morbū admouetur. Quotidie vt Deo vigilemus, vt Deo affectus alligemus, ſuaui huius nr̄i pūgimur acrimonia. Pythagoras virtutē ſinapis ob id maximè admirabať, q vim ei' in ſublime ferri cōſpiciebat, pinde ac ſi in cęlū niterę, cū p nares in cerebrū penetraret: Nr̄a hæc ſinapis ad cęlū mētē eleuat, ī cęlū hoīem attollit. Qui. n. virtutē licet ſenſib. amarā in p̄ſenti guſtauerit vita, māna abſconditū cęleſte in paradiſo Dei mādacabit: Vtinā vel hinc ſaporē huius Diuini grani ſentiamus. Hoc. n. vnū eſt eduliū aīarū nr̄arū, ab hoc vno incremētū & decor & vita aīæ nr̄æ prouenit, pp hoc vnū ſinapis granū Angelicæ cohortes; Perſonę inſup Diuinæ deueniunt in nr̄am aīam. Ex hoc vno in altitudinē tantā excreſcimus, vt ad cœlorū ptingamus culmē, q tandē nobis cōferre digneris agricola paradiſi cęleſtis Chriſte, q ſinapim ſenſib. noſtris amarā in māna dulciſſimū beatitudinis cōuertis in ſcl'a ſclorū Amē.

D d Simile

Simile eſt Regnum cœlorum fermento, quod acceptum mulier &c.

FASCICVLVS SECVNDVS.

De virtutis condimento.

Fons & origo totius dulcedinis Deus, ad quemnam modū, amarum virtutis cibum in ſuauem commutarit dum contēplabar, non longè diſſimiliter illum feciſſe iudicaui ab illo quod olim Heliſęus in Galgalis perpetraſſe memoratur. Re-
4. Reg 4. fert Sacra hiſtoria Regum quod eo tpe quo Heliſęus vates in Galgala reuerſus eſt, fames erat in vniuerſa terra. Heliſęo quia Prophetarū filij ſeſe in conuictum adiunxerant, eorū cura ad ipſum vt ad Patremfamilias pertinebat. Is ergo cum non haberet aliud quod eis ad manducandum apponeret, dixit vni ex pueris ſuis. Pone ollam grandem, & coque pulmētum filijs Prophetarum. Et egreſſus eſt vnus in agrum, vt colligeret herbas agreſtes, inuenitq; quaſi vitem ſilueſtrē, & collegit ex ea colocyntidas agri, & impleuit pallium ſuum, & reuerſus conſcidit in ollam pulmēti, neſciebat. n. quid eſſet. Infuderunt ergo ſocijs vt comederent, cumq; guſtaſſent de coctione: clamauerunt dicentes. Mors in olla vir Dei, & non potuerūt comedere: At ille. Afferte, inquit, farinā. Cūq; tuliſſent miſit in ollā & ait. Infunde turbæ vt comedant. Et non fuit quicquā amaritudinis in olla: Quiddam ſimile Deus feciſſe vř. Fames valida ante Saluatoris aduētum erat in terra. Fames non quidem panis terreni, ſed illius cœleſtis quem nos quotidie à Deo poſtulamus dicentes, Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie: Vates illi legales filijs Prophetarum nō niſi inſipida proferebant. Primò in illa ſanctuarij ſartagine ſimilam ſed ſine melle, ſine aliqua ſuauitate excoquebant; dum ſcilicet populo Iſraelitico virtutis initia amara, nullo prorſus dulcedinis condimento admixto, deguſtanda exhibebant. Non. n. eis declarabant virtutis æmulatores beatos fore atq; felices, nullam ſupremi eiuſq; Diuini honoris, nullam bonorum Cœleſtiū mentionem eis faciebant, non niſi panes illos propoſitionis, ſed azymos, ſed terrenæ felicitatis inſipidas epulas proponebant; non niſi colocyntidas & ſinapim & abſynthium, virtutis ſcilicet primos ſed eos amariſſimos fructus guſtui eorum ingerebant: Deus vſum mellis in Salomonis Sanctuario interdixerat; nullam vel modicam ex virtutis alioqui ſuauiſſimo cibo illis dulcedinem conceſſerat: Vnde ſi aliqui vel parum ex hac virtutis decoctione guſtaſſent, ac ſi mortiferū quid labris attigiſſent voci ferabātur. Dominus cibauit me abſynthio. Factum eſt in ore meo amarū. alij verò, Mors in olla. Mors in obſeruatione legis. Amariſſimus eſt fru-

ctus

ctus virtutis. Quis eſt, dicebant, omnipotens vt ſeruiamus ei? & quid nobis prodeſt ſi orauerimus illum? Vanus eſt qui ſeruit Deo. Et quod emolumentum, quia cuſtodiuimus præcepta eius? & quia ambulauimus triſtes coram Domino exercituum? Nullum penitus: Non voluptatem illam animi internam ex religione perſenſimus: colocyntidarum cibus, virtutis opus noſtro guſtui apparet. Nullam prorſus ex ſimila, vel ex propoſitionis panibus dulcedinem, nullam ex legis obſeruatione & ex cultura virtutis ſuauitatē percepimus. Has populorū querimonias dū audiſſet Deus, condimentūq; amaritudini illi addere decreuiſſet, demiſit ſapiētiā ſuā ab æterno à ſe progenitam, q̄ accepit fermentū atq; in farinæ ſatis tribus abſcondit, quæ ſcilicet mellea dulcedine virtutem reſperſit, & in ea condimentum quoddam immiſcens, dulcem oībus deguſtandū tradidit. Iob 25. & Mal. 3.

Huius condimenti hodierna parabola meminit, dum ſimile eſſe perhibet regnum cœlorum fermento, quod acceptum mulier abſcondit in farinæ ſatis tribus, donec fermentatum eſt totum. Faſtiditis, ait vt video, ſuauiſſimum virtutis cibum: colocyntidarum decoctionem vel grano ſinapis putatis eſſe virtutem: quod ſenſibus veſtris nullam ſui ſpem oblectationem; ſuo ſapore nullam vobis ſuauitatem adfert, id omne vos mortiferum exiſtimatis. In his quæ animali palato inſipida ſunt, nihil dulcedinis reconditum eſſe dicitis: Propoſitos panes virtutis, vt ſenſibus ita & animę eſſe amariſſimos iudicatis; ne vos nauſæa hęc à ſalutari alimonia tetrahar, en vobis condimentum ego ſapientia Diuina, immiſceo; accipite fermentum hoc in intellectus, voluntatis & inferioris appetitus veſtri ſata. At quodnam eſt illud fermentum: quod condimentum quo virtutem efficies ſuauem? quod eius amaritudinem in dulcedinem commutabit? Gratiæ Diuinæ fermentum eſt, quod ex animo profundiſſimo vaſculo in intellectum, voluntatem & appetitum inferiorem redundans, illud omne quod ſenſibus amarum erat, ſapidiſſimum reddet. Hoc eſt triplex ſiue vnum in triplici vaſculo fermentum, quod ſapientiſſima mulier virtutis cibo commiſcuit. Et vt ab intellectus fermento ordiar; Scio ego nos ſecreta Diuina in quorum notitia pars maxima, & ea potiſſima virtutis conſiſtit, ægrè intellectu noſtro concipere. Quiſque noſtrum lumine naturali, ſed illo pp peccatum obſcuro, illuſtratus, de myſterijs Diuinis, ſimile ac de humanis rebus iudicium profert. Ab hoīe in ſtatu naturæ conſtituto, myſterium Sanctiſſimę & ſuperbeatæ Trinitatis, intelligentia aſſequendum eſt? Qui n eiuſmodi homo nullam creatam naturam in tribus ſubſiſtētem hypoſtaſibus videt, myſterium hoc omnem intellectum ſuperans, impoſſibile eſſe iudicat. Impoſſibile eſt (ait homo naturaliter de ſupernaturalib. ęſtimans) vt vnus Deus ſit in tribus perſonis, & tres perſonæ in vno & indiuiduo eiuſdem eſſentiæ, glorię maieſtatis, virtutis Deo. Quid verò Sacratiſſimum Euchariſtiæ ſacrm? An verò homini naturaliter iudicanti poſſibile apparebit? Durus eſt hic ſermo, aiebant quidā, & quis poteſt ca-

pere illum? Quis vnq̃ vidit aliquem intactum & in nulla parte inciſum, carnib. ſuis infinitam prope gẽtium multitudinem, pertot annorũ Olympiadas cibare, & ſanguine ſuo inebriare? Quis verò ſub vnius ſubſtantiæ proprijs accidentibus, aliam & prorſus diuerſam deliteſcere ſubſtãtiam? Quis Deum impaſſibilem & incorruptum & immenſum, & incõprehenſibilem modica accidentium panis corruptibili quantitate contineri, illuſtratus naturæ ſolius lumine agnouit? Naturæ ſtatum hæc ſuperant potentiã & captum creaturæ iſta ꝓcellunt; naturalis commixtio intellectus nr̃i ſua vi ad iſta aſſurgere nequit. Quid aũt alia abſtruſa noſtræ fidei myſteria? Quid in carnem Dei veri aduentus? virgineus partus, Incarnati verbi vera Diuinitas & humanitas in vna perſona conſiſtens? Quid mors Dei & Saluatoris noſtri? quid reſurrectio eius à mortuis? quid aſcenſio in cœlum? quid totius redemptionis & ſalutis noſtræ opus? ſanctificatio, à Dæmone & inferno & morte æterna liberatio, Eccleſiæ vnitas, Sacramentorum efficacia, miniſtrorum noui teſtamenti authoritas, Sanctorum cõmunicatio? Quid carnis quæ in puluerem minutum reuertitur reſurrectio? quid æternæ eiuſq; oĩ ex parte fœliciſſimæ expectatio vitæ? Quid alia recondita ſalutis ſecreta? A cognitione naturæ abſcondita ſunt: Vt oculus veſpertilionis lumen ſolis, ſic oculus naturæ luminoſa, ſed obuelata myſteria concipere nequit: Vt maſſa farinæ in vaſe commixta ſe ſupra ſe attollere, & ſupra ſe excreſcere abſque admixto fermento non poteſt, ſic intellectus noſtri naturalis illa ſpecierum, intellectionum verborum, & omnium eorum quæ ad compoſitionem eius concurrunt commixtio, facultate naturæ ſupra ſe excreſcere, & quæ ſupra ſe poſita ſunt attingere non valet. Quid fecit Diuina ſapientia? Inſipidum eſt, ait, vobis, omne illud, quod intellectus veſtri vires excedit, & ad quod vi naturæ vos attollere non poteſtis; accipite fermentum hoc gratię, & fidei ab ea promanãtis in intellectum veſtrũ, & maſſæ operis illius admiſcete. Gratia & fides immixta in hoc nobiliſſimo ſato farinæ intellectus, ei incremẽtũ adferet; illum ſupra ſe & ſupra naturam creatã attollet, illi ſapidiſſimum omne id qđ de ſuperis venit, efficiet. Fide aucti oĩa ſuperiora attingetis; fidei lumine illuſtrati oĩa naturæ impoſſibilia, Deo poſſibilia eſſe aſſeuerabitis. Nõ vobis monſtrũ erit Sacroſancta Trinitas: non figmentum ſanctiſſima Euchariſtia; totius ſalutis nr̃æ œconomia non vobis ſtultitia vt quondam ſapientib. mundi, ſed ſumma ſapięntia apparebit. Fidei fermentũ vos in tm̃ augebit, vt oculos vr̃os ſuper cœlos & ſupra beatos ſpiritus ſuſtollatis, ibique adſpiciatis thronũ immenſo lumine coruſcum, in quo ab ęterno Omnipotens pater reſidens, oĩpotentem filiũ ex mentis ſuæ vtero generat; & pater cum filio, Spiritum ſanctum oĩpotentem ſpirat. Ad cuĩ thronũ ſublimẽ nullos gradus deducentes, in eo ſolio nullã diſparitatẽ, ſed ſummã æqualitatẽ, indiuiſam in oĩbus vnitatẽ videbitis: Vt.n. Deus pater, ita Deus filius, ita Deus Spũs S. vt immẽſus, incõprehenſus, increatus, oĩpotens, oĩ

ſciens

ſciens Pater, ita & immenſus & incomprehenſus, increatus, omnipotens, omniſciens filius & Spiritus S. Qualis & quantæ, maieſtatis, gloriæ, felicitatis, Imperij pater, talis & tantæ eſt filius & Spiritus S. Patris.n. & filij & Spiritus S. vna eſt Diuinitas, æqualis gloria, coæterna maieſtas. Hoc fermento fidei ſupra cœlos elati, Sanctorum quoq; ibi gloriam & ineffabilē beatitudinem, quam pro benefactis receperunt admirabimini; Fidei fermentum deinde cibum illum precioſiſſimum ſalutis veſtræ memoriale perenne, ſuauiſſimum vobis exhibebit; intantum fide augebitur intellectus veſter, vt velamenta hæc accidentium extraneorum tranſcendat, ibi que intueatur Verū illud & viuum quod è virgineo exijt vtero, quod pro noſtra redemptione in cruce clauis confixum erat, quod dexteræ Dei in maieſtate inexplicabili aſſidet, Saluatoris nr̄i corpus, faſcijs quibuſdā admirabiliter obuelatum. Fidei fermentum maſſam intellectus veſtri ad tā tam magnitudinem perducet, vt poſſitis comprehendere cum oībus Sanctis quæ ſit latitudo, & longitudo, & ſublimitas, & profundum ſecretorū ſalutis veſtræ. Scire et ſupereminentem ſcientiæ charitatem Chriſti, vt impleamini in omnem plenitudinem Dei. Hæc eſt quę facit hoīem creſcere & impleri plenitudine myſteriorū Dei: hęc inuiſibilia ante oculos ponit: hoc eſt ſperandarū ſubſtantia rerum, & argm̄ non apparentium. Ad hanc ingreſſi, diaboli, & poteſtatum huius mundi tenebras deſerimus, & Deo cum fiducia approximamus, hęc omnem intellectui Diuinitus obtingētem cibum ſuauē reddit. Sine hac intellectus neq; ad ſublimia aſſurgere, neq; Diuina vel concipere vel deguſtare vnq̄ poteſt. Niſi credideritis, ait Propheta, non intelligetis. Immiſcuit poſtmodum & in voluntatis ſatū, gratiæ & charitatis fermentum; quo omnium operum hominis dulcedinem atq; augmentum attulit. Certum eſt, hoīem nihil boni, nihil pręclari abſque gr̄a & charitate efficere poſſe; ita.n. de charitate Paulus reliquit; Si linguis hoīum loquar & Angelorum, charitatem aūt non habeam, factus ſum velut æs ſonans, aut cymbalum tinniens quod quidem vocē reddit, ſed fruſtra, & inanem, nec vllam ad rem vtilem: Et ſi habuero Prophetiam, & nouerim myſteria oīa, & ſi omnem ſcientiam habuero, omnemq; fidem, ita vt & montes transferam, charitatem aūt non habuero nihil ſū. Et ſi in alimoniam pauperum oēs meas inſumpſero facultates, & ſi tradidero corpus meum ita vt ardeam, charitatem autem non habuero; nihil mihi prodeſt. Sine charitate igitur neque donum linguarum, nec ſpiritus prophetiæ, nec fidei & Diuinæ ſcientiæ ſublimitas, nec miraculorum operatio, nec eleemoſynarum copia, neque martyrium ipſum aliquid valet; omnia iſta ſine charitate nihili æſtimantur apud Deum; Vna Charitas operatur magna & excelſa; fermentum charitatis omne illud quod homo ex voluntate perficere molitur præclarum, magnificum, & Diuinis gratum oculis, dignum menſa cœleſti efficit. Sola hæc affectioni noſtræ permixta, panes propoſitionis ſuauiſſimos & Sanctua-

rio ſuperno digniſſimos profert. Sine hoc fermento, quicquid homo parat, nunquam ad menſuram boni operis excreſcere poteſt; ſed neque ſine hac aliquid præparare boni, valet. Cui enim ſine charitate virtus amara non fuit? Quis deſtitutus charitate virtutem perfectam, Chriſtiano homine dignam non faſtidiuit? Cui verò charitate prædito ardua quæque facilia non fuere? amara non ſuauiſſima extiterunt? Charitas illa eſt quæ omnia ſuffert, omnia credit, omnia ſperat, omnia ſuſtinet, charitas ſola benigna eſt & patiens, charitas non æmulatur, non agit perperam, non inflatur, non eſt ambitioſa, non quærit quæ ſua ſunt, non irritatur, non cogitat malum, non gaudet ſuper iniquitate, congaudet autem veritati; charitas nunquam excidit: Fortis eſt vt mors dilectio, dura ſicut infernus æmulatio, lampades eius lampades ignis atque flammarũ. Aquæ multæ non potuerunt extinguere charitatem, nec flumina obruẽt eam; minentur Tyranni, corpus tormentis horribilibus diuexent carnifices, mortem terribiliſſimam & truculentas inferni acies aduocent Imperatores, fremat vniuerſa terra, cœlum fulmina deijciat, fulgura, tonitrua, ſagittas acutas, grandinem, lapides ignitos pluat, conflagret & ſublunaris & terrenus ignis, vniuerſa creatura in excidium charitate flagrãtis hominis conſurgat; animam potius à corpore, quàm charitatem ab anima auellere poterit. Adeò omnia amariſſima, fel & abſynthium ipſum, & venenata inferni pocula, charitas dulcia efficit, vt velut lactea vel mellea dulcedine referta, charitate affectis videantur. Transfert, ait Chryſoſtomus, naturas rerum charitas, & bona omnia manu ſua tenens nobis adeſt, matre quauis benignior, Regina quauis inſtructior; quæ laborioſa ſunt leuia facit, facilem virtutem, acerbiſſimam eſſe malitiam docens. Vide enim dare, moleſta res eſt alioqui, hæc iucundam facit. Accipere contra iucundum, hæc malum eſſe cauendumque docet: Obloqui cæteris, dulce fere eſt omnibus; illa amarum; honeſtè verò aliorum meminiſſe iucundum eſſe facit. Habet dulce quiddam ira permiſtum, efficit charitas vt non habeat, neruoſque omnes huius incidit. Nam vt maximè qui charus eſt, amantem ſe perturbet, iræ veſtigium nullum, lachrymæ tantũ, tantum hortationes, preces tantum apparebunt; tam abeſt vt irritetur: Si peccet aũt, ibi dolentem lugentemq; cernas; quanquam etiam luctus voluptatem feret: charitatis. n. triſtitia & fletus, quolibet riſu, quolibet ſolatio ſunt amæniores. Hoc fermentum charitatis diuina ſapiẽtia immiſcuit voluntati noſtræ. Amarum, inquit, vobis eſt edulium virtutis, panes azymi incorruptionis vobis inſuaues ſunt, dulcedinem nullam ex opere bono deguſtare vos poſſe conquerimini: accipite fermentum gratiæ & charitatis ab ea promanantis, in voluntatem veſtram, & maſſæ illius affectionũ admiſcete. Gratia & charitas immixta in hoc nobiliſſimo ſato farinæ voluntatis, omnia amara in dulciſſima queq; commutabit; charitas omne illud quod Dei aſpectibus offerre paratis, augebit, in Diuinam pulchritudi-

Super 1. Corinth. hom. 32

tudi-

tudinem eleuabit. Propter charitatem & donum linguarum,& interpretatio ſermonum,& fidei & ſcientiæ Dei myſteriorum ſublimitas, & Prophetiæ ſpiritus,& diſtributio bonorum in pauperes,& martyrium,& omne quod ad ſalutem veſtram agere vultis, vobis in maximum incrementum meriti & gloriæ cedet æternæ. Propter charitatem quam ego per Spiritum meum in cordibus veſtris diffundo, & corpus macerare, animum excolere, proximo beneficia quæque impendere & Deo cultum omnem offerre,& ſanguinem atq; animam pro Dei amore fundere vobis ſuauiſſimum erit. Propter charitatem voluntati veſtræ immixtam, & abſynthiũ & fel & radices amaræ,& potus lachrymarum,& calices venenati, & flagella, ſartagines, equulei carceres, gladij, cruces, rotæ, cataſtæ,& quicquid ab inferni promptuario per Satanam in perniciem corporum veſtrorum exhauſtum eſt, vobis dulciſſimum erit: Charitas omnia ſuſtinet, patiens & benigna eſt charitas, charitas omnia ſuffert. Quid.n. charitate ſuccenſus non ſuſtineret pro eo, à quo vitam & omne quod ad vitam ſpectat accepit? Quid non ſufferret homo charitate inflammatus, pro Deo, à quo omne quod perdidiſſe videt, cumulatiſſimè in gloria recuperabit? Quid amarum ei eſſet, qui pro amaro calice totius dulcedinis cœleſtem expectat laticem? Hanc ergo in ſatum cordis veſtri recipite, hanc cuique operi veſtro permiſcete, nihil ſine hoc fermento deguſtate: omnia.n. quæ fermento charitatis condieritis in dulciſſimum vobis manna commutabuntur: Nec ſua ſpes fefellit ſapientiſſimam hanc Diuinam Mineruam; vt.n. per Spiritum ſanctum diffudit charitatem in cordibus fidelium; & iſto Diuiniſſimo fermento conſperſit maſſam affectuum humanorum; quem ſaporem virtutis conceperint homines quam ſublimia & ſempiterna digna memoria operati ſint? quam in altitudinem ſua eleuarint merita? nemini obſcurũ eſt: Quid Sanctis illis Anachoretis hęremi aſperitates, dulces effecit? Charitatis fermentum. Quis Sãctis Virginib. Virginitatis ſenſibus quidẽ amariſſimũ propoſitũ dulce effecit? Charitatis fermẽtũ. Quis martyrij acerbum calicem, ſuauem Sanctis & inuictis martyribus præſtitit? Charitatis permixtio. Quis labores, vigilias, orationes, ſanguineos ſudores, diſciplinam, continentiam, abiectionem, humilitatem, paupertatẽ, cęteraſque virtutes electis omnibus dulciſſimas reddidit? Charitatis fermentum. Propter charitatem Stephano protomartyri lapides torrentis dulces fuere: propter charitatem Petro & Andreæ crucis lignum, Ioanni feruentis olei dolium & calix mortifer, Thomę acutiſſima lanceæ cuſpis, Bartholomæo cutis detractio & gladius, alijs, alię mortes ſuaues fuere: Paulum Apoſtolum nec tribulatio, nec anguſtia, nec fames, nec nuditas, nec periculum, nec perſecutio, neq; mors, neque vita, neque Angeli, neq; Principatus, neque Virtutes, neque inſtantia, neque futura, neq; fortitudo, neq; altitudo, neq; profundum, neq; creatura alia poterat ſeparare à charitate Dei quę eſt in Chriſto Iesv Domino noſtro. Ignatius ille pręcla

tus Christi martyr charitate flagrans in illa verba prorumpebat, Ignis & crux, beſtiarum irruptiones, diſſectiones diuiſiones, oſſium diſperſiones, amputatio membrorum, triturę totius corporis, & diaboli torméta ſuper me veniant, dummodo Ieſum Chriſtũ aſſequar, nihil mihi proderũt mundi iucunditates, neq; regna huius ſæculi, melius eſt mihi mori in Christo Ieſu, quam regnum obtinere vſq; ad fines terræ. Cleméti Ancyrano Martyri, (illi. ſ. de quo Diocletianus crudeliſſimus fatetur, ſe non vidiſſe virũ tam magno & excelſo animo pditum, ſed neq; cuiuſque corpus adeò validum & robuſtũ, & cui mortem afferre eſſet difficilius) virgas, rotas, faces ardentes, laminas ſuccenſas, fornaces igneos, puteos calce feruenti repletos, leonũ ferociam, & oĩa quæcunq; cogitari & in eum conferri poterant tormenta, charitas ita dulcia fecerat, vt in ea ſpõte inſiliens, ijs verbis ſuauitatem ex martyrio perceptã teſtaret̃; Si veſtrę, inquiebat Diocletiano, pęnæ ſunt ſicut̃ exiſtimas terribiles, & ad experiendũ intolerabiles, ſicut rurſus dona ſplendida & magnifica & digna quæ beata iudicentur; quænã exiſtimaſſe ea, q̃ cęleſtis ſunt & ſolius Dei? q̃nam immortalia quidem ſupplicia & dolores inexorabiles? quales aũt ignis fluuios, qui ne ſolo quidem aſpectu ſunt tolerabiles? quænã verò rurſus bona ſunt conſecuturi q cũ dilexerint? Scriptum eſt. n. Talia, vt nec mente poſſent cõprehẽdi, nec oculis aſpici, aut q̃ ex his pcipit̃ voluptas conijci. Nã q̃ ſunt quidem pſentia, hoc argentũ & aurum, ſunt ſolũ puluis & lutũ, vilis & infrugifera materia, q̃ turpiter quidem ex terra naſcitur; turpius aũt in eam q̃ vr̃ ſpeciẽ, per ferrum & ignem transfert̃, latronib. ſubiecta & furibus; & ſi non his, at diminutioni ſaltẽ & rubigini, vt q̃ conſumatur atq; diffluat. Veſtes aũt purpureę & ſplendidæ, fila ſunt vermium, & inuẽta barbarorum hoĩum. Quamobrem ſi ea nos reddunt honoratos, veſtra quidẽ ſnĩa homo eſt verme vilior. Quod ſi oportet ẽt hoĩes pp hęc hr̃e in admiratione, multò magis admirarer eos qui hęc fabricarunt, q̃ eos, qui pp ex his confecta indumenta gloriant̃, & ſe magnificè circumſpiciunt. Nam illi quidem artis ſolertia transformant naturã ad id, qđ eſt melius, & ſenſum decipiũt, & ornatum amantib. oculis ſuaues eſcas proponunt. Hi aũt induti ſibi placẽt, & ſe magnificè circumſpiciunt, de ſui animi leuitate ferentes teſtimoniũ; & cũ oporteret eos pudere ſui erroris, illi potius intumeſcunt, & tollũt ſupercilia, honorati aliorũ operibus, ſi modò ea oĩno honorem vocare oporteat. Sed vr̃a quidẽ ſunt talia, & eo modo ſe habent. Quæ aũt à bono Deo nr̃a ſunt bona, contrà ſe habent. Voluptatem. n. habent immortalem, ſplẽdorẽ verò perpetuum. Neq; . n. timent eam, q̃ eſt ex tpe mutationem. Non ſuſpectã hñt conuerſionẽ, ſenium ignorant, ſed ſemper florent, in ęquali decore pmanentia, ſtabiliaq; perpetuò & ĩmobilia. Quare voluptati nobis ſunt afflictiones; lętamur his ppeſſionibus; & eo magis, ꝙ non talia pati, perpetuã perpeſſionem eſſe ducimus & calamitatẽ; ſicut ẽt ppetuã rurſus beatitudinẽ, ſi in pſenti Christi fide, & in hac cõſumamur cõfeſſione: Vi

detis quomodo charitatis fermentũ inuicto martyri, illa quæ videbantur dulcia in amara, & amara in dulcia conuertit. Propter charitatem (vt breuiter partem hanc concludam) reliquis ſanctis martyribus verbera, crates ferreæ, prunæ, & rogus ſuccenſus, vincla, catenæ, equulei, vngulæ oſſa denudantia, cruces, patibula, ſuauiſſima extitere: Propter charitatis fermentum glorioſi confeſſores & electi Dei præclaram facinorum ſuorum memoriam apud Deum & homines reliquere. Charitas in virginibus illud effecit quod neque ars, neque ipſa natura, nec quidem attentare potuit.

Accedo ad tertium fermentum, quod Sapientia Diuina immiſcuit viribus animæ inferioribus. Non tam ex Paulo Apoſtolo qui ſentiebat aliã legem in membris ſuis, repugnantem legi mentis ſuæ, q̃ ex continuo experimento nouimus; ſempiternum & quaſi implacabile quoddam inter animam & corpus noſtrum eſſe bellum; dum anima naturali quodã motu incitatur ad ſuperiora, caro autem ad inferiora delabitur. Cum.n. animus noſter cognationem habeat cum ſpiritualibus ſubſtantijs à carne ſecretis, quæ cum naturæ bonitate, tum gratiæ Diuinæ adiumento non niſi ad bonum contendunt; fit vt idem animus noſter, ſimiliter cũ naturę ſuæ bonitate, tum auxilio Dei mouentis non niſi ad bonum feratur. Corpus aũt noſtrum cum brutis animantibus, quum multum participet, fit vt ſicut animalia bruta non niſi ad præſentanea ita & corpus noſtrum ad eadem, ſicut animalia paſſionibus diuerſis acta; ita & pars inferior animæ, iiſdem paſſionibus acta, ad ea quæ carni tantùm voluptatẽ & delectationem adferunt ducatur. Corpore igitur ad terram depreſſo, animo aũt ad virtutem elato, quid inde conſequatur videmus. Vult animus bonũ; corpus retrahit à bono. Deſiderat animus ea quæ ſumma cum honeſtate coniuncta, ſummam fœlicitatem eamque æternã homini adferunt, perpetrare; retrahit ad ſenſibilia corpus. Cupit animus ad velle Dei ſeſe efformare, & mãdatis Diuinis obtemperare; recalcitrat corpus. Deſiderat animus diligere Deum ſuper oĩa, proximo bene & cupere & pro poſſe facere, nõ niſi cœleſtia meditari, terrena poſthabere, corpori nihil indulgere, ſed illud in obſequium Chriſti ſubiugare; remittitur corpus, & terrena cogitatio deprimit intellectum multa cogitãtem. Sic perpetuum bellum, naturæ corruptela, per peccatum eſt inter animam & corpus noſtrum excitatum, corpore ſæpe ſæpius de anima triumphos referente; pluſquam.n. verè à Paulo dictum eſt. Cõdelector, inquit, legi Dei ſm̃ interiorem hoiem; video autem aliam legem in membris meis, repugnantẽ legi mentis meę Rom. 7. & captiuantem me in lege peccati, quæ eſt in membris meis. Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia, ait, Dei per IESVM Chriſtum Dñm noſtrum. Cõtentionem maximam ſentio, ait, in me ex lucta animæ & corporis, ex contentione aũt iſta extremam percipio amaritudinem, quia non quod volo bonum, ſed quod nolo malum illud facio. Quis mihi hunc amarum cibum contẽperabit? Gratia Dei diffuſa per

IESVM Chriſtum; Gratiæ fermentum inſuauem ex iſta pugna virtutis ciba m condulcorabit, dum carnem non ad ea quæ carnis, ſed quæ ſpiritus ſunt, ſapienda eleuabit; dum effrenem in ea motum refrenabit.

Hoc fermentum gratię immiſcuit Deus, tertio animæ noſtræ ſato, inferioribus. ſ. animæ noſtræ viribus. Impoſſibile vobis ait opus eſſe virtutis propter corpus rebelle dicitis; amariſſimum vobis videtur omne bonum quod vultis, propter reluctantem appetitum inferiorem; hoc fermentum gratię quod omnibus larga manu exhibeo accipite: Gratię Dei participio rebelles corporis motus vobis ſubijcietis; reluctantem ſenſualem appetitum comprimetis; deq; domeſtico hoſte glorioſè triũphabitis. Gratia mœrorem ſoluit, formidinem pellit, malas cupiditates conſumit, nec ſinit amplius eſſe hoĩem quem contingit, ſed velut in cęlum transfert, & cęleſtem, non amplius terrenũ, efficit. Gratia pugnat contra cupiditates carnis; pugnat contra Adæ tranſgreſſionem; & ne ipſa extollatur atque victoriam ſibi vendicet, Diuina potenti virtute reprimit, & ſecum vſque ad cœlum protrahit.

Concedat nobis Deus vt & nos latiſſimos animę noſtrę ſinus internaque eius ſata huic ſapientiſſimæ mulieri reſeremus. Quod nobis amarus ſit virtutis cibus, id ſanè euincit, quod nullus eius guſtum, nulla incremẽta percipimus. Quod Diuina ſapientia omnibus fermentum hoc gratię ſalutare proferat, illud declarat, quod ad fores cuiuſque pulſat quotidie, cupiens, vt ei quilibet aperiat, & eius chariſmata recipiat: Eia, per Deum & per animæ veſtræ ſalutem, vos oro, ſurgite quandoque & vocati reſpondete, porrigenti bonum expandite manus veſtras; nihil aliud à vobis obſecrat, pręterquam vt recipiatis. Veſtrum requirit bonum, veſtram animã augere ineffabilibus bonis deſiderat. Dulcem vobis virtutem efficere cõtendit; quid reluctamini? quid ad eam non accurritis? cur vnus alium pręuenire non curat, ad hoc vt ab ea ſuauiſſimum hoc condimentum recipere mereatur? Veniet tempus, ò miſeri, quando ignauiam & negligentiam veſtram deplorabitis. Veniet certè infęlix illa dies, quando abſynthio & felle cibabimini, & pice ſulphuri permixtæ inebriabimini. Tunc quæretis condimentum miſeriarum veſtrarum; tunc implorabitis temperamentũ amariſſimi calicis; ſed fruſtra & incaſſum. Tunc reſpondebitur vobis; pro eo quod me vocantem neglexiſtis; quod mihi vobis dulcia proferenti terga vertiſtis; quod amara prędulcibus elegiſtis, guſtate nunc ea quæ cupijſtis. Impleamini ad ſatietatem panibus iſtis cinereis. Fermentum gratiæ & charitatis non amplius impertietur vobis. Cibos iſtos quos vobis excoxiſtis deuorate; Quod à nobis auertas benigniſſime IESV, qui ſuauiſſimo cibo paſcis ſperantes in te in ſæcula ſempiterna, Amen.

Nihil

Nihil ſine parabolis loquebatur ad eos. Matth. 13.

FASCICVLVS TERTIVS.

Cur Chriſtus parabolico ſermone vſus fuerit?

MANNAE veteris, & fermenti Euangelici dignitatem atque conditiones dum cōtemplabar indignum primò viſum eſt mihi, quod illam Deus in vaſe aureo & in arca pretioſa deaurata; hoc autem mulier ſapientiſſima in farinę ſatis tribus recondiderit. Licet etenim manna de cœlis delapſum nonnihil cœleſtis & Angelicæ ſuauitatis habuerit, ob eamq; rem dignius fermento Euangelico videatur; qui tamē fermentum Euangelicum itidem de cœlis delatum, & manu Diuinæ ſapientiæ effectum, itidem cœleſtis alimoniæ ſuaue condimentum eſſe ſimiliter Regni cœlorum ſpeciem præferre aduertet, præſtantius forte illud iudicabit eſſe manna legali, & tantò magis quātò lex noua & nouæ legis edulium, veterem legem cum ſuis cibarijs præcellit. Cum ergo fermentum Euangelicum longè ſit nobilius atque dignius manna Moſaico, cur manna Moſaicum in vrna aurea, fermentum autem Euangelicum in farinæ ſatis tribus Deus abſcondit? Nobiliori locus & cuſtodia nobilior debetur, cur fermentum in ignobiliori vaſe, manna in nobiliori reponitur? Quamobrem fermentum non in vrna aurea, non in arca deaurata, ab hac Diuiniſſima muliere locatum eſt. Cōuenienter manna antiquum, æternæ & ineffabilis dulcedinis cęleſtis, in aureo illo cœlorum rutilanti ſplendore, non in vaſe terreo locauit. Vas enim hoc terreſtre mortalitatis noſtræ, capere & comprehendere nequit ſuauitatem à guſtu panis Angelorum promanātem. In cor hominis non aſcendit delicioſiſſimum illud manna abſconditum, quod præparauit à ſæculo Deus omnibus diligentibus ſe. Sola aureo charitatis & glorię con ſummatæ fulgore ſplendentia animarum & beatarum mentium vaſcula illud continere digna ſunt. Indignum profectò eſſet ſi precioſiſſimus hic cibus in mortali & corruptibili vaſe reconditus foret. At fermentum doctrinæ Euangelicæ, merito in vaſe corruptibilis hominis, ſed permixtum farinæ parabolarum reponitur. Doctrina enim Euangelica hominis viatoris, per fidem & ſpem in hac valle miſeriæ peregrinantis, cōdimentum & perfectio eſt; homines mortales non Angelos perpetua fęlicitate fruentes, fermento verbi ſui ſatiat Deus. In hominis igitur mortalis ſato recondere debuit doctrinæ & verbi ſui Euangelici fermentum: ſed permixtum farinæ, obuelatum ijs quæ vel ſenſu cernimus, vel concipimus intellectu,

Allegoria mannæ.

Allegoria fermenti.

para-

parabolis ſcilicet immixtum. Et nihil ſine parabolis loquebatur ad eos. Fecit, vt mihi videtur, Saluator noſter ad inſtar medici prudentiſſimi; qui vbi videt febricitantem ob corruptum linguæ humorem, nihil ſalutiferum deguſtare poſſe, ſed omnia medicamenta, ſiquidem & ſalubria ſint licet, reſpuere & abhorrere, explorat primò qua affecta ſit ægroti lingua qualitate, quid magis appetat? quid ei magis ſapiat? quo cognito ſtatim cibum illum parare iubet, & in eo medicinas permiſcet, vt tandem decumbens arte illius deluſus, aliquid ſalubre capere, & ſanitati ſuæ conſulere poſſit. Sic Christus palatum animæ noſtræ prauis qualitatibus corruptum agnoſcerat; videbat nos nullum cibum cœleſtem, nihil nobis ſalutare vel primis labris attingere poſſe; omnia ſpiritualia faſtidire; nihil niſi terrena cupere; terrena meditari, terrena in animo verſare quotidie; farinæ terrenorum immerſos eſſe. Quid tum cogitauit? Panem Angelorum reſpuitis, ait, nec deguſtare vultis: amarum vobis eſt fermentum doctrinæ meæ; inſipidum vobis eſt omne illud quod vobis à me propoſitum; cœleſtia concipere nequaquam poteſtis? Miſcebo ego vobis hoc fermentum farinæ terrenorum: nolo hominibus cœleſtia nudata exhibere; oportet me vti artificio medicorum; doctrinam hanc nouam ſed Diuinam, farinæ ſimilitudinum terreſtrium immiſcere. Et hæc eſt prima ratio cur Saluator noſter parabolico vſus fuerit ſermone: vt ſ. doctrinæ cœleſtis fermentum facilius à nobis caperetur.

Cuique euidens eſt, noſtram cognitionem ortum habere à ſenſu; primo enim neceſſum eſt, vt vel oculis, vel aliquo alio ſenſu percipiamus rem illam quam cognoſcere cupimus; cuius idea à noſtra cogitatione efformata, intellectus ad ſuum munus aſſurgat; & rem ideæ corporeæ ſimulachro velatam concipiat, diſcernat, & eius eſſentiam inueſtiget. Quare manifeſtè videmus pueros dociles; ſi quidpiam ediſcere volunt difficile, vel imagines illius ſibi effingere, vel ex alijs à præceptore effictis rem propoſitam intellectu comprehendere. Quod ſi in corporalium cognitione verum eſt, id, vt ea non niſi in imagine & ſimilitudine rerum externarum cernamus, multò magis verum eſſe conſtabit in ſpiritualium & cœleſtium contemplatione; vt ipſa non niſi in ſimulachro terrenorum reſplendentia concipiamus. Hæc enim neque ſub aſpectum neque ſub tactum aut quemuis alium ſenſum cadunt; hæc intellectus vim infinitis partibus ſuperant; hæc lumine naturæ apparere nequeunt, creatis quocunque hæc altiora ſunt. Si igitur ab intellectu humano comprehendi debent, ſimilitudine rerum materialium obuoluta ſint neceſſe eſt. Hinc doctiſſimus Dionyſius aiebat, Impoſſibile eſt nobis aliter lucere Diuinum radium, niſi varietate ſacrorum velaminum circumuelatum. Sed quare impoſſibile? Ob eam rem, quod aciem mentis noſtræ in ſplendidiſſimum Solis iuſtitiæ lumen defigere nequimus. Vt qui lippis eſt oculis, in orbem Solis fulgentis illos attollere non poteſt; ſed illum in

ſpecu-

ſpeculo, & eo in aqua poſito per ſuam ſpeciem contuetur; ita nos qui naturæ vitio ad ſpiritualium ſyderum radiantiſſimum cæcutimus, & ad inſtar veſpertionum ad illud comparamur, illud nequaquam in ſeipſo, ſed in ſimilitudine ſpeculari, parabolis obuelata adſpicere valemus.

Typographus candido Lectori.

Incuria quadam præter opinionem tamen Reuerendi admodũ Authoris hic ſermo imperfectus hic legitur, cuius integritatem ipſius opera reducis ab Vrbe tibi indubiè Lector benigne per ipſius humanitatem ſi vitam largiatur cunctipotens, pollicemur; boni interim conſule, & errati veniam concede, & fauſta eidem omnia precare peregrinanti.

DOMI-

DOMINICA SEPTVAGESIMAE.

Simile eſt regnum cœlorum homini patrifamilias, qui exijt primo mane conducere &c.
Math. 20. cap.

FASCICVLVS PRIMVS.

Prædeſtinatio ſitne propter merita præuiſa?

DVM Salomonis Templi ſplendidè reædificatas ruinas, apud Ezechielem conſpicerem, inter alia magnifica parietum ornamenta, admirandum Ezec. 41. quoddam Cherubini ſimulachrum reperi, cuius ſpeciem in eum modum expreſſam fuiſſe delineat Propheta; Vſque ad domum (ait) interiorem & forinſecus, & per omnem parietem in circuitu intrinſecus & extrinſecus ad menſuram erant fabrefacta Cherubin & palmæ, & palma inter Cherub, & Cherub, duaſque facies habebat Cherub; Faciem hominis iuxta palmam ex hac parte, & faciem leonis iuxta palmam ex alia parte. Quid hoc bifronte Cherubino adumbrarit, antiquiſſimi Templi reparator, ſi à me perquiritis; ego, quantum tenui ingenio meo aſſequi poſſum cenſeo, Deum reſtauratorem cœleſtis Templi deſignatum eſſe. Quod parietes ſupernæ Eccleſiæ miſerè collapſi, per Deum reædificati ſint, omnibus cóſpicuum eſt ex hominis in locum Angelorum ſubrogatione: quod homines ad exornandum ſanctificationis Diuinæ locum, vt pulcherrima ligna è deſerto mundi exciſa in ſupernam Hieruſalem delati ſint vaticinium Iſaiæ declarat, dum ait, Gloria Libani à te veniet, abies, & buxus, & pinus ſimul, ad ornandum ſanctificationis meæ, & locum pedum meorũ ex eis glorificabo. Quod homines mortales ad immortale tabernaculum gloriæ tranſlati, ſublimes thronos Angelorum occuparint, atque palmas Apoc. 7. ſempiternæ fęlicitatis ab eis relictas præripuerint, Ioannes in ſua Apocalypſi, aperto cœlo vidit. Poſthęc, inquit, vidi turbam magnam quam dinumerare nemo poterat, ex omnibus gentibus, & tribubus, & populis, & linguis, ſtantes ante thronũ & in conſpectu Agni, amicti ſtolis albis, & palmæ in manibus eorum. Quis ait hominem, de hac profunda valle, ad ſupremam

ſtremam cęlorum leuauit ædem. Quis lignum hoc ſterile excidit, dolauit, perfecit, & ad complementum admirandæ illius ſtructurę extulit? Quis beatiſſimas fęlicitate palmas in manus homini dedit? Omniſciens artifex & reparator cœlorum Deus. Deus qui ſecundum Flauium Ioſephum in ſpecie Cherubini Moyſi in monte apparuit, atque illi formam tabernacu li legalis, ad cœleſtis templi ideā oſtendit. Ille qui ex imperueſtigabili ſapientia ſua æterna, agnouit hunc & non illum, fore dignum ſupercęleſti manſione, hominem ad ſupercœleſtem leuauit ædem. Is qui ex immenſa bonitate ſua illum & non alterum gratia ſua dignatus eſt, hominē in throno ſplendidiſſimo locauit, eique palmam fęlicitatis in manum dedit. Sed ad quem modum, hominem eo honore & gloria dignatus eſt? Solane ſua bonitate, an verò hominis merito adactus homini tot & tanta pręſtitit? Partim bonitate & miſericordia ſua, partim verò iuſtitia & meritis huma nis conſtrictus. Neq; enim vnicam, ſed duas facies habebat Diuinus iſte Cherub. Non ſola miſericordiæ, neque ſola iuſtitiæ tantum, ſed miſericordiæ & iuſtitiæ facies reperitur in Deo. Duo hæc audiui, ait Dauid, quia poteſtas tibi eſt, & tibi Domine miſericordia; quia tu reddes vnicuique iuxta opera ſua: miſericordiæ vultum Deus ſe habere oſtendit, dum hominem, nullis eius pręcedentibus meritis, ſed ſola miſericordiæ ſuæ dignatione, ad agnitionem ſui nominis, ad gratię participationem, ad iuſtitiam euocat. Iuſtitiæ vultum ſe habere oſtendit Deus, dū multis hominis præcedentibus meritis, illum ad contemplationem ſui, non iam vmbratilem, ſed claram; ad gratię perfectæ conſummatam communionem, ad palmam fœlicitatis æternæ admittit. Cherub duas facies habebat, vtraſque conuerſas ad palmam reædificati templi; faciē hominis iuxta palmam ex hac parte, & faciem leonis iuxta palmā ex alia parte; vt innueret nobis ſe non eodem vultu palmam beatitudinis, noſtrum omnium qui ad exornandum cœleſte templum elati ſumus, ntu. r, ſed duabus: vna facie humana benigna ac clementi, & miſericorde ex vna parte; ex parte ſ. vocationis gratię atque iuſtificationis; ex parte autem glorificationis altera facie, ſed ea ſeiuncta & nullius perſonam, ſed merita aſpiciente iuſtitiæ. Duo hæc in Deo audiuit Propheta, & ego duo quoque in Deo nos ad fœlicitatis degustandum fructum ordinante aſpexi; quia tibi Domine miſericordia, & quia ille reddit vnicuique iuxta opera ſua.

Qui parabolam hodiernam conſiderabit, haſce duas facies diuinas, in ea expreſſas facili negocio inueniet. Faciem miſericordiæ in vocatione operariorum, & faciem ſeueram iuſtitiæ in remuneratione eorum. Quid commeruerant operarij, vt vocarentur ad vineā? Quid vnquam boni antea patrifamilias fecerant, vt eos ad cultum ſpecioſiſſimæ ſpiritualis vineę accerſeret? Nihil penitus: Vidit oēs ſtantes in foro otioſos. Vidit omnes in foro mundi huius, otio & deſidia torpentes, nihilq; omnino boni, ſed plerumq; mali aliquid facientes. Ex otio ſiquidem franguntur vires, fractis

fractis viribus, induſtria langueſcit, & ingeniũ hebetatur; languente induſtria, vitia creſcũt & prorũpũt ſcelera; creſcẽtib. vitijs, animi ſtatus opprimitur, oppreſſo animo flagitiorum omnium inexpiabile bellum concitatur; Flagitiorum autem bello concitato, quidpiam aliquis merebitur? dignum ſe præſtabit qui à Deo ſcelerũ oſore vocetur? Otioſos igitur & forte ſceleribus opertos, quia ad vineę ſpiritualis culturam vocauit, miſericordiam ſuam immenſam in hoc facinore demonſtrauit. Demonſtrauit ſimul & iuſtitiam. Quod enim pactus fuerat cum operarijs dum eos ad labores conducebat, perfecto opere, ſuam cuique mercedem tribuere feſtinat. Cum ſerò.n. factum eſſet, dicit vineę procuratori, Voca operarios, & redde illis mercedem, incipiens à nouiſſimis vſq; ad primos. Voca, ait, omnes, & ſingulos, qui aliquid operę ſuę in vinea mea præſtiterunt; neminẽ ſecerne, nemini iniurius eſto; omnibus quod eis ſpopõdi, quod laboribus ſuis à me promeruerunt, reſtitue. Nolo ego vt incaſſum aliquis bonũ operetur; neminem propoſito virtutis præmio fraudare volo. Dignum eſt atque iuſtum vt quantum illi laboris ſuſtinuerint, tantundem, imò magis, mercedis recipiant. Vade ergo & omnes aduoca, ne inter nouiſſimos & primos aliquod diſcrimen facias; omnibus redde iuſtam debitamq; mercedem. Niſi fallor, iam vobis quæſtionis illius, quam initio propoſueram, ſolutionem ex his patere arbitror. Quærebam, Num prędeſtinatio alicuius ad vitam ęternam, ſit propter merita pręuiſa? Deturne alicui denarius diurnus, vel palma virentiſſima fęlicitatis propter labores pręſtitos. Prędeſtinatio ſitne miſericordię an verò iuſtitię opus?

Ex his quę hucuſque breui attigi ſermone, dixerim, Prędeſtinationem partim eſſe miſericordię partim iuſtitię opus; partim eſſe propter nulla, partim propter aliqua merita à Deo pręcognita. Si.n. vocationem attendas? miſericordię ſolius opus eſt. Si glorię ęternę denarium cõtempleris? iuſtitię munus eſt. Si iuſtificationem ſpectes? fit propter nulla pręuiſa merita. Si fœlicitatem, datur propter multos exantlatos labores, & propter prę:lara bonorum facinora. Si prima palmę illius ſemina admireris? Diuinus Cherub in illa facie humana miſericordi & clemente contuetur. Si ſpecioſiſſimam fructu onuſtam? illam vultu iuſtitię Deus conſpicit.

Non mea hęc eſt ſed Sanctorum Patrum ſententia. Quam quidem Angelicus Doctor, in eiuſmodi redegit compendium. Prędeſtinationis, ait, effectum bifariam poſſumus conſiderare. Non modo in particulari, & ſic nihil prohibet, aliquẽ effectum prędeſtinationis eſſe cauſam & rationem alterius. Poſteriorem quidem prioris ſecundum rationem cauſę finalis; priorem verò poſterioris ſecundum rationem cauſę meritorię. Sicut ſi dicamus, quod Deus pręordinauit ſe daturum alicui gloriam ex meritis, & quod prçordinauit ſe daturum alicui gratiam vt mereretur gloriam. Alio modo poteſt conſiderari prędeſtinationis effectus in communi. Et ſic impoſſibile eſt, quod totus prędeſtinationis effectus in communi habeat aliquam

1. p. q. 23. art. 5.

quam cauſam ex parte noſtri. Quia quicquid eſt in homine ordinans ipſum in ſalutem, comprehenditur totum ſub effectu prædeſtinationis, etiã ipſa præparatio ad gratiam. Neque enim hoc fit niſi per auxilium Diuinum, ſecundum illud Prophetæ, Conuerte nos Domine ad te, & conuertemur. Prędeſtinationis, ait ſanctus Doctor, effectus in cõmuni, nullam; in particulari autem habet cauſam ex parte noſtri. Quid in particulari autem habet, & in communi nullam habet cauſam? In cõmuni non fit propter aliqua opera; & in particulari fit propter opera pręuiſa? Illud eſt qđ antea dicebam, ſi vocationem, ſi iuſtificationem, ſi prima palmę ſemina, ſi ordinans in vitam æternam contempleris, fit propter miſericordiam & gratiam Dei vocãtis. Si denarium, ſi fęlicitatem, ſi palmam ſpecioſiſſimo fructu onuſtam, ſi gloriam æternam ſpectes, datur propter merita præuiſa: Age latius idipſum comprobemus.

Si prima palmæ ſemina, ſi vocationem & iuſtificationem attendas, fit ex miſericordiæ Diuino vultu. Quid ad vocationem? quid verò ad iuſtificationem requiritur? Ad vocationem ad gratiam inprimis, exigitur electio Diuini beneplaciti, vt ſcilicet Deus ſibi complaceat, hunc vocare, & huic dare gratiam. Ita D. Paulus fatetur, dum aiebat, Elegit nos Deus ante mundi conſtitutionem: Elegit nos, id eſt, complacuit ſibi, nos ad vineę ſuæ cultum, ad ſui cognitionem, ad gratiam, atque ad iuſtificationem vocare. Cum enim Deus non naturæ neceſſitate, ſed libero mentis ſuæ arbitrio, dona ſua mortalibus conferat, liberum eſt ei hunc eligere & illum repudiare; illi gratiam ſuam communicare & huic denegare. Hanc Dei electionem, ſequitur manifeſtatio ipſius per fidei lumen. Poſtquam enim Deus ſe aliquem ad gratiæ ſuę participium aduocare diſpoſuit, primum eſt quod in mente hominis inuiſibiliter operatur; intellectum luce fidei colluſtrat, vt homo Deum eſſe authorem gratię, remiſſionis ſcelerum, & beatitudinis cognoſcat; vt credat vera eſſe omnia illa quę Diuinitus reuelata promiſſa ſunt; vt illud confiteatur, quod à Deo ſolo iuſtificatur impius per gratiam eius, per redemptionem, quę in Chriſto IESV; vt tãdem ſe eſſe peccatorem, Diuina egentem miſericordia intelligat. De hoc fidei lumine dicebat Paulus, Accedentem, ait, ad Deum oportet credere, quia eſt, & quia inquirentibus ſe, eſt remunerator. Sine fide impoſſibile eſt placere Deo. Fidei lumen conſequitur mẽtis excitatio; quando ſcilicet mens noſtra, Diuina excitata atque adiuta gratia fidei lumen & gratię motum, libero aſſenſu recipit; & quidem fidei lumine, ſiue ex auditu, ſiue ex Diuina reuelatione interna concepto, liberè mouetur in Deum liberè credit in Deum; ipſum liberè confitetur omnis gratię & iuſtificationis datorem. Gratię autem motu excepto, ſe eſſe peccatis obnoxium agnoſcens; à diuinę iuſtitię timore, quo vtiliter concutitur, ad conſiderandam Dei miſericordiam ſe conuertens, in ſpẽ erigitur. Deum ſibi propter Chriſtum propitium fore confidit; illum tanquam omnis iuſtitiæ fontem dili-

gere incipit: propter ipſum odio proſequitur & deteſtatur peccata: proponit ſe de præteritis quidem pœnitentiam acturum, atque illa, ſiue per baptiſmi, ſi nondum baptizatus eſt, ſiue per Exomologeſeos lauacrum ablaturum; à futuris autem in poſterum cauturum; nouam inchoaturum vitam, & diuina ſeruaturum præcepta. De iſtis omnibus ſatis apertè loquitur Sacra ſcriptura. De libero aſſenſu gratię, Fili prębe mihi cor tuum. Conuertimini ad me & ego conuertar ad vos. De ſpe, Confide fili, remittuntur tibi peccata tua. De timore, Timor Domini expellit peccatum. De charitate, Dimittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum. De pęnitentia, Pœnitentiam agite, & appropinquabit vobis regnum cœlorum. De baptiſmo, Et baptizetur vnuſquiſque veſtrum in nomine IESV, in remiſſionem peccatorum veſtrorum, & accipietis donum Spiritus ſancti. Et, Euntes ergo docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris & Filij, & Spiritus ſancti; docentes eos ſeruare omnia quæcunque mandaui vobis. Mentis aſſenſum, ſequitur gratiæ & iuſtitiæ Dei in animā infuſio. Iuſtitiæ Dei, inquam, non qua ipſe iuſtus eſt, vt aduertit Oecumenicum Concilium, ſed qua nos iuſtos facit, qua, videlicet, ab eo donati, renouamur ſpiritu mentis noſtræ, & non modò reputamur, ſed verè iuſti nominamur, & ſumus; iuſtitiam in nobis recipientes, vnuſquiſque ſecundū ſuam menſuram, quam Spiritus S. partitur ſingulis prout vult, & ſecundum propriam cuiuſque diſpoſitionem, & cooperationem. De hac ſępiſſimè Paulus in ſuis epiſtolis ſcribit; ac præcipuè ad Hebræos, vbi teſtimonium Dei ipſius adducit, Dabo, ait, legem meam in mentem eorum, & in corde eorum ſuperſcribam eam, & ero eis in Deum, & ipſi erunt mihi in populum. Legis nomine intelligi volunt Patres, gratiam à Deo nobis infuſam & intus permanentem, qua homo donatus, & peccatorum remiſſionem, & ornatum animæ pulcherrimum, & robur, vim atq; potentiam ad bene & ſanctè operandum obtineat.

[Margin: Trid. cōc. ſeſſ. 6. c. 7.]
[Margin: Hiere. 31.]

Hæc igitur breuiter collecta ſunt, in quibus vocationis & iuſtificationis noſtræ cardo conſiſtit. hæc omnia ſunt ſemina & primæ radices palmæ cœleſtis; hæ occaſiones atque media ſunt denarij fœlicitatis æternæ. Quod autem iſta omnia ex ſola Dei miſericordia, non ex meritis noſtris nobis obtingant; Scriptura Sacra & SS. Patres (Auguſtinus præſertim, qui ob gratiæ abundantiam, æternum ſibi nomen conciliauit) manifeſtè teſtantur. Elegit nos Deus, ait Paulus, ante mundi conſtitutionem. Sed quam ob cauſam? fortè quia fuimus ſancti & immaculati. Forſan quia boni aliquid Deo præſtitimus? Fortè quia bonum arbitrij vſum habuimus? Neutiquam; ſed vt eſſemus ſancti & immaculati in conſpectu eius in charitate; Prædeſtinauit nos in adoptionem filiorum, per IESVM Chriſtum in ipſum, ſecundum propoſitum voluntatis ſuæ in laudem gloriæ & gratiæ ſuæ, in qua adoptauit nos in dilecto filio ſuo. In quo habemus redemptionem per ſanguinem eius; remiſſionem peccatorum ſecundum diuitias

[Margin: Ephe. 1.]

tias

tias gratiæ eius, quæ ſuperabundauit in nobis, in omni ſapientia & prudentia; vt notum faceret nobis Sacramentum voluntatis ſuæ, ſm beneplacitum eius, quod propoſuit in eo; in diſpenſatione plenitudinis tẽporum, inſtaurare omnia in Chriſto, quæ in cœlis, & quę in terris ſunt. In quo et nos vocati ſumus, prædeſtinati ſm propoſitum eius, qui operatur omnia, ſm conſilium voluntatis ſuæ, vt ſimus in laudem gloriæ eius, nos qui antè ſperauimus in Chriſto. In quo & vos cum audiſſetis verbum veritatis, Euangelium ſalutis veſtrę, in quo & credentes ſignati eſtis Spiritu promiſſionis ſancto, qui eſt pignus hęreditatis noſtræ, in redemptionem acquiſitionis, in laudẽ gloriæ ipſius. Secundum propoſitum, ait Paulus, voluntatis ſuæ, ſm conſilium & beneplacitum ſuum; nõ quia fuimus, ſed vt eſſemus ſancti, nos pdeſtinauit De⁹. In dilecto filio ſuo nos ſibi adoptauit. In ſanguine ipſius nobis diuitias gratiæ ſuæ aperuit, & verbum veritatis reuelauit; in ipſo; nos ſpiritu promiſſionis conſignauit: propter ipſum nos illuminauit, & à peccato expurgauit. Secundum diuitias gratiæ ſuæ, quæ abundauit in nobis, in omni ſapientia & prudentia nos elegit. Nõ igitur propter merita, non propter benefacta aliqua opera, non pp bonum arbitrij vſum præcognitum. Quod.n.eſt ex gratia, non eſt ex merito; & quod fit ex merito, non eſt ex gratia, ſed iuſtitia. Quod datur propter beneplacitum voluntatis elargientis, non datur propter accipientis dignitatem; & quod datur propter dignitatem accipientis, non datur propter beneplacitum voluntatis elargientis. Si gratia, adnotat Auguſtinus, iã non ex operibus; alioquin gratia iam nõ eſt gratia. Si electio vllis bonis meritis datur, iam non gratis donatur, ſed debita redditur; ac per hoc, non verò nomine gratiæ nuncupatur: vbi merces, ſicut idem dicit Apoſtolus, non imputatur ſm gratiam, ſed ſecundum debitum: Si autẽ vt vera ſit gratia, id eſt, gratuita, nihil inuenit in homine, cur meritò debeatur. Quod bene intelligitur in hoc quod dictum eſt in Pſalmo, Pro nihilo ſaluos facies illos: profectò ipſa gratia dat merita, non meritis datur. Quid boni Iſraelitæ fecerant, vt eos Deus eligeret? Nihil: ſed per electionem, ait Paulus, gratiæ, reliquiæ Iſraelis ſaluæ factæ ſunt. Quid dignum gratia fecerant Apoſtoli, vt à Chriſto eligerẽtur? Nihil: Ego vos, ait Saluator, de mundo elegi. Quibus ante dixerat, De mundo non eſtis, ne putarent ſe nunquam fuiſſe de mundo, mox addidit, Sed ego vos de mundo elegi; profectò vt de mũdo non eſſent, ab ipſo eorum electione collatum eſt. Quocirca ſi per ſuam iuſtitiam, non per gratiam eius elargirentur, non de mundo electi fuiſſent; qm̃ de mundo iam nõ eſſent, ſi iam iuſti eſſent. Deinde ſi propterea ſunt electi, quia iam iuſti erant, ipſi priores iam Dñm elegerant. Quis.n.poteſt eſſe iuſtus, niſi eligendo iuſtitiam? Finis autem legis Chriſtus eſt, ad iuſtitiam omni credenti; qui factus eſt nobis ſapientia à Deo & iuſtificatio & iuſtitia. Quid boni Paulus, adhuc Saulus, cogitabat? An non potius magna mala; qñ ſpirans cædes, ad exterminãdos fideles, horrenda mentis cæ

De patiẽ. c.20.

Rom. 11.

Ioan. 13.

citate ac furore properabat? An nō Chriſtum ipſum perſequebatur? Quibus meritis bonę voluntatis, Deus illum ab his malis ad bona, mirabili diſpoſitione elegit? Quid duo illi adhuc in maternis anguſtijs recluſi infantes, Iacob & Eſau, boni fecerant? Qualem vſum arbitrij liberi habebant,

Rom. 9. tunc cum dictum eſt, Iacob dilexi, Eſau autem non? nullum, cum nondum nati fuiſſent, aut aliquid boni feciſſent, aut mali; vt ſm electionem; propoſitum Dei maneret, non ex operibus, ſed ex vocante, dictū eſt, quia maior ſeruiet minori. Quid eſt quod nos prædeſtinatos & electos diſcer-

Aug. epiſ. 106. nit? Si dixerit homo, fides mea, voluntas mea, bonum opus meum; reſpōdebitur ei, Quid.n. habes quod non accepiſti? Si autem accepiſti, quid glo riaris quaſi non acceperis? Electio igitur prædeſtinatorum, ſolius Dei miſericordię opus eſt. Vocatio quoq;, quod Dei miſerentis opus ſit, illa operariorū in vineā, oſtendit. Hi.n. cū nihil boni fecerint, ſed otioſi præſtiterint, à Deo ad vineam euocati ſunt. Vt oſtenderet diuitias, ait Paulus, glo

Rom. 9. riæ ſuæ in vaſa miſericordiæ, quę pręparauit in gloriam; Quos & vocauit, non ſolum ex Iudęis, ſed etiam ex Gentibus; ſicut in Oſea dicit, Vocabo non plebē meā, plebē meā; & non dilectā, dilectā, & nō miſericordiā cōſecutā, miſericordiā conſecutā. Et erit in loco, vbi dictū eſt ei, Nō plebs mea.

lib. 83. qq. q. 68. vos, vocabuntur filij Dei viui. Ad illam cœnam, dicebat Auguſtinus, quā Dominus dicit in Euangelio pręparatam, nec omnes qui vocati ſunt venire voluerunt, neque illi qui venerunt, venire poſſent niſi vocarentur. Itaque nec illi debent ſibi tribuere qui venerunt, quia vocati venerunt; nec illi qui voluerunt venire, debent alteri tribuere, ſed tātum ſibi, quoniam vt venirent vocati, erant in libera voluntate. Vocatio ergo ante meritum voluntatem operatur. Propterea & ſi quiſque ſibi tribuit, quod veniat vocatus, non ſibi poteſt tribuere, quod vocatus eſt. Qui autem vocatus non venit, ſicut non habuit meritum præmij vt vocaretur, ſic inchoat meritum ſupplicij, cum vocatus venire neglexerit. Ita erunt duo illa, miſericordiam & iudicium cantabo tibi Domine. Ad miſericordiam pertinet vocatio; ad iudicium pertinet beatitudo eorum qui venerunt vocati, & ſupplicium eorum, qui venire noluerunt. Vocatio igitur non propter merita aliqua, ſed ex miſericordia Dei procedit: non propter præcedentia merita nos de morte ad vitam vocauit, de tenebris ad lucem reduxit,

Pſal. 41. & de captiuitate redemit; ſed propter nomen ſuum, vt & Dauid orabat,

Aug. i eſ dem Pſal. Et redime nos, ait, propter nomen tuum, id eſt, gratis; propter nomen tuum, non propter meum meritum; quia tu dignatus es facere, non quia ego dignus ſum vt facias.

Fides, ſpes, charitas, & Spiritus ſancti gratia, quod ſint à Dei miſeri-

Eph. 2. cordia, ſine aliquibus meritis, non eſt difficile oſtendere. Gratia Dei, teſtatur Paulus, ſaluati eſtis per fidem; & hoc non ex uobis; Dei enim donum eſt: non ex operibus; ne quis glorietur. Non quia opera bona, adno-

Epiſt. 106 tabat Auguſtinus, iſta pia cogitatione fruſtrant, cū Deus reddat vnicuiq; ſecun-

ſecundum opera eius,ſitque gloria,honor, & pax omni operanti bonum: ſed quia opera ex gratia, non ex operibus gratia; quoniam fides, quæ per dilectionem operatur,nihil operaretur, niſi ipſa dilectio Dei diffunderetur in cordibus noſtris per Spiritum ſanctum qui datus eſt nobis.Nec ipſa fides eſſet in nobis,niſi Deus vnicuique partiretur menſuram fidei: Bonum eſt igitur homini, vt totis viribus arbitrij ſui veraciter dicat, Fortitudinem meam ad te cuſtodiam; quia ille qui putauit ſine ipſius adiutorio ſe poſſe cuſtodire quod dedit; profectus in regionem longinquam & viuens prodigè,cuncta conſumpſit,& miſeria duræ ſeruitutis attritus,reuerſuſque in ſemetipſum dixit,Surgam & ibo ad Patrem meum.Quā cogitationem bonam quando haberet,niſi & ipſam illi in occulto pater miſericordioſiſſimus inſpiraſſet? Quod autē bonus vſus arbitrij liberi, & aſſenſio libera quam homo præſtat gratiæ, & vocationi Diuinæ, ſit ab eodē Deo vocante; idem Paulus fatetur, dum ait, Non ſumus ſufficientes aliquid cogitare ex nobis,quaſi ex nobis, ſed ſufficientia noſtra ex Deo eſt; Deus operatur in nobis velle & perficere,pro bona volūtate.Non eſt hoīs dicebat Propheta,via eius, nec viri eſt vt ambulet & dirigat greſſus ſuos. Non eſt in noſtra poteſtate,ſubdebat Auguſtinus, cor noſtrum & cogitationes noſtræ;quæ improuisò offenſæ, mentem animumque confundūt atque aliò trahunt quam tu propoſueris;ad ſęcularia reuocant, mundana inculcant,ingerunt voluptuaria,illecebroſa intexunt,ipſoque in tempore quo eleuare mentem paramus impliciti inanibus cogitationibus,ad terrena plerunque deijciuntur.Non itaque in hominum poteſtate; ſed in Dei eſt virtute,vt habeant homines poteſtatem filij Dei fieri. Ab ipſo quippe accipiunt eam, qui dat cordi humano cogitationes pias, per quas habeat fidem,quæ per dilectionem operatur;ad quod bonum recipiendū & retinendum, & in eo perſeueranter vſque in finem proficiendum non ſumus ſufficientes cogitare aliquid ex nobis, quaſi ex nobis, ſed ſufficientia noſtra ex Deo eſt, in cuius poteſtate eſt cor noſtrum & cogitationes noſtræ.

Philip. 2. Hier. 10. De bono perſeue. c. 8 & li. 83. q.q. 68. & de prædeſtin. ſanct. c. 10.

Audiant igitur Pelagiani quod Deus dicit, Dabo eis cor cognoſcendi me & aures audientes: vel,Dabo eis cor aliud & ſpiritū nouum. Audiant & illud, ſpiritum meū dabo vobis, & faciam vt in iuſtificationibus meis ambuletis,& iudicia mea obſeruetis,& faciatis. Audiant,A Dn̄o dirigun tur greſſus viri; mortalis autem quomodo intelliget vias ſuas? Audiant, Omnis vir videtur ſibimetipſi iuſtus,dirigit autem corda Dn̄s. Audiant, Crediderunt quotquot erant præordinati ad vitam æternam. Audiant & Dauidem orantem, Cor mundum crea in me Deus, & Spiritum rectum innoua in viſceribus meis. Audiant,Deus operatur in nobis velle & perficere,pro bona volūtate. Parum eſt velle,niſi Deus miſereatur. Sed Deus non miſeretur qui ad pacem vocat,niſi voluntas præceſſerit; quia in terra pax hominibus bonæ voluntatis. Et quoniam nec velle quiſquam poteſt,

niſi admonitus & vocatus,ſiue intrinſecus,vbi nullus hominum videt;ſiue extrinſecus,per ſermonem ſonantem, aut per aliqua ſigna viſibilia;efficitur,vt etiam ipſum velle Deus operetur in nobis.

Eſt igitur electio & vocatio,& fidei lumẽ,& ſpes & charitas, & timor, & gratia,& aſſenſus,& velle & perficere,& cogitare bonũ,à Dei ſola miſericordia;Cum Deus & eligat,& vocet,& illuſtret,& exornat, & conuertat,& ſanctificet,& ducat hominem pro ſuæ arbitrio miſericordię,ſine aliquibus meritis, ſine prçuiſo vſu bono arbitrij , qui eſt à Deo efficiente. Aſſurget hic nouus aliquis Pelagianus, qui gratię Diuinæ detrahere conabitur ? qui quod miſericordia Dei in homine effectum eſt, factum eſſe pro vſu liberi arbitrij vel bonorum, quæ nulla fuerunt, temere iactabit ? Bonus vſus liberi arbitrij eſt à Deo, hominem ad gratiam mouente & diſponẽte;& noui Theologi.ſ.ipſum cauſam prędeſtinationis iactabũt? Qui fieri poteſt vt quidpiam cauſa ſit alterius, & ab eo efficiatur ? ſi liberi arbitrij,bonus vſus;bonus vſus,gratiæ,efficitur à Deo prędeſtinante; & eſt ab ipſa prędeſtinatione ; quonam modo prędeſtinationis cauſa conſtitui poteſt? Secundum arbitrium & beneplacitum voluntatis ſuæ;ſecundum diuitias gratiæ ſuę nos elegit Deus, noſque ad agnitionẽ ſui nominis vocauit,ſecundum propoſitum voluntatis ſuę?fecit in nobis,vt conſenſum præbeamus ei vocanti; fecit vt in pręceptis eius ambulemus ; vt voluntatem eius faciamus: Sileat temeraria vox ſuperborum hominum, qui ſe dignos ſuis meritis ſua prędeſtinatione prędicant:obtineant, qui cauſam , ſeu vt illi vocant,conditionem,ſine qua non , Diuinę prędeſtinationis in hominem reijciunt. Saluator noſter apertè dicit , Nemo poteſt venire ad me,niſi Pater meus,qui miſit me,traxerit eũ : Pſaltes de homine iuſto enarrat,Domine pręueniſti eum in benedictionibus dulcedinis.Paulus nihil nos boni ſine Deo authore vel cogitare,vel facere poſſe affeuerat.

Auguſtinus initia omnia prędeſtinationis noſtrę in ſolã Dei gratiam refert,& cauſam omnem à nobis noſtrę prędeſtinationis excludit:non igitur Deus nos prędeſtinat;ideò quia videt bene vſuros nos libero arbitrio: non ideò nos ad ſe pertrahit , quia nos videt morem geſturos : non ideò dulcedine nos replet,quia nos pręueniremus ipſum:non ideò ad vineam ſuam vocat,quod nos ſciat grauiter in ea laboraturos. Quod.n.vineę cultores in ea operam maximam exhibent;quod homines morẽ gerunt Deo vocanti;quod bene vtuntur libero arbitrio ; quod conſentiunt Deo mouenti ; quod aliquid boni in ſua iuſtificatione pręſtant , id vt pręſtent, efficitur à Dei prędeſtinantis gratia , non efficit prędeſtinationis gratiam.

Si ergo à me perquiritis , Nũ prędeſtinatio ſit pp merita pręuiſa? Clarum vobis effeci;Si vocationem,electionem,& iuſtificationem attendas? fit ex ſola miſericordia Dei.Simile eſt hoc,ac ſi fingeremus, filium cuiuſdã prędiuitis patris repulſum eſſe ab hęreditate paterna . Qui quidem in exiliũ actus,prius omnia, quæ è domo patris abſtuliſſet bona abligurit,

demum

demum in paupertatem extremam redactus ſe deſperationi dedat, pudore & timore poſtpoſito, in omne flagitium poſtmodum prorumpat, furetur, abripiat vi, occidat, nihil non attentet ſceleris quo ſuæ ſatisfaciat libidini; quam nullis flagitijs expleri videns, ſe in fauces dæmonis horrenda deſperatione conijciat. Pater eius miſericordia ſi forte tangeretur, eumq; in hæreditatem rurſum admitteret, ac priſtinamque ei bonorum partem cum gratia ſua offerret, ſi ille malitia propria & aſtu dæmonis in propoſito obfirmatus ſcelere, patris contemnat gratiam nuncios illius ſumma afficiat iniuria; ipſi aũt Patri ſupremũ minetur exitium. Pater autem benignus, miſeræ ſortis ſui filij miſeratus, nihil nõ agat vt illi perſuadeat, quo ad ſanæ menti reddi, & bonorum oblatorum particeps eſſe queat. Talis ergo ac tantopere ſceleſtus filius, hæreditatem paternam ex meritis vſurparet? Non ex miſericordia, ſed ex iuſtitia, ſe dignum bonis paternis pronunciaret? Ex vinea illa paradiſi fęcundiſſima ſimul ac pulcherrima propter ſcelus pulſus erat homo. Quid in hoc mundi exilio facinoris non patrauit? Bona naturæ à Deo ſibi collata turpiter contaminauit & labefactauit, in tantam pauperiem deueniens, vt fœnum ac bos, vel ſiliquas vt porcus manducans, in quod flagitium, vitam agens vita indigniſſimam, non prorupit? quid vt ſuæ ſatisfaceret libidini non fecit? quid non attentauit? Leges ſuperiorum prætergreſſus ad omne nefas niſus eſt. Iura naturæ ipſius inuiolabilia perrupit, & nulli neque ſuo ſanguini, nec ſuæ inſuper animæ, quin eam Dæmoni traderet, pepercit. Ad Deum vſque ſceleſtas tetendit manus, & turre Babelis vſque ad ſydera extructa, nefario conatu Deum è cœlis deturbare conabatur. Paterfamilias Deus miſeræ conditionis humanæ miſertus, nullum non mouit lapidem, vt perditum hominẽ ad vineam cœleſtem reducere poſſet. Prophetas miſit, Patriarchas deſtinauit; Duces inclitos delegit, qui hominem ad incolendum paradiſum vocarent, qui regredienti iter mõſtrarẽt; & homo adeò flagitioſus, ſic peccatis immerſus, vt vocaretur, vt eligeretur ad incolendam fertiliſſimam fęlicitatis vineam commeruit? Qui bellum legibus, vniuerſæ naturę, Deo ipſi cierat; qui Deum cœlorum ſedibus pellere nitebatur, dignus qui vocaretur fuit? Qui in flagitio animum obfirmatum habebat, qui ſtabat in foro otioſus; qui dæmoni ſe totum dederat, dignus vt prædeſtinaretur, vt ad paradiſi vineã admitteretur, fuit? Sola Dei miſericordia electi ſumus, non propter vlla merita vocati, & ad vineam hanc deſtinati ſumus: ſola Dei gratia ad cultum virtutis & iuſtitię potentes effecti ſumus.

Verum ſi gloriæ æternæ denarium attendas, ſi fœlicitatem, ſi palmam ſpecioſiſſimo fructu beatitudinis onuſtam contempleris, datur illa propter multos exantlatos labores; datur ex iuſtitia, non ex miſericordia. Cũ enim ſerò factum eſſet, dicit Dominus vineæ procuratori, Voca operarios, & redde illis mercedem, incipiens à nouiſſimis vſque ad primos. Mercedem, ait, redde eis: Mercedem non donum gratuitum, non gra-

tiam,ſed pręmium quod meruerunt ,redde,non dona: Verũ licet ſit quod Deus nemini quidpiam debet,quia nihil à quopiam accipit, verùm & illud ſit licet, quod non ſunt condignę paſſiones huius temporis, ad futuram gloriam quę reuelabitur in nobis, ſit licet excellens hominis meritum, ſit naturæ iura conſeruans, ſit legum iuſſis obtemperans, fidem impleat, teneat iuſtitiam, virtutes exerceat, damnet vitia, peccata repellat, exemplar ſemet imitantibus prębeat, nihil eſt reſpectu beatiſſimi pręmij: Tamen quia ſic conuenit nobiſcum, & ſic pactus eſt cum operarijs, vt ſi quis vſque ad ſero mortis ſuæ, pro ſuo poſſe gratia Diuina adiutus in hac vinea operetur, denarium accipiat; iuſtum eſt vt ei reddatur, iuſtæ mercedis loco. Deus enim velle ſuo,illud quod propter diſparitatem non iuſtum erat,iuſtum effecit.Deus fidelis eſt & abſque vlla iniquitate; fidelis in omnibus verbis ſuis,& ſanctus in oĩbus opetibus ſuis. Quod eſt abſq; vlla iniquitate,ſanctus in omnibus operibus ſuis Deus; iniuſtitiæ inſimulari nequit, quod iuſtæ mercedis loco denarium beatum omnibus reddit. Quod fidelis eſt in omnibus verbis ſuis, nemini pollicitationes ſuas mutat;omnibus quod promiſit,ſi vſque ad finem perſeuerarint, exſoluit. Non iniuſtus eſt Deus, ait Paulus, vt obliuiſcatur operis veſtri, & dilectionis quam oſtendiſtis in nomine ipſius.

Sed de hac parte latior erit ſermo infrà. Cum igitur vitæ æternæ denarius & palma fœlicitatis ex meritis contingat, vocatio autem & iuſtiſtificatio, ex ſola miſericordia Dei, vos qui vocati eſtis ad agnitionem nominis Dei, & ad cultum vineæ animarum veſtrarum; vos genus electum, gens ſancta, populus acquiſitionis, gratias agite Deo, qui vos de tenebris vocauit in admirabile lumen ſuum. Abundate in omni opere bono,ſcientes quod labor veſter non eſt inanis in Domino. Nolite amittere confidentiam, quæ magnam habet remunerationem. Licet enim id quod eſt in præſenti, momentaneum & leue ſit opus, ſupra tamen modum in ſublimitate æternum gloriæ pondus operatur in nobis. Quem iuſti ponderis denarium,& exoptatę fœlicitatis palmam,nobis in tua vinea laborantibus pręſtare digneris Diuiniſſime cœleſtis Templi reparator, qui viuis in ſæcula ſempiterna, Amen.

Simi-

Simile eſt Regnum cœlorum homini Patrifamilias, qui exijt primo mane conducere, &c.

FASCICVLVS SECVNDVS.

De Gratia vocationis omnium ad ſalutem.

STVPIDVS ille omnium iudicio cenſeretur, qui nec obſtupeſceret, neque admiraretur, ſi Regem aliquem terrenum, in platea publica in medio ſuorum hoſtium ſtantem, & omnes promiſcuè ad ſuorum communionem bonorum placidè vocantem conſpiceret: Suſpiciendum eſt magnopere, ſi Rex theſauros ſuos aperiri iubeat, & neminem, amicus inimicusve ſit ab vſu diuitiarum ſuarum inhibeat, quin potius vniuerſa liberaliter in omnes profundat; admirandum & illud eſt, ſi pro qualibuſcunque meritis inæſtimabilia alicui bona elargiatur. At longè admirabilius eſt ſi diademate ſplendidiſſimo, & veſte purpurea gemmis intexta reſplendens, è ſublimi throno deſcendat, atque in forum in medium flagitioſorum hominum deſcendat; ibique licet innumeram ganeonum, adulterantium, inceſto ſemine pollutorum, raptorum, prædonum, parricidarum, multorum crimine contaminatorum multitudinem videat; licet atrociſſimorum hoſtium ſuorum, qui in ipſius necem conſpirarant, coniunctas & bello contra ſe ardentes cateruas aſpiciat; in medium tamen eorum proſiliens, & cunctorum genibus ſeſe aduoluens, voce clementi talem ad ſingulos inſtituat ſermonem. Sceleribus quidem veſtris intolerabiles commeruiſtis pœnas, at ego nullas de vobis ſumere volo; omnibus omnes ſi quæ ſunt, ſunt autem non exiguæ, offenſas condono. Illud à vobis per animæ veſtræ ſalutem obſecro; reprimite vęſanum furorem, & mecum in gratiam redite. Vos ego in amicitiam meam, in dilectiſſimorum filiorum locum, ad pręclariſſimi atque pulcherrimi huius Regni hæreditatem recipere volo: theſaurum auro, argento, gemmis precioſis, lapidibus coruſcis, & omni eorum quæ cogitari vel deſiderari poſſunt copia bonorum refertum, vobis ego reſero. Venite tantum, & mihi dextras date, meam conſuetudinem & amicitiam recipite, omnia illa quę in bonis enumerantur ego vobis concedo. Si & ſedem Regiam, & purpuram auro fulgentem, & coronam lapidibus precioſis exornatam deſideratis; hanc ego vobis defero, me meis veſtibus expoliare, vos autem induere; mea ſede decedere, & vos in eam collocare minimè ob amorem veſtrum, grauabor. Qui igitur Regem aliquem potentiſſimum talia in foro agentem contueretur, nec vllatenus vel obſtupeſceret,

vel

vel miraretur, omnium hominum iudicio ſtupidus cenſendus eſſet.

Quamobrem ego ſatis mirari nequeo, ſed totus in ſtuporem verſus rigeſco, dum hodierna die Orbis vniuerſi Summũ Monarcham, inter villę ruſticos, inter nominis ſui acerbiſſimos hoſtes, in medio foro omnes ad ſuam amicitiam, & ad theſaurum indeficientem bonorum vocantem aſpicio. Quid tè ò Deus Deorum commouit, vt è loco pacis, lucis & ſanctitatis, ex ſublimi Cherubico ſolio deſcendas, & in locum tumultus, in regionem vmbrę mortis, in locũ horroris & vaſtę ſolitudinis v • ias? Quæ te cura premit? Quæ cauſa adegit, vt fœliciſſimis Cœli ciuibus relictis, ruſticos incultos, non niſi terrę colendæ aſſuetos, terræ immerſos, cœno mũdi oblitos homines ad te euoces? Quę tantę ſolicitudinis ratio, vt non ſemel neque ſecundò tantum, ſed iterum atque iterum repetitis vicibus, inter hoſtes tuos intrepidus & clemens procedas? Vinitores iſti capitales inimici ſunt tibi. Non tibi in memoriã venit, quod ſeruos tuos, illos quos ad recipiendos fructus vineę miſeras, contumelijs affecerunt? quod alios ceciderunt? alios occiderunt? alios verò lapidarunt? Nõ recordaris quod ſecundò idem facinus patrarunt, dum alios, quos plures prioribus ad eos deſtinaras, ſimiliter exceperunt? Filio autem tuo vnigenito quid non fecerunt? Hic eſt, aiebant, hęres; venite occidamus eum, & habebimus hęreditatem eius; Nec tantum locuti ſunt, ſed & factis velle ſuum explere feſtinarunt; & apprehenſum eum eiecerunt extra vineam, & occiderunt. Tibi ipſi quid non machinati ſunt? quoties amariſſimo felle te, dulciſſimum vinum ſitientem, potarunt? quoties venenatos calices, te vt enecarent, tibi propinarunt? quę nefanda bella in tuum exitium non excitarunt? Quid igitur tibi cum atrociſſimis hoſtibus tuis? Quid cum foro? Quid cum otioſis & nullius frugi hominibus? Si te vineę tuę electę excolendę mouet deſiderium? voca laborioſos operarios, non otio diſſolutos, non torpedine effractas vires habentes: voca illos qui ad nutum, & breui tempore & facili negotio tua perficient iuſſa, qui ſordes expurgabunt, excindent noxias vites, pulcherrimas arboribus alligabunt, qui donec tempus vindemię aduenerit, omnia cum ſolicitudine procurabunt, & vino ſuauiſſimo te inebriarunt: quid tibi cum otioſis operarijs? quid cum tumultuoſis ruſticis? Nolo, ait Deus, mortem peccatoris; ſcelera licet multa commiſerint; in meum licet exitium turbulentiſſimos concitarint motus; me licet meis ſedibus, mea fœlicitate, meo Regno turpiter eijcere conati fuerint, omnia iſta, modò velint, ego illis condonare; omnium modò ipſi non renuant, obliuiſci paratus ſum. Et vt conſtet vniuerſis, me nullã deſiderare vindictam; nullum poſthac à meis complexibus, & à meorum participatione bonorum neminem excludere, omnes ad me euocare, omnes precari, ad omnes tendere ſupplices manus, omnibus gratię meę precioſiſſimos theſauros largiſſima manu elargire decreui. Simile eſt Regnũ cœlorum homini Patrifamilias, qui primo mane exijt conducere operarios

rios ad vineam ſuam; & non ſat illi fuit primo exijſſe, tantum diluculo, circa tertiam & ſextam, & nonam, & circa vndecimam horam in forum proceſſit,& omnes abſque diſcrimine ad vineam ſuam conduxit; de omnibus occaſionem benemerendi arripuit,dicens,Non eſt ęquum vt ego liberalitate & bonitate hominis deuincar, me maiora & cupere & præſtare hominibus conuenit. Igitur & à principio conditi Orbis, à primo diluculo luminis creati,exeundum eſt mihi in forum mundi; Si Paterfamilias nullam non omiſit horam, ſed omnem adhibuit vigilantiam, vt omnes ad vineæ cultum euocaret;longè maiori ſolicitudine opus ſalutis humanæ mihi adminiſtrandum eſt. Exibo & ego in aurora,in exortu Solis, circa tertiam & quartam & circa omnem diei horam, nullum horæ momentum elabi patiar,quin aliquem conueniam. Exibo autem in forum mundi,ſed in medium,quo omnes cõuenire ſolent; vt omnes me videāt, omnes meum clamorem audiant:omnes.n.ſiue hoſtes ſiue amici; peregrini aut domeſtici;Gentes barbaræ vel Hebræi ſint,ad me vocare,omnibus accedendi ad me occaſiones præbere inſtituo.Quod igitur omnes homines Deus ad ſe euocet;& omnes ad cultum animæ conducat;quod gratiā vocationis nemini adulto deneget, ſed omnibus eam proferat,ex parabolæ hodiernæ teſtimonio cuique euidens eſt. Quam (vt ora Diuina obtrectantium miſericordiæ obturemus, & vt apertam cuiuis faciamus propoſitam controuerſiam,Omnibusne gratiam ſuam Deus proferat?)ad exempla Sacrę ſcripturæ reducendam eſſe cenſui. Hinc.n.& quomodo primo mane,quomodo circa tertiam, ſextam & vndecimam horā exierit Deus, & quod nemini,quicunque ille ſit,gratiam ſuam deneget,clariſſimum efficere conabor. Age ad diluculum primò exorientis mundi oculos conijciamus,& Deum omnes ad ſe vocantem videamus. Aſtu dæmonis à Diuina gratia protoparentes noſtri exciderant. Quid illa auara inobedientia non promeruerit? Digni prorſus iuſto Dei iudicio fuere, qui paradiſi ſedibus pulſi,non in hanc vallem miſeriæ,ſed in profundiſſimam caliginis æternæ abyſſum mergerentur. Tanta ſiquidem ſceleris eius immanitas fuit,quod non infirmitate, non ignorantia, ſed ambitione commiſerant, vt ſi omnia quæ cogitari poſſunt ſupplicia in pœnam vnam coacernarentur,leuiſſima eſſent: Deus tamen non aliqua eis tormenta irrogat; non iacit fulmina,non igneas flammas ſuccendit, non terram hiulco ore diducit;ſed cupidus ſalutis eorum procedit in publicum,& voce benigna vocauit Adamum, dicens ad eum,Adam vbi es? Iuſtitiæ quidem ratio, addo ex Chryſoſtomo,hoc exigebat, nihil quidem boni operatum, tantam verò beneuolentiam aſſecutum mox à primordijs laſciuientem tolli de medio,& funditus deleri;ſed non hoc fecit Deus,nec abominatus eſt,nec eum auerſatus,qui ſe tam ingratum in benefactorem exhibuit,ſed ad ipſum ſicut ad ægrotum medicus acceſſit. Et noli ſimpliciter dictum percurrere,ſed cogita quale eſt,nec Angelum, nec Archangelum,nec vllum

Homil. 7 ad popul. Antioch.

alium

aliumillius conſeruorum miſiſſe,ſed ipſummet Dominum ad collapſum deſcendiſſe, & iacentem releuaſſe, & ſolum ad amicum malefacientem, & in magna conſtitutum procella deueniſſe. Quod.n.ex multa hoc fecit charitate,& ipſa verba quæ ad illum dixit,ineffabilem eius charitatem demonſtrant. Et quid opus eſt,vt omnia verba exprimam. Prima profectò dictio,ſtatim ipſius amorem demonſtrauit.Non enim dixit,ſicut par erat iniuriam paſſum dicere.O ſcelerate & ſceleſtiſſimè,tali apud me beneuolentia potitus,tanto decoratus regno,& omnibus terreſtrib.nullo ex merito prælatus,& meæ curæ pignora,per opera & veram prouidentiæ probationem aſſecutus, improbum dæmonem & peſtiferum ſalutis tuæ inimicum,Domino & tutore cui crederes digniorem duxiſti? Quid ille tibi tale demonſtrauit, quale ego? Nonne cœlum propter te creaui? terram, mare,ſolē,lunam,& ſtellas omnes? Non.n. vlli Angeli huius creaturę indigebant,ſed propter te & commodum tuum, talem & tantum feci mundum: Et tu nuda verba & promiſſionem falſam,& pollicitationem fraude plenam,collata rebus beneficentia & prouidentia,fide digniorem eſſe ratus,teipſum illi tradidiſti,meaſque leges conculcaſti? Hæc & his plura læſum par erat dicere;ſed non ita Deus;ſed modo agit omnino contrario. A prima.n.voce ipſum ſtatim erexit,& iacentem,& timentem,& tremētem confidere fecit, prior eum vocans ipſe: quinimmò non tātum prior vocans, ſed etiam ex ſuo ipſum nomine appellans & dicēs,Adam vbi es? amorem ſuum,& multam circa ipſum curam oſtendit. Iam.n.omnes noſtis,hoc eſſe legitimæ amicitiæ indicium.Sic & mortuos qui reuocant facere conſueuerunt,continuè ipſorum nomina pronunciantes; ſicut viciſſim odio habentes, & inimicè in quoſpiam diſpoſiti, nec nomina eorum qui ſe læſere tolerant commemorari. Ideò Saul nullam quidem iniuriam paſſus,multas verò & magnas in Dauidem machinatus,poſtquam ipſum auerſabatur & oderat,nec illius appellationem commemorare tolerabat, ſed conſidentibus omnibus poſtquam non veniſſe vidit, quid inquit? Non dixit,vbi eſt Dauid? ſed vbi eſt filius Iſai? à patre ipſum vocans. Et Iudęi in Chriſto idem faciunt;quoniam.n.ipſum auerſabantur & oderāt, non dixerunt,Vbi eſt Chriſtus?ſed vbi eſt ille? Sed Deus in hoc demonſtrare volens,quod nec peccatum amorem extinxit, nec inobedientia ſuā in ipſum beneuolentiam ſuſtulit,ſed adhuc prouidet & curam gerit lapſi inquiens,Adam vbi es?non ignorās vbi moraretur,ſed quoniam his qui peccauerunt os conſutum eſt,peccato linguam ligante,& conſcientia ipſam cohibente, & ſtupidi remanent, ſilentio tanquam quodam vinculo coerciti. Volens itaque Deus ipſum in fiduciam elicere per colloquium, & vt confideret facere, & in eorum quæ admiſerat purgationem inducere,vt aliqua frueretur venia,ipſum prior ipſe vocauit, anxietatis multum hac appellatione recidens,& expellens timorem, oſque per hanc aperiēs appellationem.Ideoq; dicebat;Adam vbi es? Alibi te reliqui,& alibi inuenio,

nio: reliqui in fiducia & gloria; nunc aūt inuenio in cōfuſione & timore. Et conſidera curam; Non Euam vocauit, non vocauit ſerpentem, ſed qui omnium leuiſſimè peccauerat, hunc in iudicium primum accerſit; vt ab eo incipiens, qui aliqua poteſt venia potiri, etiam in eam quæ multum peccauerat, mitiorem ferat ſententiam. Et iudices quidem, conſeruos ſuos, & eandem ſecum naturam communem habentes, à ſe examinari non ſuſtinent, ſed miniſtrantium quempiam ſibi medium deligentes interrogationes ſuas ad reum faciunt perferre, & per ipſum quæcunque velint, dicunt & audiunt, dum reos examinent: Deus autem mediatore nullo ad hominem opus habuit, ſed ipſe per ſeipſum iudicat & conſolatur. Nec hoc tantum eſt admirabile, ſed etiam quod commiſſa corrigit. Iudices.n. cum latrones ceperint & ſacrilegos, non quomodo ipſos reddant meliores conſiderant, ſed quomodo ab ipſis pœnas exigant. Deus autem contrarium totum, cum aliquem ceperit peccatorem, non conſiderat quomodo ſumat ſupplicium, ſed quomodo ipſum corrigat, & meliorem faciat, & in futurum inculpabilem. Itaque & iudex pariter, & medicus, & magiſter eſt Deus. Nam tanquam iudex examinat, & tanquam medicus corrigit, & tanquam magiſter docet, præuaricantes ad bonam diſciplinam reducens. Primo igitur mane exiuit Deus ad vocandum Adamum. Et licet ipſum è paradiſo terreſtri in pœnam eiecerit, ad Cęlorum tamen Regnum, ad ſpiritualis vineæ cultum ipſum euocauit. Sub idem tēpus in foro mundi repetit & alterum iniquitatis operarium, inuidum & ſanguine fraterno ebrium Cayn. Quem dum primò vidiſſet inuidentiæ affectione oppugnari, &, vt ita dicam, à triſtitiæ fluctibus ſubmerſum iri, veritus ne illis obrueretur, non deſpexit ſed ad ſe vocauit, Vbi es? Quare triſtis factus es? quare concidit vultus tuus? quare in facie mœroris magnitudinem oſtendis? quare ira te inuaſit? quare non à teipſo quod oportebat fieri cōſideraſti? Num homini ſacrificium obtuliſti qui falli poſſit? Ignoras quod mihi non eſt opus vt aliquid offeratur, ſed ſanam offerentium mentem volo? Quare concidit vultus tuus? Nonne ſi rectè obtuliſti, nō autem rectè diuidas? Hoc quidem quod in animum accepiſti, eſſe offerendum, laude dignum eſt: quod verò non rectè diuidis? oblati repudiationem operatum eſt. Verumtamen neque ſic pœnam delicti repeto; ſed oſtendo duntaxat affectum, & conſilium affero; quod ſi accipere volueris, & peccatum emendabis, & teipſum grauioribus non inuolues malis. Quomodo? peccaſti, & grauiter peccaſti, ſed non punio ꝑ delictū, miſericors.n. ſum & nolo mortem peccatoris, ſed vt conuertatur & viuat. Igitur quia peccaſti quieſce, tranquillitatem facito tuarum cogitationum, & libera mentem à procellis fluctuum inundantium; cohibe tumultus illos tuos; ne addas priori peccato aliud grauius. Ne conſilium reijcias, vt medicina poſtea nihil proſit: ne teipſum maligno dæmoni captiuum tradas. Reuertere ad me, & in offerendo mihi magnam adhibe diligentiam. Ferocem hunc er

Homi. 18. in Gen.

ga

ga fratrem affectum depone;mihi tantum obſequere,& oĩa pacata erunt. Quid verò dum Cain ſe in profundum fratricidij præcipitauit? An non requiſiuit? non vocauit ipſum? Proceſſit ad ipſum,& dixit,Vbi eſt Abel frater tuus? Idipſum vel ſolum quantæ bonitatis fuerit,quod eum qui tã tum ſcelus commiſerit colloquio dignatur? Nam cum nos ſæpe cognatos noſtros abominamur, ſi quando viderimus eos tale quoddam facinus perpetraſſe:quantò magis obſtupeſcimus bonum Deum,tanta vti tolerãtia? & meritò. Medicus enim eſt & clementiſſimus pater. Nam ſicut Medicus nihil non facit,vt graui morbo impliciti confirmentur: & ſicut clementiſſimus pater filios, qui nobilitatem ſuam ignauia amiſere, paterna indulgentia ad priſtinam fœlicitatem reducere cupit. Proinde quia immẽſæ bonitatis eſt,iterum miſericordiam ſuam illi qui talia fuerat auſus oſtẽdere vult. Dicit.n.illi, Vbi eſt Abel frater tuus? Multa & immẽſa Dei clementia eſt. Non enim interrogat,quaſi ignoret;ſed idipſum agit,quod & patri illius fecerat. Nam quemadmodum illum cum ſe præ confuſione tegeret,rogabat,Vbi es? non ignorans,ſed fiduciæ occaſiones illi præbens; vt per conuerſionem ad Deum peccatum ipſius ablueretur. Rogat & nũc Cayn & inquit,Vbi eſt Abel frater tuus? Ignorãtiam ſimulat miſericors Deus,hac interrogatione eum qui talia commiſerat vocans; vt poſſet veniam forte & miſericordiam aſſequi. Sub idem tempus mundi exoriẽtis, reperit Deus aliam multitudinem operariorum, ex femore Adami progenitorum. Sed eorum qui malitia Dęmonis in tantam veniſſent amẽtiam, vt quandoque Deum pęnituerit plaſmaſſe hominem. At nunquid eos ad ſe non vocabat? nunquid ad culturam vineæ ſpiritualis illos non inuitabat? Vocabat certè: Nam & Noe præconem iuſtitiæ, vt Petrus ait,ad eos miſit,qui illos metu futuri diluuij à dæmone auelleret, atque ad Deum, ad iuſtitiam,ad virtutes reduceret. Inuitabat cunctos,dum illis,ni redirẽt ad ipſum,vltimum exterminium comminatus eſt. Fecerat ad inſtar benigniſſimi patris,qui vbi viderit filium laſciuientem, & in omne flagitium effuſum ad ſe nolle reuerti, ſe illum ex hæreditate pulſurum, niſi ad domum paternam reuertatur,declarat;vt tandem metu compulſus ſupplicij in gratiam Patris redire feſtinet. Sic & Deus aſpexerat quod multa malitia hominum eſſet in terra; quod cuncta cogitatio cordis humani intenta eſſet ad malum omni tempore: quod corrupta fuiſſet terra & repleta omni iniquitate;quod omnis caro corrupiſſet viam ſuam ſuper terram,quod nulla Dei, nulla virtutis, ſalutis animæ nulla eſſet cura in orbe, ſe orbem aquis abluturum, cunctoſque exterminaturum comminatus eſt, dicẽs ad Noe, Finis vniuerſæ carnis venit coram me; repleta eſt terra iniquitate à facie eorum, & ego diſperdam eos cum terra. Quare tu fac tibi arcam de lignis lęuigatis. Facies autem non exiguam nauiculam, ſed magnitudine conſpicuam;trecentorum cubitorum erit longitudo arcæ,& quinquaginta cubitorum latitudo,& triginta cubitorum altitudo illius:vt omnes noui-

nouitate maximi nauigij excitati,à te perquirant rationem inſtituti ædificij: & cum perceperint te meo iuſſu ingentem hanc molem conſtruere, vt aquas diluuij futuri euadas; reſipiſcant tandem & ipſi;atque ad me reuertantur,& mecum in gratiam habere & meis bonis potiri meditentur, feſtinēt. Exijt poſtmodum Deus & circa horam tertiam, atque omnibus, ſiue in perſona propria,ſiue per Sanctos Patriarchas,ſiue per veteres naturæ Theologos,gratiæ ſuæ lumen protulit. Modo Abrahamum, Lothū, Iſaac,Iacobum,Ioſeph caſtiſſimum, alioſque ex femore Abrahami progenitos,voce,pollicitationibus,Angelico miniſterio,ex Vr Chaldęorum,ex Sodomis, ex Ægypto, à Chananeitis ad ſui nominis notitiā adducebat. Modò in ſomnijs Abimelechos,Iobos,Triſmegiſtos, Heſiodos ad virtutis exercitia admonebat.Semel.n.ait Iob,loquitur Deus, & ſecundò id ipſum non repetit: per ſomnium in viſione nocturna quando irruit ſopor ſuper homines,& dormiunt in lectulo. Tunc aperit aures virorum,& erudiens eos iuſtruit diſciplina; Vt auertat hominem ab his quæ fecit,& liberet eum de ſuperbia:eruens animam eius à corruptione, & vitam illius vt non tranſeat in gladium: Increpat quoque per dolorem in lectulo, & omnia oſſa eius marceſcere facit.Chaldæos autem & Ægyptios,Brachmanes,Syros,Græcos,Aſiaticos, Africanos, cæteraſque orbis latiſſimi gētes, ad ſui agnitionem,creaturarum & cœli præcipuè in ſpecioſis orbibus cōtemplationem aduocabat.Cœli enim enarrant gloriam Dei,& inuiſibilia Dei per ea quæ facta ſunt, intellecta conſpiciuntur: ſempiterna quoque virtus & Diuinitas,ita vt ſint inexcuſabiles.quia cum cognouiſſent Deū, non ſicut Deum glorificauerunt; ſed euanuerunt in cogitationibus ſuis, & obſcuratum eſt cor inſipiens eorum: & mutauerunt gloriam incorruptibilis Dei,in ſimilitudinem imaginis corruptibilis hominis,& volucrū & quadrupedum & ſerpentum. Circa verò ſextam & nonam horam dū exijt,Euangeliſta non refert,an aliquos vocauerit; ſed tantum dicit,& fecit ſimiliter. Cauſam ſcrutabar,cur non poſuerit,Inuenit alios, vel vocauit alios,ſed tantum fecit ſimiliter. Ea mihi viſa eſt ratio,quia res clariſſima erat,ipſum nihil aliud ante Chriſti aduentum feciſſe,quam in animos omnium Gentium ſe inſinuaſſe, & omnes ad vineam hanc ſpiritualē vocaſſe. Ipſe etenim quandoque in rubo ardente, quandoque in fumanti monte,quandoque in ignea columna,quandoque in tabernaculo nebula repleto populis apparebat: quandoque,vt Salomon adnotat,foris prædicabat,in plateis vocem ſuam dabat;in capite turbarum clamitabat; in foribus portarum vrbis proferebat verba ſua dicens: Vſquequo paruuli diligitis infantiam, & ſtulti ea quæ ſibi ſunt noxia cupient; & imprudentes odibunt ſcientiam? Conuertimini ad correptionem meam, en proferam vobis ſpiritum meum & oſtendam verba mea.

Iob 33

Quod ſi de Gentilium vocatione aliquod vobis dubium eſt;an ſcilicet etiam illis gratiæ lumen protulerit? attendite quomodo ipſe apud Pſaltē

vocife-

vociferatur. Audite hæc omnes gentes, auribus percipite omnes qui habitatis orbem; Quique terrigenæ & filij hominum, ſimul in vnum diues & pauper. Os meum vobis loquetur ſapientiá, & meditatio cordis mei, prudentiã: Non excludo gentiles dęmoni ſeruientes, non reijcio habitatores Orbis, delitijs & voluptatibus mundi deditos, Terrigenas illos qui terrena faciunt, & ſe totos ad terram proſtrauerunt, & terræ bona, cœleſtibus reiectis, amplexi ſunt, non reſpuo, nec filios hominum qui ex voluntate viri, & ex voluntate carnis, & ex ſanguinibus peccatorum nati ſunt, abhorreo, nullum diſcrimen diuitis & pauperis ego conſtituo, omnes ad audiendum me aduoco. Diuites, pauperes, filios hominum, terrigenas, Orbis habitatores, inſuper & peſſimos idololatras, ego luce mea illuſtrare volo. Idololatra erat Pharao cum vniuerſis Ægyptijs; ipſum tamen vocabat ad ſe. Illius rei geſtæ cognitio, ait Auguſtinus, quod multum boni conſecuti fuerint, per aduentum Ioſephi, vocatio eius fuit. Moyſi & Aaronis conciones, & ſęuiſſimæ illæ plagæ, vocationis eorum à Deo ſigna fuere. Idololatræ fuerũt Amorrhęitæ, Moabitæ, Ethæi, & vniuerſi Syriæ & Chananitidis incolæ: ipſos tamen ad ſe per Moyſen, per Balaamum, & per innumera prodigia, ad ſe pertrahebat. Idololatræ, vniuerſi Aſiæ, Europæ, & Africę populi fuerũt. Aſiaticos per Socratẽ, per Ariſtotelẽ, Homerũ, alioſque præclariſſimos Philoſophos; noſtri autem Orbis habitatores per Platonem, per Pythagoram; Afros per doctiſſimos illos Magos; vniuerſas gẽtes per lumen (vt & modò eas quæ ſuum nomen Chriſto nondum dederunt) quod ſignauit in cordibus noſtris, per virtutis indita ſeminan, ad ſe aduocat. Nullus eſt hominum qui ſcelus non prius abhorreat antequam perpetret, & poſtquam admiſerit, nullus eſt qui pœnitentiæ & morſus interni flammis non aduratur. Per naturæ enim ipſius motus à peccato deterret, atque ad virtutem inclinat. Quid enim illud eſt quod ſceleſtos naturaliter abhorremus, niſi ob ad virtutẽ naturales motus? Quid vero q̃d dum aliquid ſiue iniuſtum, ſiue irreligioſum, ſiue indecorum efficere meditamur, quiddam internum in nobis tacitè proloquens audimus, Contineas manus; ne prorumpas, ne quid indecorè agas, omnes te videbunt, & ſimilia, quæ animus ſuus cuique inſuſurrat, niſi ad Deũ vocatio? Deus eſt qui in vnoquoque loquitur, qui nemine uidente incitat mentem, vt ad ipſum regrediatur.

De Iſraelitis nõ eſt neceſſe dicere. Ad eos.n. ipſe per totã diẽ vociferabatur; ipſe eos cum lachrymis obteſtabatur vt ad eũ redirent, ipſe in vlnis ſuis eos ad ſe deducebat, Prophetas, & Angelos qui ipſos vocarent continuè illis mittebat; modò fęlicitate terrena, modò flagellis, modò pollicitationibus, modò comminationibus illos ad ſe alliciebat.

De noui teſtamenti nouiſſimis temporibus, clarum eſt, ꝙ oẽs ad ſe vocat. oĩbuſq; dicat, Quid hic ſtatis tota die ocioſi? Siccine ego totos dies ad vos clamabo, venite ad me, & vos mihi ſcapulas vertetis? Siccine ego ſanguins

guinis mei fluuios in vnum effundam? Ego ſanguinē pro peccatis totius mundi profudi, ego mundum vniuerſum lumine gratiæ illuſtratum eſſe cupio, & vos oculos deflectetis? Ego vobis animam ad imaginem meā delineatam donaui, vt eam vos pulcherrimis exornetis virtutibus, eamq; ſpecioſiſſimam efficiatis, & vos ſtabitis ocioſi? ego vos in hunc mundum nō vt torpeatis ſed vt prçclarè vōs in bono exerceatis miſi, & vos ſtabitis ocioſi? ego ſignaculum luminis mei veſtris impreſſi mentibus, ego ſtimulos virtutis, naturæ leges mandata, conſilia, prçmium, pœnas; vt ad me aſpiceretis, me intueremini, ad me veniretis, adieci; & vos nihil iſta mouebunt? ego ipſe in mundum deſcendi; quę in eo, vt vos ab interitu præriperem non feci? quas vias non tentaui? circuiui ipſe orbem, & doctrinæ & miraculorum radijs illuminaui; Apoſtolos miſi, Spiritum S. donaui, miniſtros meos in terris reliqui, nihil omiſi eorum quæ ad vos reuocandos congrua viſa ſunt. Nō. n. ideò vos feci, vt perdam; Ideò regnum futurū & innumera bona prçparaui, propter hoc & gehennam minatus ſum, vt vos ad me & ad regnum meum alliciam: Omnes volo ſaluos fieri & ad agnitionem mei nominis venire, pro omnibus mortem ſubij; cuperem omnes ad vitam venire. Omnibus ſcintillam gratię meę profero; deſidero vt omnes eam recipiant; Ante omnium oculos denarium aureum proijcio; Si quis vult, veniat & eo fruatur; opto vt quilibet accedat & arripiat eum & in ſinu animæ ſuę recondat. An iſta vera ſint, Ioannes teſtatur, dicens, Erat lux vera quæ illuminat omnem hominem veniētem in hunc mundū. Teſtatur & alius, Omnes homines vult ſaluos fieri & ad agnitionem ſui nominis venire. Teſtať Deus ipſe, Ego ſto ad oſtium & pulſo; Si quis mihi aperuerit, neminē diſcerno ait, nō accipio perſonam; ad quemlibet pulſo. Si quis mihi aperuerit ego intrabo ad eū. Teſtatur & præſens parabola, dum omnes illos quos inuenit in foro, vocauit, & miſit ad vineā; vt innueret ſe non aſpicere ad perſonam, ſed oībus promiſcuè gratię ſuæ lumē prębere, omnes illuſtrare, omnes vocare. In veritate. n. comperi, dico cum Petro, quod non eſt perſonarum acceptio apud Deum; ſed in omni gente qui timet eum, complacet ſibi. Quare autem non oēs veniant, illud in cauſa eſt, quod Deo homines vocanti reſpondent, Recede à nobis, ſcientiam viarum tuarum nolumus. Receſſimus non veniemus vltra ad te.

Chriſte Iesv Saluator mundi qui non veniſti vocare iuſtos ſed peccatores, qui omnes ad nominis tui agnitionem & ad vitæ æternę denarium accipiendum aduocas, miſeros nos videas nunc ocioſos, & clementi voce nos inuita, Ite & vos in vineam meam; & non ſolum aduoca ſed trahe poſt te, rebelles noſtras voluntates ad te compelle; De foro iniquitatis huius mundi, manu tua potenti nobis porrecta, nos extrahe, vt in vinea tua dignum aliquid vocatione noſtra, dignum vita ęterna quippiam operari, & denarium diurnum omnibus propoſitum recipere & amplecti mereamur & viuamus tecum in ſęcula. Amen.

Qui exijt primo mane, conducere operarios in vineam &c.

FASCICVLVS TERTIVS.

De neceſſitate bonorum operum ad aſſequendam fęlicitatem.

SPONSA illa Diuina, amore dulciſſimi ſponſi ebria, dum beneficia quę in pignus ardentiſſimi amoris à ſponſo receperat enumeraret, primum & maximum illud eſſe fatetur, quod eam Rex in cellam introduxiſſet vinariam: Introduxit me Rex, ait, in cellaria ſua. Quænam fuerint hęc cellaria, explicat ipſa paulò inferius dicens. Introduxit me Rex in cellam vinariam. Maximi beneficij loco, inquit, habeo, quod me dilectus meus, non in palatia lapide porphitetico extructa, non in cubiculum oſtro & aureis periſtromatibus refulgens, non in lectulum mollibus plumis ſtratum, ſed in cellam vinariam introduxit. Illa enim quæ ad ſplendorem externum attinent, carnis amatoribus communia; quę verò ad gloriam internam ſpectant animæ, mihi propria ſunt. Illa non niſi oculos corporis, & ſenſus carneę moli affixos titillant; hęc autem animæ internas vires, intellectum & voluntatem ſumma voluptate afficiunt. Illa, poſtquam corpus oblectauerint, faſtidium ſui in homine generãt; hęc verò cum percepta ſunt, maiores delicias, & maiorem cupidinem in animo excitant. In palatia ſplendida introductus quis, miſeram non effugit viuendi ſortem; inedia enim, & inuidia, & ſuperbia, & curis diuerſis conficiatur atque diſtrahat neceſſe eſt, qui ſuperbas principum inhabitat ædes: at qui in cellam vinariam, illam ſcilicet, vbi ex vaſculo illo Diuinitatis precioſiſſimo Botrus Cypri dilectus meus mihi dulcem diſtillat laticem admiſſus fuerit, non eſuriet, neque ſitiet ibi amplius. Satiabitur ſiquidem præſente gloria, & torrente voluptatis ineffabilis inebriabitur. Non cadet ſuper illum ſol neque vllus æſtus. Dominus enim erit illi vmbraculum à turbine & calore. Non miſeram ſortem deplorabit; abſterget enim Deus omnem lachrymam ab oculis eius, & uino ſuauiſſimo inebriatum ad gaudium concitabit, lętitia ſempiterna ſuper caput eius; exultationes Dei in gutture eius, Angelorum innumerabiles chori in illo cellario dulce reſonant cãticum; quare nullus ibi męror, nulla triſtitia, nullæ lachrymę, ſed ſumma lętitia, & inæſtimabilis fęlicitas. Summum ergo & primum mihi à meo ſponſo beneficium collatum eſſe cenſeo, quod me introduxerit in cellam vinariam beatitudinis æternę.

Cant. 1.

Hęc

Hoc ego beneficium omnibus Dei amatoribus conceſſum dum võbis refero,& ad prꝗſentis parabolꝗ operarios,oculos conijcio meos,liceat mihi te ò amantiſſime Pater alloqui;Quid eſt quod operarios tuos non in cellam vinariam,non in locum deliciarum,ſed in vineam;non ad fruẽdũ bonis ſponſæ collatis,ſed ad laborandũ introducis? Dilecti ſunt tui quos tibi delegiſti;dilectos, vt ſponſa meminit,in cellam vinariam ad guſtandum fꝗlicitatis vinum benignè introducis;hos aũt quare non ijſdẽ digna re beneficijs? Mihi venit in mentem,quod tu quadam dierum vociferabaris,Venite ad me oẽs,qui laboratis & onerati eſtis,& ego reficiam vos. Si quis ſitit veniat ad me & bibat: cur modò iſtos ad labores,ad ſudores, ad onera,ad ſufferendum pondus diei & æſtum conducis ? Quamobrẽ illis non cellaria potius aperis?cur ſitientes non reficis? Simile eſt Regnũ cꝗlorum homini patrifamilias, qui exijt primo mane conducere operarios in vineam ſuã.Cur nõ potius dixiſti,Simile eſt Regnũ cœlorum homini patrifamilias,qui exijt primo mane conducere operarios in cellam vinariã? Enimuerò indubitatum eſt, primum & maximum beneficiũ dilectis Dei amicis eſſe collatum,qđ eos in cellã beatitudinis æternæ introducat. Et illud certũ eſt,Deum hoĩes ad refrigerium & recreationem,& ad perpetuò effluentis à ſede Dei & agni,ſuauiſſimi laticis guſtum,ad bibendũ de genimine vitis Engaddi in regno cœlorum vocare: ſed primò neceſſum eſt, vt hoĩes in hanc vineam Eccleſiæ p̄ſentis ingrediãtur,ibiq; in labore ſeſe plurimo exerceant,& quo in cꝗleſti cellario inebrientur,dum tẽpus eſt operãdi bonum,ſibi præparent. Nec.n.agricola in hyeme muſto madebit, niſi prius in ꝗſtate vineam excoluerit diligentiſſimè;nec ſponſa prius fuit introducta in cellã vinariam,q̃ geſtaret vbera meliora vino,quàm repleta fuit vino operum bonorum;nec aliquis cꝗleſti illo calice inebriabitur, niſi prius in æſtate præſentis vitæ, ſuos palmites ſpirituales fructiferos effecerit,atq; ex eis racemos meritorum produxerit. Natura ſic comparatũ eſt, vt omnium quæ in mundi ſcena videntur vel cogitatione apprehenduntur,beatitudo non niſi in operatione conſiſtat. Si quis admirabilẽ vniuerſitatem rerum,ac ſingulas eius partes ſiue ſupernas,ſiue inferiores,ſiue viſibiles,ſiue inuiſibiles contueatur, verum eſſe reperiet,qđ propoſui. Ad quemnam modum ſummus ille ac prꝗpotens Deus fꝗliciſſimam traducit vitã? Per operationem ineffabilẽ. Seipſum.n.quo nihil melius,nihil perfectius, nihil nobilius aut p̄ſtantius vel eſſe vel cogitari põt, contemplans;ex ſe Pater ille optimus filium gignens;Pater & filius Spiritum ſãctum ex ſe producentes, ex illa admiranda actione iucundiſſimam & beatiſſimam ſortiũtur fꝗlicitatem. Fꝗliciſſimam deinde traducit vitam,dum eouſq;,vt Saluator ait,operatur;dum terram ſtabili firmitate ſuſpensã ſuſtinet;Solem clariſſimum cõmodat,ac ſingulare lumen viciſſitudine quadam ſuper hoĩes ducit ac reducit;orbes cꝗleſtes aſtris lucidiſſimis diſtinctos in hoĩum commoda reuoluit; terris maria circumfundit, & flumina

ſempiterno lapſu fluere præcipit;terram amœniſſimis herbis, floribus,arborib.circumtegit;in eius viſcerib.internis gemmas,metalla, lapides precioſos,& alia ab hoīum ſepoſita oculis, generat;terræ aīalia,volucres cęli, marinos piſces, infinitam viuentium multitudinē quotidie ex ſuo promptuario paſcit; in motu diſpoſitione, conſtantia,vtilitate,pulchritudine, temperatione,gradu cuncta conſeruat;aīas immortales creat & incópoſita mortalia corpora infundit,hoīes in vteris maternis cuſtodit, progenitos illuminat,docet,aduocat,protegit,diuerſis applicat ſtudijs,ad ſe vocat & reducit,ſanctificat, confirmat,ab hoſte tuet; & vt ſemel cum Paulo finiam,operatur oīa in oībus; & ex hoc ſempiterno opere ſummā percipit voluptatem.Quid vero illę beatæ mentes? Ad quem modū fęlicitatē aſſecutæ ſunt? Per operationē. Dum ſe totas ad authorē,principiū & finē bonorū,Deū,tota mētis affectione côuerterunt, dū in eū aciē intellectus ſui nullis tenebris obſcuratā,coniecerunt; dū amoris igne ſuccenſæ ſe totas ei deuouerūt:dū ſe & oīa creata q̄uis pulcherrima & bona ſint Deo poſtpoſuerunt. In continuo exercitio ſiue illo interno ſine externo oīa ſua bona collocarunt. Hinc non tm̄ æternā Dei eſſentiam perpetuò contemplātur,non tm̄ fulgentiſſimo eius Throno aſſiſtunt,ſed vel vocib.canoris côcinunt Sanctum illud gloriæ Dei canticum, vel cū ſint adminiſtratorij Spiritus,ad miniſterium deſcendunt hoīum; ꝑpeos qui hæreditatem capiunt ſalutis. Vel Solem ac Lunā & aſtra, & reliqua cęleſtia corpora rato quodā ac ordinato motu ac côuerſione circumuoluunt;vel Diuinas reuelationes & gratias ad nos, vel noſtras orationes & deſideria ad Deū optimum deferunt, vel dæmones à nobis arcent, vel Regna tutant,adeoq; actioni continuæ ſunt intentę,vt in Diuinis literis exercitus cœleſtes ab aſſiduo operū exercitio appellent. Quid verò de rebus inanimatis dicam? Quid de primis illis rerum corporearū principijs? An illæ non per operationē ſuos adipiſcuntur fines? Ordiamur à ſuperiorib.cœli orbibus. Cœlum ac Diuini illi orbes perenni ac ſempiterno motu ita agitantur, vt q̄uis maxima in illis ſit motionum varietas, ſumma tn̄ cōſtantia atq; ordo deprehendatur, vt maximus in illis hominib.mentis ſtupor agnoſcatur, qui aut vaſtā ac ingentem molē illorum corporū,aut ſummam celeritatē, ratū ac immutabilem in oī æternitate ordinē vehementer non admirent. Superiora porrò elementa,vna cum cœli conuerſione, ipſa ēt quotidie in circulū rapiuntur:mare fluit ac refluit:Terra aūt licet immobilis loco videat, perpetuis tn̄ motib⁹ agitatur,generatione,corruptione,alteratione, actione,germinatione mutatur, & ſuam acquirit perfectionem. Quā verò non ocientur plantæ ac oīa animantia,ſed perpetuis ferè laborib. ſe fatigent, nemo tam rudis eſt naturæ rerū qui non intelligat. Piſces natant, aues volitant,repunt ſerpentes;incedunt,gradiuntur,ſaltant,currūt quadrupedia; inſidias aut ſibi inuicem ſtruunt,aut ab hominib.factas, vitāt, effugiunt,ac declinant. Oīa tandem q̄ à natura parente regūtur atq; moderan-

derantur, proprias habent actiones quibus ſe exercentes, optatos conſequantur fines;nihil inertia,nihil torpedine ſuam traducit vitam. Ita ſanè, vt prima quoque illa rerum omnium materies, formarum omnium expers, omnium tamen receptaculum ac veluti vas quoddam,etſi ipſa nihil agat,ſed tantum patiatur & concupiſcat; ab hoc tamen ſuo officio ita nunquam ceſſat,vt perpetuo motui ſubiecta ſit.Quid igitur homo? Quid nobiliſſimum animal,ad nobiliſſimam natum actionem, Dei ſimilitudinem atq;imaginem nactum,ab Angelis paulo minus differẽs,omnes rerũ gradus,ordines,virtutes in ſe complectens? Quid,terrenus iſte Deus,mũdum vniuerſum compendio quodam in ſe continens,ad ocium, ad inertiam natus eſt? In ſomnis ſuam acquiret fęlicitatem? Stertendo in lectulo ſuum aſſequetur finem? Nullis laboribus cœleſte regnum adipiſcetur? Non continuo bonorum operum exercitio, non ſudore ſublimia ſibi parabit? Si Deus ipſe fons & principium totius fœlicitatis,actione ineffabili ſibi ipſi parit iucundiſſimam vitam,homo,qui ab ea maximo interſtitio diſiunctus eſt,per ocium illam habebit? Si immortales ſpiritus ſuam beatitudinem ſtatim à principio operatione adepti ſunt, mortalis homo ſine operatione nanciſcetur? Si inanimata vniuerſa,ſi cuncta naturæ vi producta,ſuos motu perenni adipiſcuntur fines;Si vniuerſi orbis viſibilia & inuiſibilia entia ad certos deſtinata fines, illos nõ niſi per motus ſiue inter nos ſiue externos aſſequuntur;par eſt,vt & homo ab ea lege non exẽptus ſit.Dignum profecto eſt,vt & homo exercitio aſſiduo aditum ſibi ad fęlicitatem præparet. Sed inſpiciamus oro hominis conſtitutionem,naturæ & gratiæ illi dona collata,leges ſiue intrinſecus ſiue extrinſecus,ſiue in tabulis cordis,ſiue in tabulis corporeis ei inſcriptas;præmia & pœnas propoſitas; ad quid Deus opt.illum tot bonis exornauit? cur ei tot & tales præfixit terminos? Cur celebritate mentis donauit? cur ei ſimulachrum ſuum impreſſit? cur gratiæ decus infudit? cur lumine naturæ illuſtrauit? quamobrem manus corpori affixit? Splendore mentis hominem ornauit, vt non niſi præclara facinora, Deoque digna meditaretur: Simulachrum ei ſuum impreſſit, vt non ad inſtar brutorum, ſed ad ideam Diuinitatis pulcherrimam ſeſe componeret.Lumine illuſtrauit naturæ,vt illa quæ naturam deturpant & à ſtatu rectitudinis auellũt,videat & reijciat; illa verò quæ in decore & honeſtate illam conſeruant,proſequatur: Sanctiſſimam naturæ legem præfixit, vt nõn niſi illa quæ cuperet ſibi ab alijs fieri,faciat;ab illis verò quæ nollet ſibi obtingere,refugiat. Gratiæ decus infudit,vt per illam cœleſtia ſola contempletur,terrena deſpiciat, cęleſtia facta exequatur, ſe ſuper hominem eleuate, ſe ex homine Deum quendam, Diuinæ conſortem naturæ efficere toto mentis niſu contendat: Deum ſuper omnia ardentiſſimo complectatur amore; proximo bene cupiat; prius vitam quàm gratiæ donum amittere diſponat; Manus corpori eius affixit,vt internos mentis motus, externis factis comprobet; & in

ſudore quærat panem illum cœleſtem, in manuum labore accipere nitatur denarium aureum beatitudinis, in continua operatione feſtinet ad cellam ſpóſi vinariam. Non enim auditores legis iuſti ſunt apud Deum, ſed factores: Non qui mihi dicit Domine, Domine, intrabit in Regnum cœlorum, ait Saluator; ſed qui facit, qui facit, volũtatem patris mei qui in cœlis eſt, ille eſt qui intrabit in Regnum cœlorum: Non qui dicit mihi Domine, ait, non qui confitetur me eiuſdem maieſtatis eſſe cũ patre meo, non qui prædicat datam mihi eſſe vniuerſi Orbis poteſtatem, vel quod omne genu flectitur in nomine meo, vel quod ego ventis & mari, & igni, & aeri, & ipſis aereis poteſtatibus ſolo verbo præcipio: Non qui ad me vociferatur, IESV ſaluator mundi, fili Dauid, Rex Iſrael, Princeps pacis, Pater futuri ſæculi, orbis & ſuperioris & inferioris Dux & Imperator;

Matth. 7. Nõ omnis qui dicit mihi Domine Domine, intrabit in regnum cęlorum. Multi enim dicent mihi in illa die, Domine, Domine; nonne in nomine tuo prophetauimus? nonne fide multa ita in mundo reſplenduimus, vt & abſtruſa tua ſecreta viderimus, & ea populo tuo nunciauerimus? Nonne fides noſtra in immenſas excreuerat arbores, et per eam & virtutes multas fecimus, & montes tranſtulimus, & dæmonum, & creatorum cunctorum vim cópreſſimus? Tunc reſpondebo illis: Diſcedite à me quia nó noui vos. Sed ò dulciſſime Saluator, quomodo non noſti eos qui in te credunt? quamobrem fides illos ſaluare nequit? Nonne dixiſti. Qui crediderit ſaluus erit; iſti crediderunt, cur damnationis in eos ſentẽtiam profers? An verò non plurimis fides ſola, vt ait Lutherus, beatitudinem attulit? Itane Lutheranorum & omnium hæreticorum fides, ſua mercede fruſtrabitur? Siccine falſum erit quod Lutherus cum ſuis aſſeclis plenis buccis iactabat, ſolam fidem ſaluare, ſolam credulitatem perducere ad ſalutem? Reuera, ait, fides ſola neminem ſaluabit, licet pollicitus fuerim, Qui crediderit, ſaluabitur: ſed nunquam in mentem venit meam illud, tantùm, à mendacibus adiectum; Non dixi, Qui crediderit tantùm; ſed appoſui, & baptizatus fuerit: & addidi & illud, Qui vult ad vitam ingredi, ſeruet mandata Dei: addidi, Eſtote perfecti ſicut & pater veſter cœleſtis perfectus eſt: Addidi, Sic luceat lux veſtra coram hominibus, vt videant opera veſtra bona; & glorificent patrem veſtrum qui in cœlis eſt. Addidi, Non occides, non iraſceris fratri tuo; ne contumelioſus in eum exiſtas; ne accedas irreconciliatus ad meum altare; Nó męchaberis; ne intueare mulierem ad concupiſcendum eam; ne ſcandalum cuiq; ponito; Non peierabis, ſed nec omnino iurabis; Nó p̃ſiſtes in malo; Non eris contentioſus; Non reddes malum pro malo; Non te de hoſte vindicabis. Diliges non tantum amicum, ſed & inimicum tuum; benefacies ei qui te odio inſequitur; orabis pro calumniantibus te; ne vanam quæſieris gloriam; Addidi & illud, Dimittite petentibus vos, debita; Theſaurizate vobis theſauros non in terra, ſed in cœlo; Non ſoliciti ſitis animæ veſtrę quid manducetis; neque

que

que corpori veſtro quid induamini: Quærite primùm regnum Dei & iuſtitiam eius; Nolite iudicare & non iudicabimini; Nolite condemnare & non condemnabimini; Nolite ſanctum dare canibus, neque mittatis margaritas ante porcos; Attendite à falſis Prophetis; Intrate per anguſtam portam; eſtote miſericordes, ſicut & pater veſter cœleſtis miſericors eſt. Addidi & illa, Omnia quęcunque vultis vt faciant vobis homines, & vos facite illis. Et quid me neceſſe eſt ſingula perſequi? Omnibus hanc legem ſtatui, Niſi abundauerit iuſtitia veſtra, pluſquam Scribarum & Phariſæorum, non intrabitis in regnum cœlorum; Nunquam ſolam fidem quempiam ſaluare prædicaui. Quid enim? An mihi fidem non ſpoponderat Iudas? An illi qui in nomine meo dæmonia eijciebant in me nō crediderunt, licet me factis impugnarent? Igitur & Iudas, & plurimi alij ſceleſtiſſimi qui me perſequebantur, ſaluandi forent? Neutiquam certè; Nō omnis qui dicit mihi, Domine, Domine, intrabit in regnum cœlorum; Dæmones quoque ipſi in me credunt; Dæmones mihi genua ſua flectūt, & me Deum eſſe ac Dominum confitentur, ſempiterno tamen ſupplicio addicti ſunt. Non ſola fides regni cœleſtis ianuas aperit; non ille qui ore hiulco mihi acclamat Deus, Deus, Domine, Domine ad vitam introibit æternam; ſed ille qui facit volūtatem patris mei, qui in cœlis eſt. Quæ eſt ò Chriſte, voluntas Patris tui? Quid à nobis expoſtulat Deus? Hæc eſt voluntas Dei, ait Paulus, ſanctificatio veſtra, vt vos abſtineatis à fornicatione, vt ſciat vnuſquiſque veſtrum, vas ſuum poſſidere in ſanctificatione & honore; ne quis ſupergrediatur, neque circumueniat in negotio fratrē ſuum; ne quis malum alicui pro malo reddat; Sed quod bonum eſt ſectamini in inuicem & in omnes: corripite inquietos, conſolamini puſillanimes, ſuſcipite infirmos: patientes eſtote ad omnes, ſine intermiſſione orate, in omnibus gratias agite; Spiritum nolite extinguere; omnia probate, quod bonum eſt tenete; ab omni ſpecie mala abſtinete; hęc eſt.n. volūtas Dei in Chriſto IESV, in omnibus nobis. 1. Theſ. 4.

Quæ eſt deinde, voluntas Patris cœleſtis? Vt ad eum modū perfectionem noſtram aſſequamur, ſicut eam ipſe obtinet. Obtinet ille fęlicitatem ſuam aſſiduo operum exercitio, omnis qui facit hanc voluntatem Patris cœleſtis, intrabit in Regnum cœlorum. Et erunt adhuc homines aliqui nefarij qui ſola fide præſumpta homines ad cœlum intrare blaterabunt? Reperientur aliqui ſceleribus operti Lutherani vel Caluiniſtæ, qui in ocio homines deſidere, in delicijs, in luxu, in amentia, in flagitijs, fide beatitudinem aſſequuturos inſtruent? Erunt qui hominem Deo ipſo præſtantiorē autumabunt? Deus non niſi opere ſuo iucundiſſimā traducit vitā; homo ocioſa fide ad eā fęlicitatē pertinget? Saluator noſter Chriſtus, non niſi per operū bonorū exercitium, per obedientiā, patientiā & charitatem, corporis ſui gloriam commeruit; & homo rebellione, furore, odio, inuidia, immunditia, & ſcelere quouis contaminatus ipſam apprehendet?

det? Ergone homo Deo erit inobediens, eius voluntati renitens, ac minimè obtemperans, & nihilominus æternæ hæreditatis præmium ſibi audebit polliceri? Ergone vinitores flagitioſi, & ſeruos patrisfamilias contumelijs afficient, & alios trucidabunt, & filium eius ex vinea eijcient, & illi mortem acerbiſſimam infligent; & mille nefanda in Dominum machinabuntur; & ipſum cœlo exturbare conabuntur; & illis flagitijs furentes credent ſe aſſequuturos ſola fide vitam æternam? Igitur iniuſtè vinitoribus illis ſempiternum exitium Deus intulit: Crediderunt enim in hęredem vineæ, dicentes, Hic eſt hæres. Igitur contra omne æquum illos qui dicebant Deo, Domine Domine, in nomine tuo dæmonia eiecimus; in nomine tuo virtutes fecimus, in nomine tuo prophetauimus, cum illi in Chriſtū & Deum fidem habuerint, ad æternos condemnabit ignes. Igitur & Iudam, qui immane flagitium commiſit, cum fidem in Deum vt Chryſoſtomus fatetur, habuerit, contra omnem æquitatem flammis alligauit perpetuis. Igitur & omnes adulteros, periuros, homicidas, fornicarios, ſacrilegos, raptores, auaros, mortuorum prædones, & alijs peccatis commaculatos, modò fidem habuerint, beatitudini ſeruabit æternæ. Sola enim fides apud Lutherum ſaluat: Iſti peccatores & Iudas, & miraculorum ſceleſti opifices, & Diues epulos, & flagitioſi Chriſtiani crediderunt ſe aſſecuturos vitam æternam. Iniuſtè igitur damnantur, ſi damnantur. Iniuſtus erit, ò ſcelus, ò blaſphemiam, Deus qui gloriam paradiſi fide promerentes, in infernas relegabit abyſſos. O profanos homines, ò ſceleſtiſſimas animas. Et vos his ſceleſtis fidem adhibebitis? Illos, qui vobis latam ad infernum demonſtrant viam, ſequemini? Illos, qui vobis ad cęlum pręcludunt iter; qui uobis ad barathrum inferni anteſignanos ſe prębent, imitabimini? cum illis ad perditionis foueam properabitis? Non potius Chriſtum audietis, qui vos non ſola fide, ſed fide & operibus; fide per dilectionem vt Paulus ait operante, ſaluandos iri prædicauit? Non audiſtis fidei ſolius cultores damnandos fore? Reuocate mihi in mentem tribunal illud horrendum, quando Chriſtus ſtatuet hædos, à ſiniſtris, oues autem à dextris; quamobrem tale diſcrimen inter eos faciet? cur in illos ſententiam damnationis ſeueriſſimam pronunciabit? hos autem ad cœleſtia regna aduocabit? Num propter fidem? minimè. Illos abiget in ignem æternum, quia fuerunt operarij iniquitatis, quia eſurientem (vide quod non ſolum improbitatis actio, ſed etiam à virtute ceſſatio, vt puniamur efficit) non pauerunt; nec ſitienti potum dederunt; nec nudum veſtierunt: nec redemerunt captiuum; nec ægrotum aut viſitarunt aut ſubleuarunt. Hos autem ad cœleſtem gloriam euocabit. Non propter fidem ſolam; ſed propter fidem per dilectionem operantem; propter bonorum operum exercitium; propter miſericordiæ & beneficētiæ facinora. Dum.n.eos ad regnum admittit, venite benedicti patris mei, poſſidete paratum vobis regnum à conſtitutione mundi; Non dicit, quia

credi-

credidiſtis in me;qa miracula operati eſtis; qa viſiones vidiſtis;quia vaticinati eſtis in noīe meo; ſed quia eſuriui,& dediſtis mihi mãducare; quia ſitiui,& dediſtis mihi bibere;quia hoſpes eram,& ſuſcepiſtis me;quia me nudum & pannoſum operuiſtis;quia infirmum viſitaſtis;quia ad captiuū veniſtis,& me redemiſtis; quia aliquid boni vni ex minimis feciſtis; quia miſericordes,vt pater meus,fuiſtis;quia ad perfectionē, vt & Pater meus eſt,contendiſtis;ideò vos ad beatitudinē meam admitto,quia eam,vt Pater meus exercitio bonorum obtinuiſtis. Quia igitur ſic natura comparatū eſt,vt oīum quæ in mundi ſcena videnť, vel cogitatione apprehendun tur,beatitudo,non niſi in operatione conſiſtit; non prius Deus hoīem ad eam perfruendam admittit,q̃ aliquod magnificè, honeſtè virtutis omnis opus patrauerit.Non eſt illud omittendum , quod in ſacris literis profeſſio Chriſtiana plurimis nominibus cenſetur & vocatur;quę quidem ſunt hęc:vinea,ager,negociatio,curſus,ſtadium,militia,crucis ſuppliciū, Chriſti conſectatio,hiſq; ſimilia.Vocamur,& nos agricolæ,ſatores,negociatores,curſores,milites,crucis latores, Chriſti ſectatores,& diſcipuli.Plantauit Deus vineam;ecce vinea Chriſtiana profeſſio dr:Miſit ſeruos ad agricolas,vt fructus percipiant,iam nos agricolas eſſe vides. Seminauit bonū ſemē in agro ſuo,en Eccleſiæ ager : Mittentes ſemina ſua,iam te ſatorem eſſe cognoſcis.Oēs qui in ſtadio currunt,ait Paulus, Eccleſiæ ſtadiū iſtud eſt : ſic currite vt cōprehendatis , iam te curſorem exploratū eſſe habes . Militia eſt vita hominis ſuper terrã,militiæ nomen Eccleſię conuenit. Labora vt bonus miles Chriſti,iam te militem eſſe deprehendis. Tollat crucem ſuam & ſequatur me ; ecce crucis ſupplicium Chriſtiq; conſectatio; Qui non baiulat crucem ſuã, & ſequitur me , non poteſt eſſe meus diſcipulus , iam te crucis latorem Chriſtiq; diſcipulum nominari & audis & percipis.Quid aūt obſecro,ab agricola in vinea expetimus,niſi laborem? Quid à curſore in ſtadio,niſi properandi feſtinationē? Quid à ſatore in agro,niſi ſeminandi diligentiam ? Quid à milite cū militiæ ſocijs in bello, niſi fortitudinē pugnandi? Quid à crucis latore,niſi in cruce portanda tolerantiam?Quid deniq; à Chriſti ſectatore & diſcipulo, niſi aſſiduum ſtudium, conſtantem diligentiam exoptamus ? Eritne miles aliquis , qui ſine militiæ labore victoriam conſequi ſe poſſe ſperabit ? Erit pugil,athleta,aut curſor,qui ſine vlla cura ad brauiū aſpirabit ? Erit agricola qui intermiſſo colendi agri ſtudio,fruges ſponte ſibi prouenturas,horreum plenum,cellam refertiſſimam expectabit? Igitur ſicut nec agricola,nec athleta,nec miles, nec curſor, nec quiuis alius ſine labore aliquos colligit fructus,ſudandus eſt quandoq; ſanguineus ſudor , ſi optatū bonum cōſequi velimus multò magis labori inſiſtendum eſt nobis qui ad ſublimem cęleſtis Regni fęlicitatem anhelam⁹. Proxima huic neceſſitatis bonorū operū ad fęlicitatem conſequendam cauſa eſt, Beatitudinis ipſius ſtatus. In quo nam beatitudo cęleſtis conſiſtit? Quænam eius partes ac munera? Quod

officium beatorum? quæ exercitia? Beatitudo, vt ex Sacris didicimus literis, in eo ſita eſt, vt ſancti tota mentis attentione contemplentur Deũ facie ad faciem. Hęc eſt vita ęterna, vt cognoſcant te verum Deum. Nec illis tm̃ terminis viſionis concluſa eſt; prouenit ẽt ad effectũ; ex ſumma.n. Dei cõtemplatione, ſummus amor exoritur, quo beati feruntur in Deum optimum Amorem ardentiſſimum conſequitur vniformitas voluntatis beatorum cum Dei voluntate; vt omne illud quod Deus, & nihil quod Deus non deſiderat, illi deſiderent. Conformitatẽ voluntatis ſubſequitur ſummum atq; immenſum peccati odium; prius vt vellent ad nihilum, q̃ ad peccatum redire. Hęc autem omnia, & ſi quæ ſunt alia (quæ quidẽ ſunt iubilatio, gaudium, proximorũ iuuamẽ, orationũ delatio ad Deum &c.) ante ſe puritatem candidam cordis exquirunt. Beati.n. mundo corde, qm̃ ipſi Deum videbunt. Hę igitur ſunt partes, hęc munera beatitudine cęleſti fruentium. Quocircà ipſa fęlicitas cęleſtis, ex ſui natura exigit, vt hoĩes in præſenti vita exercitio bonorum operum ſeſe aſſuefaciant; vt peccatũ ſummo odio deteſtentur; vt puritatem maximam ſibi comparent, vt contemplationi, orationi, Diuinę legis meditationi, ſe totos dedant; vt in Deũ amore feruentiſſimo, ſuper omnia exardeſcant; ne proximorum ſalutem ſiue ſpiritualem ſiue corpoream negligant; vt omne ſuum velle, velle Diuino conforment; nihil contra nolle Dei moliantur. Sed quamobrem natura ſua hęc omnia exigit? Ea ratio eſt: quia ex hac vita mortali decedentes, ſecum ea deferunt in alteram, quibus in hac aſſueti ſunt. Portabit vnuſquiſq;, ait Paulus, ſecum quod hic geſſit in corpore, ſiue bonũ ſiue malum. Quare qui ſcelerũ ſarcinam in ſuis humeris defert, qui peccatorum habitus, quibus ducebatur, illic ſecũ inferre cuperet, primũ eſt qđ fęliciſſima illa cella ſordes non patitur; alterũ quod beatitudinis cœleſtis ad nullum poteſt eſſe modum. Qui.n. Deum toto vitę ſuę tempore à ſe pepulit; qui eius rebellis fuit lumini; qui rebellionem illam ſecum deducit, quomodo luce fulgentiſſima illuminaretur: vt in lumine videat lumen? qũo oculos ſuos ad Deum defigeret? Qui Deum acerbo odio in hac mortali vita proſequi didicit; qui nullã eius memoriã habuit; qui nullum eius in ſe ſimulachrum recepit, qũo illum amore feruentiſſimo illic diligeret? Qui proximorũ nullam habuit curã; qui raptor, prædo, fur, vſurarius, iniuſtus fuit dum viueret, q̃ illic proximorum haberet dilectionem? quo ſtudio illorum deſideria promoueret? Qui orationes abnegauit, qui opera bona exilio mulctauit, qui puritatem cordis vſq; ad inferna proſcripſit, qui erraticas conſcientias, flagitio conſpurcatas habere docuit & voluit, qũo illic proximos orationibus iuuaret? q̃ puritatem cordis, quod exercitium virtutis illic exoptaret? Qui in maiora flagitia illic prorumperet; Cum.n. ſpecies, vt Theologicè loquar, quas in pręſenti ſæculo acquiſierant, ſecum ad immortalitatis locum deportent hoĩes; atque habitus illos quibus affecti fuerant nunq̃ nec per mortem deferant; vbi illis maior vis ex animæ ſeparatione,

ratione,vel ex cęleſti acceſſiſſet ſtatu,quid non perpetrarent? quid non in Deum, in proximos non molirentur, vbi viderent ſe ad ſublimes elatos ſedes? Proculdubio Cain Abelis animam & in inferno quæreret, vt ſe de ea vindicare poſſet: Pharao & in ſolitudine & in profundo maris Iſraelitas perſequeretur: Lutherus Papam & Eccleſiæ Catholicæ filios diſperdere & in barathrũ inferni protrudere, non orationibus iuuare, cuperet: Mahometus vel quiſquis ille eſt qui ſanguinem humanum auidè ſitit, ſi ad cęleſte regnum admiſſus eſſet, nemini mortalium parcere, ſed oẽs pedibus ſuis calcare, oĩum vitam diſperdere vellet. Inimicus qui hoſtẽ ſuum hic poſitus vlciſci nequibat, illic conſcendens fulmina in eũ iactaret, vel legiones exercituum ſpiritualiũ ad eum iugulandũ deſtinaret. Luxu, mollicie, voluptatibus carnis, adulterijs, & reliquę turpitudini hic immerſus, multò plura illic concupiſceret. Aſſuefactio.n.& memoria, & poteſtas adepta, ad explendos mentis ſuæ conatus illũ perurgeret. Quis aũt fęlicẽ illum eſſe iudicaret? Quis talem vlla beatitudine frui poſſe cenſeret? Neceſſium ergo fuerat, vt hoĩes ſeſe bonorum operum exercitio in hac mortali vita aſſuefacerent, vt illuc tranſlati facilè, promptè, & perpetuò in fęlicitate, quæ in optima & perfectiſſima actione ſita eſt, confirmarentur. Ob eam rẽ pręſentem vitam, ſcholam cœleſtẽ eſſe nuncuparunt ſancti; nimirum vt hic virtutibus & ſedulæ operationi bonę, hoĩes aſſueti, ad illam iucundiſſimam actionem, vtpote ſibi dulciſſimã & iam cõem facilius tranſferantur. Ob eam rem Saluator noſter Eccleſiam viſibilem vineæ noĩe appellauit; nimirum, vt in ea hoĩes laboribus ſeſe occuparent, & tandẽ ad bibendum ſuauiſſimum cellæ illius ſupremæ vinum, quod in actione conſiſtit, deduci mereantur. In hac cęleſti ſchola oẽs qui ad palatium cœleſte conſcenderunt, ſeſe exercuerunt; in hac vinea Diuina oẽs qui laticem cœlorum deguſtarunt, laborarunt & ſudarunt, & pondus diei & æſtus ſuſtinuerunt. Numerarem exercitus Sanctorũ, qui in hãc vineã conducti fuerant ad laborandum, niſi innumerabiles eſſent. Nullus eorum ad cellã Diuinæ fruitionis introductus eſt, qui prius operam diligentẽ in excolenda hac vinea non contulerit. Nemo.n.coronabitur, niſi qui legitimè certauerit; nemo manducat qui non manibus laborauerit; nemo vineæ fructu maleſcit, qui vites non curauerit: nemo beatitudine cęleſti potitur, qui ſe in bonorum operum exercitio non occupauerit. Fruſtra iactatur fides ſola; fruſtra miraculorũ & prophetię donum; niſi fidei, addo ex Chryſoſtomo, viuendi congruat diſciplina, vltima pendemus ſupplicia: quod B. Paulus à ſuperiorib. oſtendit temporibus dicens, ſpiritualem potum oẽs bibiſſe, & ſpiritualem cibum oẽs comediſſe: nec tñ oẽs ſalues fuiſſe, ſed multos eorum in heremo procidiſſe. Chriſtus quoq; idipſum declarat, cũ aliquos qui eiecerunt dęmonia, ac ẽt prophetarunt, in gehẽnam intrudit. Ad hęc parabolę quoque illæ, virginum dico, ſagenæ, ſpinarũ, ac denique arboris nullum producentis fructũ, omne virtutis opus exquirunt. Accedit, quod

Hom. 65. in Matth.

rarius

rarius de dogmatibus Chriſtus diſſeruit, ſæpius imò verò vbique & ſemper de viuẽdi ſynceritate: multo.n.labore ad illud opus eſt; hoc quoniam impugnatur quotidie, idcircò cõtinuis laboribus indiget: nec ſolũ vniuerſa viuendi diſciplina, verumetiã parua eius omiſſa particula, maxima dãna intulit. Nam eleemoſyna neglecta, quis virtutis quædam pars, non ipſa vniuerſa virtus ſit, in gehẽnam tñ facilè intruſit: nam & virgines, quia ipſam non habuerunt, punitæ ſunt. Et diues hac de cauſa in inferno torquebatur; & qui eſurientem non cibarunt, vnà cum diabolo condẽnãtur. Prꝫterea, non maledicere particula quꝫdam virtutis eſt, quam tñ niſi quis rectè peragat, foras eijcietur. Qui.n. fratrem ſuũ fatuum vocat, ait, gehennæ ignis reus eſt. Ad hꝫc modeſtia virtutis pars eſt; nullus tñ abſque hac Dñm videbit. Perſequimini.n. inquit, pacẽ ac ſanctimoniam, abſque qua nemo videbit Dñm. Humilitas ſimiliter virtutis pars eſt, ſine qua etiam ſi multa alia peragas, immũdus eris apud Deum: quod Phariſæus ciibus patefecit, qui mille virtutibus affluens, propter arrogantiã, ſupernam fœlicitatem amiſit. Ego verò maius quiddam habeo dicere; non.n. vna quꝫdam ſola particula virtutis amiſſa cœlũ nobis omnino claudit; verum etiam ſi non congruenti cura & ſtudio peragitur, illud ipſum ſolet inferre. Niſi.n. ſuperabundauerit, inquit, iuſtitia neſtra pluſquã Scribarum & Phariſꝫorum, non intrabitis in regnum cꝫlorum. Et quantũ illi præbebant, inqes? Id iam ẽt ipſe dicere volebam, vt & qui non dant, incitentur ad dandum; & qui libenter afferunt, non ſuperbiant, ſed plura dare cõtendant. Quantum igitur illi prꝫbebant? Decimam primò rerum ſuarum oĩum, deinde alteram, & demum tertiam decimam offerebãt. Quare nec tertiã partem præbebant? Tres.n. hꝫ decimæ coaceruatæ minus tertia totius cõficiunt. Sed ad hꝫc primitias quoq;, ac primogenita, & alia plura, partim pro peccatis, partim pro purgationibus offerebant. Prꝫterea in diebus feſtis, in iubilæo, in debiti abſciſſione, & famulorum dimiſſionibus, in mutuis abſq; fꝫnore: Si aũt qui tertiam partem, imò verò mediam rerum ſuarum offerebant, (aſcendent nempe ad medietatem oĩa vnà congregata.) Si qui mediam, inquã, dabant, nihil magni operabantur, quid tu facies, qui nec decimam quidem partem pauperibus vnq̃ dare cogitaſti? Non negligamus igitur exactam atque exquiſitam viuendi diſciplinam: nam ſi pars quꝫdã omiſſa, tantum periculum affert; ſi cuncta ſpreuerimus, quõ ꝫterna tormẽta fugiemus, aut qđ genus ſupplicij non perpetiemur? Imitemur hos agricolas & vineæ cultores; ne ſimus ocio torpẽtes; ne deſidioſæ fidei prꝫſumptuoſè confidamus. Satagite, mouet Petrus, vt per bona opera certam veſtram vocationem faciatis; ſic.n. abundãter miniſtrabitur vobis introitus in æternũ Regnum, Domini noſtri & Saluatoris IESV Chriſti, ad quod nos vꝫcum ſpóſa ſua dilectiſſima introducere & de cella vinaria inebriare dignetur, ſponſus in ſæcula ſempiterna precamur. Amen.

2 Pet. 1.

DOMI-

DOMINICA SEXAGESIMAE.

Exijt qui ſeminat ſeminare ſemen ſuum, &c. Lucæ 8. cap.

FASCICVLVS PRIMVS.

Verbum Dei, cur ſeminis appellatione nuncupatur.

ILLVD inter Chriſtum de humano genere tro
phęa reportantem, & mũdi Triumphatores di-
ſcrimen poſitum eſt, quod hi populis deuictis,
in Ciuitate diruta ſalem conſpergunt; ille aũt,
quauis gente ſuę ditioni ſubacta, ſalutaria ſemi
na ſerere ſolet. Cum.n. illi exitiũ vltimum, hîc
autem ſalutem, non perditionem, genti deuictę
exoptet, nihil mirum ſi illi ſale exitioſo, hic aũt
ſemine optimo terram gentis deuictæ ſerere cõ
ſueuerit. A Pharaonis vendicatum tyrannide populum Iſraeliticum, licet
renitentem (murmurabant.n. & nolebant acquieſcere Moyſi propter an-
guſtiam Spiritus, & opus duriſſimum, vt ait Scriptura) ſuo ſubiecerat o-
lim imperio. Quantũ iſti nõ reluctarunt? quidnam moliti nõ ſunt contra
Altiſſimum? quid contra Moyſem & Aaron non attentabant? Modò illis
obtrectabant: nunc illos lapidare volebant; aliàs iugum ſeruitutis Diuinę
ſuis excutere ceruicibus cupiebant; vtinam aiunt, mortui eſſemus in terra
Ægypti, quando ſedebamus ſuper ollas carnium & comedebamus panẽ
in ſaturitate. Cur induxiſtis nos in deſertũ iſtud, vt occideretis omnẽ mul
titudinem fame? ſatius eſt nobis in Ægyptũ redire, & Pharaoni nos emã-
cipare. Quid autem Dominus illis effecit? qua benignitate in eos vſus eſt?
Num ſale ſalſugineam terram vbi tabernacula fixerant, ſeminauit? Non
vtique, ſed ſtatim poſtquam in deſertum egreſſi ſunt, terram eorum infru
ctiſeram Angelico & cęleſti ſemine conſeuit. Mane ſiquidem, vt recenſet
hiſtoria Exodi, ros iacuit per circuitum caſtrorum; cumque operuiſſet ſu
perficiem terræ, apparuit in ſolitudine minutum, & quaſi pilo tuſum in Exod. 16.
ſimilitudinem pruinæ ſuper terram. Appellauitque domus Iſrael nomen
eius Man, quod erat quaſi ſemen coriandri album, guſtuſque eius quaſi
ſimilæ cum melle: Circuibatque populus, & colligens illud frangebat
mola,

mola, ſiue terebat in mortario, coquens in olla, & faciens ex eo tortulas ſaporis quaſi panis oleati. Tale ac tantum exhibuit beneficium Iſraeli Deus.

At longè diuinius Orbi vniuerſo ſuæ poteſtati ſubacto conceſſit. Qđ nefandũ bellum Saluatori noſtro omnes fines terræ antea indixerint, nemini veſtrum ignotum eſſe poteſt; ſi videat cultum ipſius, cognitionem, amorem, ſeruitutem eius vbique fuiſſe abolitam: dum ſcilicet vel immanes illi Babelis gigantes, vſq; ad aſtra cõſcendere, & Deum de cęlis ad terram detrahere, & in infernum vſque detrudere nitebantur; vel dæmones ipſi ex barathro prorumpentes, & ſe in Angelos lucis transformantes, ſe in locum Dei vbique gentium ſubrogare, Diuinum ſibi cultum & venerationem vſurpare, nihilquè non facere, vt homines in Deum ſceleſtas extenderent manus, conati ſunt. In quantum proceſſerit hęc infęliciſſima pugna, nouimus; quod plurimi triginta ſex millia Deorum contra vnum produxerint; alij Deũ è terris ſuſtulerint. Dixit. n. inſipiens, non eſt Deus. Propheta verò conqueſtus eſt; nõ eſt veritas, ait, nõ eſt ſcientia Dei in terra: alij nefarias manus in Deum inijcientes, ipſum ligno crucis affixerũt, Morte ſua, turpiſſima licet, contra mortis authorem dimicarat Deus, & calcaneo ſuo caput eius conterens, vniuerſum terrarum orbem ſuo ſubiugauit imperio. Data eſt. n. mihi, ait, oĩs poteſtas in cęlo & in terra. At quálem vindictam de hoſtibus ſuis ſumpſit? Nũ ſale aut ſulphure Ciuitates Regna & Imperia & partes terræ immenſas conſperſit. Neutiquã, ſed ipſe ſolus in orbem exijt, ipſe peragrans vaſtiſſimam terram ſeminauit bonum ſemen in agro illius. Et quemadmodum agricola ſeminans, non diſcernit campum, vt in altera parte ſeminet, in altera verò minimè, ſed vbique proijcit ſemina; eodem modo ipſe Saluator noſter, non diuitem, non pauperem, non ingenioſum aut rudem, aut fortem; aut ignauum, aut diligentem, aut deſidem, aut Iudæum, aut Gręcum; vel Africam, vel Europã, vel Aſiam vel noui mundi climata diſcreuit, ſed vbique Gentium, & Paleſtinis, & Aſſyrijs; & Ægyptijs, & Sabeis, & Tyrijs, & Tharſeis, Arabibus, Gręcis, Perſis, Sauromatis, Germanis, Italis, Gallis, Hiſpanis, Mexicanis, Iapponenſibus, omnibus & ſingulis nationibus, populis, Regnis, Imperijs ſemen ſalutiferũ verbi & pietatis doctrinę diſſeminauit. Non pluit grandinem aut ſulphur aut ſal populo Chriſtiano, ſed mãna ſuauiſſimũ verbi ſui. Mannæ ſiquidem conditiones mihi videtur referre ſemen hoc, quo Saluator noſter cõſperſit vniuerſum orbem: Dominus dedit filijs Iſrael manna de cœlo, toto tempore quo peregrinati ſunt in deſerto; poſtq̃ autem terram promiſſionis ingreſſi ſunt, non eam illis amplius conceſſit, ſed ſolido cibo illos repleuit. Sic nobis in vaſta mundi huius ſolitudine à Domino & patria illa cœleſti exultantibus, ſemen verbi ſui quo reficiamur demiſit: poſtquam autem in terram fluentem lacte & melle, refertam omnibus delicijs, plenam omni voluptate nos introducet, iam non

Antitheſis inter mãna & ſemen verbi Dei.

ſemine,

ſemine,ſed pane illo delicatiſſimo in menſa ſua reficiet. Tunc non docebit vir proximum ſuum,ſed omnes erunt dociles Dei; quando veſcentur fructu illius terræ,& ſatiabuntur,dum apparuerit gloria Dñi. Manna admirabile quoddam erat ſemen,quod Iſraelitę contemplantes, obſtupefacti quærebant dicentes,Manhu? Admirabile eſt & verbi Dei ſemen:mirabilia,ait Dauid,teſtimonia tua,ideò ſcrutata eſt ea anima mea. Mirabilia ſunt ꝓfunditate & ſublimitate;mirabilia maieſtate & dignitate;mirabiliora vi & efficacia ſua. Mãna erat minutum quaſi pruina alba,ſiue ros matutinus. Minutum eſt & ſemen verbi Dei propter eius ſublimitatem & externam ſpeciem;minutum,ſed candidum;præceptum Domini lucidum illuminans oculos:minutum,ad inſtar roris matutini; irrigat.n.terram animæ noſtræ,reſpergit intellectum & voluntatem, refrigerat ardorem tentationis.Mannæ guſtus erat quaſi ſimilæ cum melle: Guſtus autẽ ſeminis huius cęleſtis dulcior eſt ipſa dulcedine. Dulcia, ita exclamabat Pſaltes, faucibus meis eloquia tua ſuper mel & fauum? Manna diuerſos in ſe ſapores complectebatur;dum,vt Sapiens ait,deſeruiens vniuſcuiuſque voluntati, ad quod quiſque volebat conuertebatur. Et ſemen verbi Dei varios habet ſapores,ſecundum diuerſas hominum voluntates.Quibuſdam eſt inſipidum,ex cordis eorum tepiditate;alijs eſt amarũ,ex praua eorum palati affectione; quibuſdam eſt manna omne delectamẽtum, & omnis ſaporis habens ſuauitatem.Manna ad ſolem liquefiebat,& ad ignem durum efficiebat. Quibus ſol iuſtitiæ radijs ſuis illuſtrauit mentes, verbi Dei ſemen eis liquefit,vel potius eos liquefacit; vt recipiant cęleſtis gratię humorem, & eius ſentiant dulcedinem abſconditam: qui verò ad ignem cupiditatis & luxuriæ accedunt,eis obdureſcit hoc ſemen. Durus eſt,aiunt,plurimi,hic ſermo;& quis poteſt eum audire? Quidam ex filijs Iſrael faſtidiebant manna dicentes, Anima noſtra arida eſt & nauſeat ſuper cibo iſto leuiſſimo,nihil aliud reſpiciũt oculi noſtri niſi manna.Quis dabit nobis ad veſcendum carnes? Recordamur piſcium quos comedebamus in Ægypto gratis.In mentem veniunt nobis cucumeres,& pepones,& porri,& cæpæ,& allia. Quot inter nos reperiuntur,qui ſemen verbi non odio habent? Quot noſtrum qui non potius pepones terrenę dulcedinis,porros & cæpas,& allia mundanæ,ſed admixtæ amaritudini, voluptatis exoptant? Qui cibos Ægyptios non magis exquirũt? qui ſiliquis porcorum potius quam ſemine vitali exſaturari cupiunt? Manna reſeruatum in diem alterum computreſcebat; & ſemen verbi Dei à prædicatore in alterum diem reconditum putreſcit,atque euaneſcit, vt Bernardus teſtis eſt. Cui ſuauiſſimum Canticorũ explicationis ſemen ſerenti,dum aliquid ex induſtria in poſterum remanſiſſet,dictum eſt,Altero non dignaberis ſecreto,ſi hoc non prodideris. Manna ſi ad diem Sabbathi conſeruabatur,non corruptioni alicui ſubditum erat.Sic & ſemen verbi Dei,ꝙ propter futuram fœlicitatis requiem ſeritur, in ſęculo venturo permanebit.

bit. Diſcamus, monebat Hiernoymus, hic in terris, quorum ſcientia perſeueret nobiſcum in cęlis.

Sed quid ego moror? quid mannæ ſemen hoc Diuiniſſimum comparo? cum illud manna legali longè præſtantius, atque Diuinius ſit? Qui mānæ cibo veſcebantur palatum corporis tantum; qui ſemine hoc cœleſti reficiuntur, & corporis & animæ guſtum oblectant. Patres qui in deſerto manna manducarunt mortui ſunt; qui ſemine iſto reficitur cęleſti, viuet in æternum. Verba quæ locutus ſum vobis, ait Saluator, ſpiritus & vita ſunt. Manna legale non niſi corporis, molem augebat; hoc autem ſemen,
Iſai. 61. animæ virtutum maxima incremēta adducit. Sicut. n. terra, ait Deus, profert germen ſuum, & ſicut hortus ſemen ſuum germinat; ſic Dn̄s Deus, per verbum ſuum germinabit iuſtitiam & laudem coram vniuerſis gentibus. Pulcherrima certè ſimilitudo, & quæ digna eſt, vt à nobis diligētius excutiatur. Ex ea. n. agnoſcetis cauſam, ob quam verbum Dei ſeminis appellatione nuncupetur. Sicut, ait Deus, terra ſemine grauida, ſi illud calore ſuo à Sole concepto refouerit, non in vtero ſemper ipſum retinet, ſed maximos eoſque pulcherrimos ex eo germinat fructus; ſicut hortus ſemine diuerſo ſatus, amęniſſimos, eoſque admirabiles parturit flores; ſic mundus, ſic & anima verbi Dei ſemine conſerta, longè pulchriores & amęniores proferet fructus. Non. n. herbas infructiferas, non ſteriles auenas, non inſęlix lolium; non lilia, roſas, violas, non varij coloris flores; ſed quod his Diuinius eſt germinabit in vniuerſo orbe iuſtitiam & laudem ſempiternam coram vniuerſis gentibus. Paruum licet ſit in quantitate ſemen Diuinum, & duobus aut tribus tantum granis contineatur quandoque, ſi illud tam puſillum granum, Serua mandata Dei, vel Eſtote perfecti ſicut & pater veſter cęleſtis, orbis vel anima conceperit; ingentiſſimos germinabit fructus; Iuſtitiam. ſ. & laudem ſempiternam: nullum vt reperiatur iuſtitiæ & laudis germen, quod ex hoc vno cęleſti verbi Dei ſemine non effloreſcat. Nulla iuſtitię planta, nulla virtutum in quouis Eccleſię horto germina, quæ non verbi Dei ſemen proferat. Percurras omnes ſtatus iuſtorū, adoleſcentes, iuuenes, viros, ſenectute confectos, tum virgines, con iugio mancipatos, viduas, cœlibes, religioſos, priuatos, in dignitate conſtitutos homines; omnes iſti omnium virtutum fruteta & flores ex hoc vno ſemine germinabunt. Adoleſcentię flores in animo ſuo florere exoptat quiſ
Eccl. 12. piam? Efflorebunt, ſi illa verbi Dei receperit ſemen. In bonis ſit cor tuū in diebus adoleſcentiæ tuæ, & ambula in vijs cordis tui, & in intuitu oculorum tuorum, & ſcito quod pro omnibus his adducet te Deus in iudicium. Iuuentutis ſpecioſum hyacinthum quis in ſuo nouello horto inſerere cupit? Inſeret, ſi illa verbi Dei receperit ſemen. Mėmento creatoris
Eccl. 11. tui in diebus iuuentutis tuæ; antequam veniat tempus afflictionis; & appropinquent anni, de quibus dicas, non mihi placent; antequam reuertatur puluis in terram ſuam vnde erat, & ſpiritus redeat ad Deū qui dedit illum.

illum. Virilis ętatis palmam quis plantare in ſua anima cupit? Plantabit, ſi illa verbi Dei receperit ſemen: Beatus vir qui non abijt in conſilio impiorũ, & in via peccatorũ non ſtetit, & in cathedra peſtilẽtię nõ ſedit: ſed in lege Dñi fuit volũtas eius, & in lege eius meditabit' die ac nocte: Et tũc erit tanq̃ lignũ quod plantatum eſt ſecus decurſus aquarum, quod fructũ ſuũ dabit in tẽpore ſuo. Senectutis longæuã laurũ ſibi quis vireſcere deſiderat? Vireſcet, ſi illa verbi Dei ſemẽ receperit. Senectus venerabilis eſt, nõ diurna, neque annorum numero cõputata; cani autem ſunt, prudentia viri hominis; & honor ſenectutis, vita immaculata. *Pſal. 1.* *Sap. 4.*

Recenſe mihi poſtmodum omnes gradus iuſtorum; nullum reperies, qui ex verbi Dei ſemine non ſuos germinarit flores: Germinant quidam candidum virginitatis lilium; alij continentiæ vidualis, violas; alij amigdala fidei coniugalis; alij heliotropium religionis; alij contẽplationis admirandam lotum; alij curæ proximorum excelſas cedros; alij myrtum humilitatis; caſtitatis roſam alij; alij amaranthos modeſtiæ: alij carduum abſtinentiæ & diſciplinæ; alij pœnitentiæ hyſſopum: alij oleam miſericordiæ & manſuetudinis: alij ficus dulcedinis veritatis; alij cupreſſos fortitudinis; alij alios odoriferos virtutum flores. Dei.n. verbum non zizania eſt hæreticorum, non lolium philoſophorũ, vt ex eo venenata germina prodeant. Non docet Diuinum verbum, vt Lutheri vel Carpocratis leges, teneri vnumquemq; ad omnia genera ſcelerum perpetranda, atque in omne flagitium & nefas prorumpendum eſſe. Non permittit, vt Lycurgus adulteria; Nõ docet vt Perſarum legislatores inceſtas cum matribus, filiabus, ſororibus nuptias: nõ crudelem illam Maſſagetarum immanitatem, vt ſenes occidant, eorumque carnibus veſcantur pręcipit: non Hircanorũ barbariem, quæ mortuorum cadauera proijciebat canibus approbat: non docet Scytharum truculentas ſanctiones, vt mortuis parentibus & amicis, ſuperſtites vnà cum illis viui ſepeliantur. Non horrẽda vitia, vt cõmunionem vxorum, nefandam libidinem, extinctionem conceptuum, cædes infantium, vt Plato vel collaudat vel præſcribit; non beatitudinem futuræ vitę in cibo & potu & vxorum multitudine vt Mahumetus; aut voluptate, vt Epicurus; vel in perfecta numerorum ſciẽtia, vt Pythagoras: vel in ſpeculatione vitæ, vt Anaxagoras: vel in ſcientia, vt Herillus; vel in alacritate, vt Antiſthenes; vel in ſufficientia, vt Hecathæus; vel in tranquillitate, vt Timon; vel in ſanitate, pulchritudine, & diuitiarum abundantia, vt Simonides: nec in alia quauis re creata, vt alij philoſophi, nec in vẽtre, vt omnes hęreticorum turbę; ſed in ſanctiſſimi numinis imitatione, in abnegatione proprię voluntatis, & in vera charitate, conſtituit. Docet vitanda eſſe oĩa ſcelera, abominandas carnis illicitas voluptates: crudelitatẽ & immanitatem exhorrendam: cędes, & ſanguinis profuſionem cauendam; omne truculentum, nefarium omne, omne iniuſtum propellendũ admonet & pręcipit. Docet virtutem omnem eſſe ſectandam. Docet abſtinen-

Eccl. 37. tiam;Noli,ait,auidus eſſe in omni epulatione;& non te effundas ſup omnem eſcam. In multis.n.eſcis erit infirmitas & auiditas appropinquabit
Eccl.9. vſque ad choleram. Propter crapulam multi perierunt; qui autem abſtinens eſt,adijciet vitam. Docet amorem virtutis & laboris. Quodcunque ait,facere poteſt manus tua inſtãter operare, quia nec opus, nec ratio,nec ſapientia,nec ſcientia erunt apud inferos quò tu properas. Docet aduerſi
Heb.12. tates ſufferendas eſſe: Fili mi,noli negligere diſciplinam Domi;neque fatigeris dum ab eo argueris:quem.n.diligit Dominus,caſtigat;flagellat autem omnem filium,quẽ recipit. Docet amorem Dei & proximi: Diliges,
Luc.10. ait,Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex omnibus viribus tuis,& ex omni mente tua, & proximum tuum ſicut teipſum. Docet beneficentiam in proximos; Quæcunque vultis vt faciant vobis homines,eadem & vos facite illis; & quod ab alio oderis fieri tibi, vide ne tu aliquando alteri facias. Docet caſtitatem: Teipſum,ait Paulus, caſtum cuſtodi. Docet contemptum diuitiarum: Si vis perfectus eſſe,vade & vende omnia quæ habes,& da pauperibus; Beati.n.pauperes ſpiri-
Eccl. 41. tu,qm̃ ipſorum eſt regnum cœlorum. Docet fidem coniugiorum:Ne reſpicias mulierem alieni viri,& ne ſcruteris ancillam eius, neq; ſteteris ad lectum eius:Nõ mœchaberis;ego autem dico vobis,ait Saluator,quia omnis qui viderit mulierem ad concupiſcendum eam,iam mœchatus eſt eam
Eccl.3. in corde ſuo. Docet humilitatem: Quantò maior es,eò magis humilia te in oĩbus,& coram Deo inuenies gratiam;qm̃ magna potentia Dei ſolius,
Philip.4. & ab humilib.honoratur.Docet modeſtiam:Modeſtia veſtra nota ſit om-
Eccl. 7. nibus hominibus.Docet miſericordiam:Non deſis plorantibus in conſolatione,& cum lugentibus ambula;Non te pigeat viſitare infirmum;mor tuo non prohibeas gratiam;viduæ,& pauperi,& pupillo miſerere: Beatus enim qui intelligit ſuper egenum & pauperem,in die mala liberabit eum
Eccl. 4. Dñs.Docet iuſtitiam: Pro iuſtitia agonizare;pro anima tua, & vſque ad mortem certa pro iuſtitia,& Deus expugnabit inimicos tuos.Docet fortitudinẽ:Viriliter age,& confortetur cor tuum,& ſuſtine Dñm. Docet pru
Prou. 2. dentiam: Fili mi,inclina cor tuum ad cognoſcendã prudentiam; tunc.n. intelliges timorem Dñi,& ſcientiam Dei inuenies: tũc intelliges iuſtitiã & iudicium,& æquitatem,& oẽm ſemitam bonam. Docet virginitatem:
1.Cor.7. Qui ſtatuit in corde ſuo firmus, non habens neceſſitatem,poteſtatem aũt habens ſuæ voluntatis, & hoc iudicauit in corde ſuo ſeruare virginẽ ſuã, benefacit.Docet ſanctitatem: Sancti eſtote,qm̃ & ego ſanctus ſum.Docet
2. Pet 3. puritatem internã:Satagite vt immaculati & inuiolati inueniamini: Beati.n.mundo corde,qm̃ ipſi Deum videbunt. Docet ad ſimilitudinem Diuinam efformandos nos eſſe: Eſtote ait perfecti, ſicut & Pater veſter cœleſtis perfectus eſt: Dies me deficeret ſi oĩa illa recenſere vellem virtutũ pręclara germina,q̃ ex verbi diuini ſemine prodeunt. Veriſſimè.n.à Propheta dictum eſt,Sicut terra profert germen ſuũ,& ſicut hortus ſemen ſuum germinat,

germinat, ſic Dn̄s Deus germinabit iuſtitiam per verbum ſuum, & laudē coram vniuerſis gentibus: veriſſimum & illud apparet, Si quid in hoīum mentibus ſpecioſiſſimum quandoq; enatum eſt, ex verbi Dei ſemine natum eſt. Si ad inſtar amœniſſimi horti, vniuerſus orbis effloruit, ex ſemine iſto cœleſti effloruit.

Poſſumus hoc facile colligere, ſi conſiderauerimus quamobrem Sācti Dei tot virtutibus præclariſſimis pulcherrimā ſui ſpeciem mundo reliquerint. Sed quæ tandem eſt cauſa? Non aliam cenſeo eſſe, quam amorem ardentiſſimū immortalis Dei. Quod.n. aliqui mundo renunciarint; quod alij proprias facultates in pauperes diſtribuerint; quod vxorem, ſorores, fratres, patrem & matrem, & dulciſſimos reliquerint filios; quod ad incultam proceſſerint heremum; quod corpus fame, frigore, laboribus immenſis, animum verò mœrore & languore afflixerint; quod cilicium, funes, catenas ferreas, laminas plumbeas ſuper corpus portarint; quod illud diſciplinis, nodoſis funibus, catenulis verberarint, & ex eo largiſſimos ſanguinis riuos fuderint; quod alij pauperibus miſericordiæ viſcera aperuerint, alij animarum ſalutis cauſa ſeſe in vincula coniecerint; quod alij iuſtitiam, temperantiam, caſtitatem, humilitatem, modeſtiam, cæteraſque ſublimes virtutes ſuo inſeruerint animo; quod alij facultates, vitam, ſanguinem, & āīam ipſam pro Chriſto tradiderint, non alia fuit cauſa quàm flagrantiſſimus Dei amor: propter dilectionem eius, ait Paulus, qui dilexit nos, omnia & tribulationem, & anguſtiam, & famem, & nuditatem, & periculum, & perſecutionem, & gladium, & mortem, & vitam, & Angelos, & omnia alia ſuperamus: ſicut ſcriptum eſt, quia propter te mortificamur tota die, æſtimati ſumus ſicut oues occiſionis. Charitas autem vnde, niſi ex fide proficiſcitur? Quis alius nobis Deum eſſe demōſtrat ſuper omnia diligendum niſi fides? Fides lumen, nobis lumen illud ſupremum, in quod Angeli deſiderant proſpicere, quod omne in ſe bonum complectit, quod omnis dulcedinis & fęlicitatis fons eſt & origo oſtēdit. Fides nobis oſtendit, Deum in nos maxima contuliſſe beneficia; quod ſcilicet, ille cœleſtes orbes propter nos expandit, & fulgidis aſtris illos exornauit; propter nos cęlo affixit Solem aureis ſplendentem fulgoribus; propter nos omnia viſibilia & inuiſibilia ex nihilo condidit; nos è puluere de terra excepto formauit, imagine honeſtauit propria, angelorum gloria veſtiuit; ob pręuaricationem diſſolutos, veniens iterum morte & cruce ſua reformauit, ex delicijs paradiſi eiectos reduxit, cœli portas nobis aperuit, regnum cęlorū promiſit & patefecit: propter nos carnem aſſumpſit; pro nobis alapas & ſputa ſuſtinuit; propter nos ſpineam coronam in capite portauit; fel aceto mixtum bibit: pp nos acerbam & turpiſſimam mortē ſubijt, & innumera alia atq; ineffabilia beneficia nobis pręſtitit. Hęc igitur oīa fides nos docet: quam vbi comitata fuerit lex & propenſio naturæ, quæ monet gratos nos debere eſſe optimè de nobis meritis, fauillas amoris in nobis exci

tat, vt Deum totius fęlicitatis noſtrę amorem, tota mentis affectione diligamus, & prius nobis animam ipſam quàm charitatē in Deum eripi patiamur. Fides autem vnde oritur, niſi ex verbo Dei? Poteſtne aliquis adeò acri & ſubtili ingenio eſſe, vt quod ipſi ſuperni ſpiritus naturæ perſpicacia penetrare vel ſaltem attingere nequeunt, ipſe cogitatione multis errorum tenebris circumfuſa apprehendat? Neutiquam: Secreta illa abſcon ſa ſunt à ſapientię humanæ inueſtigatione: & ideò non niſi per verbum Dei cognoſci poſſunt. Quomodo, quærit Paulus, inuocabunt, in quē non crediderunt? Aut quomodo credent ei, quē non audierunt? Qūo verò audient ſine prædicante? Ergo fides ex auditu, auditus autem per uerbum Christi: Virtutum igitur ſeges eſt ex charitate; charitas nōn niſi ex cognitione Dei: notitia Dei eſt ex fide: fides autem eſt ex verbo Dei; verbū igitur Dei non immeritò ſemini comparatur: Vt. n. ex ſemine amęniſſimi flores, ſic ex verbo Dei ſpecioſiſſimi flores virtutū ut à prima radice progrediuntur atque pullulant. Non grauabor hic unum atque alterū huius rei exemplum proferre; quo & res propoſita clarior, & quiſque ueſtrū ad reuerendum & audiendum Dei uerbum alacrior fiat.

Rom. 10.

Refert Athanaſius Antonium illum heremi admirandum cultorem, non aliam ob cauſam in eam quam pręſeferebat floruiſſe uirtutum ſpeciem, pręter uerbi Dei ſemina. Ad Eccleſiam, ait, cum parentibus ſępe cōueniens, nec infantum laſciuias, nec puerorum negligentiam ſectabatur: ſed tantum ea quæ legebantur auſcultans, utilitatem pręceptorum uitæ inſtitutione ſeruabat. Poſt mortem autem parētum necdum ſex menſes fluxerant, quibus ad Eccleſiam, ut ſolebat, accurrens recordabatur, quomodo & Apoſtoli omnibus ſpretis, ſecuti fuiſſent Saluatorem; & multi, ut legitur in Actis Apoſtolorum, facultatibus ſuis uenditis, precia ad pedes eorum detuliſſent egentibus partiēda, quæve aut quanta ſpes iiſdem repoſita eſſet in cęlis. Talia ſecum uoluens, intrauit Eccleſiam, & accidit ut tunc legeretur Euangelium, in quo Dn̄s dicit ad diuitem, Si uis perfectus eſſe, uade, uende oīa tua quæcunque habes, & da pauperibus, & ueni ſequere me, & habebis theſaurū in cęlo. Quo audito, quaſi Diuinitus huiuſmodi ante memoriam concepiſſet, & ueluti propter ſe hęc eſſet ſcriptura recitata, ad ſe Dn̄icum traxit imperium, ſtatimq; regreſſus, poſſeſſiones quas habebat uendidit: Erant aūt ei trecētæ palmę uberes, & optimę, quas propinquis largitus eſt, ne in aliquo aut ſibi, aut ſorori moleſtia gigneretur. Cætera uerò quę in mobilibus poſſidebat, uniuerſa uendidit; & aggregato non exiguo precio, indigentib. dedit: paucis tn̄ pro ſorore reſeruatis, quę & ſexu & ętate uidebatur infirmior. Rurſus autem Eccleſiam ingreſſus, cum audiſſet Dominum in Euangelio dicentem, Nolite cogitare de craſtino, reliquā quoq; portionē pauperibus diſtribuit; neque ſe uerſari paſſus eſt domi, ſed ſorore fidelibus ac notis uirginibus cōmendata, ut earū nutriretur exēplo, ipſe iā oībus ſęculi uinculis liber, aſperū atque

Apud Suriū 10. 1.

arduum

arduum arripuit inſtitutum, in quo in tantam effloruit virtutum ſpeciem vt Deicola nuncuparetur.

Non diſparem fructum ex verbi Dei ſemine recepit alter Paradiſi Ægyptiaci incola Serapion. Similiter enim cum audiſſet illud Saluatoris, dictum, Da pauperibus; & incidiſſet aliquando in egenté pauperem, ſe pallio exuit, & ei dedit. Deinde cum obuiam factus eſſet alteri algenti, ſimiliter ei præbuit tunicam, & de cętero ſedit nudus; vlnis ſolum tenens Euágelium. Deinde ab aliquo interrogatus, quiſnam eum nudaſſet, Hoc, inquit, oſtendens Euangelium. Cum verò eo quoque vendito, pro eo acceptum precium diſtribuiſſet pauperibus, cuidam diſcipulo qui eum rogauit, vbi eſt pater, paruum Euangelium? Crede mihi, inquit, fili, parens ei qui dixit, Véde quæ habes & da pauperibus, ne ipſi quidem libro, in quo hoc ſcriptum erat, ſtatui parcere. Talem igitur fructum ex verbo Dei hi duo ſanctiſſimi Patres retulerunt. Apud Surium in vita Ioann. Eleemoſ.

Quod ſi & Euágelicam volumus luſtrare hiſtoriam, reperiemus, quod dum Saluator noſter diſſeminabat Diuinum hoc ſemen, alij cēteſimum, alij ſexageſimum, alij trigeſimum reportarunt fructum; Dum quoque Apoſtolici agricolæ ſpargebant verbum ſalutis, adhuc Petro loquente, ſuper audientes delabebatur Spiritus ſanctus, quo ſuperinduti, in alios mutabantur viros; quo repleti, priorem relinquebant ſqualorem, & nouá accipiebant formam. Cæteris autem Apoſtolis prædicantibus, vniuerſus Orbis quantas produxerit virtutum ſegetes, & in qualem pulchritudinem deuenerit, exinde apparet, quod à ſponſo Eccleſiæ Chriſto ſpecioſiſſimi horti noīe vocetur: Hortus concluſus ſoror mea ſponſa, hortus concluſus, emiſſiones tuæ paradiſus malorum punicorum cum pomorū fructibus, Cypri cum nardo, nardus & crocus, caſia & cinnamomum cū vniuerſis lignis Libani, myrrha & aloe cū omnibus primis vnguentis. Hortus ſancta Eccleſia exiſtit, ait Gregorius, quæ dum populos multos in fide gignit, quaſi flores pulchros è bona terra emittit: qui hortus concluſus bene eſſe dicitur, quia charitatis vallo circumquaque munitur; ne in numerum electorum reprobus aliquis irrepat. Quid verò ſancta Eccleſia emittit, niſi cum ſanctis operibus, ſancta verba, quibus filios gignit & nutrit? Quorum dum alios vſque ad martyrium perducit, alios in ſancta cōuerſatione erudit; hoc ſanguine martyrij rubentes ad æterná patriá tranſmittit; illos verò in ſanctis operibus viuentes, proximis in exemplū ſanctitatis tradit, quid aliud quàm mala punica & pomorum fructus emittit? Mala punica. n. ſub rubeo cortice multitudinem granorum continét. Fructus verò pomorum, in ſe refectionis dulcedinem habent. Sic martyres dum ſub igne tribulationis laborant, dum pro Chriſto ſanguiné fundere non dubitant, multitudinem virtutum interius ſibi congregant in mente. Sancti ēt quique, qui in pace Eccleſiæ viuunt, fructus pomorū gerunt; quia dum ſancta opera faciūt, proximis exempla tribuunt, quorum Cant. 4. ſup Cātic.

exhibitione ſe,qui uolunt reficiunt. Quotquot.n.in Eccleſia ſunt ſancti, ſiue igne paſſionis ardeant,ſiue in pace Eccleſiæ quieſcentes,ſuccreſcant, ſanctarum uirtutum odorem tanquam paradiſum ſuauitatis & deliciarũ, conſtruere in ſe,dum uiuunt, non ceſſant. Vnaquæque animà ſancta etiã hortus concluſus eſſe intelligitur,quia dum uirtutes nutrit, flores gignit, & dum uirtutum exhilaratione ſe reficit, fructus quos genuerat eadẽ cuſtodit. Concluſus.n.hortus eſſe dicitur,quia dum bona ſua intentione uitæ æternę abſcondit,dum humanas laudes omnino contemnit,ipſa bona intentione ſe circumſepit, ne ad interiora rapienda hoſtis antiquus irrũpere poſſit. Cur igitur uerbum Dei, ſeminis appellatione nuncupetur, iã intellexiſtis,non aliam ob cauſam, prçterquàm ex eo,ut ex ſemine quodã uirtutum flores & germina prodeunt. Non aliud remanet,niſi ut ſummã uerbi Dei utilitatem & neceſſitatem perſpicientes, concluſos animę noſtræ hortulos ſerenti Deo aperiamus, & ſemen uitale in noſtras animas recipere & conſeruare,& calore affectus nutrire contendamus. Hinc.n.fiet, vt uirtutum oı̄um pulcherrimos flores germinantes,amęniſſimi horti ad inſtar ſimus; in quo ſponſus animæ noſtræ deliciari, & nos fonte irriguo gratiæ ſuę perfundere, & fructibus paradiſi cęleſtis exſatiare dignabitur, in ſęcula ſempiterna. Amen.

Et dum ſeminat, aliud cecidit ſecus viam, & conculcatum eſt.

FASCICVLVS SECVNDVS.

Qui fiat, vt non omnes referant fructum ex verbo Dei.

INFOELICEM ſui temporis ſtatum, dum Chryſoſtomus conſideraſſet, quod ſcilicet die noctuque non aliud populis inculcaret, quàm uiuere ſecundum Euangelium, nihil tamen minus uidebat,quàm uiuere ſecundum Euangeliũ, admirabundus in ea prorupit uerba, Nihil apud nos magis auditur, quam Dei uerbum,& Dei Euangelium; nihil tamen minus uidetur, quàm uiuere ſecundum Dei uerbum, & Dei Euangelium. Liceat quoque mihi hodie obſtupeſcenti, ab hac ſententia initium meæ ſermocinationis ordiri. Quid eſt, dilectiſſimi in Chriſto, quod nihil apud nos hodie magis auditur, quam Dei uerbum & Dei Euangelium; quamobrem autem nihil minus uidetur, quam uiuere ſecundum Dei uerbum & Dei Euangelium? Perluſtra quoſcunque angulos terræ, ubique reperies diſſeminatum Euangelium. In Eccleſijs noſtris, nihil magis perſonatur quàm

Euange-

Euangelium; Euangelium in Miſſa; Euangelium in diurno nocturnoque officio; Euangelium in omnibus Concionibus, & in Sacramentorum miniſterio; Euangelium domi, Euágelium foris, ab omnibus vſurpatur. Tot libri veteris & noui teſtamenti vernaculo idiomate traducti, à ſenioribus & iunioribus, à viris & fęminis teruntur & leguntur. Tot cathechiſmi, piarum inſtitutionum innumerabiles libelli, admonitionum, cócionum, inſtructionum, meditationum, & ſi quo alio vocentur nomine diuini verbi centones infiniti propè, à ſingulis promiſcuè reuiſuntur, & leguntur, nullius artis liberalis, nullius partis philoſophiæ ſemina, vt Euangelij in tanta copia per omnium aures ſparguntur: Qui fit tamen vt pauciſſimos Euangelij fructus videamus? quidnã eſt cauſę, quod non omnes, ſed pauciſſimi referant fructum ex verbo Dei? In memoriam mihi venit, illud, quod de verbo ſuo vaticinabatur Deus. Quomodo deſcendit, inquit, imber, & nix de cęlo, & illuc vltra non reuertitur, ſed inebriat terram, & infundit eam, & germinare eã facit, & dat ſemen ſerenti, & panẽ comedenti; ſic erit verbũ meum quod egredietur de ore meo; non reuertetur ad me vacuum, ſed faciet quæcunque volui, & proſperabitur in his ad quæ miſi illud. Pro ſaliunca aſcendet abies, & pro vrtica creſcet myrtus. Et veniẽt qui redẽpti ſunt, & laudabunt in monte Sion, & confluent ad bona Domini, ſuper frumento, vino, & oleo, eritq; anima eorum quaſi hortus irriguus.

Iſai. 55.

Hiere. 31.

Eccè noſtris temporibus, ad inſtar pluuiæ delabitur verbum Dei; ecce in vniuerſam terram exijt Saluator ſeminare ſemen ſalutis: quare vacuũ reuertitur? cur non fęcundatur in his ad quæ mittit illud? Quem fructum ex nobis refert? Quot ſunt qui pro ſaliũca ſterili peccati, vel pro vrtica ardoris concupiſcentiæ, germinarũt myrtum continentiæ aut abietẽ virtutis? Quantæ ſunt animæ, quæ ad inſtar horti amęniſſimi efflorucrint, & delicatos verbi Dei fructus ſeminãti protulerint? Semen verbi Dei eſt origo & cauſa ſpecioſiſſimæ virtutum ſegetis; vbinam tanta ſeges virtutis, quanta ſeminis doctrinæ Euangelij? Quid eſt cur nihil apud nos hodie magis auditur, quam Dei verbum & Dei Euágelium; nihil tamen minus videtur, quàm viuere ſecundum Dei verbum & Dei Euangelium? Qui fit vt nõ omnes referant fructum ex verbo Dei? Si Euangelij parabolam in mentem reuocaueritis, me tacente cauſam voſipſi cognoſcetis, quare non omnes referant fructum ex verbo Dei: quia aliud cecidit ſecus viam & conculcatum eſt; & volucres cœli comederunt illud; & aliud cecidit ſupra petram, & natum aruit, quia non habebat humorem; & aliud cecidit inter ſpinas, & ſimul exortæ ſpinæ ſuffocauerunt illud: Non agricolę, ait Chryſoſtomus, neque ſeminis cauſa, ſed terræ conditione, non naturaliter inſita, ſed volũtate conſtituta, maior vel minor, aut nulla progreſſio fit. Cauſa cur maior pars ſeminis amiſſa eſt, non eſt ſeminantis, ſed ſuſcipientis culpa terræ; hoc eſt propter reluctantem atque repugnantem animam:

mam. Diſcutiamus ſingula. Non eſt ſeminanis agricolæ culpa, cur nō omnes referant fructum ex verbo Dei; ille etenim non ideò vt terram vepribus plenam faceret, & ignauos agricolas puniret, exiuit; verùm vt optimo cultu terram arando fertilem redderet religionis ac pietatis ſeminibus diligentius iactis. Ille ideò exierat vt ſqualentem animæ noſtræ ſolitudinem, in cultiſſimi horti ſpecioſam amœnitatem commutaret, vt pro ſcelerum ſenſibus, virtutum flores & ſpirituales plantas in mentibus no-
Eſai. 41. ſtris conſereret. Dabo, ait Deus, in ſolitudine cedrum & ſpinam & myrtum, & lignum oliuæ; Ponam in deſerto abietem, vlmum & buxum ſimul, vt videant, & ſciant, & recogitent, & intelligant pariter quia manus Domini fecit hæc, & ſanctus Iſrael creauit illud: Pro ſaliunca aſcendet abies, & pro vrtica creſcet myrtus: Dabo, ait, in ſolitudine cedrum, viros ſcilicet, ſapientia, virtute, & nobilitate præſtantes, in quorum vmbra poſſint feſſi viatores requieſcere. Vt enim viam facientes magno æſtu & ardore confecti, amęna & opportuna alicuius opacæ arboris vmbra recreantur; ſic afflicti homines, & in ærumnis verſati, ope & conſolatione virorum iuſtorum & ſapiētum delectantur. Dabo in eadem ſolitudine, ait, ſpinas pœnitentiæ, myrtum humilitatis, oliuam miſericordiæ. Ponam in animæ deſerto abietem magnanimitatis, incorruptionis continentium buxum, iuſtitiæ vlmum. Pro ſaliunca aſcendet abies, & pro vrtica, myrtus: hoc eſt, pro infructuoſis plantis ſuccreſcent frugiferæ; pro ſpinis ac tribulis vitiorum, quæ maledicta terra olim germinabat, omnium virtutum germina pullulabunt; pro iniquitate, erit iuſtitia; pro temeritate, erit fortitudo; pro ſtultitia, prudentia; pro libidine, temperantia; pro idolorum cultu, vera Dei religio: Matthæus fiet ex Publicano Apoſtolus, & Euangeliſta; Zachæus prædo liberaliſſimè bona ſua diſtribuet in pauperes: Magdalena libidine turpiſſima, lachrymis pœnitentiæ eluta, continentiam ſempiternam meditabitur, atque amorem obſcœnum in flagrantem Dei amorem conuertet: Latrones, raptores, iniuſti, publicani, omnibus ſceleribus dediti, de cætero innocentiam, & ſanctitatem amplexabuntur. Paulus furijs actus infernalibus, in agnum manſuetum transformabitur; & ex acerrimo Chriſti perſecutore, fiet vas electionis: Gentes quę olim ſeruiebant iniquitati ad iniquitatem, ſeruient iuſtitiæ in ſanctificationem. In cubili-
Eſai. 35. bus, in quibus prius dracones habitabant, orietur viror calami & iunci; & erit ibi ſemita, & via ſancta vocabitur: In impura anima quæ cubile draconum eſt, in qua dæmones, iræ, inuidiæ, odia, rixæ, contentiones, æmulationes, cæteræque venenatæ peſtes habitabant; vbi ego acceſſero fiet paradiſus deliciarum: in quo viror calami & iunci, hoc eſt virentes variarum virtutū flores, & fructus gratiſſimi, (qui ſunt, vt Apoſtolus re-
Galat. 5. cenſet, charitas, gaudium, pax, patientia, longanimitas, benignitas, manſuetudo, fides, modeſtia, continentia, caſtitas) exorientur: Eritque aīa eorū

quaſi

quaſi hortus irriguus,quam vitiorum aſperitate olim vaſtatã, arboribus, & herbis lætiſſimis,ſpecioſiſſimiſque virtutum omnium viridarijs exornabo.Vbi primum fuerant dæmonum latibula,pratis confeſtim exiſtentibus herbarum nitidiſſimo cultu veſtitis,meæ deliciæ in quas ego deſcẽdam erunt.Quod igitur non omnes ex verbi Dei ſemine fructũ referant, non eſt agricolæ ſeminantis culpa: Vult.n.ipſe vt ſemen ſuum nunquam reuertatur vacuum,ſed fœcundetur in omnibus ad quæ miſit illud.Cupit ille vt ſicut imber & nix, ita & verbum ſuum deſcendat de cœlo, & illuc vltra non reuertatur;ſed inebriet animas,& perfundat eas, & germinare eas faciat. Oblectatur in amęniſſimo virtutibus conſito animæ horto, & exhorret ſolitudinem ſpinis & tribulis vitiorumſylueſceutem.Omnibus pietatis doctrinam commendat; nullum à ſeminis ſui communione ſecer nit;ita vt dicere ei liceat,Quid oportuit me facere,nec feci? Exoptaui,per rexi omnia arua & campos humanarum mentium conſerere; terram illã incultam diſpoſui & excolui,imbre gratiæ meæ conſperſi,pluuiam volũtariam illis ſegregaui, dedi omnium virtutum ſemina in animas eorum: quod illi non fructificarint,quid egò facere debui amplius? Non mea eſt culpa: quod.n.meum erat,ego abundè perſecutus ſum:Seminaui non in terra bona tantum,ſed & ſecus viam,& in ſaxeis cordibus,& inter ſpinas: non enim exiſtimaui impoſſibile,vt lapis in terram fertilem conuertatur: & vt via non conculcetur,nec prętereuntibus cunctis expoſita iaceat,ſed in vberes agros traducta,nec vepres emittat, & ſemina foueat. Nam niſi hoc poſſibile,immo verò facile eſſet, nec certè ſeminaſſem. Quod ſi hæc præterea mutatio in omnibus facta non eſt, non mihi imputandum eſt. Quid.n.oportuit me facere,nec feci? Sed nec etiã eſt ſeminis Diuini cauſa,quare non omnes ex eo referant fructum.Illud.n.cum totius fertilitatis ſpiritualis principium ſit,quomodo ſterilitatis cauſa eſſet? Lex Domi ni,ita de eo Pſaltes ait,immaculata,conuertens animas,teſtimonium Domini fidele,ſapientiam præſtans paruulis. Iuſtitiæ Domini rectæ,lætificã tes corda; præceptum Domini lucidum,illuminans oculos: iudicia Domini vera,iuſtificata in ſemetipſa; deſiderabilia ſuper aurum & lapidem precioſum multum,& dulciora ſuper mel & fauum: Verbum Domini eſt granum ſinapis,ex quo arbor ſpecioſa & ſublimis virtutum pullulat: Ver bum Dei eſt fermentum Euangelicum,quod totius farinæ ſpiritualis dul cedinem & incrementum efficit. Quod ſi immaculatum eſt hoc ſemen, quomodo aſperrimam & abominandam flagitiorum procrearet plantã? Si conuertit animas,ſi præſtat ſapientiam paruulis,ſi illuminat oculos, ſi corda exhilarat lætitia ineffabili, ſi iuſtitiæ in ſemetipſa, pacis, ſcilicet & vnitatis & charitatis radix eſt;ſi dulcedinem pluſquam melleam profert: ſi eſt totius amænitatis horti animæ concluſi cauſa,ſi omnium virtutum, & gratiarum fons indeficiẽs eſt,quem ad modum auerteret animas? quo modo ſtultitiæ,cęcitatis,iniuſtitiæ,diuiſionis,odiorum,inuidię,ſuperbię, aliorum-

Pſal. 118.

aliorumque peccati germinum cauſa poterit eſſe? Suſcipientis igitur culpa terræ eſt, non quidem naturaliter inſita, ſed voluntate cõſtituta, quod non omnes referant fructum ex verbo Dei. Omnibus vobis planum eſt, gratiæ Diuinæ chariſmata non niſi in anima diſpoſita recipi, & in ea ſolum varios germinare fructus. Vt.n.nõ omnes terræ omnia ferre poſſunt ſemina, ſed fluminibus ſalices, craſſiſque paludibus alni adnaſcuntur; orni ſteriles ſaxoſis montibus gaudent, litora myrtetis lętiſſima, denique apertos vitis amat colles, Aquilonem & frigora taxus: Vt ſemina terræ, ſi non ſine vſura, ſed aliàs cum minore, plerumque maiore cum fęnore reddere debent quod acceperunt, in agro bene culto recipiantur neceſſe eſt: Sic verbi Dei ſemen, non in cuiuſuis animæ ſinu radices figere poteſt: quibuſdam.n.odor vitę eſt ad vitam; quibuſdam odor mortis ad mortem: nullos in animę inculto agro proferre valet fructus: Si.n.ſecus viam ceciderit, conculcabitur; ſi in ſpinas, ſuffocabitur; ſi in petreum cor, areſcet: ſi ſecus viam ceciderit verbi Dei ſemen; hoc eſt, ſi homines illi audierint verbum Dei, qui animę ſuæ vias cuique peruias exhibent, qui occaſiones peccatorum non fugiunt, ſed eas potius amplectuntur; qui dęmoni zizania ſeminanti liberum iter per ſuam conſcientiam tribuunt; qui conſiſtũt in via per quam omnes peccatorum fantaſiæ pretereunt; qui nemini ſiue cogitationi, ſiue ſermoni, ſiue facinori, ſiue homini, ſiue Satanæ venienti reſiſtunt, ſed cuique aditum patefaciunt, multos ex verbo Dei germinabunt fructus. Vt enim ſemen terrenum gremio terræ mollito ac ſubacto abſconditur, vt eius tepefactum vapore, illud & complexu ſuo diffundat, Simile. & eliciat ex eo herbeſcentem viriditatem; quę nixa fibris ſtirpium ſenſim adoleſcat; culmoque erecta geniculato, vaginis iam quaſi pubeſcens includatur, è quibus emergens fundat frugem ſpicæ ordine ſtructam, & cõtra Pſal. 118. atium minorum morſus vallo ariſtarum munitam. Sic verbi Dei ſemen in corde omnibus occluſo recondi debet. In corde meo, aiebat Dauid, abſcondi eloquia tua. Si.n. omnibus patulum fuerit, veniet bos terrenę cupiditatis & illud pedibus ſuis conculcabit: volabit coruus ille teterrimus inferni, & illud deglutiet; veniet, vt ait Saluator, diabolus & illud à cordibus extrahet, ne forte illi credentes ſalui fiant: Veniet quiſpiam veſtrum ad concionem, & in ea ſemen illud ſalutis recipiet, Qui amat patrem aut matrem vel ſororem pluſquam me, non eſt me dignus; ideoq; diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota fortitudine tua; ſi in animum ſuum cuique liberum acceſſum conceſſerit, veniet vel elephas amoris conſanguineorum, vel turtur dilectionis coniugalis, & illi honorãdos atque ex animo diligendos parentes, vxorem vel filios ſuadebit; Naturę vi & efficacia ad amorem propinquorum impellente, illud quod in concione conceperat, calcabunt aut deuorabunt: homo ille ad germinandum ſteriles amoris plantas conuertetur. Audiet quiſpiam veſtrum in Concione, Nolite theſaurizare vobis theſauros in terra, ſed omnia reponite

nite in cœlis: Vende omnia quæ habes,& da pauperibus,& habebis mercedem in cœlo.ſed quia iter per animam eius cuique peruium eſt,accedet cogitatio & deſiderium terrenorum,& illi ſterilitatis tempus neceſſariorum vſum,domeſticorum curam,ſenectutem viribus effractam, ædificiorum ſplendorem,facultatum copiam,auri fulgorem,gemmarum,& lapidum precioſorum radios oculis obijciet; auaritię vitio robur ſubminiſtrãte,illud Dei verbum;quod pro animæ ſalute perceperat,euellet,& in vẽtum diſſipabit. Audiet alius in Eccleſia humilitatis laudes, quod ille qui radices profundas humilitatis iecerit, altiſſimi cœli culmina ſuo attinget vertice;Sed quia animum ſuum iuxta viam repoſuit, venit uolucris aerea Satan,& hominem ſupra cœlorum orbes perſuaſionum pennis eleuat,illique ſplendorem, magnificentiam, ſublimitatem Regum & Principum mundi oſtendit;ſequitur ille,& quas fixerat radices,inſequendo ſuperbũ dęmonem euellit,extirpat;quamobrem nullos fructus humilitatis,nullas paupertatis,miſericordię,continentię,amoris Dei aliarum ſublimium virtutum ſpecioſas ſegetes germinare poteſt is,qui in viã,per quã oẽs paſſim tranſeunt,ſeſe deiecit: quod enim agricola ſeminauerit ſalutaris ſeminis, venientes latrones auferent,bruta affectionis animalia conculcabunt, & volucres inferni deuorabunt.

Quamobrem ſponſa illa, quæ ſponſo emiſſiones paradiſi protulerat; quæ ſeruarat illi omnia noua & vetera poma; quæ vbera meliora vino, fragrantia vnguentis optimis ei offerebat; quę erat electa pacifico vinea, cuius guttur erat ſicut vinum optimum,dignum dilecto ad potandum,labijſque & dentibus illius ad ruminandum:cuius emiſſiones erant paradiſus malorum punicorum cum pomorum fructibus,cypri cum nardo, nardus & crocus,caſia & cinnamomum cum vniuerſis lignis Libani;myrrha & aloe cum omnibus primis vnguentis; quæ, vt ipſa de ſe fatetur, quaſi cedrus exaltatæ ſunt in Libano,& quaſi Cypreſſus in monte Sion; quaſi palma exaltata ſum in Cades,& quaſi plantatio roſę in Iericho: Quaſi oliua ſpecioſa in campis, & quaſi platanus exaltata ſum iuxta aquas in plateis. Sicut cinnamomum & balſamum aromatizans odorem dedi, quaſi myrrha electa dedi ſuauitatem odoris,& quaſi ſtorax & Galbanus,& vngula,& gutta,& quaſi Libanus non inciſus vaporaui habitationẽm meã, & quaſi balſamum non mixtum odor meus: Ego quaſi terebinthus extẽdi ramos meos,& rami mei honoris & gratiæ: Ego quaſi vitis fructificaui ſuauitatem odoris,& flores mei fructus honoris & honeſtatis: Ego mater pulchrę dilectionis,& timoris,& agnitionis,& ſanctæ ſpei. In me gratia omnis, viæ & veritatis;in me omnis ſpes vitæ & virtutis. Talis igitur ſponſa quæ in tantam pulchritudinem excreuerat, vt paradiſus voluptatis eſſet & diceretur,horti concluſi nomine appellata eſt. Hortus concluſus ſoror mea ſponſa,hortus concluſus. Duabus repetijt vicibus, hortus concluſus vt concluſam illam & intus in anima,& extrà in corpore; nul-

liquc

lique omnino peruiam demonſtraret. Concluſa erat intus in anima, ne aliqua vel minima irrepſerat cogitatio, quæ ſemina verbi Dei eruere poſſet. Capite nobis, (aiebat, ſi aliqua irrepſiſſet fortuitò) vulpes paruulas, quæ demoliuntur uineas: Mox ut uidiſſet aliquam cogitationem irruiſſe, conſurgebat, & ad Principem intellectum vociferabatur; ne permittas graſſari ſubdolam hãc, ſpecie virtutis opertam vulpem, tende retia tua, ſtrue cuniculos, & ſtatim illam vel cape, uel telis confice. Concluſa erat extra in corpore, fuit.n. vt turris Dauid, quæ ędificata erat cum propugnaculis; mille clypei pendebant ex ea, omnis armatura fortium. Si uidebat uel illum trucem draconem, uel leonem rugientem, aduenire, qui quæreret ut eam vel inficeret ueneno, uel morſibus appeteret, ſtatim apprehendebat arma & ſcutum, & in illum iaciens vel telis conficiebat uel fugabat procul à ſuis finibus. Si uidebat aliquem hominem, qui illicito ſemine, grauidam illam efficere uellet; ſi aliquod brutum, quod ipſius decorem uel contaminare, uel pedibus conterere adniteretur; mox arripiebat flammãtem gladium, & in ultimas terras à ſe abigebat: Soli ſponſo dilectiſſimo hortum deliciarum illius peruium conſeruans. Cui antequam aperiret ia'nuam, non eſt clam uobis, quantum expectabat explorantem ſpōſam: quantũ ab ea precaretur, ut illum admitteret, oẽs uos audiſtis: ſitauib. uerbis neceſſe fuit ut ipſam compellaret; Aperi mihi, ſic q̃nque orabat, ſoror mea, amica mea, colũba mea, immaculata mea, quia caput meum plenum eſt rore, & cincinni mei guttis noctium. Non ita facilis ipſi etiam ſponſo ad eam patebat acceſſus: peſſulum. n. iudicij ſuis appoſuerat poſtibus; prius uolebat perueſtigare ſponſus ne an aliquis ſponſi effingens ſpeciẽ ueniret. Nouerat enim peruium cuique hortum fructificare nullo modo poſſe. Sciebat illud ſemen quod in præſenti parabola ſecus uiam cecidit, à dæmone deuorandum, uel ab animali cogitatione conculcandum iri.

Altera cauſa eſt, cur alij nullos ex Diuino ſemine referant fructus, petreum cor. Si, ſcilicet, uerbum Dei ceciderit ſuper petram, ſiue ſuper homines illos, qui cor ſuum poſuerunt ut adamantem, qui indurauerunt facies ſuas ſupra petram, qui conſtrinxerunt cor ſuum ut incudem malleatoris, qui in ſceleribus obſtinati, nullam piæ & ſalubris doctrinæ impreſſionem admittunt, nullas in eis germinabit plantas. Terra quidem ardore Solis exuſta, ut Magnus Albertus aduertit, ſi cruore animalium, & pręſertim ſi humano irrigata fuerit, uberrima efficitur: ſed petra licet inebrietur eodem ſanguine, ſterilis manet: Sic humanum cor ardore concupiſcẽtiæ combuſtum, quod terreum eſt tantum, ſi ſanguine IESV Chriſti filij Dei, ſanguine Diuino, ſanguine qui tanta charitate ac liberalitate pro nobis fuſus eſt, aſpergatur, molleſcit & feraciſſimum Diuinarum ſegetum redditur: ſed ſi petreum, ſi in flagitio obfirmatum eſt, fundas licet riuos immenſos, ſterile manebit. Adamantinus mons ſi ictibus mallei percutiatur, frangi non poteſt; ſi tamen ſanguine hirci conſpergatur, molleſcit & diſſipa-

diſſipatur; cor autem hominis deprauati ſcelerum obſtinatione induratum, nec malleo verbi Dei potentiſſimo confringitur, nec ſanguine hirci molleſcit & tractatur; neque cruore illius agni immaculati, qui ſe pro nobis in crucis ara hoſtiam conſecrauit, & ſanguinem profudit, vt animos noſtros peccatorum callo obduratos mitigaret, viamque muniret ad vitã immortalem conſequendam. Nõ mea hæc eſt, neq; à D. Bernardo (qui exclamat, O Duri & indurati filij Adam, quos non emollit tanta vis amoris) primum reperta ſententia; vetus eſt deploratio ipſius Dei, qui manus ſuas cruentas, & innumeras plagas populo Iſraelis oſtendens, vt videret eum quod non eſſet ei ſpecies neque decor, neq; ſanguine ſuo illorum corda emollire quibat, ſed dicebat, Sciui ego, quia durus es tu, & neruus ferreus ceruix tua; & frons tua ærea. Licet tibi manus meas in quibus te meo ſanguine depinxi demonſtrarim, licet me deſpectum & nouiſſimum, virum dolorum & ſcientem infirmitatem, quaſi leproſum & percuſſum, & vulneratum, & attritum, & plagis tumentem, & ſanguine madidum conſpexeris, ſciui tamen ego, quod tu ſceleribus imbutus adeò obdurueris, vt nec ceruicem tuam, mihi inclinare, neq; frontem oſtendere, neq; cor præbere mihi voluiſti. Vtinam hoc de Iudæis tantum diceretur, & nullis conueniret Chriſtianis. Sed ita ſunt flagitijs & libidinibus multi dediti, & de ſideriorum multitudine obruti, caligine circumfuſi, & contumacia indurati, vt nullum ad modum conteri aut molleſcere poſſe videantur. Quot guttas Chriſti ſanguineas quotidie peccatoribus obijcimus? Quam ſæpe per ſanguinem Chriſti precioſiſſimum; per viſcera miſericordiæ Dei noſtri, per crucem & mortem eius acerbiſſimam obſecramus, reconciliamini Deo, recedite à malo, amplectimini tãdem bonum, facite vobis cor nouum & ſpiritum nouum, abijcite cor lapideum, & quanti contriti ſunt? quinam cor ſuum lapideum in carneum mutarunt? quanti frontem æreã deiecerunt? quanti inclinarunt ferream ceruicem? quanti non potius ex noſtris precibus obſurduerunt? quanti ſunt quibus Saluator exprobrat quotidie duritiem cordis? Corde autem humano ad eum modum conſtituto, quæ germina ex verbo Dei expectari debent? Verbi Dei ſemen, vt fructum proferat ſalutis, neceſſe eſt vt in corde ſuſceptum, calore meditationis foueatur, atque irrigetur aqua compunctionis: qui aridum pectus geſtat, quomodo lachrymarum vel vnam guttulam fundet? qui lapideus eſt, quem contemplationis concipiet ignem? qui in flagitio perſeuerare contendit, quem virtutis florem gignet? Euenit in talibus, quod de quibuſdam recenſebat Ezechieli Deus, Dicunt vnus ad alterum, vir ad proximum ſuum loquentes, Venire, & audiamus quis ſit ſermo egrediens à Domino. Et veniunt ad te, quaſi ſi ingrediatur populus, & ſedent corã te populus meus, & audiunt ſermones tuos, & non faciunt eos; quoniam in canticum oris ſui vertunt illos, & auaritiam ſuam ſequitur cor illorum; & eſt eis quaſi carmen muſicum, quod ſuaui dulciq; ſono canitur; & audiũt verba

Iſa. 48. Ezec. 33.

verba tua & non faciunt ea. Quemadmodum nonnulli oblectantur muſicis ſonis,& muſicos aliquorum fortitudinem & res geſtas,ac præclara facta canentes libenter audiunt, ſed virtutes quas illi laudibus efferunt & cantu celebrant imitari recuſant; ſic iſti oblectationis & recreationis ſolummodo cauſa te audiunt; cor autem obduratum habentes conſilia tua penitus contemnunt. Huiuſmodi ſunt obſtinati in malitia,qui nunc concionatores audiunt,vt eorum mulceantur artificio,eloquẽtia,&doctrina; non autem vt emolliant ſua corda: Vt apes multa percurrentes,ſolum floribus delectantur & illos decerpunt,alia verò relinquunt; ſic hi auditores, flores tantum eloquentiæ & curioſè dictorum requirunt,ſolidam aũt doctrinam contemnunt & iuxtà eam viuere ſcientes negligunt. De his Saluator dicebat, Qui ſuper petram cadunt,hi ſunt qui cum audierint, cum gaudio ſuſcipiunt verbum,ſed hi radices non habent;quia ad tempus credunt,& in tempore tentationis recedunt. Radices,ait,non habent: adeò enim obduratum eſt inſipiens cor eorum, vt in ſe ſuſcipere verbum ſalutis,eique ſe tradere propter obſtinationem animi nequeant.

Liceat mihi tertiam ſterilitatis,non quidem ex Euangelio,(hoc ſequẽti reſeruatam eſſe volo concioni)ſed ex meo depromptam penu,aſſignare cauſam;quæ eſt,Promiſcua Sacræ ſcripturæ lectio. Scio equidem qđ omnium fœminarum aures offendam; veram tamen eſſe cauſam,cur pauci referant fructum ex verbo Dei,paucis verbis demonſtrare conabor. Exploratа eſt illa communis ſnia,vileſcit quotidianum; omne autem rarum eſt charum: Ex quotidiano.n.vſu rei,familiaritas conſurgit;ex familiaritate, vilis æſtimatio;ex vili ęſtimatione, contemptus; ex contemptu aũt nulla vis,nulla poteſtas conſurgit. Infinita huius rei exempla ita clariſſima cuique ſunt,vt illa in medium afferre ſuperfluum ſit: illud vnum vobis ſufficere poteſt,quod continuè uidemus in Eccleſia. Cur illi qui ſingulis diebus Sacratiſſima ſe reficiunt Euchariſtia, vel nũquam oĩno vel rariſſimè lachrymas fundunt,& cum tanta ſpiritus ariditate atq; audacia ad tremẽdum accedunt altare? Ex quotidiano vſu familiaritatem cum Deo cõtraxerunt;ex familiaritate,non ea quæ debet eſſe conſideratio Diuinæ maieſtatis;ex inconſideratione,quędã ſpecies cõtemptus;ex illa paruipẽſione, mẽtis torpor,ariditas ſpiritus,deuotionis ſocordia enaſcitur. Cum in primitiua Eccleſia non erat infinitus librorum numerus;cum ſuperiorib.annis non diuulgata fuerant idiomate materno Biblia, Sermones,adhortationes;cum populus famelicus ex vno ore Sacerdotis requirebat & excipiebat verbum uitæ,quanta auiditate recipiebatur? quo mẽtis ardore Dei verbũ nõ audiebatur? Quanto cũ tremore quãta cũ reuerentia ſermones ab ore Sacerdotis,ac ſi ab ore Dei emanarent non auſcultabant? non ſuæ recondebant menti? non ad illius regulam vitam ſuam inſtituebant? Dei voces ſunt iſtæ,aiebant,Deus eſt qui iſta pręcipit,obediendũ eſt; niſi.n.obedierimus mandatis ſuis,mortis ſnię obnoxij erimus. At noſtris temporibus

ribus dum & garrulæ anus, & fęminæ viles, & pueri & puellæ, & ruſtici & omnes promiſcuè biblia vulgata, conciones, cathechiſmos, libros ſpirituales euoluere & in manib. terere cęperunt, verbum Dei in opprobrium venit: fabulæ anilis loco, dum à prædicatorib. enarratur, habetur. Quis eſt modò qui ad comminationes contremiſcat? quis eſt qui ad promiſſa cęleſtia ſuſpiret? qui nam vel vnam ex oculis lachrymam in concione pro peccatis ſuis fundunt? Promiſcuo vſu Sacræ ſcripturæ, verbum Dei uiluit; vileſcente aũt illo, quem fructum adferre pōt? Quibus interpretationis ſermonum vel doni linguarum talentum à Deo collatum eſt, rogatos velim ne illo, in re adeò ſaluti aĩarum noxia, abutãtur. Sacra Oecumenica Synodus Tridentina non ſine grauiſſima cauſa, vſum horũ librorũ populo inhibuit. Fęminæ attendant lanæ & fuſo; mercatores ſuis contractibus; cæteri, pro ſua conditione, ſuis opificijs: non populo, ſed Sacerdoti miniſterium uerbi Dei commiſſum eſt. Non ex biblijs, non ex Concionib. traductis, ait Deus, ſed ex ore Sacerdotis requirent ſcientiam eorũ quæ ſpectant ſalutem. Cęterum non vitupero libellorum ad conſcientiæ informationẽ, ad caſuum conſcientiæ, ad orationis & meditationis vſum: hi.n. & neceſſarij & ſummopere cuiq; fideli utiles ſunt: deteſtor Bibliorum, Cōcionũ, Controuerſiarũ, dogmatum idiomate materno conuerſorũ ſine delectu à vulgo lectionem: vt.n. periculoſa, ſicut & maximè noxia, eiuſmodi lectio ſit, nulli fructus ex Concionib. & diſputationib. relati, cum tot myriadib. perditarum aĩarum pp verbi Dei abuſum, teſtantur. Quod ad alias cauſas ſterilitatis ſpiritualis attinet; quæ nam ſint, abundè intellexiſtis; quare ne quid tale nos patiamur, diligentia, magnitudine animi, & iugi memoria ſemina obducamus; Rapere ipſa diabolus pōt, ſed nos poſſum⁹ facere ne rapiantur: Areſcunt plerunq; ſemina, ſed non exuſta calore: non.n. æſtib. calefacta exaruiſſe dixit; ſed qd radicem non habebant. Quando hortus conſitus eſt ſpecioſorum florum ſemine, circumcludit̃ ſpinis & obſeratur clauibus; ne aliqs ingrediẽs vel furet̃ vel cōculcet nouellas plãtas: Sępi aures tuas ſpinis; pone ori tuo cuſtodiã, & oſtiũ obduc labijs tuis: paciſcere fędus cũ oculis tuis, cōfige timore carnes tuas; ne ſinas quẽpiam malignũ intrare. Quod ſi forte aliqua mala cogitatio obrepſerit, ſtatim ei reſiſte; alloquere tu cogitationes tuas in ingreſſu. Nō cōfundet̃ ille qui loquet̃ inimicis ſuis in porta, dicebat Dauid. Vos aũt qui ſaxeo eſtis corde, illud uobis in mentẽ reducire, ꝙ vobis cōminat̃ Deus per Iobũ, Qui nō mittet in terrã radicẽ ſuam, non ditabit̃: neq; pſeuerabit ſubſtãtia eius: nec recedet de tenebris. Ramos eius areſaciet flãma, & auferet̃ ſpiritu oris: antequã dies eius impleant̃, peribit, & manus eius areſcer. Lędet̃ quaſi vinea in primo flore botrus eius; & quaſi oliua proijciens florem ſuum. Horrẽda certè ſnĩa; Dñs eam in mentes vr̃as adamantinas imprimat; ut illius memores, malleo iſto terribili conteri & uerbum uitę ſuſcipere, atq; ex eo uirtutum germina ualeatis; ꝑſtante ſeminatore Xp̃o benedicto in ſęcula. Amẽ.

Quod

Quod autem in ſpinas cecidit, hi ſunt qui audierunt, & à ſolicitudinibus, & diuitijs, & voluptatibus vitæ, euntes ſuffocantur &c.

FASCICVLVS TERTIVS.

Qui fiat, vt Diuites verbum Dei ſuffocent, & non proferant ex eo aliquem fructum.

DVM profugus Moyſes paſceret oues Sacerdotis Madian, admiranda viſio vna dierum illius obiecta eſt oculis. Cum.n. minaſſet gregem, vt recenſet ſcriptura, ad interiora deſerti, & veniſſet ad montem Dei Horeb, apparuit ei Dominus in flamma ignis de medio rubi, & videbat quod rubus arderet & non comburebatur. Cum igitur Deus, qui ignis cõſumens eſt, recubet in ſpinis, eaſque & ſplendore illuſtret, & calore exſiccet, cur ignitum Dei eloquium in ſpinas ſi ciciderit eas nec illuſtrare, neq; calefacere, neq; fructum in eis aliquem producere põt? Verba mea, ait Deus ſunt quaſi ignis. Ignitum eloquium tuum (canit Pſaltes) vehementer, cur igitur ab exortis ſpinis ſuffocatur? qũo vi ſua non ſe exerit, & non ſuccendit, aut illuminat enaſcentes ſpinas? quomodo non ſe ſupra rubeti altitudinem attollere põt? Quid eſt quod dicit Saluator? & aliud cecidit inter ſpinas, & ſimul exortæ ſpinę ſuffocauerunt illud. Quod ſi nomine ſpinarum diuitias intelligis. An ille qui audiebat quid in ſe loqueretur Deus, Dauid Rex diues nõ fuit? An ille quoq; Iob qui furtiuè ſuſcipiebat venas ſuſurri Diuini opum maxima non abundauit copia? Dauid tñ de ſe fatebatur, Concaluit cor meũ, & in meditatione mea exardeſcet ignis. Similiter & Iob aiebat, Interiora mea efferbuerũt abſq; vlla requie. Vterq; añt Deum in ſe recubantem atq; in ſe & ſentiebat flammas excitanté, & tacitè loquenté audiebat: quid eſt igitur, ſi verbum Dei ignitum inter ſpinas diuitiarum ceciderit, ab exortis ſuffocabitur ſpinis? Quibus diuitijs affluxerint veteres illi ſanctiſſimi Patriarchæ, nemini dubium eſt. Adamo colatũ erat dominium uniuerſi orbis: Abraam & Loth adeò diuites erant, vt eos terra capere nequibat. Iſaac & Iacob, quaſnam retulerint diuitias, iſte ex Meſopotamia, ille ex Chananitide, notũ eſt: Moyſes cũ vniuerſo Iſraele oẽs theſauros Ægyptiorũ ſecum abſtulerunt: Dauid, Salomõ, Ioſias, Ioſaphat, Ezechias & alij Duces Iudæorum religioſiſſimi infinitas opes poſſidebant.

Quod ſi ad nouam legem tranſeundum eſt, Cõſtantinus, Theodoſius, Carolus Magnus, Henricus, & centum alij potentiſſimi Imperatores, Ladiſlaus

diſlaus Stephanus, Sigiſmundus, Eduardus, Ludouicus, Eliſabeth, Cunegundis, & plurimi alij Reges & Reginæ, Principes, Duces, Senatores, Ciues, mercatores, ſpinis diuitiarum circumcluſi erant, attamen Deum in ſe habitantem percipiebant: Deus in illis quieſcebat, in illis loquebatur, illos ad amorem ſui accendebat, fructus ingentes verbi ſui in eis producebat. Quare ergo ſi ignitum Dei eloquium inter ſpinoſos diuites ceciderit, ſuffocabitur? Quomodo fiet, vt diuites ſuffocent Dei verbum, & non proferant ex eo aliquem fructum? Si multi diuites ſaluantur, quomodo ſi in ſpinas ceciderit, exortæ ſpinæ ſuffocabunt illud? Si Deus ardet in rubo mentis quorundam Diuitum, qui fiet vt verbum Dei nequeat ardere? Nōdum hunc propoſitum facili negotio voſipſimet diſſoluetis, Si duo illa in diuitijs aſpexeritis, Vſum, & Amorem. Si diuitiarum quidem vſum aſpexeritis, certè verum eſt, Diuinum verbum in Diuitibus & ardere & fructificare poſſe. Non.n.in facultatibus, docet Ambroſius, crimen hr̄, ſed in his qui uti neſciunt: Nam diuitiæ, vt impedimenta ſunt improbis, ita bonis ſunt adiumenta virtutis. Qui etenim diuitiarum amore non eſt ſuccēſus, qui diuitiarum ſeruus non eſt, ſed Dominus; non ad imperium earū ſuos moderatur affectus, ſed ipſe eis ad arbitriū ſuum, rectè & moderatè ſiue liberaliter ẽt vbi opus eſt, vtitur, adiumentū ex eis maximū virtutis hr̄e poteſt. Religioſum in Deum amorem illis promouebit, dū eas ad Eccleſias ſiue erigendas ſiue exornandas diſpenſabit. Amorem ſuum in proximos, illis declarabit, ſi larga manu diſperbiet eas pauperibus: Firmabit ex eis iuſtitiæ culturam, ſi ijs adiutus audaciam & temeritatem ſceleſtorum reprimet. Multarum aliarum virtutum ex diuitijs occaſionem ſumet: Sapientiæ ſcilicet, continentiæ, protectionis pauperum, defenſionis pupillorum, continentiæ, modeſtiæ, curæ proximorum, ad quæ præclarè gerenda paupertas plurima præſtat impedimenta. Quare & Saluator noſter, dum aiebat Diuitem eſſe ſaluandum, metaphora illa vſus eſt: Facilius eſt, ait, camelum per foramen acus introire, quàm diuitem intrare in regnum cœlorum. Nec dixit, impoſſibile, ſed difficile eſt diuitem intrare in regnum cœlorum. Et demonſtrans modum quo diuites ſaluari poſſent, diuites rudenti comparauit ac ſi diceret, Non eſt impoſſibile, vt reſtis ex filis contorta per acus foramen tranſeat, ſi enim in fila diuidatur, ingredietur ſingulis ingredientibus: ſic non eſt impoſſibile diuitem per anguſtam cęlorum portam ingredi: diuitiæ ſiquidem bono non ſunt magna impedimenta, imò adiumenta virtutis. Si.n. diues diuitiarum ſuarū, quib. ligatus cęlū ingredi non valet, fila diſſoluit & diſtribuit, hoc in pauperē illud in viduam, hoc in ęgrotum, illud in pupillū, hoc in peregrinū, illud in coniectum in carcerem, hoc in Eccleſiam, illud in Xenodochiū. Si ſubuenit miſero, ſi opitulat' inopi, ſi deniq; opes ſuas ob Chriſti amorem inter egenos diſtribuit, eaſq; piè & ſanctè diſpenſat, regnū cœlorum penetrabit. Ad hunc modum diuitijs ſuis, ad ſupernam cœlorum diſcipli

Hh nam

nam & ad virtutis culmen tranſierunt Sancti illi diuites: Abraam.n.diues, hoſpitio peregrinos excipiebat; erigebat altaria Iſaac, Iacob decimas Deo ſoluebat; Moyſes cum Iſraelitis tabernaculum Deo admirandũ conſtruebat; Dauid fuerat vt oliua miſericordię fructifera in domo Dei; Salomon magnificum illud templũ Diuinæ maieſtati fabricabat; Tobias mortuos ſepeliebat. Quid Iob de ſe teſtetur audite; Si negaui quod volebant pauperibus, & oculos viduę expectare feci, ſi comedi buccellam meam ſolus, & nõ comedit pupillus ex ea, (quia ab infantia mea creuit mecum miſeratio, & de vtero matris meæ egreſſa eſt mecum) ſi deſpexerim prętereũtem, eò quod non habuerit indumentum; ſi non benedixerunt mihi latera eius, & de velleribus ouium mearum calefactus non eſt, ſi leuaui ſuper pupillum manum meam, etiam cum viderem me in porta ſuperiorem, humerus meus à iunctura ſua cadat, & brachium meum cum ſuis oſſibus cõfringatur. Alij aũt religioſiſſimi Diuites in alios pios vſus opus ſuas conuertebãt. Vel.n. Xenodochia, vel Oratoria, vel Eccleſias, in quibus perpetuò eſſent q Deũ laudibus celebrarẽt, ædificabãt, & cẽſibus maximis donabant; vel pauperes ad menſam propriam, ſibi ſubtractis ferculis, reficiebant; vel illos algentes & nudos veſtimentis operiebant; vel decumbentium ſuſcipiebant curam, vel redimebant captiuos, vel adiuuabant indigentes, vel quippiam aliud ſaluti animarum cõſentaneum ſuis opibus perficiebant; & diuitiarum copia pontem ſibi ad perennem patriam extruebant. Diuitię ſiquidem atque diuitiarum rectus & pius vſus, adiumenta ſunt virtutis.

Cęterum ſi amorẽ & abuſum ſpectes diuitiarum, impedimẽta maxima virtutis, ab Ambroſio cẽſentur eſſe. Qui ſemel cor ſuũ amore diuitiarum ſuccenderit, non eſt poſſibile vt ex verbo Dei aliquem fructum, dum eo feruet amore, referat. Succreſcẽt.n. ſolicitudines atq; voluptates. (Et vtinam hic eſſet ſtatus malorũ) ſuccreſcent & oẽs flagitiorum tribuli, qui enaſcentes ex Dei verbo plantas ſupprimẽt & ſuffocabunt. Succreſcet inprimis ſolicitudo aggregandarum diuitiarum. Cum etenim amor diuitiarũ ad inſtar ſit ignis, qui ſine lignorum congerie foueri nequeat, ſed neq; eorũ appoſitione reſtinguitur, ſed magis accenditur; fit vt eiuſmodi diuitis aĩus non conquieſcat, ſed incitetᷣ ad acquirendas diuitias; hinc modos viuendi oẽs perquiret, coacęruandi & lucrandi, occaſiones & cauſas pueſtigabit, dies noctesq; nihil aliud meditabitur niſi aurum, ſiue in vxoris ſinu quieſcet, ſiue in lecto volutabitur, ſiue menſæ aſſidebit, ſiue foris, ſiue domi quiddã operis molietur, acquirendis diuitijs inhiabit: Siue in Eccleſiam ad ſacrorum communionem accedet, non obliuiſcetur lucrorum. Sicut.n. hi qui per inſaniam mente trãſacti ſunt; non iam res ipſas, ſed phãtaſias paſſionis ſuæ vident; ita etiã mens auari ſemel cupiditatis vinculis adſtricta, ſemp aurum, ſemper argentum videt, ſemper reditus computat; gratius intuetᷣ aurum quam ſolem; ipſa eius oratio & ſupplicatio ad Deũ,

non

non niſi aurum quærit. Teſtem huius rei habetis auarum Midam, qui amore diuitiarum incenſus, ad tãtam venerat cupidinem, vt ſuis precibus à Dijs obtinere contenderet, omne illud quod manibus cõtingeret, in aurum commutari. Talis eſt amor diuitiarum. Hac autem ſpecie aurea mẽti alicuius auari impreſſa, quid ille non faciet vt ſuos cogitatus opibus impleat? Noctes ducet inſomnes, quibus operæ aliquid patrabit; horas eius diligenter, ne qua excidat forte, numerabit, & vt quãtocius illuceſcat dies Deum precabitur. Crepuſculo veniente, non primum ad Eccleſiã, ſed vel ad forum vt illic mercimonia ſua exponat, vel ad villam vt agros colat, vineas, prata, hortos, & armenta videat, properabit. Procedet poſtmodum & ad negociationes, & vaſtiſſimi maris innumerabilibus periculis ſeſe cõmittet. Latronum & prædonum inſidias nihil verebitur; vitam ſuam nihili pendet; montes altiſſimos & inacceſſas rupes, deſerta loca non niſi draconibus & ſerpentibus & cocodrilis, & beſtijs crudeliſſimis repleta accedet; mille ſubibit diſcrimina rerum, ſanguineum ſudorem ſudabit; vt vel minimum acquirat lucrum. Tellurem deinde ſolis peruiam vermibus, multiplici ſcrutabitur modo; alibi aurum, argentum, æs, electrum, alibi gẽmas pectoris digitorumq; ornamẽta, alibi ferrum, chalybem, ſulphur, ſalnitrum requiret. In intima viſcera terræ, & in latrinas fętidiſſimas; & vſq; ad manium ſedes deſcendet, oẽs eorum proſequetur fibras, vt vel minimã opum particulam reperiat. Nonne videmus ſuperexcauatos montes? non aſpeximus effoſſam pluſquam decem mille cubitis terram? Nõ miramur dehiſcere aliquando aut intremiſcere illam? Vterum illius inuiolatum ſolers auaritia temerauit. Non cõſpicimus Scyllas & Charybdes ſuperatas? Syrenes deuictas? marina monſtra conculcata? immẽſos Oceani vortices nauigijs emenſos? Solers auaritia oſſium mare tranauit. Non contuemur tot artes, mercaturas, negociationes, commercia, inuenta eſſe? Solers auaritia hæc omnia excogitauit. Non videmus homines laborib. confectos; iura gentium, & naturæ, & Dei violata, pietatem, religionem, amorem, iuſtitiam decus & honeſtatem cõculcata iacere? Solers auaritia iſta oĩa perfregit & conculcauit. Ea.n. ſolicitudo auarorum eſt, vt dum quęrant, modò in domum inferant, nihil turpe ac ſordidum defugiant, pro exiguo lucello ab infamia ẽt iter non detorqueant: cupiditate habendi, comparandarumq; diuitiarum, ac rei ampliandæ ardore ſuccenſi, pręcipiteſq; pro quæſtu, licet tenui, maxima queq; pericula adeant; cuncta vndiq; corradant, non parcant illiberalibus, non abſtineant ſordidis, nullum amicitiæ, nullum religionis, nullum honeſti, nullum deniq; famæ cultum aut reſpectũ habeant; lucro, qualecunq; illud ſit, cuncta poſtponant; vnde & a quib. minimẽ licet, & ſupra ꝙ opus eſt, & quam decet, quacunq; ratione accipiãt. Quid accipiant? tolerabilius hoc eſſet; furẽtur, depeculentur, compilent, intercipiant, auferant, extorqueant, dolo, vi, fraude, peſſimis artibus, oĩque impuritatis ac flagitij genere; Siquidem auaritiæ comites ſunt, cõni-

pilationes,furta,latrocinia,violentiæ,rapinæ,falſæ obſignationes, iniqua iudicia,fraudes, fœnerationes, mercenaria, parricidia, venena; ſacrilegia, patriæ proditiones,mortuorum exenterationes,Dei inſuper ipſius mereatus & mors acerba.Vt ſingula exemplis ſuis comprobabo.Quis Veſpaſianum illum Hieroſolymorum euerſorem ad illud indignum adegit verbum; vt è viliſſimis rebus,atque ex lotio ipſo pecuniam cogeret? Auaritia,& ſolicitudo.Quis Tiberium Imperatorem ad homicidia palã & promiſcuè perpetranda impulit? Auaritia & ſolicitudo. Quis Ptolemæũ Regem Cypriorum in ſuiipſius concitauit exitium? Auaritia & ſolicitudo. Clariora vobis hæc erunt,ſi ſingula ſuo ordine recenſuero. Nihil ſordidũ ac turpe refugere auaros, exemplo eſt factum ſordidiſſimum Veſpaſiani potentiſſimi Imperatoris. Hic,vt refert Suetonius,Vectigal ſuper lotium inſtituerat. Cum verò filius Titus dedignaretur quod è viliſſimis rebus cogere pecuniam non omitteret;iuſſit ille vt follẽ pecunia plenum à procuratoribus allatum, quem tunc ante ſe habebat,olfaceret, experireturq; quidnam oleret,ibi reſpondente Tito,grauem nullum inde odorem ſentiri;ridens dixit,Atqui hoc lotium eſt:Nam ex vrinæ vectigali hæc pecunia conflata eſt. Hoc facto quid turpius, quidue ſordidius ab aliquo excogitari poteſt? Tamen Imperator is, qui fœliciſſimam & diuitijs omnibus refertam, aureamq; ferè totam vrbem diruerat; quique maxima inde abſtulerat ſpolia:qui totius Orbis habenas moderabatur,qui vniuerſę terræ diuitias in ſuis theſauris recluſas conſeruabat,ad tãtam ab auaritia turpitudinem ſe deduci paſſus eſt,vt ex eo ꝙ hoĩes aſpicere dedignant̃ fructus & opes coaceruare, ſuamque famam perpetuò denigrare voluerit. Caligula aũt Imperator,pręter quod teſtatores,quos,vt ipſum hęredem ſcriberent cogebat,ſi ſuperuixiſſent,veneno tollebat,ſuperante cupiditate,atq; auaritia: fœminarũ mariumq; lupanar in palatio condidit,ac miſit qui per vrbem curſitantes obuios,vt fructuoſum vectigal principi redderẽt, inuitarẽt.Coacta demũ ex indigno vectigali ingenti pecunia, cum in ea ſe nudum prouolueret,auri auiditatem explere contendebat.O ingẽtem inexplebilemq; auaritiã,q̃ in tanto imperio,tm̃ Principem excæcatũ in eã vilitatem abiectionemq; deduxiſti,vt neq; dedecus ſuum,neq; Imperij ignominiã agnoſceret;cum ſe veneficum atq; lenonem præſtaret,qđ nemo ne obſcuro quidem loco ortus,q̃uis inopia preſſus,vix,quin erubeſceret, in occulto agere poſſet. Auaritia iura gentium violauit. Reuocate in memoriam Tiberiũ Cęſarẽ,qui multa homicidia auaritiæ cã patrauit. Primo occidit Gn. Lentulũ augurẽ Patritio genere,à vitę modeſtia ac virtute impẽsè laudatũ:poſteaquã is eum hæredem ſcripſerat: Venefici} Lepidã,fœminã innocentiſſimã cõdẽnauit,vt Quirino diti atq; orbo morẽ gereret,fretus ob nauatã eã operã ſe eius futurũ hęredem. Vonoſũ quoq; Parthorũ Regẽ,q ꝑ ſeditionẽ Regno pulſus,ad eũ cõfugerat, poſteaq̃ opib. ſpoliauit,quas ĩgẽtes attulerat,iteremit.Itaq; cũ Lẽtulũ,vt hr̃ditate potiret̃,occi

diſſet,

diſſet,& ſpe alterius hæreditatis,innocentem fœminam damnaſſet;ac præterea Regem ſpoliaſſet,interemiſſetque,qui ſub fide ad eum ſe receperat: cum ipſe maiore orbis terrarum parte potiretur, ſatis intelligi poteſt, q̃ ingens eius eſſet habendi cupido:nam ẽt ſi in humili fortuna natus priuatam egiſſet vitam, pudere tñ tantæ turpitudinis eum debuiſſet. Auaritia amicitiæ leges temerauit,in Septimuleio: qui cum C.Gracchi familiaris fuiſſet,caput eius abſcindere, & per vrbem palo fixum ferre ſuſtinuit, qa Opimius Conſul auro id ſe repenſurum edixerat.Sunt qui tradunt liquato plumbo eum cauam partem capitis, quo ponderoſius eſſet expleſſe. Fuerit ille ſeditioſus,bono perierit exemplo, clientis tñ ſceleſta fames in has vſq; iacentis iniurias, eſurire non debuit. Auaritia patriæ amorem à corde pepulit,in Dæmonica: quæ duci Gallorum Senonum obſidenti Epheſum mercede monilium in prædam prodidit.Auaritia in Sacra Deorum ſceleſtas extendit manus,in Conſtante Imperatore;qui ex Græcia ad Vrbem Romam profectus,oĩbus ſacris profaniſq; ſpoliatis, quinq; dieb. quibus in ea vrbe manſit,tantum ſtatuarum ac reliquorum ornamentorũ inde abſtulit,quantum antea ex magno numero oẽs Barbari,qui vrbẽ Romam diripuerant,non abſtulerant.Auaritia vſq; in ſepulturas mortuorũ protrupit,in Dario: qui Semiramidis ſepulchrũ diruere auſus eſt.Fecerat ea Regina quæ Babylonem condidiſſe dicitur,ſibi monumentum;illique hanc appendit tabulam,Quiſquis Rex pecunijs eguerit,aperto monumẽto quantum voluerit capiat:Darius potitus ea Ciuitate,titulo credens,ſaxum ingens quo claudebatur monumentum,vix amolitus; nihil quidem inuenit pecuniarum, ſed ex altero ſaxi latere hoc inſcriptum reperit; Ni vir malus eſſes,& pecunia inexplebilis,haudquaquam mortuorũ loculos moueres.Auaritia vſq; in ſecretiora ventris humani penetrauit,in exercitu Romano, Hieroſolymas Tito obſidẽte reperti ſunt qui Iudęos quos ab vrbe fames,efferat profugos,deuorata aurea moneta,vt ita eã ab hoſte incolumẽ ſeruarẽt,medios ferro diuiderẽt,vt in inteſtinis aurũ, qđ deuorauerãt inquirerent,cum puſillam horã qua ventrẽ exonerantes inter ſtercora aurum effunderent,prę nimia cupiditate ferre non poſſent:biduo.n. duo millia Iudæorum per hunc modum milites interemerunt,pluresque occidiſſent,niſi Titus graui propoſita pœna,eam rẽ interdixiſſet.Parẽ ſæuitiam immenſæ iunctam auaritiæ,exercuerunt ẽt Balduini ſecundi Hieroſolymorũ Regis milites in Turcas;quos deuicta Cęſarea in ea urbe ceperunt.In eis.n.immenſa habẽdi cupiditas pudorẽ eum vicit, qui iure in eo bello ſeruandus erat, qđ ſub religionis titulo,non habendi cupiditate Balduinus gerebat:Video vos ad tam immanem exhorrere auaritiam;ſed audite maiora. Auaritia in diuitem ipſum ipſius coniecit manus in Ptolemęo Rege Cypriorum, qui anxijs ſordibus cum magnas corraſiſſet opes, propterq; eas ſe periturum videret,ideò omni pecunia impoſita nauibus, in altum proceſſiſſet, vt naue perforata ſuo arbitrio periret, & vt hoſtes

prærda carerent,non ſuſtinuit ſolum mergere aurum & argentum, ipſe ſe cum eo demerſit.De altero quodam Auſonius reliquit:

Qui laqueum collo nectebat repperit aurum;
Theſaurique loco depoſuit laqueum .
At qui condiderat,poſtquam non repperit aurum;
Aptauit collo,quem reperit laqueum.

Audite maiora . nondum.n.hic malorum finis eſt.Auaritia in Deũ quoq; ipſum oĩum bonorum authorem nefarias tetendit manus. Noui qđ exiſti metis me velle Iudæ proditoris exemplum producere in mediũ;Illud eſt, non nego.Iſte quotidie cum Chriſto conuiuebat,infinitis nominib.Chriſto obnoxius erat atq; deuinctus;diſcipulus.n.& amicus , diſpenſator pecuniarum,miniſter chariſmatum,Apoſtolus, ſecretorum cõſcius,filius dilectus,& inſuper factura manuum eius fuerat: at quid non tẽtauit? quib. teterrimã auaritiam explere non cogitauit? Propter nummos & eos paucos,& illos argẽteos,Magiſtrum,amicum,Dñm,familiarem,Patrẽ,Creatorem,Orbis vniuerſi plaſtem,quem oĩa viſibilia & inuiſibilia venerant; cui cuncta pariter genua ſua inflectunt vẽdidit , in manus acerbiſſimorũ hoſtium prodidit,& in mortem atrociſſimam oĩumque mortium turpiſſimam tradidit. Quid non mortalia pectora cogis,Auri ſacra fames? Quibus immẽſum ardorem aquis reſtingues?Quo limite tuam continebis temeritatem ? Siccine in amicos, parentes, conſanguineos,familiares,tuas exeres manus?Siccine & ſepulturæ & ventris intima penetrabis ? Ita nec ipſe Deus tuam effugiet audaciam? Neutiquam,ait;Auaritia.n.deſideratis non extinguitur rebus,ſed augetur;Nam more ignis,cum ligna quę cõſumat acceperit,excreſcit;& vnde vr̃ ad momentum flamma reſtingui,inde paulòpoſt cernitur dilatari. Auaritię genus ferinum eſt: calumniatur, captat hęreditates,circumuenit,plurib.negotijs ſeſe inuoluit,ſeſe curis di ſcruciat,nnmerat quot adhuc ex amicis ſuperſtites ſint,& inſtar canis miſſa à Domino fruſta panis aut carnis aperto ore captantis,ſeſe efformat: vt ſicut ille quicquid excepit protinus integrũ deuorat & hiat , & properat ad ſpem futuri;ita auarus.quicquid fortuna expectanti proiecit,id ſine vlla voluptate deglutit;& ſtatim ad alterius raptum erectus & attonitus manet. Auarus Tantali inſtar eſt;vt hic apud inferos in medio aquarum gurgite ſiti excruciari fingitur,ſic ille in auaritiæ barathro perſiſtẽs, cupidine diuitiarum quibus abundat,æſtuat,& quò magis illis affluit,eò vehementiore torquetur ardore. Congerat licet quicquid oẽs poſſederunt locupletes ,tegatur auro,purpura veſtiatur, ijs opum deliciarumq; copijs redundet,vt terram marmorib.abſcondat,& non tm̃ habeat,ſed pedibus calcet diuitias;accedant illi ſtatuæ,picturæ,palatia pario lapide conſtructa, arcæ ex ebore confectæ,& quicquid ars vlla luxuriæ elaborauit;adiungant ſeruorum,adulatorum cateruæ;muſicorum chori,paraſitorũ infinitus numerus;oĩa illi q̃ voluerit obtingant, maiora ab his cupere addiſcet . Duæ.n.

illæ

llæ ſanguiſugę die noctuq; auribus inſonant, Affer affer, & nunq̃ dicunt, ſufficit. Repleat licet vniuerſa promptuaria auarus, ita vt locus facultates ipſius capere nequeat, vetera diruet oĩa & ampliora ædificabit. Deſtruã, aiet, horrea mea, nec tñ implebitur aĩa eius. Cũ aũt cæca & inexplebilis ſit habendi cupido, (vt antiqui, Plutonẽ diuitiarum Deum, cęcum depingentes innuebãt, fit vt auarus neminẽ reſpiciat, oẽs nefarijs manib. cõtrectet.

Pulcherrimã, ex D. Chryſoſtomo, antitheſim adducere non grauabor, ex qua animum auari cognoſcere & deteſtari poſſitis. Cõfert ille auarum dæmoniaco, hunc in modum; Nunquam ait, dæmoniacus veſte induitur, ſed lapidib. ſeipſum acerbiſſimè cędens, per aſpera & inuia loca à dæmone actus percurrit. Quid igitur ſi auaros peiora his aggredi atq; pati, adeò vt ludus hæc ad illa videantur, probabimus? fugietiſne hanc ægritudinẽ? Eia igitur videam⁹ vter minus laboret; nihil.n. alter ab altero differre vr; cum vterq; omni nudo turpior comperiatur. Multo.n. melius eſt nudũ eſſe omnino, nullaq; veſte contegi, q̃ rapta pecunia magnificas ſibi veſtes comparare, qui mihi veſtiri videntur, veluti qui trieriis Bacchi bacchant: Nam quemadmodum illi laruas, & veſtes inſanientium accipiunt; eodẽ hic quoq; pacto. Sicut itaq; dęmoniaci nuditatem à furore fieri videmus, ſic hos amictus ab inſania eſſe non negauerim. Itaq; nuditate illa hic amictus miſerabilior; quod idem oſtendere conabor. Quem.n. ex ipſis inſanis magis inſanire dicemus, eum ne qui ſeipſum ſolummodo cædit, an eum qui tam ſeipſum, quam quoſcunque obuiam habebit? Dæmoniaci ergo ſe ipſos denudant; auari aũt obuios oẽs dum poſſunt: Sed lacerãt illi veſtes, inquies. O quanto magis vnuſquiſque læſorum vellet laceratum ſibi potius indumentum fuiſſe, q̃ ereptam eſſe ſubſtantiam vniuerſam? Sed vulnera in faciem hominis non incutiunt; immo verò hoc quoque rapaces faciunt, paupertatem eis & inediam inferentes corrodunt. Sed non mordẽt dentibus vt dæmoniaci. Vtinam dentibus morderent, & non malis omni dente acutioribus. Dẽtes.n. ipſorum ſcutum & ſagittæ. Præterea vter magis dolet, qui ſemel dente percuſſus remedio confeſtim vſus eſt, an qui ſẽper paupertatis corroditur dentibus? Quippe inuolũtaria paupertas bellua oĩum atrociſſima, & fornace ardentior eſt. Sed non ſequuntur deſerta loca ſicut dæmoniaci. Vtinã heremũ & nõ Ciuitates popularent; vt oẽs qui vrbes inhabitant in ocio viuerent: Nunc verò hac quoque ratione intolerabiliores ſunt; quoniam quæ in deſerto illi, hæc in Ciuitatibus iſti facientes, eas deſolant: præſertim cum nullo reſiſtente, quaſi hæc in deſerto agerent, ſic aſportant vniuerſa: Sed non petunt lapidibus quoſcunque obuios: & quid hoc eſt? Multo certè facilius eſt à proiectis lapidib. cauere, q̃ literas & ſtipulationes charta & atramento in miſeriam inopum cõfectas, & mille vulnerum plenas euitare. Si conſideremus nunc qualia ſunt, quæ ſibiipſis faciunt; nudi per Ciuitatem ambulant cum nullum ſibi virtutis amiculum ſit: quod ſi ea res turpis eis non videatur, teterrimæ

Hom. 82. in Math.

hoc inſaniæ argumentũ eſt:quia turpitudinẽ ſuam nõ percipiunt:ſed corpore quidem nudi erubeſcunt;animo aũt non modo non verentur, verũ etiam iactant: Sed vultis cauſam ẽt impudentiæ exponamus? Quæ igitur cauſa eſt? Multos hmõi nuditatis habentes ſocios,quemamodũ in balneo nos;ſic alter alterum nõ verentur. Nam ſi multi amictu virtutis eſſent veſtiti,tunc turpitudo eorum maximè notaretur. Nunc verò illud maximè multis dignum eſt lachrymis,quia cum multi ſint mali,nõ pudet eos male agere. Ad alia.n.hoc quoq; in diabolo factum accedit,quia ſenſum improbitatis capere non permittitur, ſed multitudine peccantium turpitudo peccati tegitur. Si.n.contingeret in magna verè philoſophãtium multitudine auarum tunc verſari, perſpicacius nuditatem ſuam intelligerẽt: Sed ſatis iã ex his patet dæmoniacis eſſe nudiores. Quod ẽt deſerta ſequũtur loca,nemo contradicet. Lata.n.illa ſpacioſaq; via oĩ deſerto deſertior eſt. Nam etſi multi per eam proficiſcantur,tales quippe ſunt, qui rapacitatẽ amplectunt. Hæc igitur via non ſolum deſerta, ſed aſperior eſt;qđ idem patet,quia non ita lapides acuti,duræ rupes,& cacumina montium ſcandentes adeò lacerant,vt auaritia & rapina eorum aĩas qui aliena inuadũt. Quod aũt ſicut dæmoniaci apud ſepulchra verſent, immo verò ipſi ſepulchra ſint,quis non uideat? Quid.n.ſepulchrum eſt? nihil aliud certè quã lapis mortuorum corpora tegens. Quid igit? An non illis lapidib. horũ corpora miſerabiliora ſunt? Non.n.lapides ſunt cadauera tegẽtes,ſed corpora lapidib.magis inſenſibilia,mortuas aĩas tegentia. Præterea nemo errabit,illos ſepulchra appellans: ſicut & Dominus noſter Iudæos nominauit,& ſubiunxit dicens, Intrinſecus autem rapina atq; auaritia pleni ſunt: Vultis iam tandem probemus, quomodo lapidibus capita viua feriant, dic,quæſo,vnde incipiendum putas? non à futuris,præſentia ergo dicant. Quibus igitur lapidib. grauiores curæ non ſunt: quæ non capita feriunt, ſed aĩam corrodunt? Nam dum timent,ne iure è domo efferant ſua,quæ iniuria ſunt intruſa,multis varijſque turbationib. vexantur,tremunt,iraſcunt,ingemiſcunt,irritantur,modò in ſuos,modò in alienos,ita nũc mæſtitia,nunc metus,modò ira ipſos inuadit,& ceu à præcipitio in pcipitium tranſeuntes ſemper vexantur,ac dum quotidie quæſtui ſtudent, nullã aut minimam ex quæſitis capiunt voluptatem. Nam trepidãt,ne q̃ rapina collegerunt,diffluant:cumq; toto aĩo ad comedendum incumbãt, quieſcere nullo modo poſſunt. Sed quemadmodũ qui continua ſiti vexatur, etiã ſi mille fontes imbiberit, tñ quia ſatiari bibendo non põt,paruam inde percipit voluptatem: ſic iſti non modò non quieſcunt adipiſcendo, verumetiam quia nullus huius cupiditatis terminus eſt,vehementius cruciatur. Et hæc quidem ad ſolicitudinem diuitiarum quo ex amore oriũt earũ oſtẽdendã ſatis. In tanto curarum tumultu, verbũ Dei fructus aliquos putabis proferre? Succreſcentib.tot ſpinis vndiq; pungentibus,exiſtimas Dei verbi ſemen non ſuffocandũ. Suffocabitur,nullos germinabit virtutũ flores:

Primo

Primò enim ſermonem Euangelicum auarus, vt fabulam aliquam audiet. Deinde ſi aliquid ex Concione vtilitatis receperit, mox amore auri ſuccenſus omnium vel obliuiſcetur, vel omnino negliget. Euangelium iubebit illi ſuperfluum diſtribuere in pauperes; recuſabit ille concipere hoc ſemen: nullum mihi, loquetur, ſuperfluum eſt, qui omnia poſſidere cuperem; familiæ, vxori, filijs, domeſticis, conſanguineis potius quàm nullius frugi mendicis prouidendum eſt mihi. Euangelium præcipiet illi teſtata à ſuis maioribus xenodochio relinquere: at quomodo ille obſequetur, qui mortuorum ſepulturas aperire, & in viſceribus eorum, ſi quod voratine aurum, perquirere audet? Verbum Dei iubebit illi Diuinam domum exornandam eſſe: quomodo ille ornabit, qui ex ſacrario, & ex altari ipſo abripere conatur? Verbum Dei conſulet illi, Si vis perfectus eſſe, vade, vende omnia & da pauperibus. quomodo ille venderet ſua, qui Deum ipſum venundaret? quomodo ſua erogaret pauperibus, qui Deum ipſum in pauperibus deliteſcentem degluberet? Abibit iſte vt quondam alter triſtis ac mœrens; nullam ille Dei, pauperum; nullam, nullam Euangelij rationem habebit. A Plutone enim & illo cæco diuitiarum idolo obſeſſus, neminem, neq; etiam animam ſuam reſpicit. Quocirca propter amorem diuitiarum, propter ſolicitudinem nimiam acquirendi, propter aſſiduas curas, propter immenſos labores quibus diſtinetur & diſcruciatur, nullum poterit ferre fructum virtutis, nulla virtutum, ſed omnia ſcelerum germina producet. Succreſcent in eo ex diuitiarum amore omnes peccatorum tribuli, diſcordiæ, lites, bella, inſidiæ, iracundiæ, inimicitia, fallaciæ, adulatio, fraus, furtum, rapina, perfidia, ſuperbia, ambitio, inuidentia, homicidia, parricidia, crudelitas, ſæuitia, nequitia, luxuria, petulantia, impudentia, impudicitia, fornicationes, adulteria, inceſtus, & contrá naturam vtriuſque ſexus tot ſtupra atque immunditiæ, quas turpe eſt dicere; ſacrilegia, hæreſes, blaſphemiæ, periuria, oppreſſiones innocentum, calumniæ, circumuentiones, præuaricationes, falſa teſtimonia, iniqua iudicia, violentiæ, latrocinia, & quicquid talium malorum in mentem venit. Rectè enim à Paulo dictum eſt, Radix omnium malorum eſt auaritia. Quinam, quæſo te, præſenti hoc in rerum ſtatu, per ſcelera & flagitia feruntur? Illine qui moderatè & quietè viuunt; an qui nouos & iniquos excogitant acquirendi diuitias modos? Qui res omnium diripere, ſibique conſciſcere ſummo ſtudio nituntur; an qui frugalitati ſtudentes, ſuis & quidem modicis contenti ſunt? Qui ſeruorum cuneos, & aſſentatorum greges, exoletorumque examina circumducunt; an qui ſeruum vnum ſibi ſatis eſſe arbitrantur? Qui præclara ædificia conſtruunt; & magnificè inſtructas apponunt menſas; an qui parco cibo, habitaculoque, quod neceſſitati ſatis ſit, contenti, nihil amplius requirunt? Qui innumera ſoli ſulcant iugera; an qui ne glebæ quidem vnius poſſeſſionem ſibi neceſſariam exiſtimant? Qui fœnus fœnori adijciunt, omnique merca-

turæ

turæ viam, iniuſtam licet, aperiunt & mouent; an qui huiuſcemodi conuentionum & pactionum iniquitatem penitus oderunt, atque ex his quæ poſſident egentibus ſubueniunt? Illine qui clemẽtes & moderati ac manſueti ſunt; an ij qui nihil æquè ac ſummos à contribulibus honores quærunt; maximiſque calamitatibus afficiunt, ſi non ille ſibi aſſurgat, ſi non ſalutet prior, ſi non ſuppliciter inclinet: cunctaque ſeruilia obſequia præſeferat? Qui alieno imperio regi, alijſq; obtemperare meditantur; an qui poteſtates & magiſtratus auent, cunctaque dum his potiantur, & facere & tolerare ſuſtinent? Qui quod ſe ditiores omnibus arbitrentur, licere ſibi & loqui & agere omnia exiſtimant: an qui ſeipſos cum infimis & vilioribus annumerant, iſtamque immenſam potentiam vt periculoſam damnant ac fugiunt? Qui mortalis conditionis imbecillitatem vilitatemque conſiderant; an qui ne hanc quidem conſiderationem admittunt, ac ferè homines ſe præ iactantiæ ac tumoris magnitudine exiſtimare deſierunt? Qui lucris inhiant, diuitias fallaces ſequuntur, an qui mundum vniuerſum nihili pendunt? Nonne illi quidem veluti tumores corpori, ventique ſæui ac furentes mari; ita totius orbis terrarum euertendę compoſitioni exorti, eos quoque qui ſeruari poſſent, per ſuam cupidinem & improbitatem immergere, ac prorſus extinguere conantur: iſti verò, tanquam lumina clariſſima in tenebris micantia, eos qui in æſtu medio iactantur, ad ſummam inuitantes quietem & ſecuritatem, ac ſapientiæ Diuinæ faces de ſublimi quodam & longinquo pharo accenſas pręferentes, ita demum eos ad quietem ac tutiſſimum portum perducunt? Nonne per illos quidem ſeditiones, bella, pugnæ, euerſiones vrbium, in ſeruitutem abductiones, ſeruitutes, captiuitates, cædes, malaque alia innumera quæ in ſæculo fiunt, nec ea ſolum quę inferuntur ab hominibus, verum etiam quæ de cœlo ſuperueniunt omnia; puta ſiccitates, imbres, terræmotus, fames, peſtes, aliaque omnia quæ cęlitus nobis immittuntur? Pecuniam congregare auarus conabitur? eripiet habenti, omnia & humana & Diuina, & gentium & naturæ iura perfringet. Auaritiam ſuam explere contendet? nec beneficum, nec familiarem, nec amicitiæ vinculis obſtrictum, nec ſanguine ipſo ſibi adiunctum aſpiciet, ex omnibus aliquid detractum eſſe optabit. Suo ſatisfacere deſiderio molietur? Terræ intima, & Solis radijs inacceſſas abyſſos penetrabit, in ventrem cadaueris inijciet manus; nec patri, nec matri, nec cuique defuncto, licet etiam in inferno ſit, parcet. Dignitatibus fulgere volet? quos honore præeuntes conſpiciet, in illos violentas manus inijciet. Potentiam exoptabit? at plurimos vi et aſtu ſuo ſupprimet. Gloriam expetet? ſed per lubrica quæque diſtractus ſecurus eſſe deſiſtet. Sic omnium malorum origo et fons cupiditas eſt. Imperator Traianus, authore Sexto, theſauros Regum cum liene comparabat: Vt enim creſcente liene reliqui artus tabeſcunt; ſic creſcente fiſco Principis debilitantur diuitiæ plurimorum. Et quemad-

Sext' Aurelius i vita Iuliani

quemadmodum creſcente liene decreſcunt alia membra; ſic creſcente auaritia, deficiunt penitus virtutes, areſcit benignitas, liberalitas, charitas, iuſtitia, veritas, religio, & cæteræ huiuſmodi excellentes qualitates: Non immeritò quoque Saluator noſter diuitias nomine ſpinarum vocauit. Vt enim ſpinæ ſerpentum & viperarum latibula ſunt; ſic diuitię ſerpentis antiqui draconis, receptacula dici meritò poterunt; in quibus ille reſidens & latitans, quot non morſus venenatos auari animæ infiget? quæ non venena peccatorum diffundet? Stimulabit & ad ſerpentis naturam, vt in terra tantum, & circa terrena ſerpat, nec ſe ad cœlum attollat. Concitabit & viperæ affectum; vt commodi cuiuſque gratia nec materno parcat vtero; ſed in ipſius interiora prorumpat. Concitabit & draconis cupiditatem; vt diducto ore omnes promiſcuè deglutire conetur. Ad eum modum diuite inſtituto, putabis verbi Dei ſemen in magnas virtutum ſegetes aſſurgere poſſe? Qui vitam ſuam luxui & rapinæ tradidit; qui nullo non ſcelere contaminatus eſt; qui omnia ſibi licere & dicere & facere, & accipere arbitratur, ille ne continentiam & abſtinentiam, amplectetur? ille iuſtitiæ æquam bilancem ſeruabit? ille ne omnis honeſti, recti, & æqui limitibus ſeſe continebit? Quia ad naturam ſerpentis ſuos moderatur mores, ſerpentis inſtar Diuinam audiet incantationem. Furor illis ſecundum ſimilitudinem ſerpentis, ait Pſaltes, ſicut aſpidis ſurdæ, & obturantis aures ſuas, vt quæ non exaudiat vocem incantantium, & vocem venefici incantantis ſapienter. Furor illis, ait, ad inſtar ſerpentis. Vt enim ſerpens in omnes exſibilat; omnes quos reperit ſibi obuios, aſtu ſuo interficere nititur: ſic & diues auarus: vt aſpis dum ab aliquo incantatur, verba illa obaudire renuit, ſed aurem vnam terræ affigit, alteram cauda obturat; ſic & diues, verbum Dei, ne nominari quidem ſuſtinet; ſed à terra totus abſorptus, ſi verbi Dei præconem forte fortuna audierit, cauda ſeu fine vitæ ſuæ obturat aures; & talis virtutis flores germinabit? qui peius cane & angue Diuinos ſermones proſequitur odio, fructus Diuinos producet? In ſenectute forſan dogmatum ſalutis auditor erit, & tunc aliquos referet fructus? Sed auaritia cum annis creſcit; & quamuis ſenio ſubeunte corporibus vires decreſcant, habendi cupiditas tempore ipſo augetur. Et quo minus ad viuendum ſpacij ſupereſt, tantò plus ſtruendis intenta opibus timidius neceſſaria promit. In fine vitæ ſuæ forſan, & tunc cum ab hinc migrandum eſt documenta ſuſcipiet vitæ? Sed tunc maximè, ſi aliquando, auaritiæ ſiti æſtuabit. Non vidiſtis morituros omnia ad ſe pertrahere? Auaritiæ ſtimulus eſt, quo cuperent omnia ad ſe congregare poſſe. Deinde, tum ne diſcipulus erit, cum iudicandus demigrabit? Tunc ſemen ſalutis recipiet, cum fructuum rationem reddere debet? Tum germinabit virtutum plantas, cum plantas, quas ante protulit in faſciculos colligabit? Tum ſeminantem Chriſtum requiret, cum aſpiciet triturantem? Triturabit tunc

Pſal. 57.

Salua-

Saluator diuitis infœlicia gramina: Deus, iſtorum ſerpentium diuitum & furentium, conteret dentes eorum in ore ipſorum; molas leonū confringet Dominus. Ad nihilum deuenient tanquam aqua decurrens; intendunt arcum ſuum donec infirmentur. Sicut cera quæ fluit à facie ignis, auferentur: ſupercecidit ignis & non viderunt ſolem. Priuſquam intelligerent ſpinæ veſtræ rhamnum, ſicut viuentes, ſic in ira abſorbebit Deus illos. Hortenda certè, & digna vt mentibus diuitum imprimantur verba. Tunc, ait, cum vltima vitæ linea diuitibus aduenerit, dentes illos quos crudeliter in pauperes infixerant, quibus omnes momorderant, excutiet Deus; tunc molas leonum iſtorum ſæuientium & in omnes liberè bacchantium confringet: non tunc accipiet perſonam potentis; non verebitur fortitudinem diuitis; non reſpiciet ſplendorem & copiam diuitiarum; fauces inexplebiles tunc diducet & diſtrahet. Tunc rubeta illa, quæ à Deo igne conſumente, ad eos accedente, & in eis loquente, incaleſcere & ardere nolebant, igne voraci aduret; ſudores tunc igneos in mortis anguſtia exſudabunt; colliqueſcent ab igne inferni, ſicut mollis cera. Tunc ſpinoſi diuites, qui ignitum eloquium Dei ne contingere quidem ſuſtinebant, qui nullos ex eo fructus producere curabant; qui excreſcentem aliquam piam cogitationem ſolicitudinum ſpinis ſupprimebant, ac ſi eſſent viuentes, à flammanti Dei vindicta abſorbentur. O ſeueritatem; ò acerbas pœnas. Quid tunc dicetis miſeri? quæ cogitatio, quę mens tunc vobis erit? Diuitias vobiſcum auferre voletis? ſed illas vobis adhuc ſpirantibus hæredes vel diripient, vel capſis ferreis obſerabunt. Pecunias tunc iudici, vt corrumpatur, porrigetis? Muneribus ille non placatur. Eleemoſynis tunc flammas illas reſtinguere vel mitigare voletis? Aſtabunt tunc pauperes, pupilli, viduæ, & omnes à vobis oppreſſi, quorum ſanguinem quoque in torculari manuum veſtrarum extorſiſtis, & vindictam à Deo contra vos clamabunt. Adſtabit & cæcus ille diuitiarum Deus, qui vos cæcutientes ad ſuum tenebroſum & horribilem carcerem deducere conabitur: Vtinam vel hunc ſolum ex mea hodierna ſermocinatione reportaretis fructum; ſcilicet, vt periculum, quod vobis imminet, quotidie ob oculos habeatis. Quod prodeſt vobis, ſi etiam vniuerſum Orbem in veſtras includatis arcas, animæ autem veſtræ detrimentum patiamini? Detrimentum autem permaximum & illud multiplex. Detrimentum primum eſt, quod animam veſtram vilem efficitis. Auri & gemmarum fulgor oculos trahit? ſed ſi quid eſt in hoc ſplendore præcipui, auri & gemmarum eſt lux illa, non hominum; quas quidem ſi miramini, vehementer admiror. Quid eſt enim carens animæ motu, atque membrorum compage, quod animatę rationabilique naturæ pulchrum eſſe iure videri debeat? quæ tametſi artificis opera, ſuique diſtinctione, poſtremæ aliquid pulchritudinis trahunt, infra veſtram tamen excellentiam collocatæ, admirationem veſtram nullo modo commerentur. De-

tri men-

trimentum aliud patimini; quod animam veſtram omni ex cupidine diuitiarum, ſcelerum genere opertam, ſempiternis ignibus obnoxiam redditis. Qui.n. Dei miſericordis igne in pręſenti ſtatu concaleſcere nolebat, perpetuis illic exardeſcat flammis neceſſum eſt. Terra enim, vt ait Paulus, proferens non niſi ſpinas & tribulos, reproba eſt; & maledictioni proxima; cuius conſummatio, in combuſtionem. Non dixit quidem, maledicta eſt, ſed maledictioni proxima; vt innueret, diuitibus, modò velint, non eſſe deſperandū de ſalute. Qui.n. necdū in maledictionē incidit, ſed proximus eſt, & longè fieri poterit: Non dixit reproba, & combuſta, ſed cuius cibus in combuſtionem; ſi ſcilicet vſque ad finem permaneat. Proinde ſi abſcideritis, ſi igne Diuino in vobis recubante, & ad vos loquente combuſſeritis ſpinas, poteritis & fructus virtutum germinare, & mille bonis perfrui, & fieri probabiles, & benedictionis cęleſtis participes; quam nobis concedas Chriſte IESV qui es ignis conſumens benedictus in ſæcula: Amen. Hebr. 6.

DOMINICA
IN QVINQVAGESIMA.

Ecce aſcendimus Hieroſolymam, & filius hominis. Lucæ 18. cap.

FASCICVLVS PRIMVS.

De Chriſti paſſione in Carnispriuio.

QVANTVM iuſtitia Diuina ab ipſius miſericordia diſtet, qui veſtrum cuperet noſcet. duo illa, in Ægyptum, ſcilicet, & Ieroſolymecum Vrbē, Dei itinera ſuam reuocet in mentem. Dum fulgurantem iuſtitiæ conſcendiſſet currum, & ferocientibus ſeueritatis equis, morte & diabolo ipſum præeunte, ad opprimendum Pharaonē proceſſiſſet; gradientem illum vniuerſa mirata eſt Orbis machina; montes incuruabantur à pondere pedum illius, gurgites tranſibant aquarum; cuncta ſuper terram reptantia è ſuis exiliebāt cauernis; abyſſus voce horribili inſonabat; turbabantur & rubore ſangui

neo

neo perfundebantur flumina, Sol & luna perſiſtentes in alto cœlorum culmine obſtupeſcebant, dum conſpicerent eũ frementem, & furore ſuccenſum volare, & in hunc radiantes ſagittas arcu iaculari; in illum fulgurantem vibrare haſtam; alium tranſuerberare flammanti gladio; Factum
Exod. 12. eſt enim in noctis medio, recenſet Sacra hiſtoria, proceſſit Dominus in Ægyptum, & percuſſit omne primogenitum in terra Ægypti; à primogenito Pharaonis qui in ſolio eius ſedebat, vſque ad primogenitum captiuæ, quæ erat in carcere; & omne primogenitum iumentorum. Surrexitque Pharao nocte & omnes ſerui eius, cunctaque Ægyptus, & ortus eſt clamor magnus in Ægypto; neque enim erat domus in qua non iaceret mortuus. Hac inſigni Ægyptiorum ſtrage, quam furibundus nocte vna confecit, quàm ſeuerus, ſed non iniuſtus, malorum vindex ſit, teſtatũ reliquit. At dum miſericordiæ inexhauſtæ, iter humile aggreditur, dum Hieroſolymam (de illa vetuſta terrena, dicere ſuperſedeo) animæ noſtræ petit, & in hanc Diuina manu erectam vrbem intrare, in ea permanere, verbi ſui ſemina aſpergere, hanc expurgare, illuſtrare, chariſmatibus exornare diuerſis cupit, non tunc alas Cherubinorum vel Quadrigã leonibus vectam, & eam fulgurantem aſcẽdit, ſed pedes hoc laborioſum iter conficit: venit, ait Sponſa, ſaliens in montibus, tranſiliens colles, ſimilis capreæ hinnuloque ceruorum: non mortem, ſed vitam: non diabolum, ſed Angelum ante ſuam præmittit faciem; non furore, ſed amore incẽſus exultat vt gigas ad currendam viam: non ſagittas acutas vel carbones deſolatorios proijcit; ſed ignitum eloquium ſuum, ſed verba dulciora ſuper mel & fauum; ſed deſiderabiliores ſermones ſuper aurum & topazion, & lapidem precioſum multum: nõ hunc vel illum trucidat; ſed ipſe, licet optimè flagitioſi hominis conatus norit, aſcẽdit ad nos, vt occidatur & crucifigatur. Aſſumpſit IESVS duodecim diſcipulos ſuos ſecretò, & ait illis: Ecce aſcendimus Ieroſolymam, & conſummabuntur omnia quæ ſcripta ſunt per Prophetas de Filio hominis; tradetur enim Gentibus, & illudetur, & flagellabitur, & conſpuetur; & poſtquã flagellauerint occident eũ; & tertia die reſurget. Abſurdũ forſan nobis videtur, quod dixerim Chriſtum modò in Hieroſolymam animæ noſtræ aſcendere, vt de eo impleantur dicta Prophetarum; vt à nobis illudatur, vt conſpuatur, vt flagelletur, vt crucifigatur, & vt die tertia reſurgat. Dicitis forte: Quid animę noſtræ, quid populo Chriſtiano cum Hieroſolymorũ vrbe? Quæ ſimilitudo? quæ cõuenientia? Illa manibus artificum, anima noſtra plaſtis omnium Dei manibus: illa ex lignis & lapidibus; hæc autem ex immateriali ſubſtantia: illa terrena & corruptibilis; hæc ſpiritualis & ſempiterna conſtructa eſt. In illa iam ſemel Dominus crucis mortem ſubiens, vaticinia Sanctorum conſummauit; quid à nobis modò implendum eſt? Quis vnquam vidit aliquem ex nobis Iudam ad Hebręos pergentem ad diſtrahendum Chriſtum? Quis collo eius iniecit funes? quis manus ligauit? quis ad iudicem

iniquum,

iniquum, Saluatorem Deum & potentiſſimum, & nulli culpæ obnoxium conduxit? Quis verò vnquā ex noſtris in Chriſtum ſceleſtas tetendit manus, eique colaphum impingere auſus eſt? Quis ſcorpionibus tenerrimū ipſius contudit corpus? Nullus vnquam Chriſtianorum aliquid iſtorum vel fecit vel cogitauit: nullus ſpineam coronam capiti eius impreſſit: nullus ſententiam dānationis iniuſtam in eum tulit. Omnes deteſtamur Pilatum, qui iniquū tribunal conſcendit, Diris deuouemus omnes qui Chriſto dira in monte intulerunt tormenta; qui ſanctiſſimas eius manus & pedes patibulo affixerunt: qui acuta cuſpide forarunt eius latus: quomodo ergo diceret iſta Chriſtus de nobis? ecce aſcendimus Hieroſolymam, & implebuntur de me oracula Sanctorum, & Filius hominis illudetur, flagellabitur, occidetur; ſi nihil eorū cogitantes, noſipſi illuſores, carnifices, miniſtros illos tartareos execramur?

Sed pluſquam verum eſt, Chriſtum in Carniſprinio ad nos deſcendere, vt à nobis (proh dolor) crucifigatur. Ad quem autem modum, hoc iniquum & immane factum perpetretur, nunc nunc demōſtrare aggredior. Illud ante omnia recolendum eſt, quod Saluator noſter, licet ad dexterā Patris in throno gloriæ fulgentiſſimo aſſideat, & nunquam à fœlicitate illa inexplicabili recedat, diebus tamen ac noctibus, ſingulíſque temporū momentis per gratiam ſuam hinc & inde per vniuerſę Eccleſiæ terminos diſcurrit: omnibus.n. mobilibus mobilior eſt ſapientia; attingit autē vbique, propter ſuam munditiam. Et cum omnes gratiæ Deiformis participes efficere cupiat, neminem prætergreditur, ſed ad omnes ingredi feſtinat. Ego, inquit, ſto ad oſtium & pulſo; ſi quis mihi aperuerit, intrabo ad eum, & cœnabo cum eo, & ipſe mecum: Quare ſi quis illi peſſulum oſtij ſui aperuerit, ſi quis vectes ferreos pectoris ſui fregerit, æreaſque portas cordis patefecerit, ſiue per fidem, ſiue per charitatem, ingredietur ad ipſum; cum eo dulces miſcebit ſermones; cum eo manebit; illi theſauros pretioſos communicabit; & eū in ſeipſum trāsformabit. Hinc D. Paulus de fide, per quam Chriſtus habitat in nobis aiebat. Huius rei, inquit, gratia, flecto genua mea ad Patrem Domini noſtri IESV Chriſti, vt det vobis ſecundum diuitias gloriæ ſuę virtutem, corroborari per ſpiritum eius in interiori homine; Chriſtum habitare per fidem in cordibus veſtris, vt poſſitis comprehendere cum omnibus ſanctis, quæ ſit latitudo & longitudo, & ſublimitas, & profunditas; ſcire etiam ſupereminentem ſcientiæ charitatem Chriſti, vt impleamini in omnem plenitudinem Dei. De charitate autem, non tam Ioannes qui dicebat, Deus charitas eſt; & qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo: ſed Chriſtus ipſe pollicebatur; Si quis diligit me, ſermonem meum ſeruabit; & Pater meus diliget eum; & ad eum veniemus, & manſionem apud eum faciemus: De gratia verò Petrus aſſerebat, refercus gratias Deo, qui nobis per cognitionem eius, quia nos vocauit propria gloria & virtute, maxima & pretioſa promiſſa donauit; vt

Sap. 7.

Epheſ. 3.

2 Petr.

uit;vt per hoc efficiamur Diuinæ conſortes naturæ;fugientes eius,quę in mundo eſt,concupiſcentiæ corruptionem. De virtutum pulcherrimo ædificio teſtabatur Paulus; Dei agricultura eſtis, Dei ędificatio eſtis,(vides quod non temerè animam noſtram Ciuitati ſimilem eſſe dixerim.) Templum Dei eſtis, & ſpiritus Dei habitat in vobis: Si quis autem templum Dei violauerit,diſperdet illum Deus.Templum.n.Dei ſanctum eſt,quod
Rom. 8 eſtis vos.De Sacramentorũ participatione idem Apoſtolus,per illa in nobis Deum habitare oſtendit. Vos qui in baptiſmo mortui eſtis cum Chriſto,iam in carne non eſtis,ſed in ſpiritu, ſi tamen Spiritus Dei habitat in vobis. Si quis autem ſpiritum Chriſti non habet,hic non eſt eius. Si autẽ Chriſtus in vobis eſt,corpus quidem mortuum eſt,propter peccatum; ſpiritus verò viuit,propter iuſtificationem.Quod ſi ſpiritus eius qui ſuſcitauit IESVM à mortuis,habitat in vobis;qui ſuſcitauit IESVM Chriſtũ à mortuis,viuificabit,& mortalia corpora veſtra, propter inhabitantem ſpiritũ eius in vobis.Et iterum, Non accepiſtis ſpiritũ ſeruitutis iterum in timore,ſed accepiſtis ſpiritum adoptionis filiorum Dei, in quo clamamus Abba Pater. Ipſe.n.ſpiritus teſtimoniũ reddit ſpiritui noſtro, quod filii Dei ſimus.Ipſe adiuuat infirmitatem noſtram; nam quid oremus,ſicut oportet,neſcimus.Ipſe poſtulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. De pœ-
Eph. 4 & Rom. 13. nitentia idem monebat.Deponite ſecundum priſtinam conuerſationem, veterem hominem, qui corrumpitur ſecundum deſideria erroris. Renouamini autem ſpiritu mentis veſtræ & induite nouum hominem, qui ſecundum Deum creatus eſt in iuſtitia & ſanctitate veritatis. Quis autem ſit iſte nouus homo,declarat Romanis ſcribens: Induimini,ait,Dominũ IESVM Chriſtum,& carnis curam ne feceritis in deſiderijs. De Sanctiſſimo Euchariſtię Sacramento, per cuius communionem Chriſtus habitat
Ioan. 6. in nobis,ipſe Saluator dixit;Caro mea verè eſt cibus, & ſanguis meus verè eſt potus: qui manducat meam carnem & bibit meum ſanguinem, in me manet,& ego in illo:Et ſicut miſit me viuens Pater, atq; ego uiuo propter Patrem;ita qui manducat me,& ipſe viuet propter me. Euidens igitur cuique eſt, Chriſtum ad noſtri cordis domicilium declinare & in nobis ſiue per fidem,ſiue per charitatem,ſiue per gratiam, ſiue per baptiſmi & Euchariſtię,& Pœnitentiæ Sacramentum, ſiue per virtutum decorem habitare,noſque vel in Deum, vel in ſeipſum admiranda quadam metamorphoſi transformare. Quod cum ita ſit, ad quid modò ad nos ſecretò aſcendit Chriſtus, niſi vt dicta quorundam de ipſo impleantur? niſi ut à nobis illudatur & occidatur? Paulus de illis qui ſemel illuminati guſtarant donum cœleſte; & participes effecti Spiritus ſancti guſtauerant bonum Dei verbum, virtuteſque futuri ſęculi, ſed prolapſi ſunt ad flagitia, dicebat:quod eiuſmodi ſunt crucifigentes ſibimetipſis filium Dei, & cō-
Hebr. 6. temptui habentes.An hoc de noſtris Bacchanalibus dixerit,non facile negarim: imò affirmare non dubitarim: Nos ab illius lumine omnem honu nem

nem in hunc mundum venientem illuminante, illuſtrati ſumus; nos donum cęleſte, panem ſcilicet ſacratiſſimum de cęlo deſcendentem guſtauimus; nos participes ſpiritus ſancti in baptiſmo & ſacrorum cōione effecti ſumus; nos dulciora ſuper mel & fauum eloquia Diuina ex ore ipſius percepimus; nos virtutibus pulcherrimis fide, ſpe, charitate, cæteriſque alijs adornati ſumus; ad noſtri cordis domicilium Chriſtus deſcendit, an verò ad crucifigendum? noſtra Carniſprinia inſpiciamus: Chriſtus in ſua paſſione traditus (ſingula.n.ad noſtros abuſus applicata eſſe volo) erat Gentibus ad illudendū. Quid? An verò Bacchanalibus ludis non illuditur Chriſtus? Circumſpice primò Satanicum, quo induuntur nunc, veſtitum: dum alij mimorum, alij ſtultorum, alij animalium brutorum, alij quod animus horret cogitare, dęmonis ipſius horribiles ſuſcipiunt formas, dum in cornibus prealtis, oblongis caudis, pedibus ſpurciſſimis, teterrimaque larua ſuum cōſtituunt ornatum: & quo quis deformiorem, effinxit ſe, eo magis ſe exiſtimat, pulchriorem. Vide poſtmodum diuerſos dęmonum iſtorū greges, per plateas magna cōfuſione circumcurſantes; dū alij, vt equi hinniunt; alij verò, vt aſini calcitrant: alij rugiunt vt leones: alij vt dæmones ignem è tridentibus vel ex ore exſpirant: alij alia, quæ recēſere pudor eſt, indigna faciunt. Aſpice riſum incōpoſitum: ſeſſiones & greſſus magis incompoſitos: veſtem & habitum plenum turpitudine: geſtus ſtultitiam & inſipientiam præſeferentes: omnia illic riſui & ridicula; magnam profuſionem, magnam diſſolutionem, nihil maturum, nihil graue, homines inſanos exhibere. Vide & illam diaboli pompam, cymbala, tibias, tubas, fiſtulas, clamores, & cantica plena ſcurrilitatum; pueros, & viros, & fœminas promiſcuè perſtrepentes, & nihil niſi quod laſciuum occinentes. Percurre alia, quæ innumerabilia ſunt; hac turpi ſcena non illuditur Chriſto? Dicito mihi; ſi ſerij quippiam tibi agēti, occurreret ſeruus habitu morionis indutus, non illum putares tibi illudere velle? ſi geſticulationes illas ridiculas in tuo conſpectu faceret, & tibi honeſto aliquo ſtudio detento, vel tibia caneret, vel choreas duceret, vel cum ſcorto amplexus miſceret, vel hac atque illac exſiliens, diuerſas, eaſque indecoras, digitis demonſtraret figuras. Vel os ſuum in varios & turpes diſtorqueret modos, vel oris crepitu tuas perſonaret aures, non illum putares plane tibi illudere? Nos Deum noſtrum in nobis præſentem geſtamus; ſi fortè non per gratiam, quæ cum diabolica forma permanere nequit, ſaltem per fidem, ſaltē per vniuerſi communem præſentiam, qua in omnes ſeſe intimè diffudit, dęmonis habitu quo operimur, non ei illuſum eſſe cenſebimus? Greſſibus & geſtibus, non eum putabimus deriſum eſſe? Qui ſeruum cædis, ſi coram te turpe aliquid egerit, te ab illo eſſe illuſum iudicans; Chriſto in nobis deliteſcenti turpiſſimis factis deludere nos nō iudicabimus? Chriſtus ob eam rem ad nos declinauit, vt iumentorum inſipientium ex nobis deleret figuram; illudit Chriſto is qui cum in honore eſſet, non intellexit;

ſed iterum cōparatur iumentis inſipientibus & ſimilis factus eſt eis: Chriſtus ideò ad nos deſcendit, vt tetram dæmonis figuram à noſtris auelleret vultibus, vt dæmonis affectus, dicta, facinora, è nobis extirparet: illudit Chriſto is, qui Chriſto in ſe exiſtente ſibi dęmonis imponit horribilē laruam, & dæmonis horrorem, crudelitatem, immaniaq; æmulatur facta. Quid, per Deum oro, voluptatis, quid deliciarum in Satanæ reperiſtis for ma? Omnes vos ad nomen dæmonis, veſtris frontibus imprimitis crucis ſignum: nullus eſt veſtrum qui aſpectum eius exoptet: omnes exhorreſcitis ad inferni flammas: quid vos in eam deduxit amentiam, vt eius ideam veſtræ faciei ſuperponeretis? quæ veſania eius referre figuram? quę mens oblectari gehennalibus flammis? Chriſtus ideò in nos deſcendit, vt nos ad ſuam mutaret imaginem, vt nos Diuinitatis faceret eſſe participes: illudit Chriſto is, qui Chriſto in ſe exiſtente, ad iumenti vel ad dæmonis, vel hominis ſtulti ſe efformat formam; ac ſi dixiſſet Chriſto: Tua tibi ſit impreſſa imago; referas tu tuam lucem, ſanctitatem, morum modeſtiam; Oblecteris tu generoſo, honeſto, & magnifico rerum ſtatu; hominem & Deum te eſſe tu demonſtres; mihi dęmonis laruæ, Satanæ immanitas, inferni tenebræ, iumentorum inſipientium actus conuenientes ſunt. O ſtupiditatem, ò cæcitatem noſtram: Nobiſne dæmon plus quàm Deus placebit? Nos in eam venimus mentem, vt dæmonis potius quàm Dei, iumentorum magis laruis, quàm Chriſti ſpecioſiſſima forma oblectemur? Nos in eam delapſi ſumus immanitatem, vt Chriſto Deo illudamus? Omnes Herodem deteſtamur, quod Chriſto veſte candida illudere auſus eſt: milites illos deinde, qui Chriſti faciem ſindone obuelantes, verba deriſionis multa in eum proferebant, execramur: execramur & illos, qui Chriſtum veſte coccinea indutum, in loco altiori ſtatuentes coronam ſpineam eius impoſuerunt capiti, & arundine in manibus eius data, ante conſpectum ipſius geſtus hiſtrionicos exercebant, & in vnum genu procumbētes vocibus effictis, ore diſtorto, illi clamabant, Aue Rex Iudæorum: nos in Bacchanalium tempore, Chriſto in nobis manenti, non candidam, ſed ſpurcitijs plenam veſtem; non pallium purpureum, ſed diuerſicolorem habitum, veluti cuidam mimo imponimus; non ſudariolo, ſed atra dæmonis larua faciem eius obuelamus; non coronam, ſed cornua capiti eius affigimus; non arundinem, ſed calamum, illū, in cuius ſecreto Behemoth quieſcit, manibus eius tradimus, non in loco eminentiori illum ſtatuimus, ſed inter nudatos viros & fœminas in Satanę curru per forum ignominioſè circumducimus; non ei Regis acclamationem humano more accinimus, ſed inſtar vrſorum rugimus, boamus vt boues, rudimus vt aſini, vt dæmones tumultuoſis vocibus perſtrepimus; omnia quæ vel perpetrari vel concipi poſſunt in eum iactamus; tantum non in dęmonem (ò atrocitatem) commutare eum volumus: Quid his omnibus in eum tentamus? proculdubio non aliud, quam vt ei grauiſſimè illudamus. Ambroſius dum a-

buſum

buſum taxabat illorum,qui ſtibio genas ſuas depingunt, & veſte ſplendida magis quàm ſtatum deceat vanam aucupantur gloriam, dicebat, Deles picturam Dei,ſi vultum tuum materiali candore obliniſti: collum tuū catena conſtringit; pedes compedes includunt; nil refert,an corpus auro ligetur an ferro: mulier auro ornata omnium domus eſt dęmonum infernalium. Quid ſi videret magnus ille Epiſcopus facies noſtras carbonibus denigratas,quid diceret? nonne ipſam dęmonis inductā formam arbitraretur? Si ſcenico habitu indutos videret; ſi ignem ſpirantes contueretur; ſi geſtus Satanæ à nobis expreſſos aſpiceret,quorumnā latibulum noſtras animas inclamaret? Si auro ornata mulier, domus eſt omnium dæmonū infernalium,laruati Bacchanales illorum receptaculum nō erunt? Dęmonibus autem in animam introductis,quid aliud ſequitur, niſi quod Chriſtum illudendum eis tradimus? Tradetur.n. Gentibus & illudetur. Illudetur Chriſto à dæmone,dùm turpiter ab anima abſcedere cogetur. Illudetur,dum formam ipſius obliterabit,ſuamq; laruam imagini Dei ſuperinducet. Illudetur Chriſto,dum hominem à dignitate,à mētis ſtatu,ab omni honeſto auulſum ad indigna,ad turpiſſima quęque ad brutorum ſimilitudinem detrudet. Et flagellabitur: Poſtquam Chriſto impij carnifices illuſerunt,detractis ei veſtibus,nudum ſcorpionibus & flagris ceciderūt, Ne quid ad impietatem deſit, nos quoque Chriſtum à nobis illuſum linguis flagellare contendimus. Quid.n.verba obſcęna,quid laſciui cantus; quid lingua ad oēm ſoluta turpem ſermonem? niſi flagra,quibus Chriſtū i nobis effictū cędimus? Si aliquis veſtrū hoſtē habens atrocē, illius laudes corā ſe decantari audiret; & qđ magis, ſi ſuos ad eū transfert titulos, ſuumq; ei deferri honorem conſpiceret, nonne lingua canentis flagelli instar huic eſſet? Flagellū eſt Chriſto in nobis manenti,dū lingua noſtra dęmonis occinimus laudes. Flagellū eſt ei,dum quod propriū eſt ipſi,ad vile mancipium Satanę,ad ſpurciſſimū laudandū ſcortum traducimus. Flagellatur tunc Chriſtus ab eis, qui Venerē impudicam Deę cęleſtis dignā tur noīe;qui Cupidinē flagitioſum ad aſtra vſq; efferūt; qui ſua ſcorta pulchriora ſole & luna & oī creato teſtant. Flagellatur ab eis,qui turpiſſimos amores conſectātur; qui ſe tunc fęlices cū cęno libidinis immerſi fuerint, ęſtimāt;qui nō niſi qđ eis diabolus infundit,qđ abominabile eſt dictu,pleno ore pdicant. Flagellat ſeu potius lapidatur & ab ijs q aures ſuas ad audiendū iſta arrigūt. Quaſi.n.ſtercus,ait Chryſoſto. auribus vrīs immittūt hmōi colloquia,& qđ Barbarus ille minabatur, dicēs, Comedetis ſtercus veſtrum, id nunc multi non verbo, ſed reipſa in vobis faciunt; imò verò ēt multò peius atq; fędius. Nam impudici cātus multò magis q̄ ſtercora ſunt abominabiles. Quodq; ęgrius eſt ferēdū,nō ſolū nullā moleſtiā ex in de capitis audientes, verumetiā ridetis atq; lętamini;cumq; vitare iſta abominatiq; deberetis,ſuſcipitis ac laudatis. Deſcēde igitur tu quoq; in ludū ſimilē;imitare qđ laudas;habeas cū his qui hmōi cōmouent riſum ſocieta

in lib. de Virginit.

hom. 38. in Matth.

tem atq; cõmertiũ: ſed ſi in illo ipſo cõſortio coniũgi nolles, cur tm̃ hono rẽ ei tribuis? Et leges quidẽ Gẽtiliũ infames eos eſſe volũt: tu verò quaſi ad legatos, aut duces militię cũ vniuerſa ciuitate oĩbus cõuocatis effunde ris: vt vnà cũ oĩbus ſtercus ĩ aures tuas immittas, eoq; Chriſtũ lapides; & qui ſeruũ cędis, ſi corã te turpe quicq̃ protulit, qui filio id nõ permittis, q domi tuę quaſi turpitudinẽ quandã iſta fieri nõ pateris; cũ ſeruilès abiecti que hoĩes, vt hęc audias vocẽt, nõ modò moleſtè nõ fers, ſed lętaris ẽt atq; laudas & gratias agis. Et qd hac amẽtia maius vnq̃ poterit inueniri? Sed ego turpia hęc & incẽtiua libidinũ, nec dixi, nec cecini vnq̃, dicis: Et q̃nã vtilitas eſt, ſi cũ nõ dicas, libẽter audis? imò verò, vñ idipſum planũ facies ꝙ non dicas? cũ libenter hęc cũ riſu audias, & ad percipiendũ magno cur ſu cõtendas? Dic mihi, oro, cũ blaſphemantes audis, gaudes atq; exultas, aut potius perhorreſcis, aures obſtruis? Nõ dubito qn perhorreſcas. Quã-obrẽ? quia videlicet nunq̃ tu blaſphemare ſoleas: pariter ergo in turpilo-quio ẽt facito, ſi perſuadere nobis oĩno vis, nõ libẽter turpiſſima te verba proferre; tunc tibi credimus, cũ nec audire quidẽ ſuſtines. Nã quõ virtutẽ colis, qui hęc audiẽdo corrũperis? Quõ caſtimonię arduos poteris pferre labores, q riſu diffluis, & cãtu meretricio caperis? Nã ſi vix q̃ lõgè ab hmõi cantib. repoſita eſt aĩa, caſtimonię honeſtatẽ amplectit̃, quõ cõtinẽter viue re poterit, q in his viuit? An ignoratis procliuiores nos eſſe ad vitia? Cum igitur ẽt arte & ſtudio ad ea curramus, quõ fornacẽ ęterni ignis fugiem⁹? Non audiſtis Paulũ dicentẽ, Gaudete in Dño? In Dño dixit, non in diabo lo. Qñ igitur audire Paulũ poteris? qñ peccaſſe te ſenties, cũ ſemper ridi-culis iſtis verbis & ſpectaculis quaſi ebrius efficiaris? Quod.n. huc perue niſti nõ miror, imò verò & valde miror. Nã huc quaſi ſimpliciter, ac ferè ſine cã veniſti: illuc verò oĩ ſtudio, curſu, alacritate ruis: qd inde patet, qa fętidiſſimũ limũ qui in aĩas veſtras viſu & auditu infuſus fuit, inde ex pla teis vel theatris in domos vr̃as inducitis: imò verò in mentib. ipſis atque animis collocatis ac reponitis: & ea q̃ digna abominatione nõ ſunt, abijci tis; abominãda verò laudatis & amatis. Multi.n. à ſepeliendi officio redeũ tes, balneũ confeſtim intrarũt, ex plateis aũt hodiernis vel à theatris rece dẽtes, nec gemuerũt, nec lachrymã vllã effuderũt. At certè nullã immũdi tiã cadauer hẽt: peccatũ aũt ita maculat, vt nulli fontes, nulla flumina, ſed lachrymę ſolũ atque cõfeſſio mundare queãt. Sed nemo eſt q peccati ſor-des q̃ magnę ſint ſentiat: nã qm̃ non timem⁹ timenda, idcirco formidam⁹ q̃ nullã in ſe cãm formidinis habent. Quis eſt aũt ille platearũ tumultus? quis hoĩum adeò magn⁹ fremitus? Qui diabolici clamores? Alius cũ ado-leſcens ſit crinẽ nutrit, & naturã aſpectu, veſtitu, inceſſu, cæteriſque hmõi effęminando, ad tenellę imaginẽ puellæ effingere conatur: alius ecõtra cũ ſit, ſenex, nouacula pilos & pudorem oẽm abraſus, cinctus aſſiſtens, ad di cendum ac faciendum oĩa paratus eſt. Mulieres aũt populum abſque ru-bore alloquunt̃: tantaque p̃meditatione impudẽtiã addiſcunt, tãtãq; laſci

uiam

uiam in audientium atque videntium animos inſundunt, vt vno oẽs animo radicitus modeſtiam è mentibus ſuis euellere, dedecore muliebrẽm ſexum afficere, pernicioſa voluptate cupiditates ſuas implere, contendere videátur. Cuncta.n.quę illic modo fiunt turpiſſimá ſunt, verba, veſtitus, inceſſus, voces, cantus, modulationes, oculorum conuerſiones, ac motus, tibiæ, fiſtulę, & ipſa fabularum argumenta; omnia inquam turpi laſciuia plena ſunt. Dic ergo, qñ à tanta fornicationis immunda cupidine, quam tibi diabolus infudit, teipſum recipies, atq; reſipiſces? Non.n.ignoramus quot ibi fornicationes peragantur, quot adulterijs matrimonia maculentur, quot iuuenes muliebria patiantur, quot viri effęminentur, cuncta iniquitatis ſummæ, cuncta prodigiorũ, cuncta impudentię plena ſunt. Quas ob res non eà cachinnis excipere ridentes, ſed lachrymis deplorare ac dolere oporteret. Quid igitur vis, inquies, an vt ludorum oĩum locum claudamus, & tibi obtemperátes omnia euertamus? Quid euertamus dixiſti? Nonne cuncta iam euerſa ſunt? Nam vnde credis nuptiarum inſidiatores proficiſci? Nonne ab huiuſmodi ſcenis? nonne à Bacchanalibus ludis? Vnde illos qui domos ac thalamos aliorum effodiũt? Nonne ab Orcheſtra illa? An non hinc vxoribus viri moleſtiſſimi, & viris mulieres contemnendæ fiunt? Itaque his mihi vr omnia euertere, qui theatra & plateas bacchantium petit, qui tyrannicæ cupiditatis viros nimio nutrit fauore. Minimè, inquies, mulieres à viris ſuis diſſeparare, puellarum pudicitiam rapere, domos euertere; hęc omnia eorum tyrannorum ſunt, qui arcem occuparunt, & ciuitatem vi premunt. Quæ verò nos facimus, legibus approbata ſunt, & adulterijs nunq̃ hęc ſpectacula opportunitatem præbuere. Imò verò quis non adulter modò factus eſt? Nam ſi deceret nomine oẽs appellare, citò citius oſtendiſſem. Quot quaſi captiuos ſcorta inde abduxerunt? quot aut ab vxoribus abſtraxerunt, aut ad legitimum thorũ oĩno peruenire non permiſerunt? Quid igitur inquis, an cõſuetudines omnes euertemus, quibus hęc confirmata ſunt? Imò verò his Bacchanalibus ludis euerſis, non leges, non conſuetudines, ſed iniquitatẽ euertetis, ac oẽm Ciuitatis peſtem extinguetis: hinc.n.ſeditiones excitãtur, hinc tumultus, hinc maleficia oĩa prodeunt: Sumite ſaltem exemplum à Barbaris qui huiuſmodi omnium ſpectaculorum turpitudine carẽt: quam rõnem pro vobis affereris; Si qui adſcripti eſtis in cęlis, qui Angelorum atque Archangelorum ſocij ac cohęredes, qui Dei habitacula eſtis, multò peiores hac in re Barbaris ipſis inueniamini? pręſertim cum queatis multa aliũde vobis ſolatia comparare. Nam cum recreare animum volueris, poteris in tẽplis martyrum conuerſari, vnde pręcipua tibi ſuauitas tribuetur, ac ad animã eximia perueniet vtilitas; vnde ſingularem capies voluptatem: qm̃ nullus dolor, nulla męſtitia conſequetur. Habes vxorem, non cares liberis, abundas amicis, quę oĩa delectationem honeſtam, & emolumẽta nonnunq̃ ſolent prębere. Quid.n.liberis ſuauius? quid vxore caſta, moderatoq; mari-

 todul-

to dulcius? quid ad vitam commodius tranſigendam, quid ad animi ſubleuandos angores melius amico inueniri pôt? Non ergo inutiliter contendamus; nec vanas excogitemus excuſationes; cum vna nobis ſufficiat excuſatio, longè à fornace Babylonis fugere; procul ab Ægyptio ſcorto abeſſe; atq; ſi neceſſe ſit, nudos è manibus eius elabi. Sic.n. ingentes voluptates capiemus, cum ſtimulis conſcientiæ minimè pungamur. Sic neq; ipſi Chriſtum ſtercore iſto obruemus; neq; alijs occaſionem flagellãdi ipſum lingua laſciua dabimus. Pergamus ad reliqua. Et conſpuetur: Dicit Saluator de ſeipſo, qđ poſtq̃ defatigati fuerint tortores flagellando ipſum conſpuent & ſpurcitijs oris ſui illum oblinient. Sic poſtq̃ tragici Bacchi cultores, Chriſtum in ſe habitantem & deluſerint & lingua blaſphemarint, conſpuent eũ. Sed ad quem modum conſpuent? Quod intelligetur, quod Chriſtiani Saluatorem in carniſpriuio ſputis oblinant? Si gulam, ſi voracitatem aſpexeritis, facilè intelligetis quod dico. Voluit Saluator vt ipſius ideam non in animo ſolum, ſed & in corpore geſtaremus; ne corpus noſtrum inſtar porcorum oppleremus, ſed inſtar ſpecioſiſſimi floris, per abſtinentiam nutriremus: Voluit vt in externa corporis forma, ſimulachrũ mentis pulcherrimæ effulgeat. At nos quid facimus? Lautis appoſitis mẽſis, omni genere ciborum nos opplentes, tantã ſtercorum ingeramus materiam, vt è nobis, tanq̃ è ſentina quadam prorũpentes ſordes, totius corporis deturpent elegantiam; tabefaciant animam, acerbiſſimos dolores tã animæ q̃ corpori inferant, ſpecioſiſſimum florem conficiant ſenſus obtũdant, cogitationem retardent, mentem tenebris obducant; Diuinitatiſq; imaginem turpiſſimè defœdent. Quid.n. ex tanta ciborum varietate? quid ex inexplebili ventre profluat niſi ſtercus? Conſpuunt itaq; modò Chriſtum, ij qui oĩa deuorare, oĩaque ebibere in Carniſpriuio contendũt; qui cibo oppleti atq; ingurgitati mero, ructãtes, nec ea quæ vorarint in ventre, nec mentem in capite continere queunt; ſed oĩa cõmixta pariter euomunt: Conſpuunt Chriſtum ij, qui craſſa vaporum ex ebrietate confecta nebula ſimilitudinem eius in mente impreſſam obtenebrant. Conſpuunt illi Chriſtum, qui crapula & ebrietate degrauant mentem & impinguãt corpus; qui captiuam faciunt animam, & vndiq; illam oppugnant; qui ipſam impetunt, ne in rationis firmo conſiſtat iudicio; ſed in præceps feraẗ, & oĩa contra propriam operetur ſanitatẽ & ſalutem. Conſpuunt illi Chriſtum, qui miſerum ventrem nec vtris quidem conditione donant, ſed diſtendũt, & replent vſq; ad fauces ipſas; ſeque ineptos ad Deum laudandum, & ad omne bonum efficiendum reddunt. Quemadmodum ſi quis citharam aureis fidibus aptatam in manus ſumeret, & cum pulſare deberet, ſtercore atque cœno ipſam indignè deturparet; ſimiliter hi quoque faciunt, qui fauces ad orandum Deum, & ad proximo conſulendũ, ad laudes Diuinas occinendas factas, vino, cibo, & alijs corruptionibus implẽt. Quemadmodum ſi quis pulcherrimis coloribus in pariete depictã Chri-

ſti ima-

ſti imaginem, luto & ſpurcitijs quibuſq; aſpergeret; ſimiliter, imò magis hi faciunt, qui imaginẽ eius in ſuo corpore expreſſam ſputaminibus, cholera, ſtercoribus, ex nimia voracitate profluentibus, deturpant atque deſœdant. Non.n.ita curis homo conficitur, vt voracitate. Ex voracitate, capitis dolores, & auriũ tinnitus, ſtomachi ſubuerſio, diſtorſio oris, manuũ & pedũ contractio, lippitudo cęteriq; huiuſmodi fędi habitus proueniũt. Et quemadmodum acuti vepres, vndecunque capiuntur atque conſtringuntur, manus cruentant; eodem modo deliciæ, pedibus, manibus, capiti oculis, omnibus ſimiliter membris officiunt. Ex voracitate deinde nimia, pingue & obeſum corpus, oculi fluentes, mentum ad inſtar caprinæ barbæ vel perę ruſticę dependens manuum articuli inflati, venter vt timpanum quoddam diductus & tenſus, pedes velut arboris trunci efficiũtur, cęteraque corporis figura ita deturpatur, vt voracẽ vix quandoq; hoĩem, ſed in humana ſpecie brutum quoddam exiſtimes eſſe.

Proſequamur cętera: Et crucifigetur: A quibuſnã Chriſtus modò crucifigetur? A Bacchi cultoribus. O conſuetudinem, ò ſcelus. Sed quomodo crucifigetur? Nunquid clauis ferreis manus & pedes eius configent? num quid ligno prælto appẽdent? Acutioribus q̃ ferreis clauis, peccatis videlicet, aĩam eius transfigent. Transfiget aĩam ipſius ille, qui ſuum animũ ab eo diuellens, arctiſſimũ illud amoris vinculũ quo ei connexus fuerat, diſrumpet, ſeq; totum mundo & dęmoni in fauces vſque immerget. Tráſfiget animam ipſius ille, qui cor ſuũ ſagittis cupidineis ſanciabit, & igne nefandi amoris ex fornace Babylonica (Fornacem Babylonicam Bacchanalia appellare licet, Diabolus.n. nunc ciuitatẽ ſic infernalibus flammis ſuccendens, non iam vt Barbarus ille naphtham, neq; ſtupam, neque picem, ſed his multò peiora, fornicarios viſus, turpia verba, cantus flagitijs plenos, ſpectacula abominanda ſubmittit) dicam melius diabolica, cõcepto, ſe totum exuret. Transfiget animum ipſius ille, qui adulterijs & fornicationibus plenos geſtans oculos, hinc & inde diſcurrens hos & illos ad ſcelus pertrahere tentabit. Cõfigit manus ipſius ille, qui manib. ſuis ad opus bonum ſibi conceſſis, ad omne ſcelus & flagitium abutitur. Configit pedes Chriſti ille, qui ad luxum, ad choreas, ad fornicationem, ad ſtuprũ, & & alia nefanda properat. Configit Chriſtum ille, qui totus in malitiã conuerſus, humanam quoq; in beluinã transformat naturam; qui furore quodam correptus & inſanire, & tetra horrendaq; peſte ſeſe inficere, & oẽm turpitudinem, omne dedecus ſibi inurere; in oẽm libidinem ſeſe effundere; nullum nõ perpetrare facinus: oĩa pertentare, omnia temerare, Diuina contemnere, humana flocci pendere, dęmonem vt anteſignanum ſequi, nihil eius quod ad priuatam ignominiam, & ad ſummam nominis Chriſtiani turpitudinẽ attinet omittere, licere ſibi putat. Miſeros equidẽ nos, proh dolor, qui cẽm hoĩs formam exuimus, qui pudorem, modeſtiamq; à nobis effręni rabie depellimus. Miſeros nos (dicam iterum) proh dolor,

qui Chriſtum in nobis inhabitantem tantis affecimus iniurijs: Rege vel Principe aliquo in domum cuiuſquã q̃ diuertẽte, is qui hoſpitio excipit, oĩa ſumma cum prudentia, maxima cum dignitate perficit; ne quo hoſpitis oculos offendat, diligentiſſimè præcauet: nos in noſtras domos recepimus Regem Regum, & Dominum Dominãtium; quid verò in conſpectu eius nos non facimus? quibus probris & flagitijs ipſum non offendimus? Succenſemus illis qui Chriſtũ ignominioſè tractarunt, qui illuſerunt, flagellauerunt, conſpuerunt, & poſtmodum crucis ligno affixerunt; nos noſtris laruis illudimus Chriſto; ſubſannamus ei Satanicis geſtibus; ipſum flagellamus lingua diſſoluta; conſpuimus ſtercoribus ex crapula & ebrietate profluentibus: nos cõfigimus noſtris flagitijs Chriſtum, & ridemus? & lętitia atque iubilo ipſius paſſionem celebramus? non animum à ſcelere reuocabimus? non manus & pedes à flagitio retrahemus? non noſtrum ipſorum miſerebimur? non inſaniæ finem imponemus? Quid nos impedit tandem? Deliciæ & voluptates? At quæ voluptas dęmonem æmulari? quæ delicię in brutorum degenerare naturam? An conſuetudo diurno vſu inueterata? Sed ea veſtros in amentia & inſania animos obfirmat. Conſuetudo iſta vos à dignitate veſtra deturbat; veſtrũ in Saluatorem odium & ferociam excitat; vobis extremorum cauſa eſt malorum. Prętermitto tẽporanea quæ aliàs recenſenda ſunt; illa duo tm̃ ob oculos vobis ponam quę Paulus minatur: Templum Dei, inquit, ſanctum eſtis vos, & Spiritus ſanctus habitat in vobis: Si quis aũt templum Dei violauerit, diſperdet illum Deus, & aliud, Irritam quis, ait, faciens legem Moyſis, ſine miſeratione coram duobus vel tribus teſtibus morietur. Quantò putatis, peius merebitur ſupplicium, qui filium Dei conculcauerit, & ſanguinem teſtamẽti cõem exiſtimauerit, & ſpiritum gratiæ contumelia affecerit? Et qũo cõculcat, quærit Chryſoſtomus, quiſquam filium Dei? Qñ qui particeps eſt cum ipſo in myſterijs, peccatum cõmittit, nonne illum conculcat? nonne ipſum contemnit? Sicut.n. ea quæ conculcamus, nullius momenti pendimus, ſic & qui peccant, Chriſtum nullius momenti exiſtimant, & ſic peccant. Factus es opus Chriſti, & tradis teipſum diabolo & conculces Chriſtum? Et ſanguinem, inquit, cõem dixerit. Commune quid eſt? Immundũ ſiue quod nihil amplius à cęteris habet. Et ſpiritum gratię contumelia affecerit. Qui.n. beneficium non ſuſcepit, iniuria affecit benefacientem. Fecit te filium, tu autem vis fieri ſeruus: venit ad habitandum apud te, tu autem ei adducis cogitationes malignas: Chriſtus habitare voluit apud te, tu autem eum conculcas per crapulam & ebrietatem. Si ergo qui legem Moyſis tranſgreſſus fuerit, mortis ſententiam ſubit, quas mortes ſufferet ille qui filium Dei in ſe habitantem calcabit, qui eum crucifiget? Illud igitur ſemper in mente habentes, Bacchanalibus valedicamus, ne ſupplicijs voluptates vanas perſoluamus, hic & in ſempiterna ſæculorũ ſęcula. Quę à nobis auertere digneris Chriſte Ieſu, q viuis & regnas ĩ oẽ æuũ. Amen.

In ſeq. Faſciculo. Heb. 10.

Cæcus

Cæcus quidam ſedebat ſecus viam mendicans &c.

FASCICVLVS SECVNDVS.

De Bacchi Cultorum cæcitate.

EA eſt dæmonis conſueta crudelitas, vt quos ſemel captos in profundam vitiorum abyſſum deducere, vniuerſæq; Plutonis cohorti ad deludendum exponere cupit, primò intellectum eorum tenebris offundere, atque veritatis ſplendidiſſimum extinguere lumen conetur; Cum neque vitiorum teterrimam formam, neque horrendas inferni pœnas, radio veritatis illuſtratus homo, aſpicere queat. Quis.n.eſt, qui non admiretur ſplendorem pulchritudinẽque virtutis? Quis verò eſt, qui non moueatur offenſione turpitudinis? quis non oderit libidinoſam, proteruam, omnique flagitio contaminatã vitam? illud inprimis efficere Satan intendit, vt mentis eius aciem caligine obducat; vel ſi poteſt, oculos eruat, & cæca nocte inuoluat. Excæcato ſiquidem hominis animo, illum & in errores abducere, & à ſtatu rectitudinis detrahere, & in mille diſcrimina impellere, & colligare peccatorum ferreis vinclis, & in tenebroſum inferni carcerem atq; in fauces tartareos intrudere, & in deriſum acerrimis hoſtibus in manus dare facile poteſt. Non aliter facere mihi videtur Satan, quàm Philiſtæi cum Samſone. Illi enim cum fortiſſimum Samſonem nunquam deuincere poſſent, deraſo eius capite oculos ipſi eruerunt, ſicque vinctum Gazam deducentes, eum molere in carcere, & poſtmodum ludicra coram agere coegerũt. Verba hæc ſunt Sacræ Iudicum hyſtoriæ; Cum Dalida dormire fecit Sãſonem ſuper genua, & in ſinu ſuo reclinare caput, vocauit tonſorem, qui raſit ſeptem crines eius, & cępit abigere eum, & à ſe repellere; ſtatim enim ab eo fortitudo diſceſſit. Dixitque Philiſtij ſuper te Samſon. Qui de ſomno conſurgens, dixit in animo ſuo; Egrediar ſicut ante feci, & me excutiã, neſciens quod receſſiſſet ab eo Dominus. Quem cum apprehendiſſent Philiſtij, ſtatim eruerunt oculos eius, & duxerunt Gazam vinctum catenis, & clauſum in carcere molere fecerunt. Iamque capilli eius renaſci cæperant, & principes Philiſtinorum conuenerunt in vnum, vt immolarent hoſtias magnificas Dagon Deo ſuo; & epularent dicentes; Tradidit Deus aduerſarium noſtrum in manus noſtras; qui deleuit terram noſtram, & occidit plurimos. Lætanteſque per conuiuia, ſumptis iam epulis, præceperunt vt vocaretur Samſon, & ante eos luderet; qui eductus de carcere, ludebat ante eos. Ad eum modum facit Satanas cum homine. Primum luxu & mollicie torpentem, in ſinum reclinat corporeæ voluptatis; deinde

Iud 16.

cum

cum illum viderit paululum corpori indulgere, & ignauum otio & deſidia diſſolutum,& quaſi ſomno obrutum iacere;omnes ipſius animę vires depopulari,omnes ferè vnanimiter Sanctas cogitationes auferre; omnes Diuinos iſtos capillos detradere pergit. Mox vbi mentem ſancto ſpoliarit affectu,& quaſi primam homini iniecerit manum,vtroque eum orbat oculo;& illo ſcilicet,quo Diuina,& illo quo humana contueri ſolebat. Ob cæcato autem homine, ita vt nullam veritatis lucem conſpiciat, illum in ſpeluncā peccatorū profundā abducens,laborare in flagitio;& ſi in publicum produxerit eum quandoque,ſpectaculum mundo & dæmonibus exhibere conſtringit. Antequam cęcus præſentis Euangelij,careret oculorū luminibus,nō dubium eſt, quin ſplendidiſſima veritatis luce illuſtratus, & Solem iuſtitiæ Deum indefeſſa mentis acie reſpiceret,& nullatenus ab Hieroſolymorum vrbe ſanctiſſima,& à ſanctorum communione ſediuelli pateretur, & non ad inconſtantiæ Hierichontem, per vaſtiſſimam atq; incultam mundi ſolitudinem, per tot viarum pericula, per altiſſimas rupes,per vada ſaxoſa ſe deduci,& extra viam,ſiue ſecus viam omnibus incommodis ſe exponi ſineret. At amiſſis oculis in quanta non impegit mala? quæ indigna in eum non congeſſit? Primum à fulgentiſſimo ſplendore Diuino, qui omnem lucem ſuperat ipſum auertit: quo ipſo ſicut ad omnem improbitatem inſequendam nihil commodius,ita ad vitam.miſerè atque indignè traducendam nihil conuenientius inueniri poteſt: Deus.n.cum omnium bonorum fons ſit, & omnis æqui & recti norma, nullus vitam ſuam ſanctè inſtituere poterit, niſi mentem habeat caſtam & puram, ſplendore Diuino collucentem,& ſtudio immortalitatis incenſam,& robore & conſtantia Diuina confirmatam. Mente autem à Diuino ſplendore auerſa quid conſequitur,præter miſeram, & ad omnem inferni caliginem propēſam vitam? Miſeram dixi vitam. Si etenim Tobias ille Sanctus, ſummam calamitatem æſtimauit, quod oculis obfuſcatis lumen cœli videre nequiret; quātam iudicatis eſſe,dum anima tenebris circūfuſa,Solē illum,qui ſublimiori & inadſpectabili radio vniuerſum illuſtrat mundum,qui ſplēdenti calore oēs & ſupernas cęleſtes, & inferiores humanas complet mentes,videre non poterit? Ad omnem deinde inferni amplectendam caliginem illum induxit. Tale.n. Diaboli ingenium eſt, ait Chryſoſtomus,tales inſidiæ,vt eos qui nobis conſtituti ſunt fines, tranſire perſuadeat, ac ſi ad longè meliora ſimus peruenturi. Cum verò hac ſpe nos allexerit,& Diuinę gratiæ priuauerit luce,tunc non ſolùm nobis nihil amplius præſtantiuſue elargitur, (quoniam.n.pacto Diabolus optima largiretur?) ſed ne in priſtinam quidem conditionem, vbi tutè & ſecurè commoramur,reditum permittit, ſed paſſim trahit errantes, cum non habeamus vbi poſſimus conſiſtere. His fraudibus primum è paradiſo hominem expulit. Maioris namque cognitionis & gloriæ ſpe allectū, ab his quibus tranquillè fruebatur bonis,deiecit, & non modo eum Deo

hom.2.ſuper Ioan.

ſimilem,

ſimilem, vt pollicitus erat non reddidit, ſed in mortis & tenebrarum ditionem compulit. Non modò nihil amplius à ligni eſu aſſecutus eſt, ſed nec cognitionem quidem, quam prius habuerat, retinuit, cum multa ſe cogniturum ſperaret. Tum primum erubuit, cum ſe nudum abſcondit; cum antea nullo fuiſſet pudore confuſus: cum autem ſe nudum & veſtibus carentem cognouit, tunc & triſtitia & dolore contabuit. Dolore autem tabeſcentem Deus intuens, à loco deliciarum & amænitatis ad vallem miſeriæ & tenebrarum deiecit. His artibus & hunc cæcum deluſit. Animo ſiquidem ipſius à Dei lumine auerſo, cognitione quam habuerat priuauit; & nedum maiori luce non perfudit, ſed denſiſſimis errorum tenebris inuolutum, ab Hieroſolyma Diuino illuminata radio, ad Hierichontem caliginoſam, & à Sancta Ciuitate, ad cæcum carcerem pertraxit. Diuino autem ei ſplendore extincto, quid tum fecit? Animo cæci huius, errorum caligine obuelato, quid nô in eum Satanas molitus eſt? Oibus animæ pulcherrimis ornamentis, gratia, veritate, iuſtitiæ cultu, virtutum cãdore ſpoliauit, & in pauperiem extremam denudatum adegit; ita vt ſtipem quærere cogeretur. Deinde expilatum, in tantum ſordibus vitiorum oblinuit, vt in eo tantum externa ſpecies hominis, omni ſpurcitie cõtaminata cerneretur. Cum.n. ipſum ſecus lutulentam inferni viam, qua ſpacioſum iter plurimi præcipites faciunt, locaſſet; nullus tranſeuntium dæmonum erat, qui aliquid ſordis in hunc miſerè conſtitutum cæcum non iactaſſet; quiſque Satanę equorum & aurigarum, aliquam ei maculam illinire curabat. Quærunt plurimi, quid in cauſa eſt, quamobrem ea terrarum regio, quæ ad Aquilonem ſpectat, quæque craſſa nubium caligine operta iacet, nec vnquam clariſſimum Solis excipit radium, nullas germinat fruges? Quid verò eſt, quod ea quæ Auſtrum reſpicit, & Solis fulgore illuminatur, tam multa odorifera, cinnamomum, balſamum, & cætera id genus aromata, & frumenta abundiſſimè profert? Nimirum ob eam cauſam, quod Sol in illis terræ climatibus nullos; in iſtis verò maximos exerens radios, ſuas explicat vires quàm latiſſimè; quibus terra ingrauidata, varios & admirabiles parit fructus. Illa autem pars terræ, quæ à Solis lumine ſemota, Tenebroſis nebulis inuoluta eſt, vel nullos, vel ſi aliquos generat, non niſi ſpinas, tribulos, lolium, vrticas, cicutam & ſi quid ſerpentum latibulum eſt, producere ſolet. Sic non alia cauſa eſt, propter quã alij mortales pulcherrima virtutum germina, proferant; alij verò non niſi ſcelerum ſentes & tribulos; quia illi aperto oculo Diuini ſolis excipiunt radium; hi autem tenebris inferni obductum habentes intellectum, ſeſe à ſuperna luce auerterunt, atque tetra errorum nube ſe inuoluerunt. Omnes.n. qui Diuina luce carent, quò magis à Satana concitantur, eò uehementius temeritate & amentia correpti, funeſtiora flagitia in ſuum exitium machinantur; nihil quod cum honeſtate, ad animi immortalis atq; quodammodo Diuini refertur ſtatum, ſed quod cum turpitudine, leuitate, ignominia coniunctũ

eſt,

eſt,& meditantur & perficiunt. Pudore & verecundia pulſa, ſtudio Diuinæ veritatis omiſſo, omnia libidine, audacia, fraude, iniuria, & petulantia fieri procurant; cupiditate infinita incenſi, non vllis voluptatibus explentur; imo quo plura vndique hauſerint oblectamenta, eò magis ſitienter ea appetunt, atque ad illa fruenda furentius incitantur; Inſatiabili habendi auiditate commoti, omne ſtudium honeſtatis, & rectitudinis, & iuſtitiæ reſtinguunt, fidem abnegant, exuunt humanitatem, ſocietatem, & amicitiam fraude atque violentia diſſipant: nullam Dei quoque rationem habent, ſed vt ſuam rem augeant, ſibi cogitandum exiſtimant; Omnia alia cæca temeritate & præſumptione perpetrantes, ſe in profundum barathri abducendos Satanæ tradunt. Quos vbi Satanas hiſce grauiſſimis ſauciarit malis, in publicum quandoque aliorum conſpectum pertrahit ad illudendum; vt ſcilicet, non ſolùm dæmonibus inferni, quorum malitia homo excæcatus eſt; ſed & vniuerſo mundo ſpectaculum de ſe faciant, omneſque & homines, & ſpiritus immortales, ſiue illi ſupercęleſtes, ſiue ſub terranei ludicra eorum facinora aſpiciant & vel deplorent, vel cachinnis derideant. Non diſpari arte & noſtros Bacchi cultores præſentes, & Samſonem deluſit. Vt verum vobis dicam omnibus qui væſano huic cultui dediti eſtis. Amore Dalidæ iſtius quam vobiſcum geſtatis; carnis inquam nimio amore capti fuiſtis? In ipſius curam omnes veſtros conuertiſtis cogitatus; ipſius voluptates oblectamenta, & delicias exquirere, nihil concupitum ei denegare inſtituiſtis; animam verò veſtram in ipſius repoſuiſtis ſinum, luxu & libidine diſſoluti deſides in eius genubus iacuiſtis. Quid vobis Philiſtæi infernales effecerunt? Quam vobis ingeſſerunt contumeliam? A braſis capillis Sanctarum cogitationum (nam vt aiebat Cicero, voluptates blandiſſimæ dominæ, maiores animi partes à virtute detorquēt. Seneca autem aſſeuerabat, nullum hoſtem tam contumelioſum in quenquam eſſe, quàm voluptatem) oculo vtroque orbarunt & cęcos effecerūt. Sed quomodo inquies, vos vtroque orbarunt oculo? quomodo cęcos eſſecerunt? Nonne oculos in noſtro capite, aies habemus? Nonne lucem Solis, parietes iſtos, cathedram iſtam contuemur? Nonne omnia, quæ antea quoque aſpicimus? Vtinam ea omnia quæ Diuina luce colluſtrati ante cōſpexiſtis, modo videre poſſitis; vtinam & eos quos ante oculos nunc quoque habeatis. Olim gratiæ ſplendore illuminati ad exemplar vitæ Chriſtianæ Saluatorem noſtrum, ad hāc totius pulchritudinis ſpiritualis ideā, Chriſtum crucifixum, oculos attollebatis veſtros; vt ad inſtar eius veſtrā inſtitueretis vitam. Dextro iſto oculo nunc orbati eſtis: Vobis nunc Eccleſia Saluatorem crucifixum ob oculos ponit, vt ad ipſum aſpicientes vos ad imitationem ipſius componatis. Facit Eccleſia ad inſtar matris, quæ ſi videat filios poſt mortem patris ſui, paternarum virtutum quibus ille ſibi gloriam & opes pepererat obliuiſci, & ſe totos libidini & flagitijs dedere; imaginem demortui patris illis oſtendit depictam, mox præclara

ipſius

ipſius dicta & facinora in mentem reuocans alloquitur ſingulos: Videte
ò chariſſimæ proles dulciſſimi parentis pulcherrimam hanc faciem. Eam
ille non fucis, ſed candore ſplendentem virtutis orbi prætulit. Aſpicite ſi-
gna à proauis accepta; à virtute eorum ille, & animi Diuina quadam mo-
deratione nunquam receſſit. Erigite & vos ad imitationem paternam ani
mos, & quicquid ſordium vos detinuit hactenus abijcite. Patris inſignia
ſuſcepiſtis, & virtutes quoq; ſuſcipiatis conſentaneum eſt: Succeditis in
nobilitate, curate vt morũ ſimili modo ſucceſſores ſitis. Nobilitas ſanctis
veſtita morib⁹, laudi dat; nihil nobile ꝙ vitioſum. Ille clarus, ille ſublimis,
ille nobilitatis paternæ poſſeſſor, qui virtutis paternę poſſeſſor eſt. Æmula
mini ergo Patris geſta; his enim ille ſempiternam ſibi laudem apud om-
nes comparauit: propter hęc ille & immortale nomen ſuum, & ampliſſi-
mas facultates, & ornamenta familiæ noſtrę memoranda poſteritati reli-
quit. Ad eum modum Eccleſia facit. Conſpexit nos, plus æquo Dalidã &
carnis voluptates adamaſſe; Vidit nos à virtute & nobilitate Chriſti Pa-
tris noſtri degenerantes, ad omnem turpitudinem, & luxũ proruiſſe; nul
lam rationem noſtræ nobilitatis habentes libidine & amentia nos defœ-
daſſe. Et quia nulla vi & arte à propoſito ſcelere nos cohibere poſſe arbi-
trata eſt; Patris amantiſſimi figuram hodie propoſuit, Diuinaque illius in
paſſione facta, ludibria, flagella, ſpineam coronam, crucem, clauos, lanceã,
mortem & reſurrectionem recenſens nos alloquitur: Aſpicite, ò dulciſſi-
ma pignora, patris & Dei veſtri in cruce expreſſam imaginem; ad cuius
normam vos effingere & ſpopondiſtis & debuiſtis. Suſtinebitis ne Pa-
ternam virtutem tantis denigrari flagitijs? Claro & illuſtri genere orti e-
ſtis, & ſi vultis genus veſtrum à ſtirpe repetere, Deum ipſum in cruce pen
dentẽ reperietis, qui virtute, conſilio, prudentia, ardẽtiſſimo amore tot tã
toſq; cruciatus in ſuo corpore pro veſtra ſalute perferens, eã ob cauſam à
morte ad immortalitatẽ ſurrexit, & ſummis honorib. atq; ornamentis illu
ſtratus, ad fęliciſſimũ Regnum deductus, in Throno ſuperbeatiſſimo cõ-
ſcedit. Verũ eſt qđ illius laudes labore & vigilantia ſuperare non poteſtis;
illius tñ uos cura teneat; qđ facile efficietis, decori eius ne deſitis; ne infa-
miæ turpitudine; ne labe aſperſi peccati ab eo degeneretis. Acerbos ille
ſuſtinuit cruciatus, quid vobis cũ delicijs? Continentia & abſtinentia pul
cherrimum ille effecit corpus? quid vobis cũ crapula, ebrietate & luxuria?
Grauitate & modeſtia ſe ille admirandũ oĩbus pſtitit. Veſtris ludicris vos
metipſos in abiectorũ ſortẽ reponetis? Mortẽ ille atrociſſimã pro peccatis
ſubijt veſtris, vos oĩ ſcelere contaminabitis aĩas veſtras? Deponite vęſanũ
hunc furorem; Paternæ crucis memoria in vobis hęreat. Hæc imago virtu
tis vos à veſtra coerceat inſania. Non delicias, non voluptates fluxas, non
flagitioſas vanitates exquirite; ſed omnes curas & cogitationes veſtras ad
gloriam & honeſtatem conferte. At nos quid ad iſta? Neque adhortatio-
nem audire matris, neq; videre imaginẽ patris ſuſtinemus. Dextro oculo

orbati,

orbati,& cæcis inuoluti tenebris, ad profana, nefanda,& quæ ét illicitũ eſt vel cogitare perpetranda,ad imaginem Chriſti è nobis penitus contaminandam properamus. Et non tantum contaminandam;ſed quaſi obliterandam,& abolendam. Quotuſquiſque modo eſt qui pęnitudine peccati motus, paſſionis Chriſti partem in ſe perſentiat? Omnes ad riſum, ad cachinnos,ad ſtultam atque inſanientem lætitiam conuerſi ſunt? Quãti ſunt,qui flagella Chriſti in manibus ſumentes,ſuum flagris comprimũt laſciuiens corpus? Omnes,ad vnum forte, habenas carni luxurianti ſoluerunt. Quanti reperiuntur,qui mortem Saluatoris meditentur,ſeque ipſos cruci ſuæ cõfigant,mortificationem Chriſti in ſuo corpore geſtantes? Nulli poſſem dicere, omnes ad indigna, turpia, fornicationes,inceſtus,adulteria,ſtupra,& id genus carnis facinora prolapſi ſunt. Quot inuenias, qui in via qua Chriſtus tranſibat,conſideant;per veſtigia Chriſti contemplentur & imitari contendant? Omnes & pueri,& puellæ,& adoleſcẽtes, virgines,coniugio mancipati,ad vſque ſenes decrepiti ſecus viam per plateas Ciuitatis, vt cæci adſtantes ſtipem miſerandam peccati à prætergredientibus ad inferno dæmonum,laruis mendicant. Eccleſia vociferatur, ecce aſcendimus Hieroſolymam cœleſtem;nobis,aiunt,ad inferna decurrendum eſt;vadat Hieroſolymã Chriſtus cũ ſuis diſcipulis. Eccleſia oſtẽdit crucifixi imaginem, quod ille crucis mortem ſubijt, vt nos à delictis emundaret: quid nobis,aiunt,cum cruce?quid cum morte? quid cum delictis? delicta accumulanda ſunt nobis. O cœlum, ò terra,ò inſenſibiles parietes,hanc cęcitatem noſtram deplorate: Vos ne Chriſtianos appellabo? Chriſti crucifixi vos eſtis filij? Non potius Bacchi aut cuiuſdam Dæmonis æmulatores eſtis? Hæccine ſunt facta Chriſtianorum? Hæc ne filiorum Chriſti, Chriſti virtutis imitatio? O cęcitatem,ò ingratitudinem noſtram: Mater noſtra maiori ſtudio quàm poteſt,vos à vitio dehortatur,& vos maiori cura vitia amplectemini? Eccleſia omni diligentia ad continẽtiam,modeſtiam,grauitatem,vos admonet;& vos totis conatibus ad diſſolutionem,ad turpitudinem,ad laſciuiam, ad nefas ruetis? Eccleſia vobis ideam Diuinarum virtutum ob oculos ponit, vos ab ea oculos auertetis? vos magis Satanę,laruas horribiles aſpicietis? non vos ad ſanctitatẽ, ad honeſtatem componetis? pudeat vos ſi non propter Eccleſiam, ſaltem propter nomen Chriſtianum,quo inſigniti eſtis. Aperite oculos veſtros à dæmone obuelatos,& videte Patrem veſtrum; an ille talia vnquam commiſit? an non potius pro iſtis cruci affixus eſt? Chriſtiani nomen ille fruſtrà ſortitur,qui Chriſtum minimè imitatur. Mendacium eſt Chriſtianũ ſe dicere,& opera Chriſti crucifixi non facere. Cęci ſunt igitur Bacchi cultores, quia Chriſti imaginem ab Eccleſia demonſtratam non vident. Cęci ſunt adhuc Bacchi cultores, quia ſiniſtro orbati oculo ſuam turpitudinem non aſpiciunt. Fingamus modò aliquem Principem maximum, olim forma venerandum, externaque corporis ſpecie pulcherrimum; ani-

mi

mi verò dotibus ita ornatum, vt ſubditorum omnium ad ſe alliciat animos; externos autem ad ſui admirationem & cultum commoueat. Is aliquo præſtigio deluſus, ſponte ſua è ſolio aureo deſcendens, diadema fulgidum de ſuo deponat capite, ſceptrum regale in terram deijciat, ſe veſtibus precioſis exſpoliet annulos aureos ex ſuis detrahat digitis; & loco omnium iſtorum ſacco ſpurciſſimo ſe induat, galerum ſtramineum ſuo imponat capiti, cornua deinde cimbalis appenſis ſuæ adaptet fronti, faciẽ verò carbone nigro depingat, fune præcingat lumbos; pedibus poſtmodũ nudis foueam lutulentam ingreſſus, limum qui in ea eſt trituret, ſeque à planta pedis vſque ad verticem luto & ſtercoribus conſpergat. Abinde regreſſus, per vias publicas, magna puerorum poſt ſe vociferantium & lapides iactantium ſtipatus caterua incedat, & hinc ſubſiſtens choreas ducat, ſeſe in circulum modò voluat, modò autem contorto corpore ſuper caput ſtare, vel ambulare ſuper manus conetur; illinc autem recedens ore extorto, riſum omnibus moueat, omnibuſque ſe in ludibrium exponat; nunc tibiam aut lyram pulſans, ad ſonum illius ſaltet, cęlumque capite cõtingere cupiat; aliàs ad populi tumultum omnibus impudenter poſteriora oſtendat; ore crepitante poſticum imitetur, modò brutis animantibus voce, inceſſu, geſticulatione, moribus ſe ſimillimum reddat; alia demum innumera, maieſtate & dignitate ſua indigniſſima turpiter efficiat; hunc Principem non cæcum omnes iudicáretis? non eum iudicio rationis priuatum, ſtultum, inſanum, indignum qui hominis cenſeatur nomine, vno ore pronunciaretis? Certè & rectè. Cum.n. natura, fortunæ viribus adiuta, illum ad decus & gloriam ſuam conſeruandam incitet, amens iure ac merito vocabitur, qui mente de ſtatu ſuo detruſa, & cupiditatis vinculis impedita, contra naturam dedecori & ignominiæ ſe totum tradidit. Conuertite modò oculos ad Bacchi cultores. Non eorum formam vobis expreſſi? nonne in omnibus Principem hunc amentem imitantur? Natura ad honeſtatem & decus inſtituti ſumus: Plaſmator oĩum Deus nos à terra leuauit, & in pedes erectos brutorum affectibus imperare, cœleſtia intueri, ad ſuperiorum ſpirituum pulchritudinem in nobis exprimendam aſpirare præcepit; cœleſtium corporum in noſtris corporibus æmulandũ candorem & venuſtatem hortatus eſt. At cultores Bacchi quid faciunt? quo dedecore hominis præſtantiam non contaminarunt? quam turpitudinem in ſe non congeſſerunt? quantum à dignitatis amplitudine ſe nõ deiecerunt? Hominiſne honeſtatem decet, multicolorem ſtultorum induere veſtem? Non bouis eſt cornua geſtare? non aſini aures exporrectas habere? non animalis bruti eſt fune ligari? non porci cuiuſdam ſe cœno aſpergere & ſtercorum delectari ſpurcitie? nonne canum eſt latrare? nõne irrationalium beluarum eſt laſciuire; pudoreque omni reiecto turpitudinem omnibus demonſtrare? Decetne hominis dignitatem, quam Angeli ipſi ſuſpiciunt & venerantur, ad beluarum deſciſcere conſuetudinẽ?

Con-

Congruumne eſt homini cœleſtium ſpectatori & incolæ, ridiculum ſeſe omnibus exhibere, & greges ſtultorum poſt ſe trahere? Si quis hominem aliquem nomine bruti ſiue etiam abiecti cuiuſdam, aut ſuem, aut aſinum, vel aurigam aut ſaltatorem, vel mimum aut ſcurram vocaret, nonne contumeliç id duceret, eamque pro viribus propulſaret? Cuius autem præter iſtorum imitantur geſtus? Quem præter iſtos referre cupiunt Bacchanales? Nonne igitur cæcitate & amentia omnes correpti ſunt? Circumſpicite poſtea omnes qui cæcorum tumultuoſam conficiunt turbam, Videte primò gulæ & voracitati deditos, crapula & ebrietate inſanientes; ſcortatores laſciuos, aduertite & ſpectatores ſpectaculorum; an illi cæci ſint necne, manibus palpate. Quid magis inſani hominis eſt, quam ſeipſum manibus ſuis conficere? Quid magis cæca temeritate furentis eſt, quam propriam deturpare formam? Quid verò hi omnes his temporibus aliud agunt? Conſpice illos qui modò ventri ſeruiunt, qui quicquid auium volitat, quicquid ferarum diſcurrit, quicquid terra & mari profertur deuorare volunt; hominiſne an bruti referunt figuram? Hominem tu illum putabis, cuius abdomen prodigiosè diſtenditur; cuius labra tumeſcunt, fluunt malæ; oculi offuſcantur, aſpectus hebeſcit, eoque tandem deformitatis ex adipe & aruina in corpus redundante, redigitur, vt monſtrum te hominis intueri exiſtimes? Hominem tu iſtum iudicabis, qui ex redundantia cruditatum, viribus effractis, acie mentis obtuſa, languore contracto animi, deſidia, ignauia ſtupidus, torpeſcit? qui ſagina grauatus, non ſolùm virtutis imperium minimè ſequi poteſt, ſed mentis altitudine depreſſa, totum ſe ad ſtudium impuriſſimę cupiditatis applicat? Hominem tu illum cenſes eſſe, qui ructus fœtidiſſimos ab imo ventre eijcit? qui nauſeabundus vel oſcitat, vel voratos cibos vomit, vel ſomnolentia obrutus morbos innumerabiles corpori adfert; vel vt Æthneus mons dapibus inflammatus ardore peſſimè olente æſtuat? qui mole ſua grauiſſimè laborans, neque mancus ſolum, aut claudus, ſed membris omnibus captus, vitæ ſpatium ſibi adimit? Non homo ille eſt, ſed beſtia, qui ventri ſeruit. Conſpice deinde temulentam illam turbam, & diligentius intuere, an homines illi vel beluæ ſint. Quid enim ille qui mero ingurgitatus incertos habet oculos, gradum errantem, vertiginem capitis, qui tres pro duobus numerat, cui tecta ipſa mobilia, velut turbine circumagi, ac totæ domus videntur: in quo ratio vino obruta iacet; qui nullum vitæ gerendæ, nullum honeſti cõſilium ſequitur; qui omnia temerè pertentat. Qui omnes æquales ſibi iudicans, illos ad ſingulare vel poculorum, vel doctrinæ, vel armorum certamen euocat; qui neminem veretur, omnes deſpicit, omnes calcare cupit, qui quod ei in buccam rectum vel prauum venerit, effutit; iſte talis & tãtum vino madidus hominis dignitatem retinebit? non beluæ cuiuſdam nomine vocandus eſt? Ille qui efferueſcente mero, per vicos diſcurrens modò in illum modò in alterum canalem cadit, & ſtercoribus opertus vel

ibidem

ibidẽ quaſi in mollibus plumis quieſcit, vel illinc conſpurcatus recedens, faciem cœno deliniitam, veſtes coloribus illis plateарũ depictas oſtendens, & ſpurcitijs nares, & aures vlulatu replens, inſania raptatur: qui in mille diſcrimina ſe conijcit; qui ſomno, ac morte quadam affectus, vt ſepultus in ſordibus decumbit; qui poſtero die facie pallida, vt mortuum cadauer, manibus & pedib. tremulis, habitu fœtido, dolores capitis & inexplicabiles cruciatus ſtomachi ſuſtinet; qui vinum omne vomitu reijcit: qui æquè niuem arrodit, ſolatium ſtomachi æſtuantis; qui nullos cibos, ne dicam ſumere, ſed nec aſpicere põt; qui lectulo ac ſi grauiſſimo correptus morbo detinetur, iſte talis & tanto repletus vino, hominis appellatione dignus erit? Sed nec belluæ quidem, nullum.n. brutum vltra naturæ ſuæ menſurã vnq̃ bibit. Quid verò illi qui amoris ſagittis amaris transfixi ſunt? Nõne & iſti dignitatis ſuę obliti, belluinos ſequuntur & effrenes motus? Nõne belluinum eſt, inſtar tauri poſt vaccam laſciuientis, poſt vnum deperire ſcortum? Ponite nunc ante oculos aliquem libidine incenſum, perpendite ipſius ſingula facta, quod quietem nullam capere poſſit, ſed furijs agitatus, ſiue domi ſiue foris maneat, iactetur, ſtimuletᷣ & in amoris verſetur rota; neque cibũ capiat, ſed domo exiliens circumeat plateas, vt forte adamatum alicubi reperiat, qua inuenta totus in pallorem conuerſus, trementib. præ furore ſingulis membris, illi omnem impẽdat cultũ, hac atq; illac vbi illa conſtiterit, tranſiens; id ſolum amoris p̃mium expectat, vt vel ſaltem oculum in eum defigat, aſſurgit p̃tereunti, comitatᷣ redeuntem, arridet ridenti, ad omnem ſe efformat illius nutum, noctes poſtmodum ducit inſomnes, ſiue ningat, ſiue pluat, ſiue fulminet cœlum, ſub dio cantilenas occinit, ſi vel vnam ab ea epiſtolam receperit, ac Diuinum beneficium admiratur, quicquid illa p̃cipit aut innuit, obſequitur; nihil eorum omittit, q̃ amorem illius concilient, ipſam idoli noĩe, vel ẽt Deæ terrenę titulis appellans veneratᷣ, indigniſſima quæq; ob amorem illius ſuſtinet, vitam ẽt ipſam ponere gratia iſtius paratus eſt. Iſtum non in bruti degeneraſſe naturã vos oẽs cenſebitis? Non cęcum, nõ obuelatum craſſiſſimis tenebris hunc iudicabitis? Tales ſunt oẽs Bacchi cultores, qui vel amore inſaniunt, vel luxuriæ habenas laxarunt, vel vorare omnia & oĩa exhaurire dolia deſtinarũt, vel ẽt qui ludicris geſtib. & veſtitu, ſpectaculũ vniuerſo mũdo & dæmonib. ipſis ſui faciunt. Cęci ſunt oẽs iſti, quia neq; dignitatẽ ſuã, neq; turpitudinẽ quã ſibi inuruunt, neq; dãna corporis & aĩę quę ſubeunt, neq; ludibriũ qđ de ſe dæmoni p̃bent, cõſiderãt. Quid indignius, q̃ hoĩem non longè inferiorem Angelis, ad brutorum trãſire affectus? Quid turpius q̃ formam ſpecioſiſſimam corporis ſiue carbone, ſiue luxuria deturpare? Quid calamitoſius, q̃ breui ſenſuum, non oblectamento, ſed amẽtia, omne dedecus & miſeriam comparare? O ſtultitiam, ò cęcitatem noſtrã. Itane vr̃i omnem amiſiſtis curã? Nullamne vr̃i rationem habebitis? Satan ſuis artib. vos occæcauit, vos in tantam inſaniam perduxit, vt non

KK homi-

homines,ſed mõſtra quædam furentia videamini: Vos extra rectitudinis & honeſtatis viam detraxit, & ſecus latum inferni iter locauit: vos qĩ genere ſordium conſpurcauit,& nulla vos veſtri pietas mouebit? nõ aperietis oculos veſtros? nõ dignitatem veſtram,non ſpurcitiem,qua vos aſperſit Satan,non imaginem Chriſti q̃ vobis oſtendit Eccleſia,aſpicietis ? nõ craſſam errorum caliginem à veſtris diſpelletis oculis? nõ in viam ſalutis, honeſtatis,grauitatis,modeſtię,& ſanctitatis poſt Chriſtum,relicta dęmonis ſemita,recurretis? Quod ſi hæc forte difficilia vobis apparent;reuocate quàm grauia,quàm atrocia pp inueteratam Bacchi culturam patimini: Nulla eſt vel modica voluptas,quam maximo labore & dolore, & ſalutis tum corporeæ,tum ſpiritualis diſpendio,non ematis. Nullæ ſunt deliciæ, quas non ſummæ conſequant̃ pœnę: Nulli ſunt Bacchanalium luſus, qui bus vniuerſo orbi,& Angelis,& beatis mentibus,luctum,dæmonib. verò riſum,vobis aũt parata ſupplicia non excutiatis. Siue te in diuerſas cõmutes formas,ſiue oĩa bibere & vorare contendas,ſiue luxuriæ te dedas,ſiue oĩa iſta cõſpicias,veniet tempus dum vos Samſones,qui eſtis potentes & cæci ad faciendã iniquitatem,poſtquam ſatis luſeritis,has duas, iudicij.ſ. & mortis,concutietis ad veſtrum exitium columnas: quę Diuina iuſtitia commotæ ſupra vos corruentes,vniuerſæ domus terrenæ mole vos cõprimenti,& perpetuis dolorib. vexandos in inferna deturbabunt. Reuocate ergo gradum, cohibete furorem, cæcitatem hanc depellite,in viam lucis redite,dignitatem veſtram, & Saluatoris exemplar aſpicite;modeſtiã,grauitatem,honeſtatem omnem,dæmoniacis relictis oblectamentis, amplectimini;decus veſtrum & pulchritudinem tam animæ q̃ corporis conſeruate,ſic.n.ab Hierichonte mundi huius,ad Hieroſolymam cœleſtem, sũma cum lętitia,deducemini. Quod nobis concedas Chriſte IESV cęcorũ ſplendor,qui illuſtras omnes in te credentes & beatificas in ſclã. Amen.

Cæcus quidam ſedebat ſecus viam mendicans &c.

FASCICVLVS TERTIVS.

Sine Gratię lumine poteſtne aliquis verum cognoſcere.

ETSI author tenebrarum animæ noſtræ, in hoc potiſſimum neruos intendat ſuos, vt oculum vtrumque, & quo Diuina myſteria, & quo veri humani percipimus rationem, noſtra eruat ex mente,vbi tñ acerrimas intellectus vires naturales, non facile vel labefactari vel caligine obduci poſſe perſpexerit, hoc vnũ ſumma vi atque aſtutia conatur efficere,vt illam mentis aciem, qua Diui nam

nam lucem contuemur aut euellat, aut tenebris obuoluat. Nemini dubiũ
eſt,quod ſicut oculi,quamuis natura ſint vigentes & acres,obſcura tñ no
cte aut caligine denſa circumfuſi, non poſſunt clarè quod eſt ante oculos
intueri; ita mens humana Diuina luce deſtituta, quamuis aliquid, quaſi
per caliginem aſpiciat,non tñ ita clarè cernit,vt non ſæpe offendat,& cõ-
cidat, & erroribus infinitis implicetur;tetra.n. nox & miſeranda caligo
eſt, Diuinæ lucis abſceſſus. Et illud cuique euidens eſt,omne id quod ad
animæ noſtræ cultum & pulchritudinem attinet, à cœleſti promanare lu
mine,omnis ſiquidem ſummæ ſapientiæ ratio,in Dei cognitione, in con-
templatione cœleſtium myſteriorum, in ardentiſſimo pietatis ſtudio, in
amore illo denique, quo mens pura & caſta cum Diuina mẽte arctiſſimo
conſtringitur vinculo,conſiſtit.Neque illud quoq; obſcurum eſt,quod ſo
li illi acutiſſimè & clariſſimè oĩa ea,quæ erant antea craſſis occultata tene
bris perſpiciunt,quorum acies Diuinæ mentis lumine ſplendent, Soliſq;
illius ſempiterni radijs illuſtrantur. Quocirca Satan ad id vnum omnem
aſtum,omnemq; potentiam conuertit,vt Diuinum hunc aĩæ oculum,vel
eruat,vel nebula obducat.Ad inſtar illius Ammonitarum Principis cum
hoĩe agit.Vt.n. Naas Ammonites,ſic & dęmon dextrum pręcipuè non ſi
niſtrum, ſibi fęderatis oculum euellere cupit: Sic refert de Naa hyſtoria
Regum.Factum eſt quaſi poſt menſem,aſcendit Naas Ammonites,& pu 1.Reg. 11
gnare cępit aduerſum Iabes Galaad: Dixeruntque omnes viri Iabes ad
Naas,Habeto nos confęderatos, & ſeruiemus tibi. Et rñdit ad eos Naas
Ammonites, In hoc feriam vobiſcum fędus, vt eruam omnium veſtrum
oculos dextros,ponamq; vos opprobrium in vniuerſo Iſrael. Similiter fa
cit Satan cum illis,qui eius conſortium expetunt.Deſideratis,ait,mecum
in gratiam redire,& pacem hanc ſempiterno fędere firmatam eſſe· nõ ab
nuo veſtram conſuetudinem, imò idipſum requiro, vt vos meæ ſubactos
Tyrannidi,mihi tributarios confęderatos conſtituam:ea tñ conditione il
lud quod exoptatis concedo,vt oculos dextros, quibus Diuina ſecreta a-
ſpicitis, vobis eruam:ne poſthac ſplendidiſſimam Dei lucem,admiranda·
que ſalutis vr̃æ arcana intueamini. Perfidi.n.eſtis vos qui meam ambitis
& cupitis amicitiam.Cum mea indigetis opera,in gratiam meam vos in-
ſinuare q̃ritis:at vbi vel modicum ſuperni vobis illuxerit luminis,vbi ocu
lum dextrum ad cęleſtes aperueritis radios, violata fide,quam mihi polli
citi fuiſtis,meos exhorreſcitis congreſſus, & ad fulgentiſſimum atq; inac
ceſſum Dei lumen contemplandum,meis relictis clauſtris,vos componi-
tis.Quare ſi manus & animos conferre cupitis,id pergratum ea lege habe
bo,ſi dextros oculos è veſtra mẽte euellam: Dexter oculus,ait Gregorius,
eruitur,q̃ñ mens ea cęcitate percutitur, vt vltrà ad videnda cœleſtia non
aperiatur. Eruitur quidem oculus, quando à mente reproba ſic lumen e-
uellitur,vt radix ei nulla remaneat, de qua rediuiuum lumen erumpat.
Hoc igitur pręcipuè Satan toto poſſe ſuo molitur, vt oculum dextrum,

quo Diuina intuemur homini eruat;hoc vnum præ cęteris curat, vt mentem noſtram cæca caligine myſteriorum Dei offundat. Hinc.n.facilè conſecuturum intelligit, hominem occæcatum vel nullo modo, vel ægrè, & non ſine phanaticorum admixtione errorum, Diuina ſecreta concipere poſſe. Quomodo.n.videbit homo ſublimia, qui oculis orbatus eſt? quomodo cœleſtia apprehendet arcana, qui cœleſtem amiſit aciem? Ad quem modum ſplendidiſſima, ſed abſtruſa, & ænigmatibus obumbrata myſteria Regni Dei contuebitur, qui tenebris opertus eſt? Vt.n.Solis lumen, nemo ſine Solis lumine; ita fulgidiſſimi ſupracœleſtis Dei radios, ſine radijs gratiæ nemo aſpicere valet. Non ſumus ſufficientes cogitare aliquid ex nobis, quaſi ex nobis, ſed omnis ſufficientia noſtra ex Deo eſt, aiebat Paulus. Oculo intellectus dextero obuelato vel euulſo, illo q nobis remanet ſiniſtro, nullam veri ſupernaturalis cognitionem acquirere poſſumus. Aſt nonnullos ex vobis cæcum præſentem diligentius cōſiderantes, quaſi à me perquirere velle intueor. Cęcus Hierichontis, dicitis, nōne dextro orbatus erat oculo? An iſte gratiæ lumen non amiſerat? Quid verò? Nonne agnoſcit Saluatorem noſtrum? An non ipſum eſſe medicum profitetur? Non ei acclamat, IESV fili Dauid miſerere mei? Quomodo ergo verum eſſe perhibes, neminem qui priuatus eſt gratiæ lumine, Deum agnoſcere poſſe? quomodo tua conſtabunt dicta, nullum qui dextro orbus eſt oculo, ſalutis ſuæ myſteria videre, ſi orbus iſte vidit? An non & illi, quorũ obſcuratum cor erat apud Paulum, inuiſibilia Dei, per ea quæ facta ſunt, intellexerunt? Nonne & vſq; ad ſempiternæ virtutis & Diuinitatis, notitiã obtenebrato licet intellectu, ſine gratiæ ſplendore peruenerũt? Qũo ergo ſine gratiæ lumine nullus verum cognoſcet, ſi Gentilium plurimi ſine gratia; ſi cæcus iſte ſine oculis, cognouerunt? Veritatem Diuinam requiris? Iſti Deum, ait Paulus, mentis acie apprehenderunt. Quod notum eſt Dei, inquit, manifeſtũ eſt illis. Veritatem ad perfectionem intellectus ſpectantem cupis? Iſti ſecretiſſima q̃que naturę arcana, ſine gr̃a pſcrutati ſunt. Ad vitã rectè inſtituendã veritatem forte non edocti erant? Sed quis numerare ſufficiat, Pythagoras, Platones, Ariſtoteles, Plutarchos, Cicerones, & alios innumeros, qui virtutum documenta, & doctiſſimè, & elegãtiſſimè tradiderunt? Si igit iſti ſine oculis gratię lumine colluſtratis, tot p̃clara viderunt; qũo conſtabit quod ſtatuo, Nullus ſine gratiæ lumine, põt verum ad ſalutem ſpectans videre? Sed ſi duo veritatum ad nr̃am pertinentium ſalutem genera perſpexerimus, plusq̃ verum eſſe id quod ſtatui, mecum aſſeuerabitis. Alia ſunt quę ex rebus creatis de Deo & de virtutis cultu colligunt; alia q̃ non niſi Dei benignitate ad nr̃am ſalutẽ nobis contingunt. Si illa q̃ ex rebus creatis de Deo, & de cultu virtutis colligũtur adſpectes, non inficias eo, imò gratis fateor, hoĩem abſq; Diuinę gr̃ę ſplẽdore, ea oĩa cognoſcere. Protoparẽtis.n.noſtri peccato, nõ adeò obtuſa mẽtis nr̄ę acies efficitur, vt nihil prorſus videre queat: Videbit atque multa

Diui-

Diuinorum myſteria percipiet, ſi aſſidua cura & ſolerti ſtudio inuigilabit; ſi nulli parcet labori, ſi plus olei, quàm vini conſumet; ſi obtuitum ſuũ in hoc admirandum Diuinæ bonitatis ſpeculum, in hunc pulcherrimum vniuerſitatis librum defixerit. De Tiberio Cæſare ſcripſit Plinius eum adeò acres habuiſſe oculos, vt per medias noctis tenebras, oculis repente patefactis cerneret: M. quoque Antonius Sabellicus hyſtoriographus non contemnendus, Pierio, dum apud eum Græcè diſceret, de ſe teſtabatur, quotieſcunque noctu excitaretur, aliquandiu & libros & inſtrumentum cubiculi vniuerſum liquidiſſimè diſcernere ſolitum eſſe. Cauſam huius referunt plurimi naturæ lumen quod neč ipſæ tenebræ reſtinguere poſſunt. Natura, aiunt, quæ artificio maximo cryſtallinum illum oculorum humorem membranis tenuiſſimis veſtiuit & ſepſit; eaſque pellucidas, vt per eas cerni poſſet, firmas autem, vt continerentur, lubricas & mobiles, vt declinârent ſi quid noceret; & aſpectum quò vellent facile conuerterent, effecit; in oculis nõnihil lucis miſſura materiæ aqueę impreſſit; quæ quidem ſi maior ſolito fuerit, in obſcuriſſimis ẽt tenebris ſeſe exerẽs, ita oculorum temperat aciem, vt minutiſſima quoq; conſpicere queãt. Ob eam rem & feles ſeu Murilegi, qui oculos acie flammea, magnaq; luce ꝑfuſos habent noctu in cymmerijs tenebris, parua ẽt oĩa diſcernunt. Quod ſi natura tantam viſus externi, quem cum brutis communem habemus rationem habuit, vt ei lucem, qua illuſtratus noctu ẽt videret, impreſſerit; maiorem certè prouidentiam mentis noſtræ, qua brutis ꝑſtamus; quaue ad ſimilitudinem Dei accedimus, habuit: communicauit ei ſcintillã ſplendidiſſimi luminis, cuius participatione, intellectus, in denſiſſima etiã peccatorum caligine, multa ſecreta in creaturis de Deo recondita intueatur. Signatum eſt, aiebat Pſaltes, ſuper nos lumen vultus tui Domine: Dialogum quendam inducit Dauid Propheta, plurium inter ſe diſceptantium; Multi dicunt, Vnde vobis tanta ſcientia? Cum neq; Angelum, neq; Prophetam, nec Doctorem aliquem audiſtis, quiſnam oſtendit vobis bona? Cum dextro orbati ſitis oculo, & gratiæ lumen non illuxerit vobis, quomodo tenebris peccatorum obruti tot & tam ſublimia videre potuiſtis? Quis oſtendit vobis Deum eſſe vnum, immortalem, ſempiterno æuo durãtem, creatorem oĩum viſibilium & inuiſibilium? A quo didiciſtis, Deũ res humanas curare, peccatorum vindicem bonorum aũt operum remuneratorem eſſe? Quis uobis perſuaſit ſummã fęlicitatem in ſummæ intelligentiæ contemplatione repoſitam eſſe? Quis demonſtrauit, ad hanc nullum vitijs pollutum, ſed mundum à peccato, ſed ſolutum curis ſęculi, ſed liberum à mortali corpore pertingere poſſe? Quis immortalem animam? quis Eliſios campos? quis tartareas pęnas vobis ante oculos poſuit? Quis iuſtitiæ, ſapientiæ, temperantiæ, fortitudinis, caſtitatis, continentiæ, aliarũque virtutum cultum, & infinita alia vobis oſtendit bona? Ne mireris, reſpondet Propheta, quod hęc & plurima alia in nocte peccati & infidelita- Pſal. 4.

KK 3 tis

tis tenebris perſpeximus; Nec adcò obtuſam noſtrę mentis oculorũ aciem
exiſtimes eſſe, vt nihil ſine gratię lumine conſpicere, nihil niſi dextro ocu
lo videre poſſit: Signatum eſt ſuper nos lumen vultus tui Domine; non
apparuit quidem, non reſplenduit, vt veniente peccati vmbra euaneſcat:
Signatum, impreſſum, inſculptum, & naturæ intellectus noſtri immixtũ
eſt lumen vultus Diuini; quo animus irradiatus, in tenebroſo quoq; mun
di carcere plurima de Deo, de animæ conſtitutione, de virtutum cultura,
de Republicę ſiue cõis ſiue priuatæ moderamine, intelligere poteſt. Inui-
ſibilia.n. Dei, per ea quæ facta ſunt, intellecta conſpiciuntur; ſempiterna
quoq; virtus & Diuinitas. A magnitudine ſpeciei, ait Sapiens, & creatu-
ra, cognoſcibiliter poterit creator horum videri: Gentes quæ legem non
habent, ait Paulus, naturaliter ea quæ legis ſunt, faciunt: eiuſmodi legem
non habentes, ipſi ſibi ſunt lex, qui oſtendunt opus legis ſcriptum in cor
dib. ſuis, teſtimonium reddente illis conſcientia ipſorum. Vides qđ lumi-
ne hoc naturæ illuſtratus homo, & lege naturæ ſcripta in cordib. noſtris,
& inuiſibilia Dei, & viſibilia creaturæ cõcipere in tenebris poterit. Quis
etenim eſt (vt Cicero de Deo ratiocinatur) tã vecors, q cũ ſuſpexerit in cę-
de reſpõ. aruſp. lum Deum eſſe non ſentiat? Quis ea q̃ tanta mente fiunt, vt vix quiſq̃ ar-
te vlla ordinem rerum atq; viciſſitudinem perſequi poſſit caſu, non verò
à ſupremo Orbis moderatore fieri putet? Quid põt eſſe tam apertum tãq;
perſpicuum, cum cœlum ſuſpeximus, cęleſtiaq; contemplati ſumus, q̃ eſ-
1. & 2. de legib. ſe aliquod numen p̄ſtantiſſimæ mentis quo hæc regantur? Nulla gens, ait
alibi, fuit adeò fera, nemo hoĩum fuit tam immanis, cuius mẽtem nõ im-
buerit Dei opinio. De hominib. nulla gens eſt neq; tam immãſueta, neq;
tam ferrea quę non, ẽt ſi ignoret, qualem Deum hr̃e deceat, habendum tñ
ſciat: hoc à principio hominib. perſuaſum fuit, Dominũ eſſe omnium re-
rum ac moderatorem Deum; eaq; quæ gerantur, eius geri ditione atq; nu
mine, cumque optimè de genere humano mereri, & qualis quiſque ſit, qd
agat, quid in ſe admittat, qua mẽte, qua pietate colat religionem intueri,
piorumq; & impiorũ hr̃e rationem. De virtute aũt quid dicat? audiamus.
3. Tuſcul. Natura, inquit, paruulos nobis dedit igniculos, quos celeriter malis mori
bus opinionibuſque deprauatis ſic reſtinguimus, vt nuſq̃ naturæ lumen
appareat. Sunt.n. ingenijs noſtris ſemina innata virtutum, quę ſi adoleſce
re liceret, ipſa nos ad beatam vitam, natura duce, perducerent. Conferte
ad inuicẽ, quid Paulus, quid Cicero, quid Apoſtolus, quid Gentilis, quid
lumine fidei, quid naturæ radio illuſtratus aſſerant. Nonne idem Paulus
qđ Cicero? Nonne eadẽ agnoſcit Pſaltes Diuinus quę paganus? Ille ait, in
uiſibilia Dei per ea q̃ facta ſunt intellecta conſpiciunt; iſte ſtupidum, im-
manem, ferreum cenſet hoĩem, ſi Deum ex rerum ſpecie & ordine non in
tellexerit. Ille ſempiternam durationem, virtutẽ, & Diuinitatẽ ex creatu-
ris poſſe colligi contendit; iſte nõ hoĩem vocat, qui Deũ non p̄ſtantiſſimę
mentis numen, rõne oĩa humana & contuentem, & moderantẽ; oẽs p̄miã

tem

tem pro meritis; benemerentem de nobis appellarit. Ille opus legis ſcriptum in cordib. gentilium, iſte igniculos & ſemina virtutum, q̃ ſi adoleſcerent, nos efficerent beatos, ingenijs impreſſa oĩum agnoſcit. Ille naturę lumen, iſte ingenij acrimoniam tantam eſſe fatetur, vt eã & ad Deum cognoſcendum, & ſecreta plurima pſcrutanda, & ad vitam rectè inſtituendam, in ſuo tñ naturæ ordine, ſufficere contendat: Pulcherrimo artificio Diuinæ cognitionis modum perſequit doctiſſimus Pintus hęc in verba. Cum Beatus Antonius heremita à cętu hoĩum frequentiaq; tanq̃ in portum ſe in ſolitudinem recepiſſet, interrogatus à quodã viro docto, qui fieri poterat, vt in heremo ſine libris vitã degeret, rñdit, vt refert Nicephor*, librum ſuum mundum eſſe, & rerũ creatarum naturam; vbi qñ erat opus, legebat, ibique ſapientiam, potentiam, & virtutẽ Dei admirabat. Terra. n. odoratis florib. cooperta, pulchritudo ſalutarium atque efficacium plantarũ, metalla, flumina, fontes ſcaturientes, & pecorum varietas, & vt de cœlo loquamur, ſol ſubter mediam ferè regionem, Luna, quę in infimo cœlo radijs Solis incenſa conuertitur, cęteraq; aſtra tam fixa q̃ vagantia, q̃ circulos ſuos conficiunt celeritate & conſtantia mirabili, oĩa hęc quid aliud ſunt q̃ Diuinæ ſapientiæ, & potentiæ, & bonitatis ſpeculum nitens, & liber quidam aureis literis exaratus? Quis intuens cęleſtem ambitum & aſtrorum curſus, diuerſos illos quidẽ, ſed in diuerſitate illa ordinẽ ſuum ęqualiter ſeruantes, non ſecũ ratiocinetur eſſe ſapientiſſimum & potentiſſimum earum rerum conditorem & gubernatorem? Quis item aſpiciens quatuor elementa inter ſe contaria, eſſe ita coaptata, vt harmoniam quandam conficiant, calida, frigida, ſicca, & humida, non ſtatim cogitet, & aĩo percipiat, ſummam harũ rerum creatoris, & moderatoris vim & poteſtatẽ? Non. n. pugnantia ex ipſa natura in vnum coaleſcerent, niſi Deus, cui hæc obtemperant, infinitã facultate & ſapiẽtia id pſtaret. Quapropter Sapiens dicebat, Hoc, qđ continet oĩa, ſciẽtiam habet vocis: ac ſi diceret, oĩa iſta q̃ vaſtiſſimo terræ & maris & Cęlorum amplexu fouentur, habent vocis ſcientiã qua ad Diuini numinis cognitionem deducunt. Quemadmodũ ſi è longinquo citharam audias ex multis varijſq; neruis compoſitam, acutis, grauibꝰ & medijs, qui oẽs pariter conſonent, & diſtinctos interuallis ſonos ſuos, meloſque conficiant, intelligis planè illic eſſe peritum muſicum, qui fidium ſonos ex arte muſica ad harmoniæ concentum miſceat, & æquabiliter temperet, tametſi illum minimè videas: ſic ex concordia & conſona mundi vniuerſi diſpoſitione: Vbi nec inferiora cõtra ſuperiora, neq; ſublimia aduerſus infima eriguntur & inſurgunt, ſed oĩa vnum admirabilem ordinem ſeruant: confeſtim ad vnum Deum aĩo recurris, oĩa hæc ſua virtute mouentem, Diuinaq; ſapientiæ ſplendore illuſtrantẽ. Ille quidẽ rerum vniuerſitatem, vt lyrã tenens, copulat cęleſtia cum aereis; actea cum terrenis, vniuerſa cum ſingulis coaptans & coagmentans, & ita mundi cõcentum, ordinem, & harmoniam, congruenter perficiens: Ipſe

Super 1.c. Ezech.

Sap. 1.

eſt qui omnia mouet,cum ipſe quidem immobilis perſeueret. Eius nutu
cæli micãtib.aſtris refulget,& circulorũ ſuorũ ordinẽ conſeruat. Ingens
Oceanus terribilib.fluctib.criſpat & intumeſcit;ſed intra legitimos fines
motus ſuos coercet & continet;terra varijs ſtirpib.comata frondeſcit,diſ
funditq; herbeſcentẽ viriditatẽ,q̃ mixta fibris ſtirpiũ ſenſim adoleſcit, &
oĩa tãdẽ elemẽta inter ſe diſtãtia cohęrẽt,Diuinãq; virtutẽ ſuo mõ oñdũt.
Referũt de Phidia inſigni ſtatuario,quẽ imagines ſuæ ex cõmẽſione,ſym
metria,& partiũ inter ſe ꝓportione,ẽt abſentẽ & vultu incognitũ repſen
tabãt.Ita quoq; ſed multo excellentius abſq; vlla comparatione,ex mũdi
conſtitutione,ordine,pulchritudine,& conſonãtia eſt eius opifex & cõdi
tor intelligẽdus,tametſi intuitũ nrm ſubterfugiat,nec poſſit corporeis o-
culis ſpectari. Tota mũdi machina eſt veluti Ciuitas q̃dam ſui regis ma-
gnitudinẽ,& excellentiã declarans. Vt.n.viſa Ciuitate ex multis varijſq;
hoib.cõſtãte,magnatib.& plebeis,opib. affluentib. & inopia laborãtib⁹,
adoleſcẽtia floridis & ſenectute venerãdis,vbi oẽs tametſi diuerſi,in ma-
gna cõcordia degãt, rectaq; diſciplina cõtineant,ſtatim iudicas eſſe eius
Principẽ iuſtũ,potentẽ,& ſapientia pſtantẽ,quanq̃ illũ non videas:ſic cõ
ſiderata mũdi mole,ciuſq; rerum inter ſe diſtantiũ concordia & ſerie, to-
tiuſq; vniuerſitatis coaptatione,fieri non põt,quin cõcipias aio eſſe ſum-
mum quendã harũ rerũ creatorẽ & cõſeruatorẽ. Quare nõ immerito Triſ
megiſtus has voces emiſit, Tota,ait,mũdi cõſpiratio & rerũ pulcherrim⁹
Hom. 11. Exam. ordo,contẽplãdi Deũ ſuggerit materiã; Eſt.n.natura,velut liber vnus Di
uinitate plen⁹,ſpeculũq; Diuinorũ. Baſil.quoq; aiebat fere eadẽ verba,v-
niuerſa hęc mũdi moles,perinde eſt ac liber literis exaratus,palã cõteſtãs
atq; pdicãs Dei gloriã,illiuſq; auguſtiſſimã maieſtatẽ, arcanã alioquin &
inuiſibilem tibi intellectuali creaturæ copioſè annuncians. In hoc libro,
naturæ ſignatus lumine Orpheus,legit Diuinum Numen,ſic canens,

Hic ipſum in terris melius quo cernere poſſis.
Hic etenim video ipſius veſtigia : fortem
Hicque manum video; Verùm ipſum cernere quis ſit,
Nequaquam valeo;nam nubibus inſidet altis.

In hoc libro,Plato,ſũmũ bonũ,ſupra oẽm ſubſtãtiã,oẽmq; naturã, plenę
pfectionis,nullius ſocietatis externę ĩdigũ agnouit Deũ. In hoc libro,Ari
ſtoteles ſubſtantiã ſẽpiternã,Prĩcipẽ vniuerſorũ, optimũ,ĩmobilẽ,beatũ,
à ſenſibilib.ſeparatũ inuenit. In hoc libro Socrates,Homerus,Heſiodus,
Pythagoras,Xenocrates,Seneca,Plutarch.& infiniti alij Deũ Sãctiſſimũ
gubernatorẽ,Cõſeruatorẽ,Cuſtodẽ,Pręmiatorẽ legerũt. Ita mẽti ſuę ĩſcul
ptã Dei notitiã Gentiles habebant,vt & Epicuręos,q Deũ ẽ mũdo tolle-
bant execrati fuerint;& Prothagoram qui dixerat ſibi non liquere,vtrum
eſſet aliqua diuinitas necne,duriſſimo exilio mulctarint. Cęterum quod
ad virtutis cultũ ſpectat, talem ex illo ſignato naturæ lumine notitiam
adepti fuerant Gentiles,vt(ſi ordinem bonumq; cõſideres naturæ ſolius)

vel

vel nihil, vel modicum fuerit quid eos latuerit. Tantę.n. vis & potétię, tū ſemina illa virtutū naturalia; tū conſcientiæ igniculi; tū illa duo rectè viuédi principia. Qđ oderis tibi ab altero fieri, alteri ne feceris: & quęcunque vultis vt faciant vobis hoïes, eadé vos facite illis: tū innatæ q̄dam ad præclarè facta cupiditates fuerunt in eis; vt oé illud qđ, ſiue ad aïum pulcherrimè ornandū; ſiue ad amicitiā colédā; ſiue ad iuſtitiā exequendā; ſiue ad gubernandā tum priuatam, tum cõem Rempub. attinebat, perfectè tradiderint: nõn clā vos ſunt, penè Diuina Platonis inſtituta, qui ob pietaté & virtuté q̄ tradebat, Diuini ſibi nomen conciliauit: nó vos latent obſcura illa Pythagoræ ſymbolas, propter quæ ille perfectiſſimum opus ſapientię appellatus eſt. Clara ſunt vobis clariſſima & Socratis & Xenocratis dogmata; q̄ illi de morū inſtitutione poſteritati reliquerūt. Ethicorū & Politicorū Ariſtotel. libros, Officia Ciceronis, Panetij p̄cepta, Senecę epiſtolas, Plutarchi nunq̄ ſatis laudanda opuſcula, quibus ille vniuerſarū ferè cõplexus eſt doctrinā virtutū, oẽs admiramur, & miris efferimus laudibus. Reticeo alios innumerabiles, apud quos cõi oïum voce illa cantabat ſnīa. Nemo eſt qui cenſeat à virtute recedendū eſſe. Virtute, nulla poſſeſſio venerabilior, neq; firmior eſt. nihil eſt, excepta virtute, quod mortali, manu & aïo immortali q̄ri poſſit. Sapientia illa, quæ ars viuendi eſt; quę męſtitiā pellit ex animis; quæ exhorreſcere metu non ſinit; qua p̄ceptrice in tranquilitate viui pōt, cupiditatū ardore reſtincto; quę nos à libidinum impetu & formidinū terrore vindicat; q̄ oẽs docet vias, q̄ ad quieté & tranquillitaté ferunt; q̄ eſt Diuinarū humanarumq; rerū ſcétia & cognitio; ex qua ꝑficiſcitur, vt homo Diuina imitet, & humana oïa inferiora virtute ducat; tali inq̄, ſapientia, nihil à Dijs immortalib. vberius, nihil florétius, nihil p̄ſtabilius, hoïum generi datum eſt. Naturæ.n. radio illuſtratus hó, nouit, Deū eſſe aliqué in vniuerſa mundi Oeconomia: Deū eſſe colendū; Parentes & ſanguine iunctos venerādos & diligendos; ſuum cuiq; tribuédum; tēperatè, modeſtè, viuendū eſſe; abhorrendū & euitandū peccatū; virtuté amplectédā, hoïe digna agenda. Verum ſi illa quæ Dei benignitate nobis ad ſalutem contingunt; ſi deinde oẽs virtutes & circunſtantes earū conditiones aduertas, nullus mortaliū eſt adeò ſagaci ingenio, qui oculo ſiniſtro iſta oïa, vel attingere, vel cõprehédere queat. Qui primus noſtros oculos, noctuę oculis ſimiles eſſe dixit, is optimè viuī eorū cognitione aſſecutus eſt. Nā vt illius aſpectus noctu quidé valet; Sole aūt illuceſcente cęcutit; ſic & nr̄æ mentis acies, nocturno naturæ illuſtrata lumine, illa oïa q̄ ad lucé Lunæ volubilis ſplendeſcunt, quęq; ad ſublunaris orbis naturalé poſitionem pertinent intueri pōt; q̄ verò ex ſplédidiſſimo Solis Diuini radio apparét, neſciū; Cogitationes mortaliū, dicebat Sapiens, timidę, & incertę prouidentię n̄rę. Corpus.n. quod corrūpitur, aggrauat aïam, & terrena inhabitatio deprimit ſenſum multa cogitanté. Et difficile eſtimamus quę in terra ſunt; & quę in ꝓſpectu ſunt inuenimus cū labore. Quæ aūt in cœlis ſunt,

Cicero.

Simile.

Sap 9.

lis ſunt,quis inueſtigabit? Senſum aũt tuũ quis ſciet,niſi tu dederis ſapiẽtiã,& miſeris Spiritum S.tuũ de Altiſſimis. Expendamus ſingula verba; Cogitationes,inquit,mortaliũ timidę:voluit dicere Sapiẽs,q̃d intellectus noſter , illorũ quoq; q̃ ad vitã Ciuiliter ſeu mortaliter inſtituendã nõ põt aſſequi perfectã notitiã. Res ſiquidẽ humanę, cũ nõ in eodẽ ſtatu permaneant,ſed in continua viciſſitudine ſint;& ſcientia quoq; neceſſum eſt,vt nõ ſit firma,q̃ ex rebus fluxis colligit: cogitationes igitur q̃ circa res iſtas verſantur,& volubiles,& proinde incertę, & exhinc errore aliquo permixtę ſunt. Accedit huius inſtabilitatis altera cã;corporis. ſ.grauamen. Senſuũ.n.externorũ miniſterio,cũ vtatur aĩa in oĩ eo,q̃ concipere cupit;ſenſus aũt plerunq; in rerũ iudicio fallitur;nũc amarũ dulce, & dulce amarũ iudicant;fit exinde,vt & intellectus,ſm quod à ſenſibus acceperit,talẽ de reb9 ęſtimationẽ hẽat . Quapp & illi antiqui Sapientes,licet plures de Deo & virtutib. veritates cognouerint,multis tñ , ſiue pp lucis obſcuritatẽ,ſiue ob rerũ mutationẽ;ſiue pp ſenſuum fallax miniſteriũ, admixta fuere erroribus . Non eſt neceſſe modò errores illorũ oẽs in mediũ adducere,& q̃ turpiter hallucinati ſint diſputare. Quidã.n. Deorũ pluralitatẽ inuexerunt. Alij Diuinitatis nomen ligno ẽt & animantib. brutis impoſuerunt;nonnulli fati nomẽ prędicarunt;alij prouidentiam Dei ſuſtulerunt; alij ſyderum irrationalibus motibus cuncta, quæ accidunt, imputarunt, fortunam plurimi, vt Deam venerati ſunt:alia alij abſurda & ridicula de Deo commenti ſunt. Doctrinam verò vt de anima afferrent, nihil turpitudinis reliquerũt;quippe qui mures, culices, frutices,hominum animabus viuere:& Deum ipſum animam eſſe : animam quoque vnam in omnibus;& eam mortalem aſſererent. Quid verò de virtutibus? Nonne & in illis plurimum errarunt? vnus docebat vindictam inimicorum , alius homicidium monſtruoſi fętus ; alter communitatem vxorum; alter furta & latrocinia,alij fornicationem licitam eſſe ; plurimi verò etiam legibus firmarunt , omne nefas & flagitium committendum eſſe , alij plurima alia magis temerè quam rectè diffinierunt: Pleraque enim in rebus humanis obſcura & ambigua ſæpenumero incidunt, quę nullo modo poſſunt ingenijs humanis explicari,niſi fuerint cęleſtis luminis ſplendore colluſtrata. Humanæ quoque vitæ conditio cum ſit fluxa, & varijs mutationibus ſubiecta;à iactatione & tempeſtate,in quietum & tranquillum ſtatum res humanæ reuocari,ex perturbatione in ordinẽ reduci nequeunt; niſi ad imaginem earum rerum quę nullam mutationem habent , cõſilio referantur. Imago autem rerum ſempiternarum , quum conſpectibus humanis non pateat ſine Diuino lumine;mentem oportet habeat homo puram & nitidam,Diuinæque lucis radijs incenſam, & ſplendore Diuinæ ſapientię mirabiliter illuſtratam. Ob eam rem Moyſes populo pręcipiebat. Erunt,ait, verba hæc, quæ ego præcipio tibi hodie, in corde tuo & narrabis ea filijs tuis;& meditaberis ea ſedens in domo tua, & ambulans in itinere , dormiens

miens atque conſurgens: Et ligabis ea quaſi ſignum in manu tua; eruntq; & mouebuntur ante oculos tuos; ſcribeſque ea in limine & oſtijs domus tuæ. Lex enim Domini, vt inquit Dauid, illuſtrat mentis aciem, & tenebras omnes diſcutit: & facit denique ne poſſit animus errore aliquo turbulento compleri, & à ſtudio veritatis auocari. Quod ſi ea quæ in proſpectu ſunt, videre ſatis clarè nequimus oculo ſiniſtro; quid de eis, quę à Deo ſolo emanant, cēſendum eſt? Quæ de cœleſtibus ſunt, quis inueſtigabit? Quis ſenſum Domini circa noſtram ſalutem ſine Dei ſapientia agnoſcet? illi quidem magno & excellenti ingenio antiqui Philoſophi ſe totos doctrinæ dediderant: quicquid laboris poterat impendi, contemptus omnibus & publicis & priuatis actionibus, ad inquirendæ veritatis ſtudium ſe contulerant. Abiecerant plurimi res familiares: alij renunciarūt vniuerſis voluptatibus, vt ſolam veritatem & Sapientiam Diuinarum & humanarum rerum aſſequerentur: ſed quis eorum Diuino priuatus lumine Deum eſſe Trinum & vnum cognouit? Quis Deum incarnatum, paſſum, crucifixum, & mortuum oculo illo naturę luminis ſiniſtro aſpexit? Quis ſine gratiæ lumine, ſalutis noſtræ Oeconomiā admirabilem intuitus eſt? An non Iudæis ſcandalum, Græcis autem ſtultitia quædam crux exiſtimata eſt? Iudæi & Gentiles Trinitatis myſterium Sacratiſſimum nonne cōmentum eſſe dixerunt? Reſurrectionem nonne nouorum dæmoniorum doctrinā appellabant? Saluatorē noſtrum nonne alij phantaſma quoddā, alij hominē purum prædicarunt? Quare igitur plurimi & oleum ſimul, & operam perdiderunt? Quia arcanum Summi Dei qui fecit omnia, ingenio ac proprijs non poteſt viribus comprehendi, quia non ſumus ſufficiētes cogitare aliquid ex nobis, quaſi ex nobis: ſed omnis ſufficientia noſtra à Deo eſt: quia illa Diuina ſecreta abſcōdita ſunt à ſapientibus & prudentibus ſæculi: quia obtuſa mentis noſtræ acies in ſplendidiſſimū myſteriorum Solem ſine Solis ſplendore pertingere non poteſt. In lumine tuo, dicebat Pſaltes, videbimus lumen. Quid aliud cæcus iſte à Domino exoptabat, niſi vt ei dextrum reſtitueret oculum? Domine nō aliud obſecro, niſi vt videam; Videbat quidem ille Saluatorem antequam illuminaretur: ſed ex aliorum prædicatione. Aliorum relatio Diuino de ſam præcepto illi medium aperuerat oculum: deprecatur igitur Chriſtum, vt perfectè ipſum illuſtret. Domine obteſtor tuam miſericordiam, vt mihi hoc vnum concedas, vt videam. Scio te eſſe lucem veram illuminantem omnē hominem, in hunc mundum venientem: noui quòd tu es lux mentium omnium, quam videbat Thobias, quando oculis clauſis docebat filium ſuum viam vitæ. Lux quam videbat, (vellem vt & nos hanc eādem precē ei porrigamus) Iſaac interius: quando caligantibus oculis exterius, filio futura narrabat: Lux inuiſibilis, cui omnis abyſſus humani cordis eſt viſibilis. Lux quam Iacob videbat, quando ficut tu intus docebas, filijs exteriùs ventura prædicabat: Ecce tenebræ ſunt ſupra faciem abyſſi mentis meæ,

tu es

tu es lumen: Dic verbum quod in principio dixiſti, Fiat lux & facta eſt lux: Dic etiam, fiat lux in medio cordis huius; & facta eſt lux, & videam lumen tuum. Precor te puriſſima lux, purga caliginoſam aciem qua te cernam; amplifica anguſtum oculum, quo te conſpiciam; humilem pupillã erige, vt te ſuſpiciam. Dá Pater anguſtam menti conſcendere ſedem: Da fontem luſtrare boni; da luce reperta, In te cõnſpicuos animi defigere viſus: Pelle tenebrarum nebulas & pondera molis: Atque tuo ſplendore mi cá; tu namque ſerenum: Tu requies tranquilla pijs; te cernere finis, Principium, vector, Dux, ſemita, terminus idem, Viuens in ſæcula ſempiterna. Amen.

DOMINICA PRIMA QVADRAGESIMAE.

Ductus eſt IESVS in deſertum, à Spiritu. Math. 4. cap.

FASCICVLVS PRIMVS.

De ſæculi fuga, neceſſaria pœnitentibus.

VETVS & omnium ore Theologorum decantata ſententia eſt, Deum Optimum, illud vnum ab homine cupere, vt quemadmodũ ille ab omni materia ſecretus, nulli patibili rei ſeſe immiſcens, fœliciſſimam in ſui contemplatione traducit vitam, ſic & homo à curis & perturbationibus ſęculi, ab animi mortiferis paſſionibus ſeparatus, Sanctam, tranquillam, Diuinæ contemplationi addictam inſtituat vitam. Poſtquam Elias Propheta ſeueram illam in pœnam flagitiorum ſententiam tuliſſet; cœlumque obſeraſſet ferreis portis, ne à Sanctitatis inſtituto, aliqua mundi technа diſtineretur, & vt totis animæ viribus ſeſe ad ſtudium componeret virtutis; e medijs tur-
3.Reg.17 bis, in ſolitudinem euocauit illum Dñs. Ita habet Regum hiſtoria. Et dixit Elias Theſbites de habitatoribus Galaad, ad Achab. Viuit Dominus Deus Iſrael, in cuius cõſpectų ſto, ſi erit annis his ros & pluuia, niſi iuxta

oris

oris mei verba. Et factum eſt verbũ Domini ad eum dicens. Recede hinc, & vade contra orientem, & abſcondere in Torrente Charith, qui eſt con tra Iordanem, & ibi de tǒrrente bibes, coruiſque pręcepi vt paſcant te ibi. Abijt ergo, & fecit iuxta verbum Domini: cumque abijſſet, ſedit in torrẽ te Charith qui eſt contra Iordanem. Corui quoque deferebant ei panem & carnes mane, ſimiliter panem & carnes, veſperi, & bibebat de torrẽte. Recede, ait, hinc à turba populi, ne te cõmiſcueris eorum tumultuoſo con greſſui. Aſpice quantis mundus ſcateat malis, quibuſve laqueis abundet, quod nulla in eo quies, ſed innumeræ perturbationes, doli, fraudes, odia, inſidię, ærumnæ, quod in eo pudor & verecundia pulſa, ſtudium Diuini & humani iuris omiſſum, quod libido & audacia & iniuria Dominiũ ob tinuit, quod inuidia peſtifera contra eos qui tenent omnia concitata, qđ corpora & animi multorum delicijs effœminata ſunt, quod habendi inſatiabilis cupido omnes inuaſit, quod omnis indoles virtutis obruta, ſapientiæ lumẽ extinctum, quod impudentia alacris & erecta uolitat, quod omnia ad ſummum flagitium & dedecus peruenerunt. Tu igitur ſi vel peccata iſtorum opplorare, vel ſuaui colloquio Diuini ſpiritus perfrui cupis, recede hinc à ſæculari commertio, neque.n. fieri poſſibile eſt, quempiam mundo applicatum, vel ſcelerum dignam agere pœnitentiam, vel Diuino conuictu potiri. Secedat neceſſe eſt à ſæculo, qui & munditiem cordis, & contemplationis dulcem ſuauitatem obtinere deſiderat. Quapropter & tu recede hinc, & vade in ſolitudinem. Solitudo.n. veræ pœnitentiæ locus eſt aptiſſimus, ſolitudo veræ lætitiæ alumna. In ſolitudine nitidam & ab omni næuo expurgatam mentem, in me ſolum iactabis. Vade igitur in ſolitudinem, ſed contra orientem, vbi ſcilicet ſplendidiſſimũ Diuinitatis meæ lumen per gratiam oritur, ibi me contemplatus, tanto il luſtrabere ſplendore, vt omnes in tui admirationem, ſupernas etiã virtutes concitaturus ſis. Vt.n. corpus terſum & expolitũ, cum radijs Solis op ponitur lucem Solis accipit, & ita micat & vibrat, vt in illo Solem te intueri putes, ſic tu, ſi animo caſto & integro ad ſplendorem meæ exoriẽtis lucis adiunctus fueris, lucem in te meam recipies, & ita collucebis, vt ſimilitudinem ſplendoris Diuini in omnium oculis & aſpectu conſtituas. Vade ergo contra orientem; ſed abſcondere in Torrente Charith. Neceſſe eſt vt te recõdas in humilitatis torrente, ſed qui ſit etiam Charith; quæ humilitas ſit, non tantum humilitas, ſed humilitas igneo occurſui amoris coniuncta. Feruenti ego ſuccenſus amore, meos in te diffundere exopto radios, tu oportet vt humilem tuam mihi obijcias mentem, oportet deinde, vt hæc ignei occurſus ſit, vt ſcilicet ſummo & ardenti & flagrantiſſimo ſtudio ad me feratur atque recurrat. Ob eum etenim recurſum, ardẽtiſſimas cõcipiet flammas, ob eum recurſum fulgidiſſima illuſtrabitur luce, ob eum recurſum nitida & ab omni macula expurgata, de torrente vo luptatis & totius dulcedinis bibet, ob eum recurſum, & coruis præcipiã

Charith igneus occurſus.

vt te

vt te cibo ſuauiſſimo paſcant, omneque tuum deſiderium expleant. Recede igitur hinc, & vade contra orientem, & abſcondere in torrente Charith, qui eſt contra Iordanem, & ibi de torrente bibes, coruiſque præcepi, vt paſcant te ibi. Ni me animus meus fallit, dixerim idem prorſus præceptum Saluatori noſtro quod Eliæ Prophetæ factum eſſe. Poſtquam.n. in Baptiſmo, non quidem, vt Elias, æreis occluſit portis Regnum cœlorum, ſed ferreos eius vectes confregit, ianuaq; eius patefacta, chararactis apertis ſuper mortalium animos ſtillauit ineffabilem dulcedinem; receſſet Euangeliſta Matthæus, quod ductus fuerit in deſertum, Marcus declarat modum quo ductus fuerit. Expulit, inquit, eum Spiritus in deſertũ. Non eſt hic imaginandum, dũ audimus quod Spiritus expulit, vel duxit Chriſtum in deſertum, quaſi ipſum catenis alligatum ferreis, ac mancipium quoddã pepulerit, aut pertraxerit. Quis.n. ſanæ mentis ipſum aliquid coactè feciſſe? quis illum ſeruili animo eſſe, non dico aſſeuerabit, ſed cogitabit? Serui quidem non autem filij è domo expelluntur; quod ſi quandoq; filij, ſed illi inobedientes, ſceleſti, pertinaceſve tantum, non innoxij, non verecundi, non amore paterno flagrantes. Saluator noſter non fuit mancipium Spiritus ſancti, non fuit ſceleſtus ſed ſanctus, non rebellis ſed per omnia obſequentiſſimus, non odio ſed amore feruentiſſimo incenſus, nõ igitur tanquam ſeruus, vel vt filius flagitijs deditus, fuit pulſus in deſertum, non exilio in pœnam aliquam relegatus. Sed quomodo expulit eum Spiritus? quomodo ductus eſt à Spiritu in deſertum? Dixerim, Spiritum ſanctum tali ipſum allocutum eſſe ſermone. Perſpecta mihi eſt ſatis ſuper que, tua illa animi ad Deum coniunctio arctiſſima quod ſcilicet, in illam ſempiternam pulchritudinem mentem defixam habeas, quod illius ſis in cenſus ſtudio, illiuſque amore inflammatus, quod ex ſolius tantum aſpectu voluptatem incredibilem capias, ſeque totum ad imitationem eius effingas, quod omnes tuos actus ex conſilio Diuinæ imaginis dirigas. Clara eſt mihi, & illa Diuinę pulchritudinis ſpecies, & admirabilis venuſtas; & elegantia in te elucens, quam neque ætas deflexa corrumpere, nec vitæ peſtis interimere, neque ipſa mors acerba extinguere aut delere poteſt. Quapropter non ob eam rem, te inter beſtias in vaſtam heremum deſtino, vt aliquam de te ſummam vindictam. Verum vt maiorem tui ſtudij promouendi occaſionem nactus, arctiori vinculo te Diuinę voluntati adſtringas, maiorique potiare voluptate. Non me clam eſt, quantum ſæculi negotia mentem à contẽplatione diſtrahant. Et illud euidens habeo, corporis curam & ſolicitudinem, plurimũ aggrauare animam. Corpus.n. qđ corrumpitur pondere ſuo premit & quandoque ſupprimit ſpiritum alta petentem: terrena quoque habitatio deprimit ſenſum multa cogitantem. Noui & ex ſenſuum officio nonnihil incommodi homini obrepere poſſe; reſpexit oculus, & ſenſum mentis diuertit; audiuit auris, & intentionem mentis inflexit; inhalauit odor, & cogitationem impediuit; os libauit, &

grauem

grauem animum reddidit;tactus contigit,& ignẽ adoleuit. Quare vt omni liberatus cura, puriorem deguſtes ſuauitatem, totuſque Diuinæ contemplationi immergare; vt chariſmatum quæ in te fudi largiſſimè percipias dulcedinem,non amaritudine aliqua intermixtam,recede hinc à mũdo,& vade in ſolitudinem. Et quia cęlum in tuo Baptiſmate aperuiſti,cęleſtiumque bonorum homines effeciſti participes, non coruis ſed ſupremis ſpiritibus præcepi,vt paſcant te ibi; vt non ſit neceſſum,eorum,quæ ad vitam conſeruandam pertinent,ſolicitudine dinexari. Iuuabit deinde ſolitudo illa, pœnitentiam quam pro genere humano ſponte ſuſcipere cogitas. Cum.n.nõ alium,præter inanimas petras,& irrationales beſtias,habueris conſcium actionum,meditationumque tuarum; in illa ſiquidẽ heremo nullus mortaliũ degit, quem poſſis habere inſpectorem; poteris & orationi diebus ac noctibus vacare, & lachrymarum innumeros fontes è tuis deducere oculis, & ieiunijs macerare corpus, & diſciplina ſeueriori ex eo ſanguinis educere riuulos; poteris & Angelorum iugi conuerſatione perfrui, & terrenis contemptis totus inter fœliciſſimas mentes cõmorari;& illas tranſcendens,ad Diuinum vſque thronum procedere, ibique feruentiſſimas pro peccatis mortalium preces fundere: poteris illic auſteram & condignam pro aliorum enormibus delictis perficere pęnitentiã. Recede ergo hinc,& vade in orientem, & abſcondere in illo torrente per amęnis herbis,fragrantibuſque floribus decorato. Eo ſeceſſu dabis pęnitentibus exemplum,vt ſi forte veniam ſuorum facinorum aſſequi, ſi Diuinam iram placare,ſi in Dei familiaritatem ſeſe inſinuare velint, recedant hinc à mundo,& in ſolitudinem properent. In deſerto ſiquidem loco,nõ in mundi turba,dignam pœnitentiam agere, Diuinam implorare miſericordiam, Diuinis potiri donis, in Dei amicitiam adſciſci facile poterunt. Ductus eſt igitur IESVS in deſertum à Spiritu, vt exemplar pœnitentib⁹ monſtraret. Quemadmodum.n.non propter ſe,ſed propter nos baptizari voluit,vt aquas ad noſtram vtilitatem ſanctas efficeret; ſic nõ propter ſe, ſed propter nos deſertum adijt, vt ſuis imitatoribus receſſum à mundo, ſolitudinem,acceſſumq; ad Deum indicaret. Docuit,teſte Chryſoſtomo, vt vnuſquiſque illorum qui baptiſmo initiati ſunt,mundi illecebris contemptis,malorumque ſocietate reiecta, ſe tota mente rebus Diuinis addicat. Docuit vt quiſque,qui peccati tetram maculam elucere inſtituit,ad ſecretum ſeu à mundo deſertum feſtinet locum. Quod ſi cauſam à me perquiritis,propter quam neceſſarium ſit pęnitentibus, ſęculo valedicere,& in ſolitudinem accedere: eam nunc nunc percipietis,ſi primum vobis expoſuero. Quidnam ad veram peccatorum pœnitentiam exigatur. Ad veram peccati pœnitentiam (breuiter iſta pro nunc perſtringo) exigitur inprimis,vt homo non ſolum peccatum,ſed & peccati occaſiones omnes fugiat; deinde, vt tam pro peccato,quam pro eius circunſtantijs verè & ex animo doleat, doloremq; iſtum lachrymis teſtetur; poſtmodum vt à Deo beni-

benigniſſimo veniam eorum petat; Sacerdoti poſtea ſingulorum reddens perfectam rationem, & de præteritis ſatisfaciat, & futura ſe nunquam ad mittere proponat. Ita docent non Sancti Patres tantummodò, ſed & Di-
Eccl. 17. uinæ literæ. Fugam peccati docet Sapiens in hunc modum: Conuertere ad Dominum, & relinque peccata tua, precare ante faciem Domini, & mi nue offendicula. Reuertere ad Dominum, & auertere ab iniuſtitia tua, & nimis odito execrationem, & cognoſce iuſtitias & iudicia Dei, & ſta in ſorte propoſitionis, & orationis altiſſimi Dei. Fugam occaſionum peccá-
Prou. 4. di, docebat alter, Qui, inquit, amat periculum, peribit in illo: & alibi, Fili mi ne delecteris in ſemitis impiorum; nec tibi placeat malorum via; fuge ab ea, nec tranſeas per illam, declina & deſere eam. Dolorem pro pec-
Ezec. 18. cato, docet ipſe Deus apud Prophetam. Si, ait, pœnitentiam egerit gens il la à malo ſuo, quod locutus ſum aduerſus eam, agam & ego pœnitentiam ſuper malo quod cogitaui aduerſus eam, vt facerem ei: & ſubito loquar de gente & regno, vt ædificem & plantem illud. Dolorem lachrymis expreſſum, docet Dauid Rex ſuo exemplo, qui omnes labes lachrymis eluebat, & ſingulis noctibus lectum ſuum largis fletibus irrigabat. Confeſſio
Num. 5. nem peccati docet ipſe Deus, dicens ad Moyſem. Loquere, ait, ad filios Iſrael. Vir, ſiue mulier, cum fecerint ex omnibus peccatis, quæ ſolent hominibus accidere, & per negligentiam fuerint tranſgreſſi mandatum Do mini, atque deliquerint, confitebuntur peccatum ſuum. Satisfactioné pro
Dan. 4. peccato docebat Daniel Nabuchodonoſoré. Peccata tua eleemoſynis redime, & iniquitates tuas miſericordijs pauperum, forſitan ignoſcet Dominus Deus delictis tuis. Addidit Auguſtinus: Non ſufficit, ait, mores in melius commutare, & à preteritis malis recedere, niſi etiam de his quę facta ſunt, ſatisfaciat Domino per pœnitentię dolorem, per humilitatis gemitum, per contriti cordis ſacrificium, cooperantibus ieiunijs & eleemo-
Ioan. 8. ſynis. Propoſitum cauendi à futuris peccatis, docuit Saluator dicens: Vade & noli amplius peccare, ne deterius tibi cõtingat. adiecit Auguſtinus: Inanis eſt, inquit, pœnitentia, quam ſequens culpa coinquinat. Vulnus iteratum ſanatur tardius: frequenter peccans & lugens, vix veniam merebitur: nihil proſunt lamenta, ſi iterantur peccata: nihil valet veniam à ma lis poſcere, & mala denuo iterare. Hæc igitur ſunt quæ requiruntur ad perfectam peccati pœnitentiam. Fuga, dolor, lachrymæ, confeſſio, ſatisfactio peccati, cũ propoſito ſanctæ vitæ. Quæ omnia ſi melius in ſolitudine quã in mundi tumultu effici poſſe vobis demõſtrauero; neceſſariam ſæculi fugam pœnitentibus me aperuiſſe confidam. Age à peccati atque peccatorũ occaſionibus fuga incipiamus. Neceſſaria eſt pęnitentibus ſæculi fuga, vt fugiant peccatum eiuſque occaſiones. Mundus etenim (vt plurimis pla-
Apoc. 17. & 12. cuit expoſitoribus) videtur mihi eſſe inſtar Babyloniæ meretricis illius, q̃ Ioannes aſpexerat. Vidi, ait, mulierem ſedentem ſuper beſtiam coccineã, plenam nominibus blaſphemiæ, habenté capita ſepté, & cornua decem.

Et

Et mulier erat circumdata purpura & coccino, & inaurata auro & lapide precioſo, & margaritis, habens poculum aureum in manu ſua, plenum abominatione & immunditia fornicationis eius. Et in fronte eius nomē ſcriptum, Myſterium. Babylon magna mater fornicationum & abominationum terrę. Et poſthæc vidi alium Angelum deſcendentem de cęlo habentem poteſtątem magnam, & terra illuminata eſt à gloria eius. Et exclamauit ī fortitudine dicens: Cecidit, cecidit Babylon magna, & facta eſt habitatio dęmoniorum, & cuſtodia omnis ſpiritus immundi, & cuſtodia omnis volucris immundę & odibilis, quia de vino iræ fornicationis eius biberunt omnes gentes, & Reges terræ cum illa fornicati ſunt, & mercatores terræ, de virtute deliciarum eius, diuites facti ſunt. Et audiui aliam vocem de cęlo dicentem. Exite de illa populus meus, vt ne participes ſitis delictorum eius, & de plagis eius non accipiatis. Mundum huic meretrici ſimilem eſſe, neq; temere dixi. Mulier illa ſedebat ſuper beſtiam coccineam; & mundus ſupra dorſum Draconis inferni, qui ſpurciſſimo & hoſtiarum & peccatorum ſanguine tinctus eſt, conſedit. Illius.n. conſilio, potētia, auxilio innixus, omnia perficit; quo Satan duxerit, ſubſequitur illico; quos cogitatus inſibilauerit ille, quos effectus igne ſulphureo concitarit, recipit, cōfouet, in nullo obluctatur: illò quo ipſe voluerit, diuertit pedem. Ad cædem, ad rapinam, ad ſtuprū, ad ſacrilegium, ad aliud quoduis nefandum facinus pernici curſu defert Satan, non retrahit pedem, neque exſilit è dorſo ipſius. Nefas.n. putat ab eo vel latum deflectere vnguem. Mulier illa capita ſeptem, & cornua decem geſtabat. & mundus ſeptē capitalibus vitijs, & decem ab eis promanātibus flagitijs inſignitus eſt. Mulier illa ſplendore externo auro, argento, margaritis, lapidibus precioſis, purpura & coccino fulgebat. Sed cuinam potius q̄ mundo faſtus conueniat externus? Quis auro, & argento, oblectatur? quis oīa fulgida, oīa coruſca videre cupit prę̄ter hoīes mundi? Cuinam cura eſt vt veſtes aureæ ſint, vt oīa bene oleant, vt crines calamiſtro rotentur, vt digiti annulis radient, vt facies ſtibio picta niteſcat, vt ex collo catena pendeat, vt oīa meretricio more compoſita ſplendeant, niſi hominibus mundi? Meretrix illa vocabatur mater fornicationum & abominationum terræ. & mundus eſt mater oīum peccatorum. Vnde.n. faſtus, ambitio, ſuperbia, luxus, laſciuia, niſi ab amore mundi? Quis auaritiam, fraudes, iniurias, odia, inimicitias, rixas, hominibus ingenerat niſi mundus? Vnde niſi ex papillis mundi ſuxerunt homines, Dei obliuionem, religioniſq; neglectum? Animarum ſalutis nullam curam, ſuperiorum contemptum, parentum irreuerentiā, inmanitatem, crudelitatem, appetētiam alienę rei, violentiā, vindictam, homicidia, ſacrilegia, inceſtus, blaſphemias, hæreſes, & ſi quæ ſunt alia, vnde niſi ex vbere meretricis iſtius homines ſuxerunt? Mulier illa dū beſtię coccineæ ſplendidis ornata veſtibus inſidebat, poculum aureum plenū abominatione & immūditia omnibus propinabat. Similiter & mundus, illis

quibus eſt auro & margaritis & purpura effulg[illegible] poculum ſed veneno repletum porrigit, eos blandè alloquens demulcet. Venite, ait, ad me, ad meum declinate cubile, quod intexui funibus, & ſtraui tapetibus

Prou. 7. pictis ex Ægypto, atq; aſperſi myrrha & aloe & cinnamomo. Venite igiť inebriemur vberibus, & fruamur cupitis amploxib. donec illuceſcat dies, non. n. eſt vir in domo ſua, abijt via longiſſima, ſacculum pecuniæ tulit ſecum; in die Lunę plenę reuerſurus eſt in domum ſuam. Venite & fruimini bonis meis, immergite vos totos delicijs; guſtate ex hoc pulcherrimo calice, & videte quam dulce ſit luxu, mollicie, diſſolutum eſſe; quam ſuaue ſit ad ſplendorem, ad maieſtatẽ, ad ardua quæq; quę oẽs admirantur contendere; q̃ ſit decorum hoiem frui ſua fęlicitate, neq; adoleſcentiæ florem ſine fructu ſummę iucũditatis & ſplendoris effluì ſinere. Meretrix illa dũ è beſtia ceciderat, facta fuit habitatio dęmoniorum, & cuſtodia omnis ſpiritus immundi; & cuſtodia omnis volucris immũdę & odibilis. Quid verò mundus? quibus dęmonijs repletus non eſt? quos immundos ſpiritus, quas odibiles volucres nõ complectitur? Quanti adulatores, paraſiti, ſcurrę, hiſtriones; quanti malorum incentores, quorũ alij ad vindictam, alij ad libidinem, alij ad rapinam, alij ad ſuperbiam, ſtimulis quaſi cogunt innoxios, in mundo reperiuntur? Non immeritò mũdum, calculorum ludo in quo varia ſunt latrunculorum genera comparauero. Vt. n. in eo ludo oẽs latrunculorum nomine ſiue Reges, ſiue Reginæ, ſiue equites, ſiue pedites vocantur; ſic inter mundi aſſeclas & alumnos qui numerantur, latronum noĩe à Iobo omnes appellantur. Latrones, ait, ipſius venerunt & fecerunt per me viam ſibi; vt in ludo illo, oẽs promiſcuè latrunculi quia latrunculi ſunt inſidiantur, & rapere feſtinant; ſic in mundo, omne eius latrunculi quia latrones ſunt non aliud faciunt q̃ inſidias ſtruunt, vt prędẽtur, vt hominem deuictum in poteſtatem Regis tenebrarum tradant. Pedites illius qui ex numero vulgi ſunt, lucra, fraudes, furta, latrocinia, periuria, odia, iras implacabiles, ſuggerunt homini, vt eum ſtantem in acie ſubuertant. Equites aũt, gulæ, voluptati, luxui veſtium, magnificis ſumptib⁹, cædibus, ſimultati, rapinæ, iniuſtitiæ perſuadent ſe dare homini, vt in illius cor ſagittas toxico plenas eiaculentur. Elephantes verò qui turriũ geſtatores ſunt, in ſuperbiam, ambitionem, gloriæ appetentiam, & ſi quæ alia reperiuntur, ad excelſæ turris ſtructuram neceſſaria & opportuna, eleuãt, vt in ſublime elatum, grauius allidãt. Vt. n. luctator eum, qui ſecum in paleſtram contendit, amplectens fert in ſublime, vt eum inde proſternat in terram: ſic mundus ideò extollit, vt præcipitet, vt ex vertice fluxæ gloriæ ruant ad profundum perpetuæ ignominiæ. Sacrificuli poſtmodum, ſuperſtitionem, idololatriam, maleficia, diffidentiam, infidelitatem, hæreſim, errores, Sacrorum vel cõtemptum vel abuſum, accidiam, torporem animę, Diuinorum neglectum, & omnia quæ ad religionem ſubruendam ſpectant, ob oculos ponunt. Regina autẽ animo furens quia in ipſa pars opti

Schachiæ ludo mũdus cõparatur.

ma

ma belli ſita eſt in frontem, in terga, in dextram læuamque mouetur, itinere etiam obliquo quemlibet mortalem aggreditur, neminem qui corpore conſtet & anima relinquit; omnes conuenit, omnibus laſciuos cõgreſſus, fornicationes, adulteria, ſtupra, inceſtus, ſacrilegia, & ſi quæ ſunt ad libidinem alia, ingerit, vt quos aperto belli marte deuincere nequibat, ſaltẽ blãditijs demulcet, & carne ipſorum illos feriens in obſcęna voluptatum carnis cloaca fętentes demergat. Rex aũt ipſe in quo ſumma & neruus prælij conſiſtit, quid non molitur? quid non attentat? quas non excogitat artes, vt omnes ſi Regio etiam animo ſint proſternat, trucidet? Arridet vt ſęuiat, ait Cyprianus, blanditur vt fallat, illicit vt occidat, extollit vt deprimat, in Angelum ſe lucis transfigurat, deceptionum laqueos vbique protendit, vt quoquomodo credentium mentes corrumpat. Nouit cui adhibeat æſtus cupiditatis, cui illecebras gulæ ingerat, cui apponat incitamẽtã luxuriæ, cui virus inuidiæ infundat. Nouit quem męrore cõturbet, quẽ fallat gaudio, quem metu opprimat, quem admiratione ſeducat: omnium diſcutit conſuetudinem, ventilat curas, ſcrutatur affectus, & ibi quærit cauſas nocendi, vbi quemque viderit ſtudioſius occupari. Obijcit oculis irritabiles formas, ſuppetitque fomenta, & vitiis pabulum ſubminiſtrat; tum in intimis viſceribus ſtimulos omnes conturbat & commouet, & naturalem illum incitat atque inflammat ardorem, donec irretitum hominem implicatumque decipiat. Cum igitur quocunque te in mundo verteris, vndique fomenta habeas peccatorum; Mundus ipſe vel auro te in admirationem pertrahat, vel diuitiarum copia tuam diſtendat mentem, vel calice aureo ambitionis te inebriet, vel papillas voluptatum tibi in os ingerat, vel omnibus immunditijs te opplere, vel quauis arte per latrunculos ſubdolos te ſubruere atque in cuſtodiam Satanæ te tradere cupiat: putabis tu in mundi complexibus te poſſe fugere peccatum? exiſtimas tu in mundi ſinu, in quo mille peccandi occaſiones miniſtrantur, te peccandi occaſiones fugere poſſe? Quis inter tantas illecebras tutum atque intemeratum ſeruabit pedem? Quis eſt quem delectatio non reuocabit? quẽ non inclinabit voluptas? Quis ad inferiora non reſpiciet? Vxor Lothi ſugerat illa ex incendio mundi huius, tamen retro aſpexit. Homo autẽ qui Gen. 18.
in medio Sodomæ iſtius demoratur, qui in amplexibus meretricis Babyloniæ cõquieſcit, qui venenato illius melle inebriatur, qui vbera eius die noctuq; ſugit, qui omnes cogitationes, affectus ſuos oẽs, in illius repoſuit ſinu, qui graui ſomno in brachijs eius oppreſſus eſt, ad mũdum non reſpiciet? peccatum quod reliquerat non iterum aſſumet? quod biberat venenum & in confeſſione vomuerat, non iterum delibabit? non iterũ ex papillis eius maleblandas delicias guſtabit? Non poſſibile eſt, vt quis amore ſæculi ferueſcens, peccatum fugiat, occaſioneſque peccati. Valedixerat quis pompæ & faſtui, e capite ſuo deiecerat aurum, argentum, lapides pretioſos; detraxerat radiantes annulos è ſuis digitis, veſtem auro vel cocci

no fulgentem deponere inſtituerat: ſi à mundo ſuos nō auerterit oculos, imò eius aſpectu oblectatus fuerit, iterato aurum & argentum admirabitur, iterū caput ſuū meretricio more ornabit, inſeret digitis annulos, pullam detrahet & ſplendidam induet veſtem, iterū collo ſuo catenas & manibus vincula injiciet, iterum pedes ſuos cōpedibus ſericis vel aureis colligabit. Oēm extinxerat ardorem concupiſcentiæ aliquis, à ſuis conſpectibus oēs pepulerat formas, omnes delicias, voluptates, luxum, exhorruerat quiſpiam, ſi os ſuum ab vbere mundi non amouerit, iterato felleas emunget voluptates. Quod ſi Hieronymus, vt de ſe fatetur ipſe, vbi in horridā ſeceſſerat heremū, ad hęc ſæpe ſæpius cogitatione redibat. Sedebā, ait, ſolus, quia amaritudine repletus eram, horrebant ſacco mēbra deformia, & ſqualida cutis ſitū Æthiopicę carnis obduxerat. Quotidie lachrymæ, quotidie gemitus, & ſi qn̄ repugnātem ſomnus imminens oppreſſiſſet, nuda humo vix oſſa hęrentia collidebam. De cibis verò & potu taceo, cum etiā languentes monachi aqua frigida vtantur, & coctum aliquid accepiſſe luxuria ſit. Ille igitur ego, qui ob gehennæ metū, tali me carcere ipſe damnaueram, ſcorpionibus tm̄ ſocius, & feris, ſępe choris intereram puellarum. Pallebant ora ieiunijs, & mens deſiderijs æſtuabat, In frigido corpore, & ante hoīem ſua iam carne præmortuum, ſola libidinum incendia bulliebant. Itaq; omni auxilio deſtitutus, ad IESV iacebam pedes, rigabā lachrymis, crine tergebam, & repugnantē carnem hebdomadarum inedia ſubiugabam. Memini me clamantem diem crebro iunxiſſe cum nocte, nec prius à pectoris ceſſaſſe verberibus, quam rediret Dn̄o increpante tranquillitas. Ipſam quoque cellulam meā quaſi cogitationum mearū conſciā pertimeſcebam, & mihimet iratus & rigidus, ſolus deſerta penetrabam.

Sicubi concaua vallium, aſpera montium, rupium prærupta cernebā, ibi meę orationis locus, ibi illud miſerrimę carnis ergaſtulū; & vt mihi teſtis eſt Dn̄s poſt multas lachrymas, poſt cęlo inhærētes oculos, nonnunq̄ videbar mihi intereſſe agminib. Angelorū, & læt⁹ gaudē ſq; cantabā. Poſt te in odorē vnguentorū tuorū curremus. Si igitur talis ac tantus vir ardores maximos libidinis in corpore exhauſto, atq; emortuo, inter dracones horrendos perſentiebat, illiſq; vehemētiſſime exuſtus cruciabat; ille q in gremio meretricis huius recūbit, q nō tāto gratiarū ībre pfuſus eſt vt Hieronymus, q in medio fęminarū verſat, q carnē ſuā ac porci cuiuſdā oī ciborū gn̄e, & vino luxuriāte opplet, q cōtinuè īter ſcurras, adulteros, fornicatores, libidinoſos, verſat, q nihil pter obſcęnos ſermones, & cāt⁹ laſciuos audit, q nihil niſi formoſas fęminarū & puerorū facies cōtuetur, q oculos plenos libidine geſtat, cui⁹ cor & genitalia tāq̄ igne ſuccēſa ardēt, q oīa luxurię fométa ī ſe excipit, q delicatè, ſplēdidè cutē ſuā exornat, ille, vt ī ſūma dicā, q ab vberib. fęmineis effęminatę Babylonis auellinō ſuſtinet, luxuriā relinq̄t? carnis laſciuias abhorrebit? carnales reſtinguet ignes? Nō eſt poſſibile. Sicut nō eſt poſſibile vt qs abſcōdat ignē in ſinu ſuo, & veſtimē

ta eius

ta eius nõ ardeãt, vel ſup prunas accẽſas incedat, & nõ adurant veſtigia ipſius, ita nõ poſſibile eſt, vt qs in medio fęminarũ incedẽs, fęmineo nõ moueatur affectu. Reuertor ad priora. Omnes à ſe abijcere curas, ſollicitudinẽ multam in Deum proijcere, humana omnia contemnere aliquis inſtituerat: ſi in cuſtodia mundi detinetur, ſi cornua meretricis Babylonię veneratur, iterum ad eoſdem reuertetur angores, ijſdem ſe implicabit laqueis. Surget infęlix habitator mundi, nocte media vel ſuis curis, vel clientum vocibus, vel lucis metu, vel nocturnis viſis exterritus, & animum priorib. applicabit malis, ſeu ille mercibus pretium facere, ſeu ſocium, ſeu pupillũ fallere, ſeu vicini domum expugnare fraudibus, ſeu litigio iniuſto Iuſtitię vel nefanda prætendere, ſeu deniq; publici priuatiq; aliquid corrumpere meditabitur: nunc ira præceps, nunc ardens deſiderio, nunc dolis ęſtuãs, nunc ſanguinẽ pauperum ſitiens, nũc nullo à crimine abſtinere cogitãs, ante lucem diurni telá negotij orditur, qua ſe atq; alios inuoluat. Spernere falſos honores, futilẽ gloriam contemnere, ambitionem reſpuere meditatus fuerat alter: at ſi ex calice mundi inebriari feſtinet, quomodo faſtũ deponet? quõ repudiabit honores? quo pacto ambitione, ſuperbia, arrogãtia, iactantia liberabitur? Si mundum ad ſplẽdorem euocantem obaudierit, ſi faſtuoſis ſermonibus eius non occluſerit aurem, ſi venenatũ eius poculum vſq; ad fęces biberit; qui nõ ſuper altis & mirabilibus ſuper ſe ambulabit? ad quem modum ſublimia non meditabitur, non ad ea conſcendere, non ea præripere adnitetur? Vitijs finẽ imponere cogitarat alter, ſed ſi ſepticipitẽ Beſtiam inſequitur, ſi inter medios dęmones habitat, ſi cuique volucri præbet nidum, ſi quamcunq; mundi refouet cogitationem, ſi non fugit de confuſione, maioribus implicabitur malis. Spiritus n. nequã ille qui pulſus fuerat per contritionem vel ſanctæ voluntatis propoſitũ, circuit per loca arida & inaquoſa, per vaſtam ſolitudinem, ſi forte inueni re poſſit quẽpiam ex heremi ſanctis cultoribus, in quo ſuum collocet latibulum, & cum non repererit, aſſumit ſeptem ſpiritus nequiores ſe, & reuertitur ad ſæculi amatorem, & ingreſſus in eum cum alijs, inhabitat ibi, & fiunt nouiſſima hominis illius peiora prioribus. In ſæculo igitur non eſt poſſibile vel ſaltem difficile eſt euitare peccata & peccãdi occaſiones. Vos ipſi teſtimonium profertis de vobiſipſis. Dum à vobis profectum virtutis, dum cauſas recidiuæ peccati perquirimus, quidnam reſpõdere quã proferre cauſam ſoliti eſtis? Num gratiam Diuinam? Sed illa præſto omnibus adeſt, ſed illa bonorum omnium origo eſt. Num ignorantiam Diuinæ legis? Sed quid à vobis exigat Deus, qualem munditiam, quam perfectionem, omnibus vobis conſpicuum eſt. Num naturæ imbecillitatem? At illa, vt aiebat Chryſoſtomus, iuuat plurimum & incitat ad peccatorũ fugam. Quid ergo? Mundi technas, mundi voluptates. Alius ſeptem capitalem beſtiam auro & argento, purpura & byſſo, lapidibus & margaritis coruſcam oſtendit. Splendor, ait, qui meam dignitatem decet, non me ſi-

nitcilirium, & Chriſtiano homine congruentem induere veſtem. Alius mamillas eius indice prodit. Non poſſum, ait, os meum dimouere tantis vndique circũcinctus delicijs; guſtare & diffluere his opus eſt. Alius aureum calicem demonſtrat. Vides, ait, quis iſtas pulcherrimas laudes non ſitiat? quis non ambiat præcelſam hanc dignitatem? quis non inardeſcat in iſta quæ hominem admirandum reddunt? Alius latrunculorum illorũ qui in hac mundi acie à Rege ſuperbiæ demiſſi ſunt cateruam accuſat. Vxor, ait, filij, res familiaris, cura domeſtica, lucrandi cupido, auaritia pecuniæ, opum congregandarum copia, ſolicitudo, & alia multa quæ meũ diſcruciant ingenium, me his ſceleribus renunciare non ſinunt. Quomodo viuerem, ſi non exercerem vſuras? Moriendum mihi eſſet ſi vel arte vel corpore lucrum non perquirerem. Domeſtica res in nihilum redigeretur, ſi hoc vel illud intermitterem flagitium. Et quas non prætexitis occaſiones peccandi? quid ex iſta improba meretrice ad veſtra contegenda peccata non vſurpatis? Difficile, dicam quaſi impoſſibile eſt, hominem in cõplexu mundi quieſcentem fugere peccatum. Fugiendum eſt autem pœnitentibus peccatum; fugiendæ ſunt etiam occaſiones peccandi; fugiẽdum eſt igitur & ſæculum, fugienda eſt meretrix mater confuſionis. Exite (vociferabatur Angelus cęleſtis,) de medio Babylonis: exite de illa populus meus, vt ne participes ſitis delictorum eius, & de plagis eius non accipiatis. Quod ſi alias quoque pœnitentiæ aſpexeritis conditiones, illas ab amatoribus ſæculi nequaquam vel difficilè præſtari poſſe videbitis. Demonſtraui iam illos fugere non poſſe peccatum & occaſiones peccati. Si ergo in peccata vltrò proruunt, ſi occaſiones peccandi ſponte amplectuntur, quomodo pro peccato dolebunt? quomodo is dolebit facinus commiſſũ, ſi commiſſum facinus iterato patrare contendit? Si verò non dolebit pro ſcelere, quas lachrymas pro eo fundet? Si nullas pro eo lachrymas fundet, quomodo miſericordiam à Deo obſecrabit? Si veniam à Deo non obſecrabit, quo pacto Deo & Sacramentorum miniſtro confitebitur? Si Sacerdoti non confitebitur, quam ille peccati remiſſionem aſſequetur? quam ſatisfactionem ſi nõ ei remiſſum eſt peccatum, pro peccato parabit? Si neq; ſatisfecit pro præteritis, quomodo proponet ſanctam de cętero traducere vitam? Exeundum eſt à ſæculo ei qui veram ſcelerum pęnitentiam meditatur, fugiendum eſt de mundo ei qui veniam delictorum obtinere, q ſanctam & nulla peccati ſpurcitie contaminatam inſtituere cupit vitam. Sicut.n. difficile eſt, ait Chryſoſtomus, arborem iuxta viam poſitam fructus vſq; ad maturitatem ſeruare; ſic difficilè eſt virum iuxta hunc mundũ viuentem, in actibus mundi, iuſtitiam immaculatam vſque ad finem tenere. Non vobis excidit illud quod Moyſi ſanctiſſimo accidit. Is cum miſiſſet in ſinum manum ſuam, & eam foras protuliſſet, leproſam inſtar niuis oſtendit. Cũ verò illam retraheret ſana reddebatur & ſimilis erat carni reliquæ. Sic qui ſanam & immaculatam geſtare vult animam, retrahat

Exod. 4.

illam neceſſe eſt à foro,effugiat publicum, in ſolitudinem ſe abdat. Si.n.
foras prodierit,lepra alicuius immunditiæ à leproſa Babylonis meretrice
contaminabitur. Obrepet illi frequenter terrenarum illecebra cupidita-
tum,& vanitatum offuſio mentē occupabit, vt quod ſtudebat vitare, hoc
animo reuoluet & cogitabit. Illius etiam fortè meminiſtis, quod Marię in Num. 12.
Moyſen murmuranti,lepraq; aſperſæ iuſſerit Deus. Cum.n. Moyſes cla-
maſſet ad Dominum, obſecro ſana eam, reſpondit ei Dominus: Si Pater
eius ſpuiſſet in faciem illius, nonne debuerat ſaltem ſeptem diebus rubo
re ſuffundi? Separetur ſeptem diebus extra caſtra, & poſtea reuocabitur.
Innuebat Deus,vt quicunque peccatorum lepram à ſuo animo expurga-
rę voluerit, à tumultu & conuerſatione populi retrahatur, & ſęculum re-
fugiat. Ob eam cauſam filios Iſraëlis de Ægypto in deſertam ſolitudinē
reduxit,vt ſi fortè aliquid ſceleris ex Gentilium commercio cōtraxiſſent,
in mari rubro, & in deſerto aquis pęnitentiæ amaris abluere poſſent. Ob
eam cauſam & Moyſem Prophetam in ſolitudinē egit, vt homicidij per-
petrati in Ægypto veniam aſſequeretur. Propter hāc cauſam & populus
ille ad Ioannem in deſertum exibat, ex Ioannis præſcripto nullum alium
iudicans locum pœnitentiæ agendæ aptiorem fore præter ſolitudinem.
Propter hāc cauſam & illi omnes Sanctiſſimi Antonij, Pauli, Hilariones,
Abraami, Serapiones, Simeones, & alij infiniti è ſæculo ad ſolitudinem
euolabant, ſolumque Deum ſuorum actuum inſpectorem habentes, di-
gnam pro peccatis pęnitentiam agebant. Ob eam cauſam & Saluator no-
ſter in deſertum ductus eſt, vt exemplum pœnitentibus monſtraret, vt ſi
vere & ex animo peccatis finem imponere vellent, fugiant è mundo, ſeq;
in locum ſolitarium occludāt. In loco enim ſecreto plurima effugere pec
cata poterit homo. Poterit in ſecreto loco, & pro præteritis dolere, & la-
chrymarum flumine ex fonte oculorum deducto, ſtratum cōſcientię ſuæ
abluere. Poterit & ſanguineis riuis ſuū exornare corpus, poterit vigilijs,
ieiunijs, abſtinentia tum ab illicitis, tum à conceſſis ſubiugare ſpiritui re
bellem carnem. Poterit dies & noctes in oratione, in meditatione, in col-
loquijs Diuinis perſeuerare. Poterit in ſumma, in ſolitudine, eleuare ſe ſu
pra ſe. Sedebit ſolitarius, ait Propheta, & tacebit, & eleuabit ſe ſuper ſe. Thren. 3.
Solitarius ab hominibus, curiſque mūdanis, ab impugnationibus pertur-
bationum quietus, ſedebit; tranquillitatem verò à tumultu affectuum aſſe
quutus, liber tacebit, & eleuabit ſe ſupra ſe, dū iam non ea quæ mundi vel
quæ carnis ſunt meditabitur, dum Diuinam puritatem, ſpurcitię peccato
rum exoſa, Diuinum ſplēdorem virtutum aſſequi deſiderabit. Ex quonā
loco illa quæ erat nigra, ſed formoſa aſcendit ſicut virgula fumi odorife-
ra? Ex ſolitudine. Quæ eſt iſta (ita admirabūdus loquit Spiritus) q̄ aſcen- Cant. 8.
dit de deſerto delicijs affluēs, innixa ſuper dilectū ſuū? In ſolitudine fęti-
dū ſtercus peccatorū deponit hō; in ſolitudine ī odoriferā & erectā excre
ſcit virgulā: in ſolitudine delicijs ſpiritualib. affluit, in ſolitudine innitit

 ſu-

ſuper dilectum ſponſum animarũ noſtrarũ, de ſolitudine ad locũ illũ fœlicitatis, ad paradiſum voluptatis & deliciarum transfertur. Vtinã & nos peccatis omnibus obnoxij, Saluatorem noſtrum in hanc ſolitudinẽ, relicto mundo ſequamur. Conſpicio vos omnes obmurmurare, Siccine mundum vobis monachis relinquemus? Siccine omnes in ſyluas, in antra horrida properare debemus? Vtinam Deus vobis eam inſpiraret mentem, vt omnes repudiata meretrice Babylonia de ea fugiatis, & modum penitentiæ ſanctis Anachoretis olim communẽ amplectamini. Facilius .n. & peccata fugere & ad meliorem redire frugem quam in mundo facilius & ad cęleſtia bona poſſidenda tranſire poſſetis. At quia amara vobis hæc ſunt, illud vnum efficere contendite, vt vos in ſecretũ cordis veſtri à turbis ſæculi recipiatis. Nihil .n. refert, ait Gregorius, ſi aliquis prematur corporaliter, popularibus turbis, & tamen nullos ſęcularium curarum tumultus in corde patiatur, quin iſte non ſit in vrbe. Sæculi enim amore ſpreto, fugatoque mundo ex cordibus noſtris, & venia peccatorum, & gratia Diuina, & alimonia non Angelicis ſed Dei manibus nobis miniſtrabitur: & præmium fęlicitatis æternæ obtinemus, præſtante miſericordia Saluatoris noſtri penitentibus, qui viuit in ſæcula, Amen.

Et cum ieiunaſſet quadraginta diebus, & quadraginta noctibus.

FASCICVLVS SECVNDVS.

De ieiunij vtilitatibus, & neceſſitate.

DIVINAE naturæ eam conſuetudinem eſſe Sapiens tradidit, vt ſi quandoque pro immenſa bonitate ſua, hominis expetit conſortium, non animorum tantum, ſed & corporum exquirat puritatem Spiritus ſanctus effugiet diſciplinæ fictum, aiebat, nec habitabit in corpore ſubdito peccatis. Corpus etenim ſi ſuis relinquatur legibus, ſi nec ratione cohibitum, nec ſubactum diſciplina, nec abſtinentia fuerit compreſſum, nõ ipſum ſolum ad turpia quæque proruit, ſed & animum ſecum vi ſua ad flagitium detrahit: in animam verò delictis opertam cum non intret Spiritus ſapientiæ, ſed caſtarum exoptet ſecretos receſſus, ſi ad quempiam declinare, in eoq; inhabitare, & ei ſua communicare chariſmata inſtituit, & animum & corpus nitidum atque à peccato expurgatum requirit. Antequam Eliam Prophetam

phetam ſuo dignatus ſit aſpectu, antequam poteſtatem Reges & Prophetas conſecrandi illi tradidiſſet, priuſquam ipſum in quadriga flammea ſuſtuliſſet in cœlum, corpus illius purificare abſtinentia & ieiunio voluit. Pluſquam nota eſt vobis fuga illius in deſertum, quam hac verborum ſerie deſcribit Regum hiſtoria. Surgens Elias abijt quocunq; eum ferebat voluntas, venitq; in Berſabee Iuda; & dimiſit ibi puerum ſuum, & perrexit in deſertum viam vnius diei. Cumq; veniſſet & ſederet ſubter vnam iuniperum petiuit animæ ſuę vt moreretur, & ait. Sufficit mihi Domine, tolle animam meam, neque.n. melior ſum quam patres mei. Proiecitq; ſe, & obdormiuit in vmbra iuniperi, & ecce Angelus Domini tetigit eum & dixit illi. Surge & comede. Reſpexit, & ecce ad caput ſuum ſubcineritius panis, & vas aquæ, comedit ergo & bibit, & rurſum obdormiuit. Reuerſuſq; eſt Angelus Domini ſecundo, & tetigit eum, dixitq; illi. Surge, comede, grandis.n. tibi reſtat via. Qui cum ſurrexiſſet, comedit & bibit, & ambulauit in fortitudine cibi illius, quadraginta diebus & quadraginta noctibus, vſque ad montem Dei Horeb. Cumque veniſſet illuc, manſit in ſpelunca. & ecce ſermo Domini ad eum, dixitq; illi. Quid hic agis Elia? At ille reſpondit. Zelo zelatus ſum pro Domino Deo exercituum, quia dereliquerunt pactum Domini filij Iſrael. altaria tua deſtruxerūt, & Prophetas tuos occiderunt gladio, & derelictus ſum ego ſolus, & quærunt animam meam vt auferant eam. Simile quiddam Saluatori noſtro cōtigiſſe Sacrum Euāgelium tradit. Patris vox ſuper eum in baptiſmo intonuerat, Spiritus ſanctus in ſpecie columbæ manſerat ſuper eum, & Pontifices & Apoſtolos & Sacerdotes, & reliquos Eccleſiæ miniſtros conſecrandi poteſtas, prędicandi miniſterium, diſpenſatio Sacramentorum Dei, ſupra illas dæmonis legiones iura, miraculorum opificium, ſanandi virtus, ēia deinde illa q̄ noſtram attinent ſalutem ei conceſſa fuere, plenitudinē Diuinitatis in ſuo receperat corpore; quo illud magis caſtum & intemeratū redderet, vtq; magis dignum Spiritus S. habitaculum in eo componeret, ſecedit in deſertum, & quadragenatio ieiunio illius puritatem immaculatam ſiue acquirere maiorem, ſiue conſeruare nititur, & ambulabat in fortitudine cibi illius quem ante continuum hoc ieiunium guſtarat, quadraginta diebus & quadraginta noctibus, vſq; ad montem excelſum in quē ſuſtulerat illum Satan quouſq; ad eum accederent Angeli, & miniſterio ſuo, reficientes eſuriem ipſius, ab eo perquirerent. Quid hic agis Saluator mundi? Quis te in præruptum hunc deduxit montem? Quæ cauſa eſt vt homines fugias, qui loco deliciarum habes eſſe cum filijs hominum? Quid hic agis in ſolitudine? Zelo zelatus ſum, (ita reſpondere mihi videtur Beatis ſpiritibus) pro Domino Deo exercituum. Acrem pugnam concitauit contra Altiſſimum, atrociſſimus eius hoſtis Satanas, me in duellum ſingulare euocans, me Deum Deorum de ſua Maieſtate deijcere, de me trophea reportare, me in acie proſternere, armis aſtutiæ ſuæ niſus 3. Reg. 19

eſt.

eſt. Eiaculatus eſt in me telum illud antiquum, quo plaſma meum in paradiſo transfixit; non quidem arborem ſcientiæ boni & mali, ſed lapides mihi ad edendum porrigens, me miraculorum opificio ad gulæ inſeruiẽdum pertentauit. Dic, aiebat, vt lapides iſti panes fiant. Exploſit deinde contra me tormentum ſuperbiæ, non quidem vt in magnis & mirabilib' ſupra me ſed infra me ambularem, non vt ſuper aſtra cęli conſcenderem, vel ſolium meum in Aquilone locarem, vel me parem ſupremo Deo contenderem efficere, ſed vt me Dei eſſe filium vana iactatione arroganter prædicarem: Si filius Dei es, dixit, mitte te deorſum, ſcriptum eſt enim, qa Angelis ſuis mandauit de te, vt cuſtodiant te in omnibus vijs tuis. Neque hic ſubſtitit illius malignitas, proceſſit & ad vltimum belli præſidium, idololatriæ & auaritiæ & ambitionis ſimul omnes igneos iaculatus eſt in me globos. Si procidens, ait, adoraueris me, hęc omnia dabo tibi. Grauem luctam & ſanguinolentam mihi indixit, Diuinum mihi honorem præripere, me de altiſſimo deturbare cœlo, me ſuis ſubijcere & conculcare pedibus, me meis exſpoliare naturalibus bonis, me meo expellere orbis imperio, Deum ipſum è medio vniuerſitatis ſuſtollere, & in barathrum inferni detrudere conatus eſt. Ego zelo zelatus ſum pro Domino Deo exercituum; Zelotypia honoris mei ſuccenſus ſum. Gloriam meam alteri nolo dare, Atrocem hunc hoſtem qui me in ſingulare certamen prouocauerat, vno ictu percuſſi, proſtraui, calcaui, deieci. Nihil eius fraudes, nihil doli, nihil potentia, nihil artes omnes quas excogitarat contra me profecerunt. Lorica fortitudinis inuictæ ego armatus, cinctus enſe verbi mei, galea iuſtitiæ protectus, ſcuto ſapientiæ meę omnia tela eius repuli, gladio verbi Dei iecur eius traieci. Me ille lapidibus appetebat, ego lapides iſtos in ipſum vt grandinem quandam conuerti. Nõ in ſolo pane viuit homo, ſed in omni verbo quod procedit de ore Dei. Me ille è ſublimi Eccleſiæ faſtigio deijcere tentabat, ego aſtus eius præuidens, ipſum potius in præcipitium deturbaui. Scriptum eſt, non tentabis Dominum Deum tuum. Ille me fluxas res appetere, auram popularem, Principatus, Regna & Imperia ambire, me ſuo ſubdere dominio, Deo cultum debitum ſubtrahere, & ſibi à me vſurpare cogitabat. at ego furore ſuccenſus, pro Dei gloria omnes cogitatus eius confudi, artes omnes diſſipaui, vires eneruaui, ipſum ad extremas inferni oras religaui. Vade Satana, ſic ei dixi, Tu ne iſta nefanda meis inſuſurrare auribus audebis? Tu ne mihi propter tranſitoria iſta quę quidem non poteris conferre idololatriam perſuadebis? Tu ne ſceleſtiſſime tibi vſurpabis quæ Patris mei, quæ mea, quę Spiritus ſancti propria ſunt? Nõ tibi ſufficiet quod vniuerſum orbẽ cæca errorũ caligine obtenebraſti, quod omnibus veritatis extinxiſti lumen, quod eos in horrendum idololatriæ carcerem concluſiſti, quod populos meos tuā Tyrannide oppreſſiſti, quod plaſma meũ faucibus deuoraſti ad os diductis, quod creaturam m. .au mihi temerè & iniuſtè rapuiſti; me quoque in Cymmerias

tene-

tenebras, me in teterrimum inferni carcerem deducere, me tuo ore vora-
re contendes? me ne ad idololatriam prouocare perges? tu ne teipſum in
Dei locum ſubrogabis? tu à Creatore tuo honorem,& latriam impudiciſ-
ſimè exiges? Quæ audacia? quæ tyrannis? quo tandem tua mens ſcelesta
prorumpet? Quibus ſi non mei timoris,ſi non meæ reuerentiæ cohibebi-
tur limitibus? Vade Satana,diſcede ad ſupplicia inferni. Sciptum eſt, Do
minum Deum tuũ adorabis,& illi ſoli ſeruies. Zelo zelatus ſum pro Do-
mino Deo exercituum,& pp hãc cauſam,quia dereliquerunt pactum Do
mini filij Iſrael. Sed quod tandem fœdus ruperunt? quod pactum relique
runt? Pacti erant cum Deo,vt per abſtinentiam & ſobrietatem redire cu
rarent ad Paradiſum ex quo eos pepulit gula. Ita in ſuis chirographis ha
bet Deus. Quia comediſti de ligno ex quo præceperam tibi ne comede- Gen. 3.
res,maledicta terra in opere tuo: in laboribus comedes ex ea cunctis die-
bus vitæ tuæ,ſpinas & tribulos germinabit tibi,& comedes herbas terrę.
In ſudore vultus tui veſceris pane tuo, donec reuertaris in terram de qua
ſumptus es. Amaro abſynthio,inſipidis herbis,& pane ſolo in laboribus
plurimis,in ſanguineo ſudore veſci & morientem reficere vitam polliciti
erant Deo, vt quos gula de paradiſo regnantes expulerat, abſtinentia ad
paradiſum reuocaret errantes. Pacti etiam erant cum Deo,& in teſtimo-
nium fœderis ſempiterni petram prægrãdem erexerant. Domino Deo ſer
uiemus,& prophetas eius audiemus. Sed quidnam præſtiterunt? Frege-
runt fœdus,ruperunt vincula,pacta dereliquerunt; Et quidem petram te-
ſtimonij vel in petrea corda ſua duriſſima, vel in locum commutarunt
ſupplicij in quo Prophetas meos mactarunt. Altaria mea deſtruxerunt,
cor ſuum vt adamantem poſuerunt,occiderunt Prophetas, quos ad eos
deſtinaram. Parum eſt illud ad audaciam, nunc etiam animam meam
quærunt interficere. Non videtis Satanam ab eis inſtructum, qui me de
pinnaculo templi deijcere voluit? Non aſpicitis illum qui è ſupremo cœ-
li vertice ceciderat, me quoque ex montis cacumine conterere cupere?
Fregerunt deinde & illud naturę coæuum fœdus abſtinentiæ atq; ieiunij.
Panem ego illis in cibum conceſſi; illi placentulas, tortas,& ex ſaccharo
artificioſos quęrunt panes. Herbas ego illis manducare pręcepi; illi ad car
nes, ad piſces, ad omnia illa quęcunq; terra & mare & aer producere ſo-
let aſpirant,ſed nec terra & mari ingluuiem ſuam opplere poſſunt. Quis
dicere ſufficiat quot modis ſolę carnes condiuntur? Nunc frixæ,nunc aſ-
ſę,nunc farſę,nunc cum aromatibus, nunc repletę diuerſis condimentis,
nunc mixtim, nunc ſingillatim apponuntur. Quis enumerabit modos
quibus aues aut piſces apparantur? nunc in nigro,nunc in croceo iure,
nunc cum pipere,in crate,in lebete,ſuper prunas coquuntur. Quis quiſ-
quilias illas,muſtardas,ſapores,ſynapim,oliuas conditas,poma aurea,ci-
trina,& infinita alia quibus gulam irritant recenſere poteſt? Alij manna
faſtidientes ad Ægyptias carnes feſtinant,alij propter edulium primoge
nita

nita ne pili aſſumant, alij propter carnes domum meam contaminarunt, & plurimos à meo cultu voracitate ſua abalienarunt alij ventrem ſuum vt Deum adorarunt, & ei ad inſtar tympani diſtento ſuffimenta fętida adoleuerunt, in ſumma, fregerunt pactum quod olim cum Deo inierunt. Ego igitur zelo zelatus ſum pro Domino Deo exercituum, & ſceleſtum quidem illum quo authore multa perpetrabant ſcelera deuici, & ad terrã alliſi. Vt vero pacti ſui memoriam haberent, ego quadraginta diebus & quadraginta noctibus ieiunaui. Non herba, non carnibus, non piſcibus, non aliquo pane tunc vſus ſum, ſed in continua oratione perſeuerans, ieiunio meum mihi corpus ſubiugaui. Exemplum illis dedi, vt & ipſi abſtinentiam & ieiunium amplecterentur. Si enim ego qui corpus meum gratiæ potentia Diuinæ perfuſum geſto. Si in me plenitudo Diuinitatis habitat etiam corporaliter, ſi ego qui omnes affectus corporeos mihi in omnibus obſequentes habeo, me ieiunijs afflixi; vt & ipſi quorum paſſiones effrenes ſunt, quorum corpus ſpiritui reluctatur, quorum inferior pars ad inferiora ſuo iure labitur, ieiunio contineant & coerceant corpus, ieiunio paſſiones eius effrenes refrenent; ieiunio rebellionem comprimant: ieiunio ad ſuperiora eleuent. Corpus quidem quod corrumpitur aggrauat animam, ſed illud quod corrumpitur ciborum affluentia, quod cruditate ex ciborum ſuperfluo vſu proueniente diſſoluitur, quod ex ciborum nimia eſca paraliſi, febricola, vertigine, grauiſſimo capitis dolore, & alijs morbis emoritur. Corpus quod corrumpitur aggrauat animam, per abſtinentiam ergo efficiendum eſt incorruptibile corpus, Ieiunantium enim corpora nullos ſentiunt dolores, nullis diſcruciantur prauis humoribus, non capitis, non manuum, non aliorum membrorum nouerunt morbos; tale corpus non aggrauabit, immo adiuuabit animam: tale corpus non pondere ſuo detrahet animam ad inferiora, ſed quo anima traxerit obſequetur. Videbitis alios Elias, Magdalenas, Antonios, Dominicos, Aquinates, Catherinas à terra pluribus eleuari cubitis propter incorruptibile ex ieiunio corpus. Videbitis alios ad tantam celſitudinem ſuſtolli, vt dignũ Diuinitatis habitaculum, corpora ſua ieiunio purificata reddiderint, Plurimi theſauros cœleſtes in vaſis fictilibus corporis ſui deportabunt. Multi autem ieiunio ſubleuati, in curru igneo, vel in manibus Angelicis ad fœliciſſima paradiſi regna euolabunt. Gula de paradiſo regnantem hominem expulit, abſtinentia ad paradiſum reuocabit errantem. Zelo zelatus ſum pro Domino Deo exercituum, quia dereliquerunt pactum eius filij hominum. Si ad vos tantum, qui pergrato animo quadrageſimale Sacroſanctum ſuſcepiſtis ieiunium, verba haberem, crediderim vobis, ea quæ nunc de vtilitate & neceſſitate eius breui ſermone, à Chriſti & Eliæ exemplo, attuli ſufficere. Verum quia plurimos non tantum hæreticos, quibus abominãdum eſt ieiunium, ſed & Catholico nomine opertos aſpicio, quibus ſiue propter deliciarum conſuetum vſum, ſiue propter gulæ peſſimũ

vitium,

vitium,ſiue etiam qualibet aliâ de cauſa,non multum ſuaue eſt ieiunium; ex antiquitate ipſius vtilitatem & neceſſitatem permaximam oſtendere conabor. Vel vt ſibila antiqui ſerpentis, nos ſicut olim Euam per hæreticos ſeducere adnitentis obmuteſcere faciam, vel vt guloſos ad ieiunium ſuſcipiendum aliquo commoueam modo, vel vt vobis ieiunare cupientibus,ad veſtrum ſolatium commoda & vtilitatem eius recenſens, vos magis alacres reddam. Et quo maioris authoritatis mea ſermocinatio tum apud exteros tum apud vos ſit, ex Baſilio qui pulcherrimæ vtrumq; complexus eſt,vtrumque demonſtrabo. Age igitur,ait,per hiſtoriam vadens, antiquitatem ipſius perſcrutare. Non enim recentius eſt inuentum,patrũ eſt theſaurus. Quicquid antiquitate excellit,venerabile eſt. Reuerere ieiunij caniciem, coætaneum eſt humanitati ieiunium, in paradiſo ſancitum eſt. Primum mandatum accepit Adam,De ligno cognitionis boni & mali ne edatis. Hæc vox. Ne edatis,ieiunij & abſtinentiæ præceptum eſt: Si Eua ieiunaſſet à ligno,non hoc nunc ieiunio opus haberemus. Non.n.opus eſt valentibus medico, ſed male habentibus. Male affecti ſumus per peccatum,ſanemur per pœnitentiam;pœnitentia autem citra ieiunium irrita eſt. Maledicta terra,ſpinas & tribulos producet tibi. Triſtitiam ferre tibi præceptum eſt,non deliciari;per ieiunium purga te Deo. Sed & vita in paradiſo,ieiunij eſt imago,non ſolum quod Angelis contubernalis exiſtens homo,per id quod paucis contentus erat, ſimilitudinem ad ipſos acquirebat: ſed quod etiam quæcunque poſtea hominum ſolertia adinuenit,nondum à viuentibus in paradiſo excogitata erant,nondum vim potus, nondum animantium mactationes, non quæ mentem hominis turbant. Quandoquidem non ieiunamus, excidimus è paradiſo, ieiunemus itaque quo rurſum ad ipſum reuertamur. Non vides Lazarum,quomodo per ieiunium ingreſſus eſt in paradiſum? Ne imiteris Euæ inobediẽtiam, ne rurſus conſiliarium ſerpentem ſuſcipias, in indulgentiam carnis cibũ ſuggerentem. Ne prætexe infirmitatem ac debilitatem corporis, non.n. mihi prætextus & excuſationes dicis,ſed ei qui nouit. Ieiunari non potes, dic mihi,ſalutari autem victu, & corpus onere comeſtorum conterere potes? Atqui noui medicos,non eduliorum varietatem,ſed inediam & famẽ ægrotis imperare. Quomodo igitur is qui hæc poteſt, illa non poſſe ſe excuſat? Quid facilius,ventri tenuitate victus ſufferre noctem,an redundantia ciborum grauatum iacere? Immo neque iacere,ſed frequenter cõuerti,diſrumpique ac ſuſpirare. Niſi fortaſſis dices etiam gubernatores oneribus grauatam nauem facilius ſeruare,quam leuem ac vacuam. Nam eã quæ copia preſſa eſt,modica vndæ inſolentia demergit: quæ uero moderate mercibus onuſta eſt,facile fluctus ſuperat,nulla re impediente ipſam altiorem fieri. Itaque etiam hominum corpora aſſidua ſatietate degrauata,facile per infirmitates ſubmerguntur: quæ verò frugali ac leui alimento vtuntur,etiam id quod ex morbo expectatur malum, velut exurgẽtem

Côc. 1 in ieiunio.

tempe-

tempeſtatem effugiunt,& id quod iam adeſt moleſtum,velut petræ cuiuſdam marinæ occurſum propulſant. Aut etjam quieſcere iuxta tuam ſententiam laborioſius eſt quam currere, & ocioſum eſſe quam luctari,ſiquidem ſanè deliciari conuenientius ægrotis eſſe dixerit, quam frugaliter viuere?Nam facultas animal gubernans ſufficientiam quidem & frugalitatem facilè conficit atq; concoquit,& ei quod nutritur appropriat ac aſſimilat;vbi verò ſumptuoſitatem ac varietatem eduliorū deſumpſit, deinde reniti ad partem non ſufficit, varia morborum genera inducit. Cæterum ad hiſtoriam progrediatur ſermo, antiquitatem ieiunij perſequēs,& quomodo omnes ſancti paternam velut hæreditatem quandam ſuſceptū ſic conſeruarunt,patet filio velut per manus tradentes. Vnde & ād nos p ſucceſſionis conſequentiam hæc poſſeſſio tranſlata eſt. Non erat in paradiſo vinum,nōdum animalium mactationes,nondum carnis eſus. Poſt diluuium vinum,poſt diluuium editis omnia velut olera herbarum, quū deſperata eſt perfectio,tunc conceſſa eſt fruitio. Exemplum inexperiētiæ vini eſt Noe,ignorans vini vſum. Nōndum.n.ad vitæ vſum peruenerat, neque in hominum conſuetudine tritum erat.Quum igitur neque alium bibentem vidiſſet,neq; ipſe expertus eſſet,incautè ab ipſo læſus eſt.Plantauit.n.vitem Noe,& bibit de fructu,& inebriatus eſt, non quod vinolentus eſſet,ſed quod inexpertus menſuræ aſſumendæ. Ita recentius ēſt vini potus inuētum quam paradiſus. Et ſic antiqua eſt ieiunii authoritas. Sed & Moyſen pēr ieiunium ad montem aſcendiſſe cognouimus. Non.n.auſus fuiſſet vertice fumante,neque confiſus fuiſſet ingredi in caliginem, ſi non ieiunio fuiſſet armatus.Per ieiunium mandatum ſuſcepit,digito Dei in laminis ſcriptum:& ſupernæ quidē legislationis ieiunium cauſa erat, inferne verò guloſitas ad idolorum cultum inſaniebat. Sedebat.n.populus ad edendum ac bibendum, & ſurgebat ad ludendum. Quadraginta dierum perſeuerantiam ieiunantis ac orantis ſerui, vnica ebrietas inutilem declarauit. Nam tabulas digito Dei ſcriptas,quas ieiuniū accepit,eas ebrietas cōtriuit,quum indignum iudicaret Propheta,ebrioſo populo leges à Deo ferri.In vno temporis momento per guloſitatem populus ille, de Deo per maxima miracula edoctus, in inſanam Ægyptiorum idolorū culturam deuolutus eſt. Compara inter ſe vtraque, quomodo ieiuniū ad Deum adducit,& quomodo deliciæ ſalutem amittunt. Quid verò ipſum Eſau inquinauit,& ſeruum fratris fecit? nonne vnicus eſus,ob quem primogeniti prærogatiuam amiſit? Samuelem autem nonne oratio cum ieiunio matri donauit? Quid magnum victorem Sampſonem, inuictū reddidit? nonne ieiunium cum quo in vtero matris conceptus eſt? Ieiunium ipſum inſtar nutricis enutriuit,ieiunium virum effecit, quod videlicet Angelus matri præcepit.Quæcunque procedunt ex vite non edat,& vinū ac ſiceram,hoc eſt omnem potum inebriantem non bibat. Ieiunium prophetas generat,roborat potētes, Ieiunium legislatores ſapientiam docet, ani-

mæ

mę bonum propugnaculum,corpori ſecurus cohabitator,ſcutum fortiter agentib.exercitium athletis. Hoc tentationes remouet,hoc vngit ad pietatem,ſobrietatis comes,temperantiæ opifex,in bellis viriliter agit,in pace quietem docet,Deo dicatum ſanctificat,Sacerdotem perficit. Non.n. poſſibile eſt citra ieiunium Sacra celebrare audere,non ſolum in myſtica nunc & vera Dei cultura,ſed ẽt in figurata ſecũdum legem inducta. Hoc Eliam magni miraculi ſpectatorem fecit,Quadraginta.n.diebuscum per ieiunium animam depurgaſſet,ſic in ſpelunca in Horeb videre factus eſt dignus Dñm, quantum ſane poſſibile eſt homini videre.Ieiunans reddidit viduæ filium,fortis apparens contra mortem per ieiunium.A ieiunãtis ore vox egreſſa,populo contra leges agenti cœlum cõcluſit, per annos tres ac menſes ſex. Quo.n.indomitum cor duræ ceruicis hoĩum molliret voluit etiam ſeipſum in afflictionem condemnare. Propter hoc viuit Dominus,inquit, ſi erit aqua in terra niſi per os meum, & induxit oĩ populo ieiunium per famem, vt malitiam ex delitijs ac diſſoluta vita corrigeret. Eliſæo aũt qualis vita erat? quõ apud Sunamitidẽ hoſpitio vſus eſt? quõ vero ipſe Prophetas excepit? nonne olera ſylueſtria,& modica farina hoſpitalitatem explebant? qñ & colocynthide ſylueſtri accepta,periclitaturi erant qui contigerant,niſi precibus ipſius ieiunatoris venenum diſſipatum fuiſſet. Et in ſumma,reperire eſt ieiunium oẽs Sanctos ad Diuinam politiam manuduxiſſe. Eſt quædam corporis naturæ,q̃ Amianton vocãt, inconſumptibilis igne,quæ quidem in flamma poſita,in prunas redigi videtur,exempta aũt ab igne,velut aqua illuſtrata purior euadit. Talia erãt trium puerorum illorum in Babylonia corpora, ex ieiunio naturam amiãti inconſumptibilem habentia. In magna.n.fornacis flamma,velut aurei natura exiſtentes, ſic omnem ignis noxam ſuperabant. imo multo magis igne potentiores declarabantur.Non.n.conflauit ipſos ignis,ſed integros ſeruauit, & quidem cum nihil ſane illam ipſam flammam ſuſtinuiſſet, quam Naphta bituminis calamentum,& pix,& ſarmenta nutriebant, vt ad quadraginta nouem cubitos ipſa diffunderetur, & circumcirca depaſcens multos Chaldæorum conſumeret. Illum itaq; regum pueri cum ieiunio ingreſſi conculcarunt, tenuem inſtar roris aerem in tam vehemẽti igne inſpirantes,& ne pilos quidem ignis contingere auſus fuit, ꝓpterea qđ ipſi à ieiunio enutriti eſſent.Daniel porro vir deſideriorum, qui tribus ſeptimanis panem non comedit,& aquam non bibit,etiam leones ieiunare docuit in lacum demiſſus.Nam velut ex lapide aut ære,aut aliqua alia ſolidiore materia compactus eſſet, leones ipſi dentes infigere non poterant. Ita ieiunium viri, velut tinctura ferri corpus firmarat,& leonibus inuictum effecerat. Non enim contra Sanctum os aperiebant. Ieiunium extinxit vim ignis, obturauit ora leonum, ieiunium orationem ad cœlum tranſmittit, inſtar alæ ipſi exiſtens ad perfectionem ſurſum verſus. Ieiunium domus incrementum eſt, ſanitatis mater, iuuentu-

uentu-

uentutis pedagogus, ornatus ſenibus, bonus comes viatoribus, ſecurus contubernalis cohabitantibus,non habet vir ſuſpectas nuptiarũ inſidias, vbi videt vxorem per ieiunium conuiuentem; nõ conſumitur Zelotypia vxor,videns virum ieiunium ſuſcipiẽtem. Quis domum ſuam imminuit in ieiunio? Numera hodie q̃ intus ſunt,& numera poſtea,nihil deficiet ex his quæ in domo ſunt per ieiunium,nullum aĩal lamentatur mortem,nuſquam ſanguis,nuſquam ſnĩa iudiciaria aduerſus animantia,ab implacabili ventre producta, quietus eſt cocorum gladius,menſa ſpõte ſua ex terra prouenientib.contenta eſt. Sabbathum datum eſt Iudæis, vt quieſcat iumẽtum tuum,inquit,& ſeruus tuus. Fiat ieiunium,quies ab aſſiduis labo rib.famulis,per totum annum miniſtrantibus, quietum redde cocũ tuũ, da libertatem menſæ ſtructori,ſiſte manum pocillatoris ac pincernę,quieſcat aliq̃n & qui varias placentas ac bellaria parat, quieſcat aliq̃n & domus ab innumeris tumultibus,& fumo ac nidore,& his qui ſurſum ac deorſum curſitant,& ventri velut implacabili Dño miniſtrant. Exactores ẽt tributorum omnino aliq̃n ſubditis libertatem paululum permittunt; Det & venter inducias,qui ſemper expetit,& nunq̃ deſinit, qui hodie accipit & cras obliuiſcitur; quum repletus eſt,de abſtinentia diſputat; quũm alimentum ex ipſo tranſpirauit,obliuiſcitur dogmatum. Ieiunium debiti naturam non nouit,non olet vſuras menſa ieiunantis,non ſtrãgulant pupillum ieiunatoris filium paternæ vſuræ,velut ſerpentes ſe circumplicãtes, & alioqui ieiunare proceſſus eſt ad lætitiam. Quemadmodum.n.ſitis potum dulcem facit,& fames p̃greſſa iucundã inſtruit menſam,ſic ciborum voluptatem ieiunium exhilarat. Medium.n.ſeipſum ĩnterponens,& cõtinuitatem deliciarum dirimens,iucundam tibi facit videri participatiõẽ, velut ab exteris peregre redeuntem. Quare ſi vis tibiipſi iucundã inſtruere menſam,ſuſcipe ex ieiunio mutationẽ: tu verò ex eo qđ vehementer à delicijs detineris, ignoras te tibiipſi delicias obſcurare & p̃ amore voluptatis,voluptatem deſtruere. Nihil.n.tam iucundũ eſt,vt non p̃ fruitionis aſſiduitatem deſpicabile fiat. Quorum vero rara eſt adeptio,eorum grata eſt fruitio. Hoc modo ẽt qui nos condidit,per viciſſitudinem rerum in vita,gratiam eorum quę nobis largitus eſt,permanere excogitauit. Non vides quod Sol poſt noctem ſpecioſior eſt? & vigiliæ iucundiores poſt ſomnum? & ſanitas deſiderabilior poſt experientiã aduerſitatum? Itaq; ẽt mẽſa gratior eſt poſt ieiunium,æqualiter diuitib.& bene inſtructam mẽſam habentib. Timeto exemplum diuitis,illum vitæ delicię igni tradiderunt. non.n.ob iniuſtitiam,ſed pp mollem ac delicatam vitam accuſatus, in flãma fornacis torrebatur. Quo itaq; ignẽ illũ extinguamus, aqua opus eſt. Et non ſolũ ad futurum vtile eſt ieiunium, ſed ẽt ipſi carni cõducibilius. Nam bonæ habitudines ad ſummum progreſſę, ſubuerſiones & tranſmutationes hñt,natura labante & bonę habitudinis onus ſuſferre nequeunte. Vide ne nunc conſpuens aquam,poſtea guttam concupiſcas,velut etiã

diues

diues. Nullus ab aqua grauatus eſt crapula, nullius vnquam caput doluit aqua degrauatum, nullus alienis pedib. opus habuit, in aquæ potu vitam degens, nullius pedes ligati ſunt, nullius manus inutiles factæ ſunt aqua irrigatæ. Delictum.n. circa cōcoctionem, qđ delicate viuentib. neceſſario accedit, vehementes morbos corporib. inducit. Ieiunantis color reuerendus eſt, non ad impudentem ruborem efflorëſcens, ſed temperato pallore ornatus, oculus manſuetus, greſſus ſubmiſſus, facies meditabunda, q̄ proteruo riſu non dedecoratur, moderatus ſermo, puritas cordis. Reuoca in memoriam Sanctos ab æterno quib. dignus non erat mundus, qui obābularūt in pellibus ouillis & caprinis, relicti, anguſtijs preſſi, male afflicti, illorum vitam imitare, ſiquidem illorum portionem quæris. Quid Lazarū in ſinu Abrahę quieſcere fecit? nonne ieiunium? Ioannis aūt vita vnicum ieiunium erat; qui non lectum habebat, non menſam, nō terram arandā, non bouem aratorem, non frumentum, non piſtorem, non aliud quicq̄ rerum temporalium; quapropter inter natos mulierum non ſurrexit maior Ioanne Baptiſta. Paulum vna cum alijs ēt ieiunium, quod inter glorias ſuper tribulationib. recenſuit, ad cœlum euexit. Caput aūt oīum relatorum Dñs noſter, cum per ieiunium carnem quā pro nobis aſſumpſit muniuiſſet, ſic in ipſo diaboli inſultus ſuſtinuit; quo & nos erudiret, vt per ieiunia vngamus & exerceamus nosipſos ad certamina in tentationibus, & aduerſario per famem & inopiam, accedendi velut anſam præberet, inacceſſibilis.n. ipſi erat pp Deitatis altitudinem, ſi non per famem ad humanam debilitatem ſe ſubmiſiſſet. Reuerſus tñ ad ſuperos, cibum attigit, naturā corporis qđ reſurrexit per hoc ipſum confirmans. Tu aūt teipſum pingue facere ac incarnare non ceſſas, animum vero fame ac inedia conſumens, ſalutarium ac viuificantium dogmatū nullam rōnem habes. An ignoras q̄ quemadmodū in acie bellica, alterius auxilium alterius imminutionē facit vt vincat, ſic qui carni opitulatur, ſpiritum debellat, & qui vice verſa ſpiritui fert opem, carnem in ſeruitutem redigit. Hæc.n. inter ſe oppoſita exiſtunt. Quare ſi mentem fortem facere voles, carnem per ieiunium doma. Hoc.n. eſt qđ Apoſtolus ait, quātum externus homo corrumpitur, tm̄ internus renouatur, & illud. Cum debilis ſum, tunc potens ſum. Non contemnes corruptibiles cibos? non deſiderium capies menſæ in Regno, quā oīno ieiunium in hoc mundo procurat? Ignoras te per immodicā ſaturitatem, craſſum tibiipſi vermem tortorem ꝑparare? Quis.n. in largo cibo, & aſſiduis delicijs, cōicationem gratiarum ſpiritus ſuſcepit? Moſes ſecūdam accipiens legationem, ſecundo ieiunio opus habuit. Si nō bruta animantia ſimul cum Niniuitis ieiunaſſent, minas euerſionis nō effugiſſent. Quorum arcus deciderunt in deſerto? nō eorum qui carnis eſum q̄rebāt? Illi quamdiu contēti erant manna, & aqua ex petra, Ægyptios vincebāt, per mare viam faciebant, non erat in tribubus eorum infirmus. Poſtq̄ vero mentionem fecerunt carnium, lebetum, & cōuerſi ſunt cupiditatib. in

Ægyptum, non viderunt terram promiſſionis. Non times exemplum? nõ horres edacitatem, ne te à ſperatis bonis excludat? Sed neq; Daniel viſiones vidiſſet, ſi nõ per ieiunium perſpicaciorem aïam feciſſet. Ex craſſo.n. alimento euaporationes velut fuliginoſæ remittuntur, & inſtar denſæ nubis, illuminationes q̃ à Spiritu ſancto in mentem accedunt, dirimunt ac intercipiunt. Si vero & Angelorum eſt aliquis cibus, panis vtiq; eſt, velut ait Propheta. Panem Angelorum manducauit homo, non carnes, non vinum, non quæ à ſeruis ventris requiruntur. Ieiunium ſcutum eſt ad militiam contra dæmones; hoc.n. genus non exit, niſi in oratione & ieiunio. Et bona quidem ex ieiunio tot ſunt. At verò ſatietas iniuriarum principiũ eſt. Statim.n. cum delicijs & ebrietate ac oĩgenis condimentis, coincidit oẽ genus brutæ proteruitatis. Hinc enim in fœminas rabioſi hoïes fiũt, pp æſtum ex delicijs aïæ ingeneratũ. Ab ebrioſis naturæ immutationes fiũt, in maſculo fęminam, in fęmina maſculum quęrentib. Ieiunium verò etiã nuptialium operũ menſuras cognitas facit, & eorum q̃ lege conceſſa ſunt immodeſtiam caſtigans, concors ocium inducit, vt in oratione perſeuerẽt. Ne tñ in ſola ciborum abſtinentia, ieiunij bonitatem termines. Verum.n. ieiunium eſt abalienatio à malis. Solue oẽ iniuſtitiæ ligamentum, remitte proximo afflictionem, dimitte ipſi debita, ne ad lites forenſes & contẽtiones ieiunetis. Carnibus nõ veſcẽris, ſed comedis fratrem; à vino abſtines, ſed iniurijs non dominaris, veſperam expectas ad aſſumendũ cibum, ſed diem in foro iudiciali conſumis. Væ qui ebrij eſtis non à vino. Ira ebrietas eſt aïæ, deſipientem ipſam faciens velut vinum. Triſtitia ebrietas eſt & ipſa, mentem demergens. Timor alia ebrietas eſt, cum fiat vbi non oportet. A timore.n. inquit inimici eripe aïam meã. Et in ſumma, ſingulæ affectiones mentem emouentes, merito ebrietatis noïe appellãtur. Conſidera mihi hoïem iratum, q̃uo affectione ebrius eſt, & non eſt ipſe ſuiipſius Dñs, ignorat ſeipſum, ignorat p̃ſentes, velut in nocturna pugna oẽs attingit, oẽs offendit, oïbus inſultat, inconſiderata loquit̃, ægrè contineri põt, conuiciatur, verberat, minatur, iurat, vociferatur, diſrumpit̃. Fuge hanc ebrietatem, & neq; eam q̃ ex vino accidit aſſumas, ne anticipes per multum vini potum, aquæ potum: ne ducat te ad ieiunij ſacra, ipſa ebrietas, non eſt introitus ad ieiunium per ebrietatem. Neq;.n. eſt per auaritiam ad iuſtitiã, neq; per proteruiam ad temperãtiam, neq; vt in ſumma dicam, p vitium ad virtutem. Alia eſt ianua ad ieiunium. Ebrietas ad proteruitatẽ inducit, ſufficiẽtia ad ieiunium. Qui decertat, p̃exercitatur; qui ieiunat, abſtinẽtia præexercetur ac p̃paratur, non vt vlciſcens dies, non vt decipiens legiſlatorem, ante quinque dies prius crapulam depone, Nam ſtultè laboras, corpus quidem conterens, inopiam verò & famem non mitigans, infidũ eſt promptuariũ, in pertuſum hauris dolium. Vinum.n. perfluit, propria via decurrens. Peccatum aũt intus manet. Famulus fugit Dñm percutiẽtem; tu aũt manes apud vinum, q̃d ſingulis dieb. caput tuum verberat. Menſu

ra

ta optima vſus vini, eſt neceſſitas atq; indigentia corporis. Si verò terminos excedas, cras veniens capitis grauitatem conquærens, oſcitans, vertiginoſus, putrefactum vinum olens, oīa tibi circumferri, oīa moueri videbuntur; ebrietas.n.ſomnum quidem inducit mortis fratrem, vigilias autē ſomnijs aſſimiles. Num vides quis eſt quem ſuſcepturus es? qui promiſit nobis, quia ego & pater veniemus & manſionem apud eū faciemus. Cur igitur anticipas per ebrietatem, & Dño introitum concludis? Cur allicis hoſtem, vt tuas munitiones præoccupet? Ebrietas Dñm nō ſuſcipit, ebrietas Spiritum S.fugat, fumus.n.fugat apes, crapula aūt fugat gratias ſpirituales. Quis.n.habitaret in illo fumanti ſordido, & ſtercorib. repleto corpore? Deus purus eſt & abſq; macula, depuratum ab omni ſorde requirit habitaculum. Si Regem aliquem terrenum in ſtabulum vbi oīa fœtore, fimo animalium, & animalibus immundis plena ſunt, introduceres ad demorandum, nonne grauiſſimas mereteris pœnas? Et Regē illū ſupremū, lumine ſicut veſtimento amictum, ſtipatum caterua beatiſſimorum ſpiritūum, in tuum ſpurciſſimum deduces corpus? in ſtercoribus illito corpore ei manſionem tribues? in caligine tenebroſa capitis tui eius locabis ſolium? Cor illud quod mero circumfuſum in viſceribus enatat, quod vix reſpirare audet cibis oppletum, quod oīa recepta vel etiam ore eijcere nititur, qđ cibis immerſum & ſubrutum eſt, tale cor Deo tuo in manus trades? Poſtulat quidem ille cor hominis. Fili da mihi cor tuum, ſed illud immaculatum, nitidum, & liberum, ieiunioq; purificatum. Forſan.n.veretur ne ſi in cloacam hanc ingreſſus fuerit vel cum oppreſſa opprimatur, vel ſubmergatur cum demerſo corde, vel ēt ne cum ſpurciſſimo ſtercore euomatur. Percepiſtis igitur ſummam ieiunij neceſſitatem, cum vtilitate maxima coniunctam; Antiquitatem & modum ipſius audiſtis, non aliud manet, præter illud quod per manus Patrum hæreditario iure cum veſtra natura accepiſtis, obſeruare contendatis. Nemo prætexat iuuentutem, iuuenes.n.Babylonis ieiunarunt. Nemo pueritiā oſtendat, ieiunauit puer Sanctus Daniel. Nemo grauidum vterum demonſtret. Grauida Sācto Samuele ieiunauit Anna. Nemo ſenectutem. Senex Tobias ieiunauit. Nemo militiam. Miles inuictiſſimus Samſon ieiunabat. Nemo labores immēſos in excuſationem producat. Vtrumq; Deus in Adamo coniunxit, Dixit.& in ſudore, & veſceris pane tuo. Sudorem ſanguineum ſudauit Adam, ieiunium tñ conturbernale habebat. Nemo gratiæ plenitudinem, nemo corpus ſpiritui ſubactum ſe geſtare dicat. Deus ipſe Saluator Orbis quadraginta diebus & quadraginta noctibus ieiunauit. Cuius exemplum nos frequenter ſuſpicientes, amaros ieiunij ciboscondiamus, ſic.n.facile tempus ieiunij decurrentes, noſtra corpora digna Sacroſanctis myſterijs habitacula parantes, ad ſempiternam illam feſtiuitatem deueniemus, præſtante Saluatore noſtro qui viuit & regnat in ſæcula. Amen.

rum luctátur deſcende; videbis illic Ducem exercitus mei,huic tu litteras quas tibi trado in manus proprias conſignabis. Dicito ei. Scriptum eſt, quid te oporteat in hac atrociſſima pugna facere, non expedit tibi pigritia deſidem vel metu pauidum eſſe,acri animo hoſtes ſunt à te repellẽdi, perrumpenda ſunt inimicorum caſtra, ad vſque ſupremi hoſtium Ducis tentorium excurrendum eſt, fortitudine inuicta nihil eſt formidandum. Quare ſi filius Dei es,ſi te ꝓfectum copiarum exiſtimas eſſe,ſi ignauia,meq; à paterna virtute non vis degenerare,ſi immortale tuum nomen,poſteritati relinquere,ſi gloriam ſempiternam rebus ꝑclare actis tibi comparare ſtudes, pro tua dignitate facinora inuicti Ducis exequere, Mitte te deorſum. Scriptum eſt.n.Angelis ſuis mandauit de te,vt cuſtodiant te in omnibus vijs tuis,In manibus portabunt te,ne offendas forte ad lapidem pedem tuum. Super aſpidem & Baſiliſcum ambulabis, & conculcabis leonem & Draconem. Satanas quia vino furoris madidus fuerat, ſigillo Dei obſignatas epiſtolas quas in manu geſtabat,non aperuit,neque agnouit ſe ſuæ necis inſtrumenta deferre. Acceſſit ad Saluatorem noſtrum,in ſolitudine pro genere humano decertãtem, eiq; litteras acceptas profert. Talia ad te, ait, mandata habeo. Mitte te deorſum. Quod ſi dubitas de meis præceptis, en litteras digitto Dei exaratas.Scriptum eſt enim Angelis ſuis mandauit de te, ideoque ne hæſitaueris, non concidat cor tuum. Saluator autem noſter quia Patris omnem didicerat ſapientiam,conſiliũ Paternum de hoſte literarum tabellione trucidando cognoſcens,non ſocordem neque ignauum ſe præſtitit. Perlectis enim epiſtolis,vbi percepit contra hoſtem forti animo decertandum ſibi eſſe, vbi legit, ſuper aſpidẽ & Baſiliſcum ambulabis, & conculcabis leonem & draconem;reuocauit in memoriam illud vaticinium. Inimicitias ponam inter te & ſemen illius,ipſa conteret caput tuum,& tu inſidiaberis calcaneo eius; & præſentium latorem trucem fore antiquum ſerpentem agnoſcẽs audacter ſuper ipſius caput inſilijt,calcauit,cõtriuit,Scriptum eſt ait mihi,(intra ſe Chriſtus loquebatur)Satanas, ad vſq; ſupremi ducis hoſtium vires proſternẽdas,mihi excurrendum eſſe, hunc ego Regem ſuper filios ſuperbiæ ſubol facio eſſe,hic mihi proſternendus eſt.Satan mihi perſuadet,vt me Angelicis manib.in oĩ periculo committam.Scriptum eſt,ait.Sed ibi annexum eſt,ſuper aſpidem & Baſiliſcum ambulabis,& conculcabis leonem & draconem.Draconem hunc eſſe antiquum perſpicio, Baſiliſcum trucem,ſurdam aſpidem,Leonem rugientem hunc eſſe video, iſtius caput mihi conculcandũ eſt. Sic mãdata Dei fortiſſimus iſte miles exequẽs,ex litteris ad ſe ꝑ Satanam delatis,Satanam alliſit,& enecauit.Scriptũ eſt ait illi,Nõ tẽtabis Dñm Deum tuũ.& hoc iaculo vires eius proſtrauit,atq; cõculcauit. Simili artificio,& ipſe Satanas (vt ad nr̃m accedam propoſitum)ad quemcunq; vel ſeducendum,vel ſubruẽdũ vtitur.Lr̃as verbi Dei perniciẽ tabellionis cõplectẽtes ei tradit ĩ manus,Dicit.Mitte te deorſũ,ſi filius Dei es.

Scriptum eſt enim. Hoc eſt. Filius vis eſſe Dei,& hæreditatem regni cœleſtis accipere. Mitte te deorſum,ex ſublimi gradu rationis. Quid tibi cũ iſta tyrannide, qua teipſum in excelſo virtutis ſtatu comprimis? Quid cum obedientia & cultu Diuino? quid cum abſtinentia & moderatione? quid cum pietate,iuſtitia, religione, prudentia? quæ emolumenta tantarum virtutum? Mitte te deorſum, laxatis ignauitatis,& crudelitatis vinculis, morum Stoicorum ſeuera diſciplina profligata, poteris & iugum Diuinæ obedientiæ deijcere. Scriptum eſt.n. A ſæculo fregiſti iugum, rupiſti vincula. Poteris & cultum Dei commutare,vel ſi placet ſubrogare; Scriptum eſt.n. Quo mihi multitudinem victimarũ veſtrarum,dicit Dominus. Quis quęſiuit hæc de manib. veſtris, vt ambularetis in atrijs meis? Ne offeratis vltra ſacrificium fruſtra,incenſum abominatio eſt mihi. Neomeniam & ſabbathum & feſtiuitates alias non feram. Poteris & templa & altaria ſubuertere. Scriptum eſt.n. Non in manu factis templis habitat Dominus,poteris & orationum vim denegare. Scriptum eſt.n. Cum extẽderitis manus veſtras auertam oculos meos à vobis, & cum multiplicaueritis orationem non exaudiam. Poteris,ait Satan,& oẽs cerimonias,& ritus oẽs abolere. Scriptum eſt.n. veri adoratores,adorabunt Patrem in ſpiritu & veritate, Poteris & incenſa dæmoni adolere, & ſacrificare victimas,& ſiue ſemine,ſiue ſanguine humano,perfundere aras. Scriptum eſt enim quod filij Iſrael prouocauerunt Deum in dijs alienis, qđ immolauerunt dæmonijs & non Deo,Dijs quos ignorabant Patres eorum. Poteris & habenis ſolutis,te totum veneri,amorum blanditijs,iocis ad libidinem acrius irritandã accõmodatis dare. Poteris pro libidine quodcunq; libuerit facere, vim ingenuis mulierib.& multis virginib. vel per ſtuprum,vel per adulterium inferre,poteris Sacratas ẽt puellas polluere. Scriptum eſt enim, Coronemus nos roſis antequam marceſcant,nullum pratum ſit qđ nõ pertrãſeat luxuria nr̃a. Nemo exors ſit luxuriæ nr̃æ, vbiq; relinquamus ſigna lętitiæ,qm̃ hæc eſt pars nr̃a,& hęc eſt ſors noſtra. Poteris & ventrẽ tuum oĩ ciborum genere ſaginare, & vino temet vſq; ad inſaniã ingurgitare. Scriptum eſt.n. Non qđ intrat in os coinquinat hoĩem. Scriptum eſt. Et vinum in lætitiã procreatum eſt. Poteris legum ſanctiones, pacis ornamenta,religionis p̃ſidia,oĩa & pietatis & iuſtitiæ ſtudia peruertere,fortunas aliorum diripere, liberos in ſeruitutẽ abducere, deglubere pauperes, pupillos opprimere,oĩa ferro,flamma,vaſtitate cõſumere,coniectis facib. ædes aliorũ inflãmare,pudorẽ eripere caſtis,cędib. flagitijs,latrocinijs,ſacrilegijs,multa hoĩum innocentium millia trucidare. Poteris & hoĩem deponere & ferinã imitari ſęuitiam. Scriptum eſt.n. Homo cum in honore eſſet non intellexit,cõparatus eſt iumentis inſipientib. & ſimilis factus eſt illis. Scriptum eſt hoĩes & iumenta ſaluabis Dn̄e. Scriptum eſt, Opprimamus pauperẽ iuſtũ,& non parcamus viduę, nec veterano, nec reuereamur canos multi tẽporis. Sit fortitudo nr̃a lex iniuſtitiæ, circumueniamus iuſtum,

ſtum, quoniam inutilis eſt nobis, contumelia & tormento Interrogemus eum, morte turpiſſima condemnemus eum. Poteris, ait Satan, & in infernum te deijcere, & in fauces vſq; Plutonis deſcendere. Scriptũ eſt.n. Angelis ſuis Deus mandauit de te, vt cuſtodiant te in oĩbus vijs tuis. In manib. portabunt te, ne forte offendas ad lapidem pedẽ tuum. Ne vereatɾ & ſerpentis antiqui venenatos morſus, ne crudelitatẽ leonis furentis expaueſcas. Scriptum eſt.n. ſuper aſpidẽ & Baſiliſcum ambulabis, & conculcabis leonẽ & draconem. Sic plurima alia pcipitia dum homini perſuadere nititur, dum hoĩem ex alto virtutũ culmine deijcere cupit, hoc vno pcęte ris abutitur. Scriptũ eſt.n. Vt alicui dixerit. Mitte deorſum, ſtatim ſubdit. Scriptũ eſt.n. Vt ſcelus aliqđ cuiq; ſiue pſuadet p ſuos miniſtros, ſiue ipſe intus ſuggerit, ſtatim p ſingula legis Diuinę volat volumina, per Moyſi, p Regnorũ libros, per Pſalmos, per Apoſtolos, p Euangelia, per Prophetas. Scit.n. fętores ſuos nulli fere cito eſſe placituros, quare illos cęleſtis eloqj velut quodã aromate aſpergit, vt ille qui humanũ facilè deſpiceret terrorẽ, qui mortẽ ſibi apertè intẽtatam refugeret, Diuina non facilè contẽnat oracula, neq; ſub Diuino vitali verbo facilè effugiat occultã mortẽ. Facit ꝙ hi ſolent, q paruulis auſtera qđã tẽperaturi pocula, prius ora melle circũliniunt, vt incauta ætas, cum dulcedinẽ pſenſerit, amaritudinẽ non reformidet. Quod ẽt ijs curę eſt, q mala gramina, & noxios ſuccos, medicaminũ vocabulis pcolorant, vt nemo ferè, vbi ſupraſcriptũ legerit remediũ, ſuſpicet venenum. Sic ẽt Satan cicutã mortiferã flore verbi Dei, ſic & venenata pocula, dulciorib. ſup mel & fauũ eloquijs Diuinis illinit atq; cõtegit, vt hoĩes dulcedine verbi Dei illectos facilius enecet. Quapropter illud vnũ pcipuè curat, vt hoĩes ad Sacras ſcripturas euoluẽdas & temerè plegẽdas incitet. Scrutamini, ait, Scripturas, in illis.n. id qđ à me pcepiſtis exaratũ reperietis, non mea ſunt cõmenta ait. Scriptum eſt. Si non creditis, traducite in maternã linguã Biblia, & diligentius pſcrutate, qđ ego dico, in Bibliis ſcriptum eſt. Legite igiť Biblia. Hoĩes partim aſtu dæmonis, partim uel ſua curioſitate, vel malitia, vt ad oĩa Diuina & humana temerãda operculum inuenirent, adducti, dicto citius paruerunt, & horrendã ſibi ſuis lectionib. mortem inuexerunt. Durius fortè vobis vř quod nunc dixi, qa hoĩes, temerè Diuinos euoluentes libros, horrendam ſibi ſuis lectionib. mortem inuexerũt. Verba mea, dicitis, ſunt Spiritus & vita vt aiebat Chriſtus. Scrũtamini ſcripturas monebat Chriſtus, qui ergo fieri põt, vt Sacrę ſcripturę temeraria lectio mortẽ adferat? Si Chriſtos hortabař ad pſcrutandas ſcripturas, qũo ſi mortẽ ſcripturæ adferent, ad vitã & ſpiritum ex eis pcipiendum monuiſſet? Accedit, ſi Xp̃s monebat ad ſcripturas ſcrutandas, qua temeritate tu audes à ſcripturarũ lectione nos dehortari? qua audacia nobis eripere ſacra Biblia tentabis? Chryſoſtomus Xp̃i veſtigia ſecutus obſecrabat oẽs ſęculares, vt emerent ſibi Biblia, aię pharmaca, & ſi, ait, nihil aliud vultis; vel nouum teſtamẽtum acquirire, Apoſtolorũ acta,

Euangelia. Nō poteſt.n.fieri, aiebat, vt quiſquam ſalutem aſſequatur, niſi perpetuò verſetur in lectione ſpirituali. Si nemo poteſt ſalutē aſſequi, niſi ex perpetua lectione ſpirituali, qūo ex lectione ſpūali mortem ſibi conſciſcet? Si Biblia pharmacum eſt aīæ, qūo venenū poterit eſſe? Si & Chriſtus & Chryſoſtomus ad Sacræ ſcripturæ perpetuam lectionem hortanť, qui ſunt iſti conatus vt nos ab eius lectione coerceas? Sed nec ego inficias eo, qđ Sacra ſcriptura non ſit ſpūs & vita, neq; ſit pharmacum aīæ; neq; illud temere nego qđ ex Sacræ ſcripturæ lectione non poſſit aliqs ſalutem cōſequi. Veriſſime.n.à Pſalte dictum eſt. Lex Dn̄i immaculata cōuertens aīas, teſtimonium Dn̄i fidele, ſapientiā præſtans paruulis, p̄ceptum Dn̄i illuminans oculos, Lucerna pedib. meis verbum tuum, & lumen ſemitis meis. & multa alia, q̄ in laudem Diuinorum profert eloquiorum. Verū & illud affirmo, quod Sacra ſcriptura ſit mors & venenum, qđ Sacra ſcriptura ſit
1.Cor. 1. & 2. gladius anceps. Non mea eſt ſed Pauli ſnīa quam protuli. Alijs, ait, odor vitæ in vitam, alijs odor mortis in mortem, & Verbum crucis pereuntib. ſtultitia eſt, ijs aūt qui ſalui fiunt, Dei virtus eſt, & Animalis hō non percipit ea q̄ ſunt Spiritus Dei, ſtultitia.n.eſt illi, & nō pōt intelligere, quia ſpi
Hebr.4. ritualiter examinātur. Spiritualis aūt iudicat oīa, & alibi. Viuus eſt ſermo Dei & efficax, & penetrabilior oī gladio ancipiti, & pertingens vſq; ad diuiſionem aīæ ac ſpiritus, compagum quoq; ac medullarū, & diſcretor cogitationum & intentionum cordis. Nihil eſt, docebat Hoſius, Scripturarum lectione melius, nihil vtilius; ſed arbor eſſe quędā dr̄ Rhododaphne, cuius folia quadrupedib. venena ſunt, hominibus præſidia aduerſus ſerpētes. Eadem quoq; eſt Sacræ ſcripturæ ratio, q̄ ſicut ſobrijs ac prudentibus ſalutarem præbet alimoniam, ita ſtultis & impijs hæreſeos & maioris impietatis miniſtrat occaſionem. Nouacula tonſoris acuta ſalutis cauſa eſt in manu eius qui putridas p̄ſcindit carnes, ne ſana inficiant membra; ſed ſi illam puero tradideris mortis occaſio permaxima eſt. Flores roſei apibus dulcedinem, ſcarabæis venenum miniſtrant. ſic pulcherrimi ſcripturæ flores, quibuſdam ſuauitatem, alijs toxicum p̄ſtant; Sic & gladius verbi Dei quoſdam viuificat, quoſdā vero confodit & conficit. Quod ſi Saluator nr̄ & Chryſoſtomus, monebant ad Sacræ ſcripturæ lectionem, monebāt ſpirituales non aīales, monebant ad illius lectionem quę ſpiritus & vita, quę pharmacum, non ad eā quæ venenum, q̄ mors eſt. Ita Chriſtus vbi folia arboris vitę explicuiſſet, vbi & margaritas cęleſtis regni precioſiſſimas diſci
Matth.7. pulis ſuis in manus dediſſet, dixit. Nolite ſanctum dare canibus; neq; mittatis margaritas vr̄as ante porcos, ne forte conculcent ea pedib. ſuis, & cōuerſi diſrūpant vos. Quaſi dixiſſet Saluator. Verba q̄ ego locutus ſum vobis, & q̄ vt populos vniuerſos doceatis vobis cōmiſi, ſācta ſunt prorſus & immaculata, nihil pernicioſum, nullum ſcelus ſed oēm ſanctitatem, virtutem omnem edocent. verum paruulos hoīes non turgidos, non aīales, nō beſtias. Folia ligni vitæ vitā adferunt hoībus, mortē aūt ijs q̨ cōparati ſūt

iumen

iumentis inſipientibus & ſimiles facti ſunt illis. Arbor Sacræ Scripturæ,
arbor eſt ſcientię boni & mali, Bonum ex ea poſſunt boni, mali aũt malũ
& venenatũ decerpere fructũ. Ideoq; non oẽs paſſim auditores Sacrę ſcri
pturę recipiatis, vitalia iſta folia ne porcis iactaueritis, ne fortè conculcẽt
ea, ne mortis ſuæ cauſa ſint. Canes hic ſignificat homines, addidit Chry- Hom. 24.
ſoſtomus, in impietate viuentes, ſpemq; omnino conuerſionis in melius Matth.
non habentes. Porcos verò in luto in fręnis luxurię iugiter commorãtes,
quos ſupra oẽs huiuſmodi doctrina pronunciauit indignos. Hoc ergo &
Paulus adſtruens, ait, Animalis aũt homo non percipit ea quæ ſunt Spiri-
tus Dei, ſtultitia.n.eſt illi & nõ põt intelligere. Alibi quoq; ait, corruptio- 1.Cor.8.
nem eſſe morum, dogmata perfectiora non capere. Propter hoc iubet ne
huiuſmodi hoĩbus cũcta pandamus; fiunt quippe poſtq̃ didicerint ſecre-
ta, temerarij. His.n.qui bęnigno ſunt animo atq; prudenti, honeſtiſſima
apparent cum fuerint reuelata; imprudentes verò magis ea ignorata reue
rentur. Quia verò diſcere illa naturali rõne non poſſunt, etiamſi ignoran
tia offenſi id conentur. Neq;.n. porcus aliqñ nouit, cuius ſit precij marga
rita; & hic ergo quia neſcit, ideo cõculcat. Nihil.n. hinc affertur amplius,
his qui eiuſmodi ſunt, & tñ audiunt, niſi noxa cumulatior. Siquidẽ & ab
illis ſancta temerantur, neſcientibus vtiq; cuius illa ſunt meriti, & ipſi de
ſpectatius inſoleſcunt, contraq; nos potius armantur. Et bene ait: Ne fortè
conuerſi diſrumpant vos. Modeſtiam.n.ſimulant vt ſecreta condiſcant;
cũ verò didicerint, repente alij ex alijs effecti irrident, inſultant, atq; illu-
dunt, quaſi quadam, à ſe arte deceptis. Propterea & Paulus Timotheo di-
cebat. Quẽ & tu deuita, valde.n.reſiſtit verbis noſtris. Et rurſus alibi. In-
crepa huiuſmodi. Non.n.ex his quæ didicerint armantur, ſed eorũ occa-
ſione ſuperbius efferuntur, atq; inſolẽtia fędiori cõplentur: & idcirco nõ
exiguum lucrum eſt in ſua illos ignorantia permanere, non.n.tam recta
temeritate deſpiciunt. Si verò diſcant, geminum eſt oĩno dãnum, cũ certe
& ipſi nihil oĩno fructificent, imò magis magiſq; lędantur, & tibi nego-
cia ac mille pericula promoueant. Audiant hoc loco illi qui impudenter
oĩbus, ac temerè copulantur, deſpicabilia ea quæ ſunt reuerenda faciẽtes.
Nam & myſteria ideò clauſis ianuis celebramus, & eos qui nõdum initia
ti ſunt adeſſe prohibemus, non quia infirmitatẽ myſteriorum aliquã de-
prehendimus, ſed quia ad participationẽ eorum illi adhuc quos arcemus,
infirmi ſunt. Propter quod & ipſe multa ad Iudęos in parabolis diſſere-
bat, qm̃ non videbant videntes. Propterea iuſſit & Paulus ſcire nos quẽ-
ad modum debeat vnicuique reſponderi. Hæc eſt Saluatoris, hęc & Chry
ſoſtomi de Sacrorũ ſecretorum ſciẽtia, doctrina; quod.ſ. Diuina myſteria,
neq; canibus in impietate viuentibus, neq; porcis commorantibus in fę-
cibus luxuriæ, neq; animalibus more brutorum viuentibus, neq; hęreſeos
macula infectis, propalãda ſunt in Sacra concione. Cauſa non alia eſt, præ
ter eam, ne forte conculcent illa porci: ne canes conuerſi diſrumpant; &

mille

mille incommoda atq; pericula & ſibi & Eccleſię faceſſant, ne aïales magis magiſq; lędantur, & mortis ſuæ cām ſibijpſi adferant. Ne ſuperbia elati, hæretici, inſolētia fędiori cōpleantur, & deſperatius contra ſe & Eccleſiā inſoleſcāt, ne noxā cumulatiorem temerarij & ſęculo implicati hoïes ſibi ex ijs acquirāt. Spiritualibus ergo Sacra ſcriptura eſt vita, & pharmacum aïæ. Animalibus aūt odor mortis & venenum. Spiritualibus Biblia ſunt ſapientia, animalibus verò ſtultitia. Spirituales maxima cōmoda ſpiritus; aïales aūt noxas, ſuperbiam, inſolentiam, inobedientiā, ſcelus, deſperationem, furorem, exitium ſempitenum ex Sacræ ſcripturæ lectione accipiunt. Saluator noſter cū Chryſoſtomo, ſpirituales monebat ad lectionem Bibliorum, Saluator ēt & Chryſoſtomus arcebant animales à participatione eorū. In lege veteri ſupplicium mortis interminatū erat cuique vulgari homini & iumento, ſi montem in quo apparebat Deus vel ſaltem contigiſſet. Conſtitues, ait Deus, terminos populo per circuitum, & dices ad eos. Cauete ne aſcendatis in montē, nec tangatis fines illius, oïs qui tetigerit montem, morte morietur. Manus non tanget eum, ſed lapidib. opprimetur, aut confodietur iaculis, ſiue iumentum fuerit, ſiue homo, nō viuet. Sacra ſcriptura mons ēſt altiſſimus, in quo Deus igneam legē in manibus deferens mortalibus apparet. Si quis ad eius lectionē accedat, in figura hoïs, vitam belluæ cuiuſdā imitatus, ſi aliquis canis vel porcus, ſi aliquod brutum vulgare, hunc adorandū tangere auſum fuerit montē, morte morietur. Sed qua tandē morte? Notate verba: Morte morietur illud animal Diuina myſteria attingens, non quidem ea q̄ ſolet manibus humanis inferri. Manus .n. humanæ non tangent eum; ſed vel lapidibus opprimetur, vel confodietur iaculis; vel in duriſſimā conuertetur petram, q̄ nullis poſtea ictibus verbi Diuini conteri poterit, vel iaculis Satanæ q̄ in corda petrea die noctuq; iaculatur conficietur, mortē tandem aliqua ſpirituali ob tactum montis Diuini occūbet. Vnde canes rabidi, in Eccleſiā latratibus ſuis furentes, furorē veſanum conceperunt? Ex Sacræ ſcripturæ lectione. Ex Scriptura ſacra, ait Hilarius, non intellecta natæ ſunt oēs hęreſes. Quamobrem rabie immani perciti, oēs conatus ad proſcindendā Eccleſiā conuerterunt? Propter Sacræ ſcripturę lectionē fatebat & ipſe mordaciſſim⁹ Lutherus. Propter q̄ cām Antropomorphitę in abſurdiſſimos & impios errores prolapſi, Deo corpus humanū & humanas paſſiones affingebant? Propter Sacrę ſcripturæ lectionē, retulit Caſſianus. Cur Orebitæ & Thaboritæ & Adamitæ impudiciſſimi nudi nuda in conſpectu aliorū corpora miſcebāt? Propter Sacrę ſcripturę lectionē, vt reliquit Æneas Syluius. Quare Georgius Dauid tāta correptus inſania, ſe eſſe filium Dei & verū Meſſiam blaſphemo ore pronunciauit? Propter Sacrę ſcripturę lectionē, ut aduerterunt Baſileenſes. Cur ſceleſtiſſimus Seruetus Sacroſanctæ Tryadis conuulſit myſterium? Quia in Scripturis legit, Deus Iſraelis vnus eſt. Cur impius Arrius Dei filiū hęreditate paterna, ſpoliauit, & in-

Exod 19.

fra

ſta aliorum hominum redegit numerũ? Quia Scripturas voluens reperit. Pater maior me eſt. Cur Lutherus ſanctiſſimas Patrum traditiones in exilium relegauit? Quia Sacram ſcripturã perſcrutans, inuenit. In preceptis Patrum veſtrorum nolite incedere; ſine cauſa me colunt, docentes doctrinas & mandata hoĩum. Cur alij oẽs lege Diuina temerata, ſpretis poteſtatibus, pudore inſito violato, in oẽ ſcelus ſibi prorruendum eſſe ſtatuerunt? Propter ſcripturę lectionẽ, in qua aduerterũt. Chriſtus vos liberauit à maledicto legis. Iã non eſtis ſub lege ſed ſub gratia; Chriſtus vos de ſeruitute, in libertatem vocauit. Quãobrem vniuerſum ordinẽ ex Eccleſia ſuſtulerunt, & loco Hieroſolymę quæ ædificatur vt Ciuitas, cuius participatio eius in idipſum, Babylonẽ in qua rerum oĩum quædam eſt horrenda confuſio extruxerunt? Cur oẽm animarum curam ad zonarios, baiulos, piſtores, ſartores, ſutores, & ad fęminas viles, zonarias, ſutrices, baiulas, traduxerunt? Propter quid Apoſtolatus, Prophetiæ, Doctoratus, Epiſcopatus, Sacerdotij gradus ad vſq; meretrices protuderunt? Propter Scripturę ſacrę lectionẽ. Sacræ ſcripturæ temeraria lectio, canibus iſtis latrantibus cã multorum errorũ fuit. Ex Sacræ ſcripturę promiſcua lectione, excęcati ab Eccleſia defecerunt, deficientes rabie inſanierunt, inſanientes oĩa proſciderunt & violarunt; neq; pepercerunt ſibijpſis. Sibijpſis perniciem extremã è Scripturæ folijs exceperunt. Scriptũ eſt, vſurpatum temere ab his animalibus brutis illis vltimũ attulit exitium. Legit alius, Scriptũ eſt, Fides tua te ſaluã fecit, & opera à fidei vinculo ſeparauit. Alius vidit, ſcriptũ eſt, Pęnitet me feciſſe hoĩem, & homini inſtabili Deum ſimilem eſſe teſtatus eſt. Alius legit, Si me audieritis, bona terrę comedetis, & Beatitudinẽ in terreis bonis collocauit. Legit alius: Edamus, bibamus, cras moriemur, & ſimilis eſt interitus hominis & iumenti: & Epicurei dogma infauſtum inducens. Ventrẽ vt Deum adorauit, nihilq; de aĩorũ immortalitate credẽdum eſſe commentus eſt. Vidit alius altare aureũ in Apocalypſi, & ſub eo Sanctorum aĩas, quieſcentes & vſq; ad diem iudicij Sanctorũ mentes neſcio in quos carceres cõcluſit. Dies me deficeret, ſi oĩum mortes & pręcipitia, quæ illis ex Scriptum eſt obtigerunt enumerare vellem. adeò certum eſt id quod Hilarius docuit, ex ſcriptũ eſt oẽs rabidos canes inſania correptos mortẽ ſibi conſciuiſſe animarum. Oĩs.n. ſiue homo, ſiue beſtia, ſi tetigerit montẽ iſtum Diuinũ, morte morietur. Manus non tangent eũ, ſed lapidibus obruetur, vel confodietur iaculis. Non grauabor hic referre quæ doctiſſimi & grauiſſimi viri, de Eraſmo Roterodamo, illo quẽ oĩum hæreſum fontem & originem eſſe multi dixerunt. Is iãiã moriturus, dum oẽs errores quos turpiter in vita cũ in ſcribendo, tum in docendo cõmiſerat, in mentẽ reuocaret; hoc vnũ præ cęteris lachrymarum imbre opplorabat, qđ ſacræ Scripturæ lectioni nimis temerè ſe dediſſet. Hęc, ait, vna cã eſt, qđ in tã tetros prolapſus fuerim errores, quodq; multis hæreſibus ſtrauerim iter, quia Sacræ lectioni me temerè dedi. Quod ſi talis & tãtus vir,

qui in Eccleſiæ gremio olim enutritus, ab eius vbere ſanam exſuxerat doctrinam, qui acrimonia intellectus, tantã ſibi cõpararat vtriuſq; & humanæ & Diuinæ notitiæ ſapientiam, vt flos ſui tpis, linguę Latinę reparator, & quaſi alter ex illis eloquentiſſimis Oratorib. & Theologis nũcuparetũ, tñ ex lectione Bibliorũ cæca hæreſum caligine inuolutus, horrendam ſuper ſe induxerat mortẽ, quid vilis plebecula ſoli manuum labori aſſueta? quid Gnatones illi qui dies noctesq; in amplexu ſcortorũ perſiſtũt? quid mulierculæ q̃ neq; ingenio, neq; doctrinę facultate præcellunt, ſi vſum Bibliorũ ſibi vſurparint, quantis erroribus implicabuntur? q̃ denſas tenebras ſuæ inducent menti? quas mortes ſibi parabunt? Si ſapientiſſimi hallucinantur? ſtulti & mentecapti quid facient? Si acres ingenio, ſi qui olim ſanæ doctrinę cibũ deguſtarunt, venenũ è ſacro fonte bibunt, quid nunq̃ Eccleſiæ ſinu cõplexi? Si illi qui plus olei q̃ vini in lectione Sacræ ſcripturæ cõſumpſerunt abſynthium & cicutam ex paradiſo Sacræ ſcripturæ decerpſerunt; quid illi qui plus vini q̃ olei ebiberũt? Si hoïes olim illuſtres ex hac arbore præcelſa fructus mortiferos collegerunt, quid animalia? qd more belluarum ſup terrã ſerpentes, & cęleſtia metro terrenorũ cogitantes? Si oculi hominum vigentes in aſpectu ſplendidiſſimi Solis ſcripturę cęcutiunt: noctuæ qũo videbũt? qũo illi qui nihil præter teterrimas inferni tenebras aſpexerunt, in fulgidiſſimũ verbi Dei lumen aciẽ vibrabunt? Scrutator maieſtatis opprimetur à gloria. Qui voluerit in ſplendidũ Solis iubar fixos ſemper eleuare oculos, obcęcabitur, quia fragilis oculorum acies non põt per ſe tm̃ ſplendorẽ ſuſtinere; ſic qui ſuo fretus ingenio tentauerit in admirabilem Diuinorum arcanorum claritatem mentis oculos conijcere, ſplendore illorum obruetur, & obcęcata mentis acie, id qđ volebat nunq̃ cogitatione aſſequetur. Volebat & Paulus antequam diuinę lucis radio illuſtraretur, luminis huius ſecreta ſcrutari, myſteriaq; legis antiquæ penetrare; ſed in quos inciderit errores, nemini ignotũ eſt. Audiſtis ita de ſe teſtatur, conuerſationẽ meam aliqñ in Iudaiſmo, qm̃ ſupra modũ perſequebar Eccleſiam Dei, & expugnabam illam, & proficiebam in Iudaiſmo ſupra multos coætaneos meos in genere meo, abundantius æmulator exiſtens paternarũ mearum traditionum. Volebat & ille Æthiops, Eunuchus Cãdacis reginæ ſecreta libri huius rimari; ſed nihil penitus in eo videbat. Accurrens.n. Philippus, cum audiſſet eũ legentẽ Iſaiã Prophetam, interrogauit ab eo. Putaſne intelligis quę legis? Rñdit: Et qũo poſsũ, ſi non aliquis oſtenderit mihi? Conati ſunt & multi Gentiles tpe Apoſtolorum aperire hũc librum & ſoluere ſeptẽ ſignacula eius. Sed hic liber ab Ezechiele viſus eſt, faſcijs multis inuolutus eſſe, Ioãnĩ verò oſtẽſus eſt obſignatus ſigillis ſeptẽ: ideoq; ſtultitiã quandã illum fore gẽtiles iudicarũt. Nõ.n. Gentilibus, nõ alicui ex vulgo credentiũ, librũ hũc ad deuorandũ porrigit Deus, ſed Prophetæ, ſed Apoſtolis; Propheta videt ad ſe manum demiſſam in qũa erat inuolutus liber, & expãdit illum, ait, corã me, q erat

Allegorię elegantes. Ezech. 2. & 3.

ſcriptus

ſcriptus intus & foris, Propheta ſolus, audit vocem ad ſe loquentem. Cõmede volumen iſtud, & vadens loquere ad filios Iſrael. Et aperui os meũ, & cibauit me volumine illo, & dixit ad me. Fili hominis venter tuus comedet, & viſcera tua complebuntur volumine iſto, quod ego do tibi. Et comedi illud, & factum eſt in ore meo ſicut mel dulce. Solos Apoſtolos, ait Paulus Prophetas, & Euangeliſtas, & Paſtores, & Doctores, inſtituit Chriſtus ad conſummationem Sanctorum, in opus miniſterij, in ædificationem corporis Chriſti, donec occurramus omnes in vnitatem fidei, & agnitionis filij Dei. Solos Prophetas & Sacerdotes ad inſtar nutricis effecit, vt illi volumine Sacræ ſcripturæ cibati, illud in lac ſuaue eloquiorum digerentes, papilliſq; ſuis cęteros fideles admouentes, illos lacte nutriant, & perficiant in conſummationem Sanctorum, agnitionis filij Dei. Vnde & Paulus dicebat. Lac vobis dedi, non eſcam ſolidam. Solidum.n. cibum bibliorum neq; in ventrem deijcere, neq; concoquere poſſetis, & ex ſolido voluminis iſtius cibo indigeſto, non vitam ſed mortem deguſtaretis. Non eſcam ſolidam Bibliorum, ſed lac doctrinæ, ex pectore Doctorũ profluentis, fidelib. ad veſcendum Deus conceſſit. Vt.n. paruulus infans ſolido cibo, ſic & vulgaris homo ſcripturarũ lectione ſtrangulatur. Vt infans ex vbere nutricis alimoniã, ſic & quilibet è vulgo, ex ore Sacerdotis vitalem ſpũs alimoniam percipere debet. Liber deinde Bibliorum, clauſus eſt ſigillis ſeptem, & non alteri ad aperiendum datus eſt, pter illis quib. datę ſunt claues regni cęlorum, & illis quib. conceſſa eſt poteſtas ligãdi & ſoluendi, Sacerdotibus nempe, non ſęcularib. Ex ore.n. Sacerdotis, ſic ſtatuebat Deus ipſe, non ex Biblijs, nõ ex codicibus, ſed ex ore ſacerdotis requirent ſcientiam. Angelus.n. Dñi exercituum eſt. Ipſe nouit ſecreta Diuina, Ipſe diſcernere põt rectum ab extorto. Ipſe quid amplectendum, quid fugiendum ſit didicit. Ipſe quid in Sacra ſcriptura ambiguum eſt, clarũ efficere põt. Ipſi docendi, ſoluendi librum, vorandi doctrinã Sacram, illã concoquendi, dirigendi, & in lac conuertendi, & nutriendi accepit potentiã. Ipſe ſolus vt mater vel tanq̃ nutrix in medio populi conſtitutus eſt. Ipſe montem hunc Diuinum conſcendere, & in eo abſcondita arcana cognoſcere, Dño vocante põt. Beſtia aũt quæ tetigerit montem moritur. Quicũq; deglutire hunc librum auſus fuerit, ſtrangulabit ſeipſum. Qui gladio iſto acuto vſus fuerit, ſeipſum enecabit. qui oculos cęcutientes in fulgidum ſydus conuerterit, opprimet à gloria. quæ beſtia folia Bibliorum vorare præſumpſerit, veneno ſeipſam extinguet. Quod ſi & vobiſcum qui Catholico noĩe inſigniti eſtis, mihi agendum eſt. Dicitote mihi vos qui more porcorum in luto terrenorum volutamini, & ad montẽ hunc exilire nitimini, ſeu hunc librum Diuinum deuorare cupijſtis, ex lectione ſacrorũ librorum q̃ vtilitatem vſq; cępiſtis? Quãti ex vobis qui ſacra euoluũt Biblia, ex Biblijs vitã in melius cõmutarunt? correxerũt vitia? quãti renunciarunt Satanæ? quanti ad virtutẽ, ad pietatem, ad religionis puritatem? quanti ad

mona-

Eph 4.

monaſterium? quanti ad ſolitudinem euolarunt? quinam ex vobis qui Sacra legitis Biblia, ex lectionum frequentia, pauperibus oīa erogarunt? valedixerunt mundo? & ad ſummam perfectionem deuenerunt? Non eſt videre modo nęq; Catherinas, nec Cecilias, nec Senenſes, nec Hypatias, nō Edmundos, non Eduardos, non Simones, non Florianos, non aliquē aliū ſæcularem, & qui ex lectione Bibliorum ad ſanctitatem profecerit. Nō abnuo, à Chryſoſtomo permiſſam fuiſſe ſæcularibus Bibliorum lectionem, ſed ſæcularibus ſpiritualibus, illis qui ex Biblijs fructum carpere cupiebant. Erat.n. illo ſæculo non modo Clericis, aut Monachis, familiaris ſapientia, ſed & Laicis, imò verò & fęminæ erant plurimæ, q̄ præter muliebrium virtutum diuitias, ad tantam contendebant vtriuſq; philoſophiæ peritiā, vt viros eidem excolendæ deditiſſimos in inuidiā traxerint. Qualem Hypatiam illam Alexandrinā Theonis philoſophi filiā, cōſtat fuiſſe, ad quam Syneſius Cyreneus ſummus philoſophus, & Ptolemaidis Epiſcopus, ſub tit. Philoſopho fęminæ, tot epiſtolas dirigit, in quibus matrē, ſororem, magiſtram, & venerandam Dominam, genuinā Ducem Orgiorum philoſophiæ frequentiſſimè vocat: quæ illum ex lectione Scripturarū retulit fructum, vt mortem potius ſubire q̄ pudicitiam virgineam ſtuprandam tradere exoptarit. Qualem ēt conſtat fuiſſe Eudociam Leontis Athenienſis filiam, Theodoſij verò iunioris coniugem, quę Homerocētones à Patricio quodam inchoatas peritiſſime abſoluit, quamq; Zonaras pulcherrimam & oī genere literarū perpolitā appellat. Qualis fuit & Catherina martyr Coſti Regis filia, quæ ad tantam ſapientię celſitudinē deuenerat, vt ora Philoſophorum vel obſtrueret, vel ad fidei perduceret cōfeſſionem. Ocioſum eſſet eorum temporum, ēt inter eos qui mundo militabant doctiſſimos viros huc velle perducere, ſapientia ipſas ſedes Imperatorias occupauerat, vt vix inter Chriſticolas reperiretur, qui ad ſummū ſapientię amplectendū verticem, non anhelaſſet. Monſtrate mihi aliquos vel viros, vel fęminas, quę ſumma auiditate perlegūt Scripturas Diuinas, quidnam ex illis ad virtutē didicerunt? Nū humilitatem, miſericordiam, abſtinentiā, caſtitatem ex ſcripturis conceperunt? Reperiturne modo aliqua Prophetiſſa, q̄ ex ſcripturis virginitatē edocta, virginitatē morte tueatur? Reperiturne aliquis, qui mundo vtendum eſſe tanquam non vtendū in Paulo legens, mundo vtatur tanq̄ non vteretur? Nihil eorum adhuc vidimus. Imò qđ magis dolendum eſt, ꝑter quod Bibliorum phraſi ad ſales, iocos, & ſcōmata, & ad turpia quęq; vtuntur, ij quorum in ore nō aliud q̄ Biblia concrepant, in peius illos proficere nouimus. A quibus obedientia Superioribus ſubtracta? a Bibliorū lectorib. Quinā turbulentiſſimos motus, contra magiſtratus concitarunt? Bibliorū lectores. Qui religionē auitam, qui Dei & Sanctorum cultum, qui Sacrorum vſum & frequentiam vel neglexerunt, vel abrogarūt? Qui caſtitatem profligarunt? qui ſe totos flagitijs dederunt? qui oīa & Diuina & humanā perfregerunt? Bibliorū lectores.

Nicepho. li. 14. c. 16. Suidas in Hypatia.

ctores. Qui negligentiores in ſalute ſuę procuranda? Lectores Bibliorum. Adeò in nobis veriſſimum eſt, ꝙ audacter dicam. Quantum ſæculares ex Sacræ ſcripturę lectione doctrinæ, tantundem & ſcelerum ſibi addiderũt. Bibliorum lectores ſcioli, ex biblijs nihil prorſus ſpiritus, nihil vitæ, ſed mortem decerpſerunt. Sed quõ mortem, ex lectione Sacrorum ſibi conceperunt? Oro te non tu mortuum dixeris illum, qui ad clamores, ad minas, ad verbera, ad flammantes rotas, & ad alia horrenda ſupplicia nihil moueretur? Mortuum equidem cẽſeo illum eſſe qui nullos ſenſus hẽt. Quid verò? Scioli iſti dum vel legunt Biblia, vel audiunt Scripturas, dũ pręmia bonis, & malis ſupplicia indicta agnoſcunt, dum ſcelerum atrocitatẽ, dũ pęnas inferni, dum fœlicitatem ineffabilem contuentur, mouenturne an non? Aliquem plorantẽ vnq̃ vidiſti? Priora delicta ex eis reliquit quiſpiã? Sic ſtupidi ad iſta oĩa manent, vt nullum penitus ſenſum habere illos putares. Conſuetudo.n. legendi minas & pręmia, illos in adamantes conuertit, vt nullis malleis q̃uis fortiſſimis verbi Dei, nullo ſanguine ẽt Agni immaculati conteri poſſint, tanq̃ molendinatores, vel fabri ferrarij ex continuo ſonitu obſurduerunt. Dum hcies antea nunq̃ Biblia legiſſent, conueniebant ad Eccleſiam ſumma cum demiſſione animi, ac velut famelici cum auiditate & attentione verbum Dei ex Sacerdotis, tãq̃ Dei ore, cũ tremore accipientes, ſtudio diligentiſſimo oẽ quod dictũ erat efficiebant: an rectè dictum eſſet; an ex tali autore deſumptũ fuiſſet, nó diſcutiebant: nunc ſi ipſe Chriſtus veniret, oſcitantes, deſides, pleno vẽtre ipſius ſermones audirent: nunc, dixeritne aliquid curioſè in concione, dixerit eleganter, oẽs ſcrutantur. Quis fructus aũt referendus? nemo ſecum cogitat. Scriptum eſt.n. illorum animos ſtupidos & petreos fecit. Scriptum eſt.n. illos de ſummo virtutum culmine deiecit. Scriptum eſt.n. illorum animas trucidauit. Precatos vos eſſe vellem dilectiſſimi, veſtri miſeremini, & Satanę dicenti vobis: Scriptũ eſt.n. Legite, Scrũtamini; ne aurem aperueritis. Veſtrum eſt de laboribus manuum, non de libris cogitare. Relinquite Biblia ſacerdotibus ad vorandum, non vobis illa ſunt in alimoniã conceſſa. Mõtem hunc ne contingaris, perſiſtite in ſorte veſtra. Beſtia.n. quæ tetigerit montem, morte morietur. Speciosiſſimæ huius arboris fructu interdixit vobis Deus. De ligno ſciẽtiæ boni & mali ne comedes, ne forte moriaris. Genеſ. 2.
Litteras quas Satan vobis porrigit in manus, ne contrectaueritis. Mortis enim veſtræ ſi illius legeritis occaſio ſunt. Sufficiat vobis lacte cibari, qđ vobis Eccleſiæ nutrices, ex pectore ſuo proferunt. Sic.n. creſceris in virũ perfectum, in menſuram plenitudinis Chriſti, qui viuit & regnat in ſæcula ſęculorum, Amen.

DOMI-

DOMINICA SECVNDA QVADRAGESIMAE.

Aſſumpſit IESVS Petrum & Ioannem & Iacobum, & duxit illos in montem excelſum ſeorſum, & transfiguratus eſt ante illos, &c. Math. 17. cap.

FASCICVLVS PRIMVS.

De ieiunij Quadrageſimalis antiquitate, & vtilitate.

DV. M. in veſtrum præclariſſimum confeſſum oculos deflecto meos, omnes vos admirabūdos, me forſan velle interrogare conſpicio. Quid eſt cur hodierna die Quadrageſimalis ieiunij antiquitatem nobis demonſtrare contendis? Quæ ieiunij Quadrageſimalis, cum Euangelio præſenti conuenientia? Si nomen ieiunij requiris? Nullū eſt: Si rem ipſam alio licet titulo inſignitam? Res ipſa ieiunij, ab inſtituto Euangelij præſentis, vt cęlum à terra diſtare videtur. Quid.n. ieiunio cum transfiguratione? Ieiunium corpus macilentum, pallidum, debile efficit; transfiguratio autē corpus candidum, & glorioſum, vultum ad inſtar ſolis reſplendentem, veſtimenta quoque ipſa nitida vt nix reddit; ieiunium Chriſti omnes fugiūt; in Transfiguratione autem diſcipuli cum Chriſto habitare cupiunt. Bonum eſt nos hic eſſe, aiebat Petrus, faciamus hic tria tabernacula, tibi vnū Moyſi vnū & Eliç vnū. Dū Chriſtus ieiunat, tn̄ ſatanas ei aſſiſtebat: ī trāſfiguratione autē Sancti, & de cœlis, & de inferno veniunt, & Chriſto aſſociantur. Ad ieiunium ſuſcipiendum, omnes nos adhortantur; nullus vt in montem Tabor conſcendamus, vtque metamorphoſim hanc admirandā vel patiamur vel efficiamus nos monet. Quamobrem igitur ex Euangelio præſenti Quadrageſimale ieiunium, cum eius nulla habeatur mentio, oſtendere conatis? Quid Euangelio pręſenti cum Quadrageſimali ieiunio? Sed ſi perſonas, quæ in glorioſa transfiguratione, cum Chriſto reperiuntur, aſpexeritis, non temerè me ex Euangelio Antiquitatem Quadrageſimalis ieiunij velle demonſtrare confitebimini. Quinam illi ſunt præ-

ſentis

ſentis Euágelij interlocutores? Sex inuenio eſſe: Saluator noſter, Moyſes, Elias, Petrus, Ioannes, & Iacobus. Aſſumpſit.n. IESVS, vt ait Euágeliſta, Petrum & Iacobum & Ioannem fratrẽ eius, & duxit illos in montem excelſum ſeorſum, & transfiguratus eſt ante eos: Et ecce apparuerunt illis Moyſes & Elias cum eo loquentes. Reuocate nunc in memoriã ſingulorũ acta, & quã antiquum ſit ieiunium Quadrageſimale agnoſcetis. Nõ.n. à Pontifice aliquo Romano, non à ſucceſſoribus Apoſtolorũ, ſed ab Apoſtolis, & à Saluatore noſtro inſtitutum eſſe, imò & lõgè ante multis ſæculis à Prophetis inchoatum, & ſi Ambroſio, atq; Baſilio credimus, ab ipſo Deo præceptũ fore nunc nunc vobis oſtendã. Producamus initiũ noſtræ ſermocinationis, ab eo qui legis Diuinæ tabulas digito exaratas primus populo detulit, & Gẽti à Deo electæ præceptorũ limites præpoſuit, à Moyſe inquam magno Legiſlatore. Is anteq̃ tabulas legales à Dño accepiſſet, euocatus eſt à Dño in montem, in quo ſolus Diuinis colloquijs intentus, quadraginta diebus & quadraginta noctibus ſine cibo & potu perſeuerauit, Ita hẽt Exodi hiſtoria. Dixit Dñs ad Moyſen. Aſcende ad me in mõtẽ, & eſto ibi, daboq; tibi duas tabulas lapideas, & legem ac mandata q̃ ſcripſi, vt doceas filios Iſrael. Surrexerũt Moyſes & miniſter eius Ioſue, aſcẽdenſq; Moyſes in mõtem Dei, ſenioribus ait: Expectate hic donec reuertamur ad vos, habetis Aaron & Hur vobiſcum, ſi quid natum fuerit qõnis referetis ad eos. Cumq; aſcendiſſet Moyſes, operuit nubes mõtem, & habitauit gloria Dñi ſuper Sinai, tegẽs illum nube ſex diebus, ſeptimo aũt die vocauit eum Dñs de medio caliginis. Erat aũt ſpecies gloriæ Dñi, quaſi ignis ardens ſuper verticem mõtis in conſpectu filiorum Iſrael. Ingreſſuſq; Moyſes medium nebulæ, aſcendit in montem & fuit ibi quadraginta diebus & quadraginta noctibus. Ecce clariſſimè videtis, qđ Propheta non ſolum ab exteriori tumultu populi, Dei ſegregatus eſt volũtate, non tm̃ alta conſcendit, ſed ẽt ex Dei conſilio atq; voluntate quadragenario ieiunio corpus afflixit, vt interna Dei penetraret ſecreta, vtq; Diuino conſpectu dignaretur. Vocauit illum Deus de medio caliginis, aduertit Rupertus, cuius vox ſuauis, ac ſuper mel & fauum eſt dulcis, & vocatione ſua ſic inopem hominis naturam ditauit, vt vſq; ad quadrageſimũ diem, non ſolum cibi & potus, ſed & totius humanæ conditionis poſſet obliuiſci. Sic in ſemetipſo meruit experiri, vt veraciter diceret, ꝙ nõ in ſolo pane viuat homo, ſed in omni verbo quod procedit ab ore Dei. Sed & Elias qui cum Dño in monte apparuit, hoc idem quadrageſimale ieiuniũ obſeruauit. Cum.n. furorem bacchantis Ieſabelis fugeret, & proijciens ſe ſubtus vnam iuniperum, petijſſet animæ ſuæ vt moreretur, Angelus Dñi tetigit eum & dixit illi: Surge & comede. Et reſpexit, & ecce ad caput ſuũ ſubcinericius panis, & vas aquæ. Comedit ergo & bibit, & rurſum obdormiuit, Reuerſuſq; eſt Angelus Dñi ſecundo, & tetigit eum dixitque illi: Surge, comede: grandis.n. tibi reſtat via. Qui cum ſurrexiſſet, comedit &

Exod. 24.

In Exod li. 3. c. 45

3 Reg. 19

Nn bibit,

bibit, & ambulauit in fortitudine cibi illius quadraginta diebus & quadraginta noctibus, vſq; ad monte Dei Horeb. Sic igitur Moyſes & Elias, addit Chryſoſtomus, teſtamenti veteris archagetæ, & optima ornamẽta, licet & aliàs cęleſtem confiteri virtutem merebantur, tñ qñ ſuis auribus Diuinam vocem inhærere cupiebát, ad ieiunij quadrageſimalis ſubſidiũ conuolabant, vt ipſius quodammodo patrocinio eorum deprecatio tolleretur ad cęlum. De Saluatore noſtro in pręcedẽti Dñica audiſtis, quod ductus à Spiritu in deſertum quadraginta diebus, & quadraginta noctibus nullos guſtaſſet cibos. Sed quam tandem ob cauſam mundi Saluator ieiunauit? Cur tanta inedia ſuum afflixit corpus? Quæ ratio quadragenarij ieiunij? Nũ fortè maceratione indiguit corporis? Forſan corpus ipſius imperio rationis obluctabatur? Num motus effrenes, num flammas aliquas vel ignes Æthneos in ſuo perſentiebat corpore? An verò paſſiones & affectus, ſpiritui rebelles in ſe exurgere poſſe præſciebat? Num corpus illius ſanctiſſimum grauabat aĩam? An terrena moles deprimebat ſenſum Chriſti multa cogitantem, vt opus haberet ieiunio effrenes refrenare motus, ſcintillas reſtinguere, comprimere paſſiones, rebelles affectus coercere? Quid neceſſum erat illi quadragenario ieiunio affligere corpus? Nõ quidẽ propter ſe ſed pp nos ieiunauit. Non.n. ille quadrageſimali ieiunio indiguit, qui corpus Sanctiſſimum, gratiæ donis abundiſſimè perfuſum, & repletum geſtabat: qui nullos motus effrẽnatos, non aliquas libidinis flãmas, non rabiem furentis iracundiæ, non petulcos paſſionũ affectus perſentiebat. Non ille pp ſe ieiunabat, qui corpus ſuum Spiritus S. dignum habitaculũ effecerat, qui illud ſpiritui ſeruire & in oĩbus obſequi docuerat. Non pp ſe ieiunabat, qui rõnem puram, acrem, & vigilem, oĩbuſq; virtutum copijs cultam, in corpore ſuo, corpori imperantem circumferebat, qui nunq̃ cedebat libidini, nunq̃ amore flagitioſo capiebatur, nunq̃ odio aut inuidia, aut aliqua eiuſmodi perturbatione concitabatur, vt à recta diſcederet q̃nque rõne, nunq̃ bellum internum, rõnis imperãtis cũ viribus infernis, ſibi eſſe concitatum agnoſcebat. Hoc quadragenario ieiunio, aiebat Ambroſius, ſeipſum Dñs Chriſtus exercuit, non vt profectum ipſe caperet, ſed vt profectum ſalutis nobis oſtenderet. Nec.n. erat in illo ſpina peccati quæ verteretur in florem. Ipſe.n. erat flos natus, non de ſpina, ſed de virga, ſicut ait Propheta. Egredietur virga de radice Ieſſe & flos de radice eius aſcendet. Propter nos igitur Chriſtus quadragenario ieiunio ſeſe exercuit, vt profectum ſalutis nobis oſtenderet. Ni me iudicium fallit, Saluatorem noſtrum, & typũ veteris legis, & Ducis, ac Medici, atq; Agricolæ rõnem fuiſſe imitatum, in huius ſacroſancti ieiunij inſtitutione ego aſſirmarim. Imitatus eſt typum veteris legis. Legimus primũ in veteri teſtamento, quod cum Noe temporibus, omne genus humanum ad malum declinaſſet, & oĩs caro via ſua corrupta, ſcelerata iniquitate operta fuiſſet, Deus qui viderat multam hoĩum malitiam eſſe ſuper terram, tale ad mundum

hom. 2. de ieiunio.

Serm. 36.

dum à ſcelere abluendũ inuenit artificium. Anno ſexcẽteſimo vitę Noe, menſe ſecundo, ſeptimodecimo die mẽſis, rupit oẽs fontes abyſſi magnæ, & cataractas cęli aperuit, & pluit ſuper terrã quadraginta diebus & quadraginta noctibus. Sic & Chriſtus, præuidebat hoĩum genus poſt miſericordiam perceptam, poſt nouã ex Chriſto regenerationem, neq; in primo decore perſiſtere, neq; ſpecioſam gratiæ formam aĩæ impreſſam diu cõſeruare poſſe, ſed hanc diuerſis ſceleribus corrumpere, illũ flagitijs innumeris deturpare debere. Præſciebat, ꝙ hoĩes qui Chriſtianũ nomen ſibi vendicarent, toto anni decurſu vel otio & deſidia languẽtes, libidinis facũlis ſeſe exurere; vel amẽtia & vecordia correpti, luxu, crapula, ebrietate iudicium rõnis proſternere atq; ſubruere; vel odio, iracundia, furore ſuccenſi, oĩa & Diuina & humana violare; vel ambitione, & ſuperbia, & arrogãtia elati, oĩa ſibi licere, oĩbus vim inferre, oẽs deſpicere, contemnere, nullam Dei, nullã proximi, ſalutis propriæ nullam rõnem habere vellent. Pręſciebat & Carniſpriuiorum abuſum intolerandum, quod in eis oẽs & ſinguli, propriæ dignitatis obliti, laſciuiæ, carnis delicijs, ludis, iocis, fornicationi, turpitudini reliquæ, ſe totos dare, quod humanam deponere formam, ꝙ Diuinam ſibi inſitam imaginem defędare, quod in bruta irrationalia, & perſonas ignobiles, abominandaſq; commutari, quod irrationaliũ belluarum ęmulari facta, quod inſuper dęmonis horrendã atq; teterrimam ſuæ faciei ſuperinducere laruã conſtituerent, quod oĩ flagitio ſeſe cõtaminare ducerent. Recordatus poſtmodũ miſericordiæ ſuæ, quod pollicitus fuerit generationib⁹ poſteris, nunq̃ ſimilẽ diluuij plagã ſuper hoĩes q̃uis ſceleſtiſſimos inducere; hunc in modum ſecum perpendere cępit. Video vniuerſos Chriſtianos, Chriſtianũ nomen factis eo noĩe indignis cõmaculaſſe. Video oẽs viam ſuam corrupiſſe, & multam hoĩum malitiã inundaſſe in terra. Video nomen meum ꝑꝑ eos blaſphemari inter gentes. Gentes obtrectãt de illis quaſi de malefactoribus. Nunq̃d, aiunt, facinora hęc Chriſtianum decent? Num Deus illorũ fortè hęc illos edocuit? Nũ ex inſtituto religionis habent dęmones imitari? Pęnitet me iſtorum. Diluuio aquarũ eos obruere, Baptiſmate rurſus abluere non licet. Quid mihi incũbit agendum? Quẽ ad modũ illorum expurgabo ſordes? Oportunum video, ſecundo anni menſe illis diluuium ſpirituale indicere, vt quadraginta diebus & quadraginta noctibus, fontes abyſſi magnæ miſericordię aperiam, & cataractas cęleſtes diducam, quibus voluntaria pluuia verbi Dei, & ros gratiæ ſpiritualis, illis in perfectionem ſegregata defluat. Pluuiam voluntariã ſegregabit Deus hęreditati meæ, quæ infirmata erat, ille verò perfecitcã. Pluuiam non quidem illam q̃ corporis ſed q̃ aĩę abluat ſordes; nõ q̃ peccatores, ſed quæ peccata ſubruat: nõ q̃ mortẽ & ſempiternã corruptionẽ, ſed q̃ vitã & incorruptã integritatẽ ſuperinducat. Pluuiã volũtariã non neceſſariam, nõ quæ ex nubibus ſed ex ĩmẽſo diuinitatis lumine ꝓfluat, nõ q̃ de ſubcęleſti caligine, ſed à ſupracęleſti maieſtatis throno

Gen. 7.

Pſal. 67.

decurtat. Pluuiã voluntariã ſegregabit Deus hęreditati meę, nõ illã oĩbus
concedet, Super montes Gelboe ros iſte & pluuia iſta Diuina non deſcen
det, ſed tm̃ ſuper hæreditatem illam q̃ non argento quidem vel auro vel
margaritis, ſed ſanguine precioſo comparati. Illa.n. toto anni decurſu in-
firmata erat, in lectulo ſcelerũ ſanguine fluens decubuit, mẽſtrua fędiſſi-
ma paſſa eſt. Illius opera fuerunt ſicut pannus mẽſtruatæ, ſanguis ſangui-
nẽ in ea tetigit. Infirmata eſt in paupertate virtus eius, hac igiť pluuia vo-
luntaria, ieiunij, prædicationis verbi Dei, adminiſtrationis Sacrorũ perfi
cienda eſt. Quadraginta diebus & quadraginta noctibus theſauros cœle-
ſtes illis aperiã, dirumpam oẽs Diuinos fontes, vt largiſſimus imber gr̃æ
meæ ſuper eos deſcendat; diſrumpam & ciſternas illas veteres ipſorum q́
continere nequibãt aquã; diſrumpã oculos eorũ, vt ex eis deducãt fontes
lachrymarũ, quibus ſuas abluant ſordes; diſrumpã & petram, petreũ illo-
rũ cor, vt ex eo ros ieiunij defluat, quo ex febri peccatorũ ſitientes refrige-
rẽtur. Ieiuniũ eſt.n. ros ſalutis, alimonia aĩæ, & mitigat cõcupiſcẽtias, ſciũt
qui ieiunant; & mitigat voluptates, & nõ ignorant q tentantur, mollit fu
rorẽ, cõpeſcit irã, ſedat fluctus naturæ, excitat rõnem, clarã facit aĩam, alle
uiat carnẽ, fugat fędas intẽperãtias, tollit aĩæ dolores, abluit mẽtis ſordes.
Ser. 34. Inundatione orbi terrarũ facta, ait Ambroſius, myſteriũ quoddã quadra-
geſimę adumbratũ eſt. Ita.n. & modo nobis Dñs illius tp̃is quadrageſimã
dedit, vt cõſtituto dierũ numero, patefactis cęlis, pluuia nos cęleſtis miſe-
ricordiæ irroret, & inundatione facta per lauacrũ pęnitẽtiæ ſalutaris nos
imber illuminet; & ſicut tunc factũ eſt, aquarũ fluctib⁹ extinguať in nobis
delictorũ iniquitas, virtutũ iuſtitia conſeruet. Ipſa.n. & quæ ſub Noe ver
titur rõ. Lauacrũ.n. pęnitentiæ peccatori diluuiũ eſt, conſecratio eſt fideli.
Per lauacrũ Dñi ſaluať iuſtitia, necatur iniuſtitia. Qđ in vno eodẽq; factũ
videm⁹ Apoſtolo Paulo, qui priuſq̃ p̃ceptis ſalutaribus lauareť, erat blaſ-
phemus, pſecutor, & Saulus, at vbi pluuia ſuper eũ lauacri cęleſtis influxit,
necatur blaſphem⁹, necatur pſecutor, necať & Saulus. Viuificať Apoſtol⁹,
viuificatur iuſtus, viuificať & Paulus. Vſq; adeò aũt pdidit veterẽ cũ acti-
bus ſuis hoĩem, vt cũ moribus mutaret & nomẽ. Quiſquis ergo in hac de
uotione quadrageſimæ Dñica ſeruarit mãdata, necabitur in eo diabolica
ĩpietas, Apoſtolica ãt reſeruabiť gr̃a, & ſuccedẽs quodammõ ſibi moriť eã
parte qua peccator eſt, viuificať ex illa parte qua iuſt⁹ eſt. Imitat⁹ eſt Salua
tor quadrageſimalis ieiunij ĩſtitutione, & ĩclytũ illũ populi Iſraelitici du
cẽ, q ipſos de Ægypti ſeruitute intolerãda eliberãs, ad terrã lacte & melle
pfluẽtẽ deduxit. Legim⁹ ĩ veteris teſtã. ãn alib⁹, cũ S. Moyſes filios Iſrael,
de iugo tyrãnidis Ægyptiacę eruiſſet, vt ĩ terrã eos repromiſſionis ĩducc-
Num. 14. ret, 40. annorũ numero, illos p deſertũ circũduxiſſe ieiunos. De quadrage
nario numero ſcribiť in libris Numerorũ hunc in modũ. Filij veſtri erũt
vagi in deſerto annis 40. iuxta numerum 40. dierum quibus cõſideraſtis
Exod. 16. terrã; annus pro die imputabitur. Et in lib. Exodi recẽſetur, ꝙ filij Iſrael
comede-

comederunt Man quadraginta annis, donec venirent in terram habitabilem, hoc cibo aliti ſunt, vſquequo tangerent fines terræ Chanaan. De ieiunio autem quadragenario, vel exinde clarum eſt, illos non niſi abſtinentię tunc vacaſſe, quia nihil propter alimoniā cœleſtem manducarunt; & quia deſertum omne ieiunium eſt; anxietas.n. ſolitudinis concupiſcentiam repellit eſcarum. Deinde in deſerto vnde accuratę epulæ? vnde vina precioſa? vnde quadraginta annorum tempore qualicunque ſubſtantia? Cæterū & illud abſtinentiam eorum oſtendit, quia ſi quis auidior duplum mannæ ſibi collegiſſet, hic iſta iniuria feriretur, vt non tam ſibi cibum inueniretur ſeruaſſe q̃ vermes. Eduxit nos quoq; Saluator noſter de Satanę grauiſſima captiuitate, ollas carnium & volucrum, & oīum eorum quæ carnem farciunt à noſtro ſubtraxit ore: ad promiſſam fęlicitatis & lętitię terram nos introduceret, noſque pane illo cęleſti ſuauiſſimo exſatiare diſpoſuit. Sed Moyſen Prophetam imitari voluit; voluit vt quadraginta dierū ſpatio, quiſq; ex ſuis filijs locū pęnitentiæ circuiret, abſtinentia continua corpus ſuū à cruditate Carnispriuij deliciarum expurgans, & aīam & corpus dignū cibi illius de cœlo deſcēdentis receptaculū præpararet. Voluit vt quiſq; noſtrum, amaras pęnitentiæ lachrymas ex ſuo Marath biberet, voluit vt ex adamantino corde ſalutarem laticem educeret ſibi ad degustādum. Et illud cupiuit, vt vel volucres cęleſtes cogitationes, vel panem verbi Dei totis quadraginta diebus perciperet, vel etiam palmas Elim, victorię contra atrociſſimos animæ hoſtes obtineret. Sed & illud præſtitit vt per Iordanem in ſuum conuerſum fontem, ſicco veſtigio quiuis tranſiret, ne quis ſine confeſſione ad Sancta & tremenda myſteria tranſire auderet. Hæc.n. filijs quoque Iſrael in deſerto accidiſſe legimus. Primo.n. venerunt in Mara, & amaris ipſius aquis in dulcedinem conuerſis ſitim expleuerunt. Deinde venerunt in Elim, vbi erant duodecim fontes aquarum, & ſeptuaginta palmæ. Deinde profecti ſunt in Raphidim, vbi ex prę rupto ſilice biberunt, & manna collegerunt. Demum venerunt in deſertum Sinai, in quo coturnices cōprehenderunt. Poſtremo de Setim ad Iordanem progredientes, per arentem alueum tranſierunt. Tantoq; ait Ambroſius, illorum temporum numero potiti ſunt promiſſis, quanto & nos promiſſis nobis à Saluatore perfrui gratulamur. Eodem numero Moyſes Ser.23. per māſiones peruenit ad requiem, quo & nos per ieiunia properamus ad cęlum. Ieiunia.n. noſtra manſiones quædam ſunt, per quæ iter ſpiritualiter faciētes aīæ virtutibus ambulamus, & diurno profectu repromiſſæ nobis terræ viciniores efficimur, ita vt citius peruenerit, qui deuotius ieiunauerit. Pedes.n. quidam aīæ pernices ſunt, fides atq; ieiunium, qui citō de humilibus ad altiora conſcendunt, cito de terrenis ad cęleſtia gradiūtur. Quadraginta annorum numero populos Iſraelis Deus cęleſti manna nutriuit, quadraginta dierum numero ſpiritualium Sacramentorum manna nos reficit. Imitar.n. Patrū noſtrorum, obſeruatione quadrageſimæ & iu-

ſtificamur & paſcimur. Iuſtificamur pœnitẽtia, paſcimur Sacramento. Illi peruenerunt ad aquas Mara quas bibere nõ potuerunt ſine ligno iniecto; nos ad aquas pñię ſalutiferæ crucis ligno dulces effectas deducti ſum⁹. De uenerunt & illi poſtmodũ in locum qui dr̃ Elim, in quo erant duodecim fontes puriſſimi, & ſeptuagenaria uirẽtium multitudo palmarum, & nos quoq; poſt amaras pęnitentiæ lachrymas, ad fontes Diuĩnæ grãæ properamus. Sitientibus.n. fontes miniſtrant, ab eo qui clamat, Si quis ſitit, veniat ad me & bibat. Palmæ victoribus offeruntur. Præmium quoddã victoris eſt os viuo fonte abluere, dexterã triumphali palma munire. Quadraginta annorũ numero populus Iſraelis peruenit ad fluẽta Iordanis; eodemq; dierum circulo Chriſtianus populus peruenit ad fluenta pęnitentiæ baptiſmatis. Et ſicut ait Propheta, Iordanis conuerſus eſt retrorſum. Illic introeũte Iſraelita in aquã fluminis, aqua ſuperfugit: hic deſcẽdẽte in fontẽ lachrymarum Chriſtiano, criminũ peccata diffugiũt. Et mirũ in modum illic retrorſum conuerſus fluuius, in originẽ ſuã reuertitur, hic in poſterũ reuocatus homo in originis ſuæ infantilẽ innocentiam reparatur. Ibi fontẽ ſuum de quo fuerat egreſſa aqua requirit, hic hoĩem ſuũ à quo exierat innocentia recognoſcit. Ibi exinanitur alueus fluctibus, hic euacuantur corda criminibus. Ibi vt ſeruos Dei illic aqua cęnoſa non madidet, hic famulos Dei terra conſcientia non polluat. Ibi egreſſi ex flumine altari Diuinę maieſtati erecto, bonis promiſſæ terrę reficiuntur, hic ex pęnitentiæ vndis nitidi emergẽtes exaltari eccleſiæ cibo corporis & calice precioſiſſimi ſanguinis ſatiantur. Imitatus eſt deinde Saluator noſter in Quadrageſimalis ieiunij inſtitutione, & medicos, hi vbi viderint corpora humana, nimia ciborũ oppletione morbis plurimis obruta fore, temperata viuendi rõne humores craſſos euacuant, & abſtinentia prauas cruditates conſumentes, ad primã ſanitatis cõſtitutionẽ hoĩes reducunt. Præſciebat Medic⁹ aĩarũ Chriſtus, hoĩes maximè Carniſpriuiorum tpe luxui & gulæ deditos, ex nimia ciborũ ingluuie, morbos plurimos non aĩæ ſolum ſed & corporis incurrere poſſe. Videbat ex his paupertate depreſſos, ad medicinarũ & pharmacorum percipiendorũ expenſas non ſufficere. Sciebat quod ieiunium cõis & diuitibus & pauperib. & ſenio confectis, & iuuenili flore ſplendẽtibus, & viris & fęminis medicina eſt. Quid fecit? Periculũ vobis, ait, ĩminet ſanitatis, ex crapula cui dediti fuiſtis, ieiunio quadrageſimali expurgãda ſunt vobis corpora: Ex ciborum delicijs, graues aĩæ atq; corporis dolores vobis inſtare cognoſco: ieiunio quadrageſimali eijciendæ ſunt cãæ illorũ. Ex guloſitate imaginẽ Dei in vobis deturpatã eſſe video; ex copia ciborum, tremore, diſſolutione mẽbrorũ, tabe, grauedine, pedum, manuũq; cruciatibus, abdomine, ſagina, ſtercoribus, ſpecioſam hominis figurã conſpurcatã iri pſpicio. quadrageſimali ieiunio prima ſpecies retinenda eſt incorrupta; contaminata verò, quadrageſimali reparanda eſt ieiunio. Salutari iſta quadragenaria purgatione, corpus humanũ ſanitati eſt reſtituẽdũ,

ſuble-

ſubleuandi ſenſus, caro ſpiritui ſubijciēnda, cõcupiſcentiæ nebulæ diſperdendę, libidinum extinguendi ardores, caſtitatis & puritatis lumen accẽdendũ. Ex abſtinentia.n.procedunt caſtę cogitationes, ex ieiunio rõnabiles voluntates, & ſalubriora ſolatia. Per voluntarias afflictiones caro concupiſcentijs morit̃, virtutib. ſpiritus innouatur. Imitatus eſt poſtremo & agricolam, in ſacroſancti quadragenarij ieiunij ſtatuto. Agricolę nũc 40. dierũ ſpacio terrã renaſcentẽ, ſeminib. ingrauidant diuerſis, quò illa pulcherrimos germinet fructus; nunc ſyluęſcentes arbores ꝑcidunt, plantant fructiferas ſpinas euellunt obſiſtẽtes creſcentib. plantis. Iecerat Saluator nr̃ diebus proximè ꝓteritis verbi ſui ſemina, ſuperſeminauit bonũ ſemen in agro cordis nr̃i, ſinapi cõſeuerat & frumento aĩas nr̃as. Sed quia aliud cecidit inter ſpinas, aliud verò in petrã aridam, ne & illud enaſcentibꝰ opprimeret̃ peccatorũ ſpinis, & illud arefactum nullũ proferat germẽ, excolendi huius prati ſpiritualis quadrageſimale inſtituit tp̃s, in quo ſpinas & tribulos flagitiorũ extirpare, & lolium ſiue zizania à dæmone in Carniſprìtio ſuperſeminatũ explodere, & ſemina ſalutifera rore lachrymarũ irrigare, & tandẽ manipulos fructuum lętãtes deportare poſſemus. Videamꝰ, ait Ambroſius, quo tp̃e hanc obſeruantiã nobis indixerit Dñs, ſi nõ veluti per iſtã deuotionẽ, cuncta elementa voluit hr̃e perfectum. Ecce.n.indicta quadrageſima, cõſtricta hiemali gelu terra reſoluit̃; & aquarũ fluenta meatus ſuos glacie liquefacta recipiunt; ſic quoq; corporum nr̃orum hoc eodẽ tp̃e contracti ſcelerib. peccata ſoluunt̃, & vitæ noſtræ purior curſus liquefacto rigore diaboli, meatum ſuum priſtinũ recognoſcit. Terra, inq̃, indicta quadrageſima aſperitatẽ deponit hyemis; ego indicta quadrageſima aſperitatẽ reijcio delictorum. Illa terra aratris ſcinditur, ut mundanis ſit congrua frugibus; mea terra ieiunijs exarat̃, vt cęleſtibus ſit apta ſeminibus. Sicut.n.reditum vberiorem capit, q frequentius vexando exercet cãpum, ita maiorem gratiam percipit, q̃ exercet corporis ſui cãpum ſępius ieiunãdo. Ecce.n.abſtinentię tp̃e, herba ſegetum reuiuiſcit in meſſem, ſurculus arboris conatur in fruticẽ, palmes vineæ pubeſcit in gemmã, & oĩa de inferioribus ad altiora ſe ſubrigunt; ita hoc eodẽq; tp̃e hoĩum ſpes iã mortua reuiuiſcit in poſterum fides perdita reparat̃ in gloriam, tpalis vita proficit in æternã, & oẽ genus humanum ad cęleſtia ſe ſubrigens, ab inferis ad altiora conſurgit. Modo ferrum geſtans agricola, ſarmenta deputat vinearũ; ita & nunc Euangeliũ tractãs Cõcionator ſordes amputet populorũ; & iſto quadrageſimario curriculo vniuerſę hoc agunt creaturæ, quatenus depoſitis ſuperfluis, ornate & cõptè in paſcha ꝓcedãt. Mõ oĩa ſunt in partu, vt tunc reperiant̃ in fructu. Tunc.n.cõtra naturæ ſpeciẽ ſpina ꝓfert roſam, calamus fragrat lilium, ſuauitatẽ arida virgulta depromunt, & ita cuncta floribus redundant, vt feſtiuitatem diei magni creatura ipſa nitore ſuo celebrare credat̃. Igitur voluit Chriſtꝰ cęleſtis agricola, vt & nos hoc eodẽ ieiuniorum tp̃e, produceremꝰ de ſpinis noſtris roſas, hoc eſt, de peccatis

Ser. 36.

catis iuſtitiã, de ſeueritate miſericordiam, de auaritia largitatẽ. Iſte.n. ſunt ſpinæ corporis noſtri q̃ præfocãt aĩam, de quibus Scriptura ait: Spinas & tribulos tibi germinabit terra. Germinat.n. mihi terra mea ſpinas, ſi me corporalis libidinis titillatione cõpungit. Generat mihi tribulos, cũ me di uitiarum ſæcularium cupiditate diſcruciat. Spina.n. Chriſtiano, auaritiæ ſuæ radix eſt. Spina viro bono, honoris ambitio eſt. Vñr ſpecię apud ſuos grata eſſe, ſed lędunt. His ergo niſi vigilando & ieiunando carere nõ poſſumus; quin potius per abſtinentiã ipſæ ſpinæ vertunt in roſam. Producit.n. ieiunando libido caſtimoniã, humilitatẽ ſuperbia, ſobrietas parcitatẽ. Hi ſunt flores vitæ nſæ, qui ſuaue Chriſto redolent, q odorẽ bonũ Deo ſpirant. Hanc ergo quadrageſimã largitus eſt Dñs, vt huius tpis ſpatio, in morẽ totius creaturæ, nunc concupiſcamus virtutũ germina, vt in die Paſchæ fructũ iuſtitiæ proferamus. Hoc quadragenario numero ſeipſũ Dñs Chriſtus exercuit, nõ vt profectum ipſe caperet, ſed vt profectum ſalutis nobis oñderet. Nec.n. erat ĩ illo ſpina peccati, q̃ verteret in florẽ; in nobis erat tribulus delicti, q cõmutaretur in florẽ. Non eſt ergo ab hoĩbus cõſtitutũ, ſed Diuinitus conſecratũ; nec terrena cogitatione inuentũ, ſed cęleſti maieſtate ꝓceptum. Ideoq; qui conſtitutũ numerum vna die mãducãdo ꝓterit, non vt vnius diei violator, ſed vt totius quadrageſimę tranſgreſſor arguitur. Hæc non tã Sacerdotum, q̃ Dei ſunt præcepta, atq; ĩõ q ſpernit, nõ Sacerdotẽ ſpernit ſed Chriſtũ, qui in ſuo loquitur Sacerdote. Subſequuntur in obſeruatione ſacri ieiunij Saluatorẽ, & Apoſtoli Eccleſiarũ Principes, qui ſalutiferã hanc medicinã ab eo ſuſcipientes, toto licet vitæ tpe ieiunijs afflixerint corpus, Quadrageſimale tñ præcipua veneratione ad Saluatoris exẽplũ excolebant. De Petro licet nihil apertè, qđ ſciã veteres ſcripſerint, inde tñ euidens fit, illum quadragenarium ieiunium obſeruaſſe, ꝙ Marci Euangeliſtæ (qui à Petro Euangelium didicit & ſcripſit,) diſcipuli Quadrageſimam ieiunatũt. Teſtatur Philo qui fuit Apoſtolorũ æqualis, tantam illis tpibus fuiſſe abſtinentiam, vt nullus tunc eſſet prandiorum vſus, neq; priusq̃ ſol occidiſſet, cibum quisq̃ caperet; tertio nonnulli; quidã quarto, alij quinto, ſexto demũ die corp⁹ alij cibo reficiebãt. Erat aũt illis potus aqua ſola, obſoniũ panis cum ſale & hyſſopo. Quãuis aũt de Eſſæis Philo hęc ſcripſiſſe nonnullis videatur, quaſi Gentẽ ſuã laudare voluerit, Euſebius tñ Cæſariũ, & eũ ſecuti Hieronymus, Epiphanius Caſſianus, Beda, Suidas, Georgius Cedrenus, de Chriſtianis illius tpis, nominatim verò de Marci Euãgeliſtę diſcipulis, hoc Philonẽ tradidiſſe, nõ dubitãter affirmãt. Ne verò hęc de ieiunio continuo illorũ, (quorũ vniuerſæ vitæ tempus ieiunium fuit,) autores hos grauiſſimos quis dixiſſe cõtendat: audiat Ignatiũ martyrẽ Petro & Marco in Antiochena Cathedra ꝓxime ſuccedentẽ. Is.n. Quadrageſimalis ieiunij mentionẽ facit Philippẽſibus ſcribẽs. Quadrageſimã, ait, nolite ꝓ nihilo habere; criminationẽ.n. continet Dei conuerſationis. Criminationẽ, ait, cõtinet nõ tã Petri q̃ Dei

De vita cõtempl.

quem

quem & Petrus inſecutus eſt couerſationis,ideoq; nolite illã violare,noli te pro nihilo hr̃e. Chryſoſtomus verò dũ Antiochenis cõcionatus eſt, tã olim Quadrageſimę ieiunãdæ cõſuetudinẽ inoleuiſſe,his verbis teſtabat. Conſuetudo,ait,res eſt tam facilis & expedita, quod adueniente ieiunio, etiam ſi millies quis exhortetur,& infinita crucient, & cogant vinum de libare; vel aliud quid ieiunij lege non conceſſum guſtare,omnia quis mallet pati,quam prohibitum tangere nutrimentum. De alijs Apoſtolis Iacobo videlicet & Ioãne,quod & illi quoq; quadrageſimam ieiunarint, exinde clarum cuique eſt,quod omnes tum poſteriores,tum vicini temporib⁹ Apoſtolorum Patres quadrageſimalis ieiunij obſeruationem ad Apoſtolicam referunt traditionem. Manifeſtè Hieronymus Marcellæ ſcribebat. Nos, inquit, quadrageſimam ſecundum traditionem Apoſtolorum ieiunamus.Idem docent vniuerſi Patres Græci & Latini. Maximus,Ambroſius,Gregorius,Auguſtinus,Leo Papa,Theophilus Alexandrinus, Chryſoſtomus,Baſilius,Irenæus,Origenes,& proximus Petri ſucceſſor,Theleſphorus, qui ſuo iam tempore ſtatutum fuiſſe ſcribit, vt ſeptem hebdomadas plenas ante ſanctum Paſcha, omnes clerici in ſortem Domini vocati à carne ieiunarent.Vt omittam Concilium Agatenſe,Gangrenſe,Aurelienſe,Laodicenſe,Nicęnum,Toletanum,Trullanum,Sextum Conſtãtinopolitanum, quæ omnia quadrageſimæ ieiunium tanquam ab Apoſtolis acceptum miris laudibus extulerunt atque comendarunt: extat Canõ Apoſtolorum his verbis conſcriptus, quo eius ieiunij obſeruatio ſeuerè præcipitur. Si quis Epiſcopus,aut Presbyter, aut Lector,aut Cantor Sacram Quadrageſimam Paſchæ,aut quartam feriam, aut Paraſceuem non ieiunauerit,deponitor;præterquam ſi imbecillitate impediatur corporis. Sin laicus ſit,communione priuator. Huius ſtatuti tanta omnibus ſæculis fuit ſemper inuiolata authoritas,vt,quemadmodum Baſilius recenſet, nemo inueniretur Sacroſanctis imbutus Sacramentis, qui illud ſumma cum lætitia non ſuſciperet,& cum alacritate non exequeretur. Nunc ait, in omnem terrarum Orbem præconium ieiunij annunciatur,& neq; inſula aliqua,neque terra firma,non Ciuitas,non Gens,non extremitas eſt, ad quam prædicatio eius non perueniat; ſed & exercitus, & viatores, & Nauigatores & mercatores,vniuerſi Reges & Principes, clerus & populus, nobiles & ignobiles, ſimul in vnum diues & pauper, omnes æqualiter & præceptum audiunt,& cum gaudio ſuſcipiũt. Omnes cum gaudio ſuſcipiebant olim Quadrageſimale ieiunium,non primum ventres crapula & ebrietate in Carnis priuio vt nunc ferè, omnes diſcruciabant. Non tanquam ad carnificinam adducti aliquam,quomodo nunc plurimi,ægre ferebant, Non dies ipſius ſingulos quantinam ſupereſſent, vt modo aliqui,ſupputabant.Non illud omne quod binę ſufficeret refectioni,in vno tantum prandio,vt modo nonnulli,vorabant.Sed cum ſumma lætitia tãquam medicinam animarum & alimoniam vitalem ſuſcipientes,qui debiles,

Homil. 6. ad popul.

Can. 68.

biles erant ſemel vnoquoque die hora diei nona reficiebantur, qui fortiores, ſolis occubitum præſtolabantur; alij in alterum diem, alij in tertium diem refectionem differebant; plurimi quinto, alij ſexto die vt audiſtis, alij ſemel tantum in ſeptimana eſcas ſumebant. Omnibus cõmune erat, carnibus, & ouis, & laticinijs abſtinere; Bizantij fames quadam vice ſub

li 17.c.32 Iuſtiniano Imperatore increbuerat. Is promulgarat vt ſecunda ſtatim ieiunij hebdomada carnes in foro venales proponerentur. Populus autem ait Nicephorus, qui pietatem conſectandam ſibi ſtatuiſſet, neque eas edebat, neque emebat, mortem ſibi potius adeundam eſſe cenſens, quam vt quiſquã qd de patriis moribus & traditionibus mutaret. Infirmabatur aliquis, prius vitæ vſuram amittere, quam Sacrum violare ieiuniũ volebat. Ex itinere veniebat aliquis Spiridonus, Chriſtianum ſe eſſe, carnibus ſibi eo tempore veſci non licere vociferabatur. Duriſſimi carceris ſqualore opprimebatur aliquis Alcibiades, ſolo pane & aqua ſibi in quadrageſima viuendum putabat. Labores immenſos corporis ſuſtinebat alter quiſpiam, non vinum ſibi guſtandum eſſe, non carnem ſumendam diligentiſſimè cauebat. Corpore ſenili exhauſto erat alius, alius doloribus ſtomachi vel capitis ex ieiunio prouenientibus diſcruciabatur, non regulam ieiuniorũ ab Apoſtolis præſcriptam tranſgredi vel cogitabat. Alij verò neq; aliquid coctum ad ignem, præter buccellã panis modicam, & hanc cinere aſperſam manducabant. Alij per vaſtam ſolitudinem relicta domo & familia, ſoli circuibant, & radicibus herbarum agreſtium neceſſitatem corporis explebant. Plures inuenire licebat Simeones, Macharios, Antonios, qui vix aliquid tota quadrageſima deguſtabant. Quæ ſpiritus exercitia tunc ieiunio adiungebant, longum eſſet recenſere, dum alij dies noctéſque in oratione perſiſtebant; adeo vt plurimi, propter orationum perſeuerantiã, (inter quos Iacobus Apoſtolus recenſetur) callum genibus obducerent, alij veſtes ſplendidas deponentes, pullas induebant, alij cilicium, alij laminas ferreas, alij catenas, vncis ferreis perplexas ad carnem geſtabant, corpus alij virgis, ſcorpionibus, flagellis, cateníſque cædebant, alijs igne accenſo manuum & pedum extremitates adurebant, alij in ſepulchris ſe aut ſpeluncis occludebant, alij in cinere recubabant, omnémque corporis cultum prorſus amittebant, nullam carnis curam, omnem autem animæ impendebant. Plurimi ſingulis Dominicis, alii quolibet die ſacratiſſimæ ſynaxis participio communicabant. Numerarem hic plurimos Reges, Imperatores, Monarchas, Principes, Pontifices, Nobiles, ignobiles, diuites, pauperes, puellas, virgines, iuuenes, viros mulieres, decrepitæ ætatis, niſi innumerabiles eſſent, qui ieiunium quadrageſimale, quod ab Apoſtolis, immo ab ipſo Chriſto traditum acceperant, ſumma religione obſeruarunt, & admirandos fructus ex eo reportarunt. Omnes & vniuerſi & præceptum audiebant, & cum gaudio ſuſcipiebant. Nemo à ieiunantium numero ſeſe ſubducebat; cunctæ generationes, ſexus omnis, ætas, & ordo in

eo

eo includebantur. Soli hæretici illud damnant, & irrident, illi ſoli quibus nihil optabilius eſt quam ſe epulis ingurgitare, quam Epicureum dogma contra Chriſti doctrinam ſequi, quam Gentium cæcarum Bacchanalia re uocare, quadrageſimam abrogant. Soli quorum Deus véter eſt, ieiunium quadrageſimale deſpiciunt. Et non deſpiciunt tantum, ſed & dæmonis inuentum fore impudenti ore proclamant. Quid vobis per Deum venit in mentem? Quæ hæc impudentia veſtra vt Saluatoris inſtitutum, inuentū dæmonis aſſerere non vereamini? Chriſtū ne dæmonis ô ſcelus ô blaſphemiam horrendam, nomine appellabitis? Si Chriſtus quadrageſimale inuenit ieiunium, qui dæmonis inuētum eſſe poteſt? Si Chriſtus vt ex Ambroſio oſtendimus in lauacrum, & alimoniam, & medelam, & ornamentum quadragenarium inſtituit ieiunium, quomodo diaboli inuentū erit? Si Deus ipſe Prophetis illis, qui cum Chriſto hodierna die apparent, quadrageſimale indixit ieiunium; Si illi dicto paruerunt, totoq; eo tempore ſua corpora afflixerunt, quomodo hoc ieiunium à dæmone inuentū erit? Apoſtoli ieiunarunt, & legem de obſeruando ieiunio tulerunt, Concilia hoc aſſerunt, omnes Sancti Patres hoc affirmant, tota Eccleſia Catholica pręcipit, vniuerſus eouſque ieiunauit mundus, & vos illud execrabimini? Age perfricate frontem ô impij, & hoſtes Euangelij fuiſſe, doctrinam dęmoniorum docuiſſe dicite, Auguſtinum, Ambroſium, Hieronymum, Tertullianum, Origenem, Teleſphorum, Baſilium, Chryſoſtomum, Theophilum, Ignatium; Age & Apoſtolos ipſos & Prophetas illuſtres, & Saluatorem noſtrum, Deum quoq; ipſum Satanicorum dogmatum inuentorem eſſe. Dicite ieiunium quadragenarium, quod omnes Orthodoxi culpæ mortem, excidium delictorum, purificationem animæ, redemptionem ſalutis, ſacrificium reconciliationis, peccati abolitionem, æternorum bonorum conciliationem eſſe docuerunt, quod in lauacrum animæ noſtræ, à Chriſto inſtitutum eſt, quod omnis gens, omnis ſexus, ordo omnis obſeruauit, vos dicite dæmonis commentum eſſe. Miror abſq; dubio iſtorum cæcitatem, impudentiam, & intemperantiam, qui vt ſe totos tradant comeſſationibus & ebrietatibus, dęmonis inuentum eſſe comminiſcuntur, id quod non ſolum vniuerſus Orbis, non tantum ſanctiſſimi viri, ſed & Deus ipſe humanam vitam agēs pro noſtra inſtitutione obſeruare dignatus eſt. Cui potius credemus, Chriſto an Luthero? Apoſtolis an hæreticis? Eccleſiæ Chriſti, an ſynagogæ diaboli? Chriſtum ſequentibus, an Epicurum imitantibus? Deum an ventrem colentibus? Quod omnibus ſæculis, omnium mortalium conſenſu, quam longè lateque Chriſtianus Orbis diffuſus eſt vniuerſis, prædicatum, receptum, ac tanta cura diligentiaque ſemper ab omnibus fuiſſe vidimus obſeruatum, id ad vnius aut alterius tantum apoſtatæ nutum, reiiciendum eſſe putabimus? Vnius aut alterius ebrij voci contra Orbem vniuerſum credemus? Sed & noſmetipſos mirabor, qui delicijs vel potius gulæ voracitati aſſueti ad eam deuenimus mē

tem,

tē,vt quadrageſimæ à Chriſto ſacratum ieiunium, noſtris pepulerimus à finibus. Non cupio modo Alcibiadas, non deſidero Zozimas,nō exopto tales quales Conſtantinopoli fuiſſe commorauimus, qui mortem ſubire potius erant parati,quam eius quadrageſimæ ieiunium ſoluerent;Non re quiro Apoſtolorum temporibus,quales Antiochiæ,quales primis illis tēporibus Marci Euangeliſtæ dicipuli fuerunt videre.Non perquiro illos q̄ ſemel ſingulis ſeptimanis pane ſolo cinere aſperſo & aqua contenti ſint, Non illos perueſtigo,qui in duos dies refectionem differant,neq; illos qui ad Solis occaſum abſtinentiam producant, cum priſcis.n.illis temporib. priſca conſuetudo ieiunandi interijt, da mihi modo decem ex mille, qui Sacroſanctam inſtitutionem quadragenariam non perfregit? qui gulę vel ebrietatis vitio ieiunium non temerauit? Quanti qui omnes receſſus maris,omnes fluuios,omnes terrarum extremas oras indagant,vt ventri ſatiſfaciant? Quot genera eduliorum? quot condimentorum ſpecies? quot modi præparandorum ciborum? quis modus? quæ menſura? quanti qui vna refectione in diebus ſingulis,ieiunium obſeruant? quanti qui diſſipationes à ſuperioribus in animæ fraudem obtinuerunt? quanti qui Bacchanalia ex quadrageſima ſibi fecerunt? Gloriamur quidem de Chriſto capite,ſed capiti cōformari recuſamus. Caput quidem noſtrum ieiunauit,nos ebrietati vacamus. Inediam propter nos ſuſtinuit Chriſtus, nos delicijs diſſoluimur. Ieiunium in ſalutem animæ noſtrę obſeruauit Chriſtus, nos gula & voracitate ventri ſeruimus. Forſan leue exiſtimatis peccatum eſſe Sacroſancta Dei violare præcepta? Non eſt leue peccatum, ait Ambroſius, fidelibus,indictā à Domino quadrageſimā nō ieiunare,& conſecrata ieiunia vētris voracitate diſſoluere. Scriptū eſt.n. Qui dicit ſe in Chriſto manere,dēt ſicut ille ambulauit,& ipſe ambulare. Si vis ergo Chriſtianus eſſe debes ꝙ Chriſtus p̄ſtitit inſequi ſtudioſe. Ille qui peccatū non hēbat, quadrageſimā ieiunauit, tu nō vis quadrageſimā ieiunare q̄ peccas? Ille inquam peccatum non habebat,ſed pro noſtris ieiunauit peccatis, qualis ergo apud conſcientiam tuam Chriſtianus es, cum Chriſto pro te eſuriēte tu prandes? cum Saluatore pro te ieiunante tu reficeris? Legimus in libro Regnorum, cum Saul Rex Iſrael bellum contra Allophylos gereret, vniuerſo eum exercitui indixiſſe ieiunium, & abſtinentibus cunctis eum contra aduerſarios pugnare cępiſſe. Cum ergo Saul abſtinētiam diei ſuis omnibus indixiſſet,& Ionathas eius filius præcepti neſcius,inter medias hoſtium acies victor incedens fauum mellis, intincta ſceptri ſummitate guſtaſſet,tanta; indignatio repente commota eſt,vt & differretur victoria, & Diuinitas læderetur. Denique nec bello finis imponitur,nec Regi reſponſum propheticum datur; Vnde intelligimus quod Saul hoſtes, non tam virtute militum,quam militum abſtinentia ſuperabat. Deniq; vnius culpa cunctis confertur ignauia, & vnius delicto omnibus generatur infirmitas. Deficit.n.virtus in exercitu,vbi deficit in obſeruatione ieiuniū.

Quod peccatum vt Saul ex ipſa Diuinitatis offenſione cognouit, ſtatim Ionathæ dixit non eſſe parcendum; ſed peccatum admiſſum effuſione eius ſanguinis expiandum. Videte quanta apud Saul Regem fuerit religionis obſeruantia, qui offenſum Deum optauit etiam parricidio mitigare. Et quanti ſit reſoluti culpa ieiunij, quę non niſi ſanguinis effuſione punitur. Et ſi ignorans Ionathas indictum à patre ieiunium, quia reſoluerit, morti addicitur, qui ſciens indictum à Chriſto reſoluit ieiunium quid meretur? Ergo fratres ſtatutum nobis cuſtodiamus obſeruatione ieiunium, vt hoſtes noſtros ſpūales vincamus. Nec in abſtinentia poſiti declinemus ad fauum. Fauus enim quidam mundi eſt voluptas, ſeu vitia, quę ſicut ſcriptum eſt, ad tempus quidem impinguāt fauces, nouiſſima amariora ſunt felle. Ieiunium ſtatutum obſeruemus vt à labe peccatorum abluti, expurgati a ſordibus virtutibus ornati, cum Chriſto in monte claritatis æternæ ſplendentes inueniamur in ſæcula ſempiterna. Amen.

Et transfiguratus eſt ante eos &c.

FASCICVLVS SECVNDVS.

De Metamorphoſi Chriſtianorum.

VETVS Antiquorum Philoſophorum de vera bonitate & pulchritudine ſentētia fuit, quod illa in centro, hæc autē in circulo conſiſtit. Bonitas eſt in Centro: Pulchritudo vero in Circulo, aiebant. Quid hac abſtruſa ſententia innuere vellent, aliis h peruestigabam, aduerti Bonitatem perfectam in ſolo Deo, pulchritudinem autem in reflexo recurſu ad omnium Authorem, illos ſtatuere v lle inſinuare. Centrum non aliud nominamus, præter illud Sphera punctum, à quo omnes lineæ ad circumferentiam ductæ ſunt ęquales. Deus c pite diade omnium rerum ſiue viſibilium ſiue inuiſibilium, Vt.n. centrum cætera c expers diuiſionis in medio poſitum, lineas omnes in circulum cer, & Ita Deus vnus, ſimplex, immo ipſa vnitas, in medio admirandæ rafudi circumferentiæ Orbis reſidet, omnia virtute & Diuinitate ſua & ſuperiora & inferiora implet, in omnibus Diuinæ bonitatis ſuæ radios emittit, omnibus eſſe, viuere & moueri communicat. Ipſe.n. eſt fons, vnde omnis vitæ & exiſtendi promanant ſcaturigines. Ipſe eſt principiū ſine principio, ipſaq; bonitas, vnde omne quicquid in rebus bonitatis eſt promanat & deriuatur. Ipſe cētrum à quo Orbes ſyderei volubiles, à quo terræ amęnitas; pratorum herbarumq; decor, plantæ odoriferæ, frugiferæ arbores, animantia omnia, ſapientia hominis, virtus, animęq; dotes, Angelorum Celius Rodig. li. Antiq. lect.

lorum ſplendidiſſimi exercitus, & omnia quæ cæli ambitu continentur producuntur. Ipſe eſt in quo viuimus, mouemur & ſumus. Bonitas ergo ſumma in Centro eſt, quia Deus eſt fons vitę, quia nemo bonus niſi ſolus Deus. Pulchritudo verò, dicebant, eſt in circulo. Circuli nomine, antiqui rationalem creaturam, præter alia multa intellectam eſſe volebant. Vt. n. circularis figura volubilis, ſic & rationalis natura in opere ſuo conſiſtere nequit, ſed ſempiterna cogitatione voluitur, præſentia & conſequentia cernit, vniuerſum peruolat Orbem, nunc in ima terræ viſcera, alias in profundos maris vortices delabitur, nunc intima rerum viſibilium circumſpicit, aliàs vſque ad ſupremos cœleſtes globos aſcendit: quandoque ſtellatos orbes prætergreditur, & ſuprabeatos ſpiritus contemplans, ad thronum admirandæ Maieſtatis Diuinæ procedit, & abſcondita incorde ipſius myſteria ſcrutatur; nunc pernici motu ad terras rurſus declinans, in hoc venuſtiſſimo prato volutatur. Vt circulus ſuam obtinet pulchritudinem, quando extremum punctum, æquali interſtitio circumductum, ad ſuum regreditur principium. Sic & intellectualis natura, ſi non inæqualitatem diſtortam, in ſuæ operationis ductu contraxerit, ſi ad ſuam regreſſa fuerit Authorem, ſi ſe ad ſuum principium æquabili reflexerit motu, pulchritudinem immenſam conſequetur. Omnis etenim decor, pulchritudo omnis & Beatorum ſpirituum, & hominum mortalium, in reflexo ad Deum recurſu ſita eſt. Ab eo ſolo omnis ſpecies, claritas, ſplendor, omnis ſiue interior ſiue exterius apparans pulchritudo promanat. Vt à ſolis pulcherrimi lumine, quicquid in terris luminis eſt, vt ab igne, quicquid flammarum eſt in mundo profluit; ſic omne illud quicquid eſt in intellectuali creatura nobile & illuſtre, quicquid ſpecioſum & omnibus partibus pulcherrimè conſtans, ex reflexo ad pulcherrimum Deum motu prouenit. Vt ſpeculum nitidum, ſi ſplendenti Soli obijciatur, ſplend[illegible] eius illuſtratum erit in tantum, vt & alia oppoſita corpora illuſtret, [illegible] ic ſpeculũ Diuinæ bonitatis, animus creatus, ſi ad ſplendorem Diuinæ [illegible] ſe ſe conuertens adiunxerit, ſplendore immenſæ pulchritudinis colluſt[illegible]bitur, adeo vt & obiecta irradiet corpora, & ſimilitudinem pu[illegible] nis Diuinæ in omnium aſpectu conſiſtunt. Pulchritudo igitur [illegible] lo. Omnis gloria & ſplendor intellectualis naturæ, omnis pul[illegible] & ſuperiorum & humanorum ſpirituum, ex ſuo ad pulcherrimu[illegible] regreſſu prouenit. Pſaltes Regius vbi Gigantis cuiuſdam perm[illegible]mi pulchritudinem deſcripſerat, quod ipſe Solis ſplendorem refer[illegible], quod propter immenſum lumen videretur in Sole poſuiſſe tabernaculum ſuum, quod propter venuſtatem admirandam, eſſet tanquam ſponſus procedés de thalamo ſuo; vndenam ſpeciem & decorem tantum obtinuiſſet, alluſiſſe mihi videtur ad veterum ænigma. Exultauit inquit, vt Gigas ad currendam viam, A ſummo cęlo egreſſio eius, & occurſus eius vſque ad ſummum eius. Quaſi diceret. Admiramini iſtius pulchritudinem: Vndenam

hnic

huic tanta venuſtas, ſcire forſan deſideratis? Quis Diuinos radios eius im preſſit menti? A quonam Sole Solis mutuauit lumen? Quod tantæ claritatis, tantiq; ſplendoris principium? Vnde ea quam cernimus ſpecies? Pulchritudo iſta eſt in circulo. Circuli volubilis inſtar illum eſſe putate; Ad inſtar ſiquidem orbis exultauit ad currendam viam. Vt orbes cœleſtes à natura inſtituti, ſempiterno motu ab ortu ad occaſum, & hinc deinde ad ſuum regrediuntur principium, ſic & iſte exultauit ad currendam viã, non erit aliquis terræ angulus, non aliqua gens, non Regnum, non Prouincia, non inſula, quo iſte non penetrabit, in tota rerum vniuerſitate nul lus erit qui ſe abſcondere valeat à calore eius, omnes tranſibit, omnibus bonitatis ſuæ radios diffundens, attinget à fine vſq; ad finem fortiter, & diſponet omnia ſuauiter. Omnibus .n. mobilibus mobilior eſt. Vt circuli ſpecies, ex ſuo ad originem æquali ductu effluit, ſic & iſtius omnis decor omniſq; ſpecies ex ſuo ad pulchritudinis fontem recurſu promanat. Ideo in ſole poſuit tabernaculum ſuum, ob eam cauſam proceſſit vt comptus iuuenis de thalamo ſuo, quia à ſummo cœlo egreſſio eius, & occurſus eius vſque ad ſummum eius, quia Diuinæ luci, pulchritudini, formæ inadſpectabili, ſeſe adiunxit, quia ad imaginem totius ſpeciei, & ad Solem fulgentiſſimum regreſſus eſt, quia recurſus eius vſq; ad ſummum eius. Pulchritudo ergo eſt in circulo. Video vos omnes præconcipere, quẽ ego quis eſt iſte formoſus in veſtrum conſpectum producere velim. Non alius præter ſpecioſum forma præ filijs hominum, illum qui hodierna die exultauit vt Gigas ad currendam viam, illum qui hodie in monte Taboris, proceſſit vt ſpecioſiſſimus ſponſus de thalamo ſuo, illum qui in Sole poſuit tabernaculum ſuum, cuius facies reſplenduit ſicut Sol, cuius veſtimenta facta ſunt alba ſicut nix. Quod iſte ſplendidiſſimo amictus lumine proceſſit, quod fulgentiſſimi Solis lumen ſua obſcurauit luce, quod ineffabili deco re & pulchritudine effulſit, quod omnium rerum conditarum ſiue terreſtrium ſiue cœleſtium ſpeciem ſuperauit, quod ad inſtar venuſtiſſimi iuuenis ſplendida frõte, genis roſeo perfuſis rubore, oculis placidis, ſerenis, ſubridentibus, & multo exornatis pudore, capillis aureo colore flaueſcentibus, capite diademate ſtellifero coronato, facie pulchrius quàm Sole radiante, cætera corporis figura cœleſtem præſeferente candorem, lætabundus alacer, & ſpecioſiſſimus apparuit, quod animæ glorioſum fulgorem in ſuum rafudit corpus, circularis motus effecit. Aſſumpſit enim diſcipulos ſuos, & duxit illos in montem excelſum ſeorſum. Regreſſus eius à ter ris ad culmina altiſſimi montis, recurſus eius vſque ad ſummum faſtigiũ Taboris, reflexus motus ad pulchritudinis ideam, pulchritudinis quam aſpexiſtis cauſa fuit. Reuerſus fuerat olim & Moyſes ad pulcherrimum Deum in montem, & neſcio quid pulchritudinis ex circulari motu recepit, vt filij Iſraelis timore correpti, non auderent in eius faciem conſpicere. Ita deſcribit hiſtoriographus Exodi. Poſt quadraginta dies quibus

Allegoria

Exod 34.

Moyſes

decurſat. Pluuiã voluntariã ſegregabit Deus hæreditati meę, nõ illã oĩbus concedet, Super montes Gelboe ros iſte & pluuia iſta Diuina non deſcendet, ſed tñ̄ ſuper hæreditatem illam q̃ non argento quidem vel auro vel margaritis, ſed ſanguine precioſo comparati. Illa.n. toto anni decurſu infirmata erat, in lectulo ſcelerũ ſanguine fluens decubuit, mẽſtrua fœdiſſima paſſa eſt. Illius opera fuerunt ſicut pannus mẽſtruatæ, ſanguis ſanguinẽ in ea tetigit. Infirmata eſt in paupertate virtus eius, hac igit̃ pluuia voluntaria, ieiunij, prædicationis verbi Dei, adminiſtrationis Sacrorũ perficienda eſt. Quadraginta diebus & quadraginta noctibus theſauros cœleſtes illis aperiã, dirumpam oẽs Diuinos fontes, vt largiſſimus imber grãe meæ ſuper eos deſcendat; diſrumpam & ciſternas illas veteres ipſorum q̃ continere nequibãt aquã; diſrumpã oculos eorũ, vt ex eis deducãt fontes lachrymarũ, quibus ſuas abluant ſordes; diſrumpã & petram, petreũ illorũ cor, vt ex eo ros ieiunij defluat, quo ex febri peccatorũ ſitientes refrigerẽtur. Ieiuniũ eſt.n. ros ſalutis, alimonia aĩæ, & mitigat cõcupiſcẽtias, ſciũt qui ieiunant, & mitigat voluptates, & nõ ignorant q tentantur, mollit furorẽ, cõpeſcit irã, ſedat fluctus naturæ, excitat rõnem, clarã facit aĩam, alleuiat carnẽ, fugat fœdas intẽperãtias, tollit aĩæ dolores, abluit mẽtis ſordes.

Ser. 34. Inundatione orbi terrarũ facta, ait Ambroſius, myſteriũ quoddã quadrageſimę adumbratũ eſt. Ita.n. & modo nobis Dñs illius tpis quadrageſimã dedit, vt cõſtituto dierũ numero, patefactis cęlis, pluuia nos cęleſtis miſericordiæ irroret, & inundatione facta per lauacrũ pęnitẽtiæ ſalutaris nos imber illuminet; & ſicut tunc factũ eſt, aquarũ fluctib⁹ extinguat̃ in nobis delictorũ iniquitas, virtutũ iuſtitia conſeruet̃. Ipſa.n. & quæ ſub Noe vertitur rõ. Lauacrũ.n. pęnitentiæ peccatori diluuiũ eſt, conſecratio eſt fideli. Per lauacrũ Dñi ſaluat̃ iuſtitia, necatur iniuſtitia. Qđ in vno eodẽq; factũ videm⁹ Apoſtolo Paulo, qui priuſq̃ pceptis ſalutaribus lauaret̃, erat blaſphemus, pſecutor, & Saulus, at vbi pluuia ſuper eũ lauacri cęleſtis ĩfluxit, necatur blaſphem⁹, necatur pſecutor, necat̃ & Saulus. Viuificat̃ Apoſtol⁹, viuificatur iuſtus, viuificat̃ & Paulus. Vſq; adeo aũt pdidit veterẽ cũ actibus ſuis hoĩem, vt cũ moribus mutaret & nomẽ. Quiſquis ergo in hac deuotione quadrageſimæ Dñica ſeruarit mãdata, necabitur in eo diabolica ĩpietas, Apoſtolica ãt reſeruabit̃ grã, & ſuccedẽs quodammõ ſibi morit̃ eã parte qua peccator eſt, viuificat̃ ex illa parte qua iuſt⁹ eſt. Imitat⁹ eſt Saluator quadrageſimalis ieiunij iſtitutione, & īclytũ illũ populi Iſraelitici ducẽ, q ipſos de Ægypti ſeruitute intolerãdã elibetãs, ad terrã lacte & melle pfluẽtẽ deduxit. Legim⁹ ĩ veteris teſtã. ãnalib⁹, cũ S. Moyſes filios Iſrael, de iugo tyrãnidis Ægyptiacę eruiſſet, vt ĩ terrã eos repromiſſionis iducere, 40. annorũ numero, illos p deſertũ circũduxiſſe ieiunos. De quadragenario numero ſcribit̃ in libris Numerorũ hunc in modũ. Filij veſtri erũt vagi in deſerto annis 40. iuxta numerum 40. dierum quibus cõſideraſtis terrã; annus pro die imputabitur. Et in lib. Exodi recẽſetur, ꝙ filij Iſrael

Num. 14. Exod. 16.

comede-

comederunt Man quadraginta annis, donec venirent in terram habitabilem, hoc cibo aliti ſunt, vſquequo tangerent fines terræ Chanaan. De ieiunio autem quadragenario, vel exinde clarum eſt, illos non niſi abſtinentię tunc vacaſſe, quia nihil propter alimoniā cœleſtem manducarunt; & quia deſertum omne ieiunium eſt; anxietas.n. ſolitudinis concupiſcentiam repellit eſcarum. Deinde in deſerto vnde accuratę epulæ? vnde vina precioſa? vnde quadraginta annorum tempore qualicunque ſubſtantia? Cæterū & illud abſtinentiam eorum oſtendit, quia ſi quis auidior duplum mannæ ſibi collegiſſet, hic iſta iniuria feriretur, vt non tam ſibi cibum inueniretur ſeruaſſe q̄ vermes. Eduxit nos quoq; Saluator noſter de Satanę grauiſſima captiuitate, ollas carnium & volucrum, & oīum eorum quæ carnem faciunt à noſtro ſubtraxit ore: ad promiſſam fęlicitatis & lætitię terram nos introducere, noſque pane illo cęleſti ſuauiſſimo exſatiare diſpoſuit. Sed Moyſen Prophetam imitari voluit; voluit vt quadraginta dierū ſpatio, quiſq; ex ſuis filijs locū pęnitentiæ circuiret, abſtinentia continua corpus ſuū à cruditate Carniſpriuij deliciarum expurgans, & aīam & corpus dignū cibi illius de cœlo deſcēdentis receptaculū præpararet. Voluit vt quiſq; noſtrum, amaras pęnitentiæ lachrymas ex ſuo Marath biberet, voluit vt ex adamantino corde ſalutarem laticem educeret ſibi ad deguſtādum. Et illud cupiuit, vt vel volucres cęleſtes cogitationes, vel panem verbi Dei totis quadraginta diebus perciperet, vel etiam palmas Elim, victorię contra atrociſſimos animæ hoſtes obtineret. Sed & illud præſtitit vt per Iordanem in ſuum conuerſum fontem, ſicco veſtigio quiuis tranſiret, ne quis ſine confeſſione ad Sancta & tremenda myſteria tranſire auderet. Hæc.n. filijs quoque Iſrael in deſerto accidiſſe legimus. Primo.n. venerunt in Mara, & amaris ipſius aquis in dulcedinem conuerſis ſitim expleuerunt. Deinde venerunt in Elim, vbi erant duodecim fontes aquarum, & ſeptuaginta palmæ. Deinde profecti ſunt in Raphidim, vbi ex prę rupto ſilice biberunt, & manna collegerunt. Demum venerunt in deſertum Sinai, in quo coturnices cōprehenderunt. Poſtremo de Setim ad Iordanem progredięntes, per arentem alueum tranſierunt. Tantoq; ait Ambroſius, illorum temporum numero potiti ſunt promiſſis, quanto & nos promiſſis nobis à Saluatore perfrui gratulamur. Eodem numero Moyſes per māſiones peruenit ad requiem, quo & nos per ieiunia properamus ad cęlum. Ieiunia.n. noſtra manſiones quædam ſunt, per quæ iter ſpiritualiter faciētes aīæ virtutibus ambulamus, & diurno profectu repromiſſæ nobis terræ viciniores efficimur, ita vt citius peruenerit, qui deuotius ieiunauerit. Pedes.n. quidam aīæ pernices ſunt, fides atq; ieiunium, qui cito de humilibus ad altiora cōſcendunt, cito de terrenis ad cęleſtia gradiūtur. Ser.23.
Quadraginta annorum numero populos Iſraelis Deus cęleſti manna nutriuit, quadraginta dierum numero ſpiritualium Sacramentorum manna nos reficit. Iuſtar.n. Patrū noſtrorum, obſeruatione quadrageſimæ & iu-

ſtificamur & paſcimur. Iuſtificamur pœnitẽtia, paſcimur Sacramento. Illi peruenerunt ad aquas Mara quas bibere nõ potuerunt ſine ligno iniecto; nos ad aquas pnię ſalutiferæ crucis ligno dulces effectas deducti ſum⁹. De uenerunt & illi poſtmodũ in locum qui dr Elim, in quo erant duodecim fontes puriſſimi, & ſeptuagenaria virẽtium multitudo palmarum, & nos quoq; poſt amatas pęnitentiæ lachrymas, ad fontes Diuinæ grẽ properamus. Sitientibus.n. fontes miniſtrant, ab eo qui clamat, Si quis ſitit, veniat ad me & bibat. Palmæ victoribus offeruntur. Præmium quoddã victoris eſt os viuo fonte abluere, dexterã triumphali palma munire. Quadraginta annorũ numero populus Iſraelis peruenit ad fluẽta Iordanis; eodemq; dierum circulo Chriſtianus populus peruenit ad fluenta pęnitentiæ baptiſmatis. Et ſicut ait Propheta, Iordanis conuerſus eſt retrorſum. Illic introeũte Iſraelita in aquã fluminis, aqua ſuperfugit: hic deſcẽdẽte in fontẽ lachrymarum Chriſtiano, criminũ peccata diffugiũt. Et mirũ in modum illic retrorſum conuerſus fluuius, in originẽ ſuã reuertitur, hic in poſterũ reuocatus homo in originis ſuæ infantilẽ innocentiam reparatur. Ibi fontẽ ſuum de quo fuerat egreſſa aqua requirit, hic hoĩem ſuũ à quo exierat innocentia recognoſcit. Ibi exinanitur alueus fluctibus, hic euacuant cor da criminibus. Ibi vt ſeruos Dei illic aqua cęnoſa non madidet, hic famulos Dei tetra conſcientia non polluat. Ibi egreſſi ex flumine altari Diuinę maieſtati erecto, bonis promiſſæ terrę reficiuntur, hic ex pęnitentiæ vndis nitidi emergẽtes ex altari eccleſiæ cibo corporis & calice precioſiſſimi ſanguinis ſatiantur. Imitatus eſt deinde Saluator noſter in Quadrageſimalis ieiunij inſtitutione, & medicos, hi vbi viderint corpora humana, nimia ciborũ oppletione morbis plurimis obruta fore, temperata viuendi rõne humores craſſos euacuant, & abſtinentia prauas cruditates conſumentes, ad primã ſanitatis cõſtitutionẽ hoĩes reducunt. Præſciebat Medic⁹ aĩarũ Chriſtus, hoĩes maximè Carniſpriuiorum tpe luxui & gulæ deditos, ex nimia ciborũ ingluuie, morbos plurimos non aĩæ ſolum ſed & corporis incurrere poſſe. Videbat ex his paupertate depreſſos, ad medicinarũ & pharmacorum percipiendorũ expenſas non ſufficere. Sciebat quod ieiunium oĩs & diuitibus & pauperib. & ſenio confectis, & iuuenili flore ſplendẽtibus, & viris & fęminis medicina eſt. Quid fecit? Periculũ vobis, ait, iminet ſanitatis, ex crapula cui deditι fuiſtis, ieiunio quadrageſimali expurgãda ſunt vobis corpora: Ex ciborum delicijs, graues aiæ atq; corporis dolores vobis inſtare cognoſco: ieiunio quadrageſimali eijciendæ ſunt cãæ illorũ. Ex guloſitate imaginẽ Dei in vobis deturpatã eſſe video; ex copia ciborum, tremore, diſſolutione mẽbrorũ, tabe, grauedine, pedum, manuũq; cruciatibus, abdomine, ſagina, ſtercoribus, ſpecioſam hominis figurã conſpurcatã iri pſcio. quadrageſimali ieiunio prima ſpecies retinenda eſt incorrupta; contaminata verò, quadrageſimali reparanda eſt ieiunio. Salutari iſta quadragenaria purgatione, corpus humanũ ſanitati eſt reſtituẽdũ,

ſuble-

ſubleuandi ſenſus, caro ſpiritui ſubijcienda, cõcupiſcentiæ nebulæ diſper
dendę, libidinum extinguendi ardores, caſtitatis & puritatis lumen accẽ
dendũ. Ex abſtinentia.n. procedunt caſtę cogitationes, ex ieiunio rõnabi
les voluntates, & ſalubriora ſolatia. Per voluntarias afflictiones caro con-
cupiſcentijs morit̃, virtutib. ſpiritus innouatur. Imitatus eſt poſtremo &
agricolã in, in ſacroſancti quadragenarij ieiunij ſtatuto. Agricolę nũc 40.
dierũ ſpacio terrã renaſcentẽ, ſeminib. ingrauidant diuerſis, quò illa pul-
cherrimos germinet fructus; nunc ſylueſcentes arbores ꝓcidunt, plantant
fructiferas ſpinas euellunt obſiſtẽtes creſcentib. plantis. Ieceerat Saluator
nr̃ diebus proximè ꝓteritis verbi ſui ſemina, superſeminauit bonũ ſemen
in agro cordis nr̃i, ſinapi cõſeuerat & frumento aĩas nr̃as. Sed quia aliud
cecidit inter ſpinas, aliud verô in petrã aridam, ne & illud enaſcentibꝰ op
primeret peccatorũ ſpinis, & illud arefactum nullũ proferat germẽ, exco
lendi huius prati ſpiritualis quadrageſimale inſtituit tp̃s, in quo ſpinas &
tribulos flagitiorũ extirpare, & lolium ſiue zizania à dæmone in Carniſ-
priuio superſeminatũ explodere, & ſemina ſalutifera rore lachrymarũ irri-
gare; & tandẽ manipulos fructuum lętãtes deportare poſſemus. Videamꝰ,
ait Ambroſius, quo tp̃e hanc obſeruantiã nobis indixerit Dñs, ſi nõ velu Ser. 36.
ti per iſtã deuotionẽ, cuncta elementa voluit hr̃e perfectum. Ecce.n. indi-
cta quadrageſima, cõſtricta hiemali gelu terra reſoluit̃; & aquarũ fluenta
meatus ſuos glacie liquefacta recipiunt; ſic quoq; corporum nr̃orum hoc
eodẽ tp̃e contractis ſcelerib. peccata ſoluunt̃, & vitæ noſtræ purior curſus
liquefacto rigore diaboli, meatum ſuum priſtinũ recognoſcit. Terra, inq̃,
indicta quadrageſima aſperitatẽ deponit hyemis; ego indicta quadrageſi
ma aſperitatẽ reijcio delictorum. Illa terra aratris ſcinditur, ut mundanis
ſit congrua frugibus; mea terra ieiunijs exarat̃, vt cęleſtibus ſit apta ſemi-
nibus. Sicut.n. reditum vberiorem capit, q̃ frequentius vexando exercet
cãpum, ita maiorem gratiam percipit, q̃ exercet corporis ſui cãpum ſępius
ieiunãdo. Ecce.n. abſtinentię tp̃e, herba ſegetum reuiuiſcit in meſſem, ſur
culus arboris conatur in fruticẽ, palmes vineæ pubeſcit in gemmã, & oĩa
de inferioribus ad altiora ſe ſubrigunt; ita hoc eodẽq; tp̃e hoĩum ſpes iter
mortua reuiuiſcit in poſterum fides perdita reparat̃ in gloriam, tp̃alis vi-
ta proficit in æternã, & oẽ genus humanum ad cęleſtia ſe ſubrigens, ab in
feris ad altiora conſurgit. Modo ferrum geſtans agricola, ſarmenta depu-
tat vinearũ; ita & nunc Euangeliũ tractãs Cõcionator ſordes amputet pò
pulorũ; & iſto quadragenario curriculo vniuerſę hoc agunt creaturæ, qua
tenus depoſitis ſuperfluis, ornate & cõpte in paſcha ꝓcedãt. Mõ oĩa ſunt
in partu, vt tunc reperiant̃ in fructu. Tunc.n. cõtra naturæ ſpeciẽ ſpina ꝓ
fert roſam, calamus fragrãt lilium, ſuauitatẽ arida virgulta depromunt, &
ita cuncta floribꝰ adornant̃, vt feſtiuitatem diei magni creatura ipſa nitore
ſuo celebrare credat̃. Igitur voluit Chriſtꝰ cęleſtis agricola, vt & nos hoc
eodẽ ieiuniorum tp̃e, produceremꝰ de ſpinis noſtris roſas, hoc eſt, de pec-

catis iuſtitiã,de ſeueritate miſericordiam,de auaritia largitatẽ.Iſtę.n.ſunt ſpinæ corporis noſtri q̃ præfocãt aĩam,de quibus Scriptura ait: Spinas & tribulos tibi germinabit terra. Germinat.n.mihi terra mea ſpinas, ſi me corporalis libidinis titillatione cõpungit.Generat mihi tribulos,cũ me di uitiarum ſæcularium cupiditate diſcruciat. Spina.n.Chriſtiano, auaritiæ ſuæ radix eſt.Spina viro bono,honoris ambitio eſt.Vñr ſpecie apud ſuos grata eſſe,ſed lędunt.His ergo niſi vigilando & ieiunando carere nõ poſſumus;quin potius per abſtinentiã ipſæ ſpinæ vertunt̃ in roſam. Producit.n.ieiunando libido caſtimoniã,humilitatẽ ſuperbia, ſobrietas parcitatẽ.Hi ſunt flores vitæ nr̃æ,qui ſuaue Chriſto redolent,q odorẽ bonũ Deo ſpirant.Hanc ergo quadrageſimã largitus eſt Dñs,vt huius tp̃is ſpatio,in morẽ totius creaturæ,nunc concupiſcamus virtutũ germina,vt in die Paſchæ fructũ iuſtitiæ proferamus.Hoc quadragenario numero ſeipſũ Dñs Chriſtus exercuit,nõ vt profectum ipſe caperet, ſed vt profectum ſalutis nobis oñderet.Nec.n.erat ĩ illo ſpina peccati,q̃ verteret̃ in florẽ; in nobis erat tribulus delicti,q cõmutaretur in florẽ. Non eſt ergo ab hoĩbus cõſtitutũ,ſed Diuinitus conſecratũ;nec terrena cogitatione inuentũ, ſed cæleſti maieſtate p̃ceptum. Ideoq; qui conſtitutũ numerum vna die mãducãdo p̃terit,non vt vnius diei violator,ſed vt totius quadrageſimę tranſgreſſor arguitur. Hæc non tã Sacerdotum,q̃ Dei ſunt præcepta, atq; ĩõ q ſpernit,nõ Sacerdotẽ ſpernit ſed Chriſtũ,qui in ſuo loquitur Sacerdote. Subſequuntur in obſeruatione ſacri ieiunij Saluatorẽ, & Apoſtoli Eccleſiarũ Principes,qui ſalutiferã hanc medicinã ab eo ſuſcipientes, toto licet vitæ tp̃e ieiunijs afflixerint corpus, Quadrageſimale tñ præcipua veneratione ad Saluatoris exẽplũ excolebant. De Petro licet nihil apertè, qđ ſciã veteres ſcripſerint,inde tñ euidens fit,illum quadragenarium ieiunium obſeruaſſe, ꝙ Marci Euangeliſtæ (qui à Petro Euangelium didicit & ſcripſit,) diſcipuli Quadrageſimam ieiunarũt. Teſtatur Philo qui fuit Apoſtolorũ æqualis,tantam illis tp̃ibus fuiſſe abſtinentiam,vt nullus tunc eſſet prandiorum vſus,neq; priuſq̃ ſol occidiſſet,cibum quiſq̃ caperet;tertio nonnulli;quidã quarto,alij quinto, ſexto demũ die corp⁹ alij cibo reficiebãt. Erat aũt illis potus aqua ſola,obſoniũ panis cum ſale & hyſſopo. Quãuis aũt de Eſſæis Philo hęc ſcripſiſſe nonnullis videatur, quaſi Gentẽ ſuã laudare voluerit,Euſebius tñ Cæſariũ,& eũ ſecuti Hieronymus, Epiphanius Caſſianus,Beda,Suidas,Georgius Cedrenus,de Chriſtianis illius tp̃is,nominatim verò de Marci Euãgeliſtę diſcipulis, hoc Philonẽ tradidiſſe, nõ dubitãter affirmãt. Ne verò hęc de ieiunio continuo illorũ,(quorũ vniuerſæ vitæ tempus ieiunium fuit,) autores hos grauiſſimos quis dixiſſe cõtendat:audiat Ignatiũ martyrẽ Petro & Marco in Antiochena Cathedra ꝓxime ſuccedentẽ. Is.n. Quadrageſimalis ieiunij mentionẽ facit Philippẽſibus ſcribẽs. Quadrageſimã,ait,nolite ꝓ nihilo habere; criminationẽ.n. continet Dei conuerſationis. Criminationẽ,ait,cõtinet nõ tã Petri q̃ Dei

De vita cõtempl.

quem & Petrus inſecutus eſt cõuerſationis, ideoq; nolite illã violare, noli te pro nihilo hře. Chryſoſtomus verò dũ Antiochenis cõcionatus eſt, tã olim Quadrageſimę ieiunãdæ cõſuetudinẽ inoleuiſſe, his verbis teſtabať. Conſuetudo, ait, res eſt tam facilis & expedita, quod adueniente ieiunio, etiam ſi millies quis exhortetur, & infinita crucient, & cogant vinum de libare, vel aliud quid ieiunij lege non conceſſum guſtare, omnia quis mal let pati, quam prohibitum tangere nutrimentum. De alijs Apoſtolis Iaco bo videlicet & Ioãne, quod & illi quoq; quadrageſimam ieiunarint, exin de clarum cuique eſt, quod omnes tum poſteriores, tum vicini temporib' Apoſtolorum Patres quadrageſimalis ieiunij obſeruationem ad Apoſto licam referunt traditionem. Manifeſtè Hieronymus Marcellæ ſcribebat. Nos, inquit, quadrageſimam ſecundum traditionem Apoſtolorum ieiunamus. Idem docent vniuerſi Patres Græci & Latini. Maximus, Ambroſius, Gregorius, Auguſtinus, Leo Papa, Theophilus Alexandrinus, Chryſoſtomus, Baſilius, Irenæus, Origenes, & proximus Petri ſucceſſor, Theleſphorus, qui ſuo iam tempore ſtatutum fuiſſe ſcribit, vt ſeptem hebdomadas plenas ante ſanctum Paſcha, omnes clerici in ſortem Domini vocati à carne ieiunarent. Vt omittam Concilium Agatenſe, Gangrenſe, Aurelienſe, Laodicenſe, Nicęnum, Toletanum, Trullanum, Sextum Conſtãtinopolitanum, quæ omnia quadrageſimæ ieiunium tanquam ab Apoſtolis acceptum miris laudibus extulerunt atque comendarunt: extat Canõ Apoſtolorum his verbis conſcriptus, quo eius ieiunij obſeruatio ſeuerè præcipitur. Si quis Epiſcopus, aut Presbyter, aut Lector, aut Cantor Sacram Quadrageſimam Paſchæ, aut quartam feriam, aut Paraſceuem non ieiunauerit, deponitor, præterquam ſi imbecillitate impediatur corporis. Sin laicus ſit, communione priuator. Huius ſtatuti tanta omnibus ſæculis fuit ſemper inuiolata authoritas, vt, quemadmodum Baſilius recenſet, nemo inueniretur Sacroſanctis imbutus Sacramentis, qui illud ſumma cum lætitia non ſuſciperet, & cum alacritate non exequeretur. Nunc ait, in omnem terrarum Orbem præconium ieiunij annunciatur, & neq; inſula aliqua, neque terra firma, non Ciuitas, non Gens, non extremitas eſt, ad quam prædicatio eius non perueniat; ſed & exercitus, & viatores, & Nauigatores & mercatores, vniuerſi Reges & Principes, clerus & populus, nobiles & ignobiles, ſimul in vnum diues & pauper, omnes æqualiter & præceptum audiunt, & cum gaudio ſuſcipiũt. Omnes cum gaudio ſuſcipiebant olim Quadrageſimale ieiunium, non primum ventres crapula & ebrietate in Carnis priuio vt nunc ferè, omnes diſcruciabant. Non tanquam ad carnificinam adducti aliquam, quomodo nunc plurimi, ægre ferebant, Non dies ipſius ſingulos quantinam ſupereſſent, vt modo aliqui, ſupputabant. Non illud omne quod binę ſufficeret refectioni, in vno tantum prandio, vt modo nonnulli, vorabant. Sed cum ſumma lætitia tãquam medicinam animarum & alimoniam vitalem ſuſcipientes, qui debiles,

Homil. 6. ad popul.

Can. 68.

biles erant ſemel vnoquoque die hora diei nona reficiebantur, qui fortiores, ſolis occubitum præſtolabantur; alij in alterum diem, alij in tertium diem refectionem differebant; plurimi quinto, alij ſexto die vt audiſtis, alij ſemel tantum in ſeptimana eſcas ſumebant. Omnibus cõmune erat, carnibus, & ouis, & laticinijs abſtinere; Bizantij fames quadam vice ſub
li 17. c. 32 Iuſtiniano Imperatore increbuerat Is promulgarat vt ſecunda ſtatim ieiunij hebdomada carnes in foro venales proponerentur. Populus autem ait Nicephorus, qui pietatem conſectandam ſibi ſtatuiſſet, neque eas edebat, neque emebat, mortem ſibi potius adeundam eſſe cenſens, quam vt quiſquã qd de patriis moribus & traditionibus mutaret. Infirmabatur aliquis, prius vitæ vſuram amittere, quam Sacrum violare ieiuniũ volebat. Ex itinere veniebat aliquis Spiridonus, Chriſtianum ſe eſſe, carnibus ſibi eo tempore veſci non licere vociferabatur. Duriſſimi carceris ſqualore opprimebatur aliquis Alcibiades, ſolo pane & aqua ſibi in quadrageſima viuendum putabat. Labores immenſos corporis ſuſtinebat alter quiſpiam, non vinum ſibi guſtandum eſſe, non carnem ſumendam diligentiſſimè cauebat. Corpore ſenili exhauſto erat alius, alius doloribus ſtomachi vel capitis ex ieiunio prouenientibus diſcruciabatur, non regulam ieiuniorũ ab Apoſtolis præſcriptam tranſgredi vel cogitabat. Alij verò neq; aliquid coctum ad ignem, præter bucellã panis modicam, & hanc cinere aſperſam manducabant. Alij per vaſtam ſolitudinem relicta domo & familia, ſoli circuibant, & radicibus herbarum agreſtium neceſſitatem corporis explebant. Plures inuenire licebat Simeones. Macharios, Antonios, qui vix aliquid tota quadrageſima deguſtabant. Quæ ſpiritus exercitia tunc ieiunio adiungebant, longum eſſet recenſere, dum alij dies noctéſque in oratione perſiſtebant, adeo vt plurimi, propter orationum perſeuerantiã, (inter quos Iacobus Apoſtolus recenſetur) callum genibus obducerent, alij veſtes ſplendidas deponentes, pullas induebant, alij cilicium, alij laminas ferreas, alij catenas, vncis ferreis perplexas ad carnem geſtabant, corpus alij virgis, ſcorpionibus, flagellis, cateniſque cædebant, alijs igne accenſo manuum & pedum extremitates adurebant, alij in ſepulchris ſe aut ſpeluncis occludebant, alij in cinere recubabant, omnemque corporis cultum protſus amittebant, nullam carnis curam; omnem autem animæ impendebant. Plurimi ſingulis Dominicis, alii quolibet die ſacratiſſimæ ſynaxis participio communicabant. Numerarem hic plurimos Reges, Imperatores, Monarchas, Principes, Pontifices, Nobiles, ignobiles, diuites, pauperes, puellas, virgines, iuuenes, viros mulieres, decrepitæ ætatis, niſi innumerabiles eſſent, qui ieiunium quadrageſimale, quod ab Apoſtolis, immo ab ipſo Chriſto traditum acceperant, ſumma religione obſeruarunt, & admirandos fructus ex eo reportarunt. Omnes & vniuerſi & præceptum audiebant, & cum gaudio ſuſcipiebant. Nemo à ieiunantium numero ſeſe ſubducebat, cunctæ generationes, ſexus omnis, ætas, & ordo in

eo

to includebantur. Soli hæretici illud damnant, & irrident, illi ſoli quibus nihil optabilius eſt quam ſe epulis ingurgitare, quam Epicureum dogma contra Chriſti doctrinam ſequi, quam Gentium cæcarum Bacchanalia re uocare, quadrageſimam abrogant. Soli quorum Deus vēter eſt, ieiunium quadrageſimale deſpiciunt. Et non deſpiciunt tantum, ſed & dęmonis inuentum fore impudenti ore proclamant. Quid vobis per Deum venit in mentem? Quæ hæc impudentia veſtra vt Saluatoris inſtitutum, inuentū dæmonis aſſerere non vereamini? Chriſtū ne dæmonis ò ſcelus ò blaſphemiam horrendam, nomine appellabitis? Si Chriſtus quadrageſimale inuenit ieiunium, qui dæmonis inuētum eſſe poteſt? Si Chriſtus vt ex Ambroſio oſtendimus in lauacrum, & alimoniam, & medelam, & ornamentum quadragenarium inſtituit ieiunium, quomodo diaboli inuentū erit? Si Deus ipſe Prophetis illis, qui cum Chriſto hodierna die apparent, quadrageſimale indixit ieiunium; Si illi dicto paruerunt, totoq; eo tempore ſua corpora afflixerunt, quomodo hoc ieiunium à dæmone inuentū erit? Apoſtoli ieiunarunt, & legem de obſeruando ieiunio tulerunt, Concilia hoc aſſerunt, omnes Sancti Patres hoc affirmant, tota Eccleſia Catholica pręcipit, vniuerſus eouſque ieiunauit mundus, & vos illud execrabimini? Age perfricate frontem ò impij, & hoſtes Euangelij fuiſſe, doctrinam dęmoniorum docuiſſe dicite, Auguſtinum, Ambroſium, Hieronymum, Tertullianum, Origenem, Teleſphorum, Baſilium, Chryſoſtomum, Theophilum, Ignatium; Age & Apoſtolos ipſos & Prophetas illuſtres, & Saluatorem noſtrum, Deum quoq; ipſum Satanicorum dogmatum inuentorem eſſe. Dicite ieiunium quadragenarium, quod omnes Orthodoxi culpæ mortem, excidium delictorum, purificationem animæ, redemptionem ſalutis, ſacrificium reconciliationis, peccati abolitionem, æternorum bonorum conciliationem eſſe docuerunt, quod in lauacrum animæ noſtræ, à Chriſto inſtitutum eſt, quod omnis gens, omnis ſexus, ordo omnis obſeruauit, vos dicite dæmonis commentum eſſe. Miror abſq; dubio iſtorum cæcitatem, impudentiam, & intemperantiam, qui vt ſe totos tradant comeſſationibus & ebrietatibus, dęmonis inuentum eſſe comminiſcuntur, id quod non ſolum vniuerſus Orbis, non tantum ſanctiſſimi viri, ſed & Deus ipſe humanam vitam agēs pro noſtra inſtitutione obſeruare dignatus eſt. Cui potius credemus, Chriſto an Luthero? Apoſtolis an hæreticis? Eccleſiæ Chriſti, an ſynagogæ diaboli? Chriſtum ſequentibus, an Epicurum imitantibus? Deum an ventrem colentibus? Quod omnibus ſæculis, omnium mortalium conſenſu, quam longè lateque Chriſtianus Orbis diffuſus eſt vniuerſus, prædicatum, receptum, ac tanta cura diligentiaque ſemper ab omnibus fuiſſe vidimus obſeruatum, id ad vnius aut alterius tantum apoſtatæ nutum, reiiciendum eſſe putabimus? Vnius aut alterius ebrij voci contra Orbem vniuerſum credemus? Sed & noſmetipſos mirabor, qui delicijs vel potius gulæ voracitati aſſueti ad eam deuenimus mē

tem,

tẽ, vt quadrageſimæ à Chriſto ſacratum ieiunium, noſtris pepulerimus à finibus. Non cupio modo Alcibiadas, non deſidero Zozimas, nó exopto tales quales Conſtantinopoli fuiſſe commorauimus, qui mortem ſubire potius erant parati, quam eius quadrageſimæ ieiunium ſoluerent, Non re quiro Apoſtolorum temporibus, quales Antiochiæ, quales primis illis tẽporibus Marci Euangeliſtæ dicipuli fuerunt videre. Non perquiro illos q ſemel ſingulis ſeptimanis pane ſolo cinere aſperſo & aqua contenti ſint, Non illos peruestigo, qui in duos dies refectionem differant, neq; illos qui ad Solis occaſum abſtinentiam producant, cum priſcis.n. illis temporib. priſca conſuetudo ieiunandi interijt, da mihi modo decem ex mille, qui Sacroſanctam inſtitutionem quadragenariam non perfregit? qui gulę vel ebrietatis vitio ieiunium non temerauit? Quanti qui omnes receſſus maris, omnes fluuiós, omnes terrarum extremas oras indagant, vt ventri ſatiſ faciant? Quot genera eduliorum? quot condimentorum ſpecies? quot modi præparandorum ciborum? quis modus? quæ menſura? quanti qui vna refectione in diebus ſingulis, ieiuninm obſeruant? quanti qui diſſipationes à ſuperioribus in animæ fraudem obtinuerunt? quanti qui Bacchanalia ex quadrageſima ſibi fecerunt? Gloriamur quidem de Chriſto capite, ſed capiti cóformari recuſamus. Caput quidem noſtrum ieiunauit, nos ebrietati vacamus. Inediam propter nos ſuſtinuit Chriſtus, nos delicijs diſſoluimur. Ieiunium in ſalutem animæ noſtrę obſeruauit Chriſtus, nos gula & voracitate ventri ſeruimus. Forſan leue exiſtimatis peccatum eſſe Sacroſancta Dei violare præcepta? Non eſt leue peccatum, ait Ambroſius, fidelibus, indictâ à Domino quadrageſimá nó ieiunare, & conſecrata ieiunia vẽtris voracitate diſſoluere. Scriptũ eſt.n. Qui dicit ſe in Chriſto manere, dẽt ſicut ille ambulauit, & ipſe ambulare. Si vis ergo Chriſtianus eſ ſe debes q Chriſtus pſtitit inſequi ſtudioſè. Ille qui peccatũ non hẽbat, quadrageſimá ieiunauit, tu nó vis quadrageſimá ieiunare q peccas? Ille inquam peccatum non habebat, ſed pro noſtris ieiunauit peccatis, qualis ergo apud conſcientiam tuam Chriſtianus es, cum Chriſto pro te eſuriẽte tu prandes? cum Saluatore pro te ieiunante tu reficeris? Legimus in libro Regnorum, cum Saul Rex Iſrael bellum contra Allophylos gereret, vniuerſo cum exercitui indixiſſe ieiunium, & abſtinentibus cunctis cum contra aduerſarios pugnare cepiſſe. Cum ergo Saul abſtinẽtiam dici ſuis omnibus indixiſſet, & Ionathas eius filius præcepti neſcius, inter medias hoſtium acies victor incedens fauum mellis, intincta ſceptri ſummitate guſtaſſet, tantaq; indignatio repente commota eſt, vt & differretur victoria, & Diuinitas læderetur. Denique nec bello finis imponitur, nec Regi reſponſum propheticum datur; Vnde intelligimus quod Saul hoſtes, non tam virtute militum, quam militum abſtinentia ſuperabat. Deniq; vnius culpa cunctis confertur ignauia, & vnius delicto omnibus generatur infirmitas. Deficit.n. virtus in exercitu, vbi deficit in obſeruatione ieiuniũ.

Quod

Quod peccatum vt Saul ex ipſa Diuinitatis offenſione cognouit, ſtatim Ionathæ dixit non eſſe parcendum; ſed peccatum admiſſum effuſione eius ſanguinis expiandum. Videte quanta apud Saul Regem fuerit religionis obſeruantia, qui offenſum Deum optauit etiam parricidio mitigare. Et quanti ſit reſoluti culpa ieiunij, quę non niſi ſanguinis effuſione punitur. Et ſi ignorans Ionathas indictum à patre ieiunium, quia reſoluerit, morti addicitur, qui ſciens indictum à Chriſto reſoluit ieiunium quid meretur? Ergo fratres ſtatutum nobis cuſtodiamus obſeruatione ieiunium, vt hoſtes noſtros ſpūales vincamus. Nec in abſtinentia poſiti declinemus ad fauum. Fauus enim quidam mundi eſt voluptas, ſeu vitia, quę ſicut ſcriptum eſt, ad tempus quidem impinguāt fauces, nouiſſima amariora ſunt felle. Ieiunium ſtatutum obſeruemus vt à labe peccatorum abluti, expurgati a ſordibus virtutibus ornati, cum Chriſto in monte claritatis æternæ ſplendentes inueniamur in ſæcula ſempiterna. Amen.

Et transfiguratus eſt ante eos &c.

FASCICVLVS SECVNDVS.

De Metamorphoſi Chriſtianorum.

VETVS Antiquorum Philoſophorum de vera bonitate & pulchritudine ſentētia fuit, quod illa in centro, hæc autē in circulo conſiſtit. Bonitas eſt in Centro. Pulchritudo vero in Circulo, aiebant. Quid hac abſtruſa ſententia innuere vellent, dum [illegible] perueſtigabam, aduerti Bonitatem perfectam in ſolo Deo, pulchritudinem autem in reflexo recurſu ad omnium Authorem, illos ſtatuere velle inſinuare. Centrum non aliud nominamus, præter illud Sphera punctum, à quo omnes lineæ ad circumferentiam ductæ ſunt ęquales. Deus [illegible] omnium rerum ſiue viſibilium ſiue inuiſibilium, Vt.n. centru[illegible] expers diuiſionis in medio poſitum, lineas omnes in circulum [illegible] Ita Deus vnus, ſimplex, immo ipſa vnitas, in medio admirandæ [illegible] circumferentiæ Orbis reſidet, omnia virtute & Diuinitate ſua & ſup[illegible]ra & inferiora implet, in omnibus Diuinæ bonitatis ſuæ radios emittit, omnibus eſſe, viuere & moueri communicat. Ipſe.n. eſt fons, vnde omnis vitæ & exiſtendi promanant ſcaturigines. Ipſe eſt principiū ſine principio, ipſaq; bonitas, vnde omne quicquid in rebus bonitatis eſt promanat & deriuatur. Ipſe cētrum à quo Orbes ſyderei volubiles, à quo terræ amœnitas, pratorum herbarumq; decor, plantæ odoriferæ, frugiferæ arbores, animantia omnia, ſapientia hominis, virtus, animęq; dotes, Angelorum Celius Ro dig. li. Anti q. lect.

gelorum

lorum ſplendidiſſimi exercitus, & omnia quæ cœli ambitu continentur producuntur. Ipſe eſt in quo viuimus, mouemur & ſumus. Bonitas ergo ſumma in Centro eſt, quia Deus eſt fons vitę, quia nemo bonus niſi ſolus Deus. Pulchritudo verò, dicebant, eſt in circulo. Circuli nomine, antiqui rationalem creaturam, præter alia multa intellectam eſſe volebant. Vt. n. circularis figura volubilis, ſic & rationalis natura in opere ſuo conſiſtere nequit, ſed ſempiterna cogitatione voluitur, præſentia & conſequentia cernit, vniuerſum peruolat Orbem, nunc in ima terræ viſcera, alias in profundos maris vortices delabitur, nunc intima rerum viſibilium circumſpicit, aliàs vſque ad ſupremos cœleſtes globos aſcendit: quandoque ſtellatos orbes prætergreditur, & ſuprabeatos ſpiritus contemplans, ad thronum admirandæ Maieſtatis Diuinæ procedit, & abſcondita incorde ipſius myſteria ſcrutatur; nunc pernici motu ad terras rurſus declinans, in hoc venuſtiſſimo prato volutatur. Vt circulus ſuam obtinet pulchritudinem, quando extremum punctum, æquali interſtitio circumductum, ad ſuum regreditur principium. Sic & intellectualis natura, ſi non inæqualitatem diſtortam, in ſuæ operationis ductu contraxerit, ſi ad ſuam regreſſa fuerit Authorem, ſi ſe ad ſuum principium æquabili reflexerit motu, pulchritudinem immenſam conſequetur. Omnis etenim decor, pulchritudo omnis & Beatorum ſpirituum, & hominum mortalium, in reflexo ad Deum recurſu ſita eſt. Ab eo ſolo omnis ſpecies, claritas, ſplendor, omnis ſiue interior ſiue exterius apparans pulchritudo promanat. Vt à ſolis pulcherrimi lumine, quicquid in terris luminis eſt, vt ab igne, quicquid flammarum eſt in mundo profluit; ſic omne illud quicquid eſt in intellectuali creatura nobile & illuſtre, quicquid ſpecioſum & omnibus partibus pulcherrimè conſtans, ex reflexo ad pulcherrimum Deum motu prouenit. Vt ſpeculum nitidum, ſi ſplendenti Soli obijciatur, ſplend[illegible] eius illuſtratum erit in tantum, vt & alia oppoſita corpora illuſtret, [illegible]ic ſpeculū Diuinæ bonitatis, animus creatus, ſi ad ſplendorem Diuinæ [illegible] ſeſe conuertens adiunxerit, ſplendore immenſæ pulchritudinis colluſt[illegible]bitu, adeo vt & obiecta irradiet corpora, & ſimilitudinem pu[illegible]chritu[illegible]nis Diuinæ in omnium aſpectu conſiſtunt. Pulchritudo igitur [illegible]lo. Omnis gloria & ſplendor intellectualis naturæ, omnis pul[illegible] & ſuperiorum & humanorum ſpirituum, ex ſuo ad pulcherrimu[illegible] regreſſu prouenit. Pſaltes Regius vbi Gigantis cuiuſdam pern[illegible]imi pulchritudinem deſcripſerat, quod ipſe Solis ſplendorem refe[illegible], quod propter immenſum lumen videretur in Sole poſuiſſe tabernaculum ſuum, quod propter venuſtatem admirandam, eſſet tanquam ſponſus procedés de thalamo ſuo; vndenam ſpeciem & decorem tantum obtinuiſſet, alluſiſſe mihi videtur ad veterum ænigma. Exultauit inquit, vt Gigas ad currendam viam, A ſummo cęlo egreſſio eius, & occurſus eius vſque ad ſummum eius. Quaſi diceret. Admiramini iſtius pulchritudinem: Vndenam

huic

huic tanta venuſtas, ſcire forſan deſideratis? Quis Diuinos radios eius ita preſſit menti? A quonam Sole Solis mutuauit lumen? Quod tantæ claritatis, tantiq; ſplendoris principium? Vnde ea quam cernimus ſpecies? Pulchritudo iſta eſt in circulo. Circuli volubilis inſtar illum eſſe putate; Ad inſtar ſiquidem orbis exultauit ad currendam viam. Vt orbes cęleſtes à natura inſtituti, ſempiterno motu ab ortu ad occaſum, & hinc deinde ad ſuum regrediuntur principium, ſic & iſte exultauit ad currendam viã, non erit aliquis terræ angulus, non aliqua gens, non Regnum, non Prouincia, non inſula, quo iſte non penetrabit, in tota rerum vniuerſitate nullus erit qui ſe abſcondere valeat à calore eius, omnes tranſibit, omnibus bonitatis ſuæ radios diffundens, attinget à fine vſq; ad finem fortiter, & diſponet omnia ſuauiter. Omnibus.n. mobilibus mobilior eſt. Vt circuli ſpecies, ex ſuo ad originem æquali ductu effluit, ſic & iſtius omnis decor omniſq; ſpecies ex ſuo ad pulchritudinis fontem recurſu promanat. Ideo in ſole poſuit tabernaculum ſuum, ob eam cauſam proceſſit vt comptus iuuenis de thalamo ſuo, quia à ſummo cœlo egreſſio eius, & occurſus eius vſque ad ſummum eius, quia Diuinæ luci, pulchritudini, formæ inadſpectabili, ſeſe adiunxit, quia ad imaginem totius ſpeciei, & ad Solem fulgentiſſimum regreſſus eſt, quia recurſus eius vſq; ad ſummum eius. Pulchritudo ergo eſt in circulo. Video vos omnes præconcipere, quē ego quis eſt iſte formoſus in veſtrum conſpectum producere velim. Non alius præter ſpecioſum forma præ filijs hominum, illum qui hodierna die exultauit vt Gigas ad currendam viam, illum qui hodie in monte Taboris, proceſſit vt ſpecioſiſſimus ſponſus de thalamo ſuo, illum qui in Sole poſuit tabernaculum ſuum, cuius facies reſplenduit ſicut Sol, cuius veſtimenta facta ſunt alba ſicut nix. Quod iſte ſplendidiſſimo amictus lumine proceſſit, quod fulgentiſſimi Solis lumen ſua obſcurauit luce, quod ineffabili decore & pulchritudine effulſit, quod omnium rerum conditarum ſiue terreſtrium ſiue cœleſtium ſpeciem ſuperauit, quod ad inſtar venuſtiſſimi iuuenis ſplendida frõte, genis roſeo perfuſis rubore, oculis placidis, ſerenis, ſubridentibus, & multo exornatis pudore, capillis aureo colore flaueſcentibus, capite diademate ſtellifero coronato, facie pulchrius quam Sole radiante, cætera corporis ſignta cœleſtem præſeferente candorem, lætabundus alacer, & ſpecioſiſſimus apparuit, quod animæ glorioſum fulgorem in ſuum rafudit corpus, circularis motus effecit. Aſſumpſit enim diſcipulos ſuos, & duxit illos in montem excelſum ſeorſum. Regreſſus eius à terris ad culmina altiſſimi montis, recurſus eius vſque ad ſummum faſtigiũ Taboris, reflexus motus ad pulchritudinis ideam, pulchritudinis quam aſpexiſtis cauſa fuit. Reuerſus fuerat olim & Moyſes ad pulcherrimum Deum in montem, & neſcio quid pulchritudinis ex circulari motu recepit, vt filij Iſraelis timore correpti, non auderent in eius faciem conſpicere. Ita deſcribit hiſtoriographus Exodi. Poſt quadraginta dies quibus Allegoria Exod 34.

Moyſes panem non comedit & aquã non bibit, cum deſcenderet de monte Sinai, tenebat duas tabulas lapideas teſtimonij, & ignorabat quod cornuta eſſet facies ſua, ex conſortio ſermonis Diuini. Videntes aũt Aaron & filij Iſrael cornutam Moyſi faciem, timuerunt prope accedere. Vocatique ab eo reuerſi ſunt tam Aarõ, quam Principes ſynagogæ. Et poſtq̃ locutus eſt ad eos, venerunt ad eum & omnes filij Iſrael, quibus præcepit cuncta quæ audierat à Dño in monte Sinai. Impletiſq; ſermonib. poſuit velamẽ ſuper faciem ſuam. Quod ingreſſus ad Dñm, & loquens cum eo auferebat donec exiret, & tunc loquebatur ad filios Iſrael oĩa quæ ſibi fuerant imperata. Qui videbant faciem egredientis Moyſi eſſe cornutam, ſed operiebat ille rurſus faciem ſuam, ſi qñ loquebatur ad eos. Sic & Saluator noſter, ſi aliqñ ad populum regrediebatur ſiq; Diuina pandebat mandata, ponebat velamen ſuper faciem ſuam, & Tunica illa, q̃ in vtero Sanctiſſimæ virginis induerat, ſpecioſiſſimum gloriæ vultum contegebat. Sicubi vero in ſecretum receſſiſſet locum, ſi aliqñ in ſublime tabernaculum, ad colloquendum Deo regreſſus fuiſſet, ſplendore natiuo ex recurſu eius circulari promanante, perfundebat corpus, ita vt nec Petrus, nec Ioannes, neq; Iacobus intendere poſſent in claritatem vultus eius, q̃ à reflexa ad fulgẽtiſſimum gloriæ lumen ipſius facie promicabat. Pulchritudo vera & amabilis, docebat Baſilius, quam ſola purgata mens contemplari põt, circa Diuinam & beatam eſt naturam. Cuius fulgores & grãs qui intentè intuet, tranſumit quid ab ipſa velut à tinctura quadam, floridum quendam ſplẽdorem, proprijs affricans oculis. Vnde & Moyſes glorificatã faciẽ habuit, ex eo q̃d pulchritudinis illius in conuerſatione cum Deo, particeps factus fuit. Vnde & ſponſa (addo ego) q̃ ſpecioſiſſimo & ex millib. electo ſponſo conuiuebat, q̃ ſe dicebat: Ego dilecto meo, & ad me conuerſio eius. Pulchritudinem immenſam ex eius cõſortio aſſecuta eſt, vt eſſet & diceret, quaſi aurora conſurgẽs, pulchra vt Luna, & vt fulgentiſſimus Sol electa. Vnde & Saluator nr̃ formoſiſſimus hodierna die apparuit, eo q̃ ex ſuo ad ſummum Patrẽ regreſſu, gloriã & ſplendorẽ in ſuũ corpus diffudit. Quemadmodũ.n. Sol nubem radijs atq; fulgori ſuo obiectã, inſtar ipſius Solis ſplẽdidiſſimã atq; lucidiſſimam reddit, ita Deus vbi aliquem ad ſe adiunctum conſpexerit, ipſum quoq; mirabili ſpecie fulgidum atq; ſplendidum efficiet. Sicut aurum mũdum ad Solis expoſitum radios, emittit & ipſum radios, licet non ex ſuaptè natura ſolũ, verumetiã ex Solis fulgore; ſimiliter & aliquis repurgatus, & auro factus lucidior, accipit radiũ à gloria Spũs, & hunc viciſſim ex ſe remittit. Pulchritudo igit̃ eſt in circulo. Hũc ad patrem recurſum ſempiternum, vt Chriſtus Apoſtolis demonſtraret, aſſumptis illis transfiguratus eſt ante eos. Petrus.n. qui in Apoſtolorum cœtu, primus ore omnium, Chriſtum eſſe Dei filium confeſſus eſt, quia Diuinitatem Saluatoris predicare Gentibus, & Iudæis debuit, Ioannes quoque quia præſentiam Chriſti cum Patre, & Iacobus ſimiliter quia futuræ reſurrectio-

ſup Pſal. 29.

ſurrectionis gloriam,omnibus palam facere inſtituerant; vt Chriſti cum Deo patre præſentiam,maieſtatem,gloriam, ſplendoremq; oculis conſpicerent, neceſſarium erat. Eam ego primam transfigurationis Dominicæ cauſam cenſerem eſſe. Eſt & altera quæ ad noſtrum accedit propoſitum, vt.ſ.nos ſua transfiguratione, ad Metamorphoſim Chriſtiano homine dignam inuitaret & admoneret.Grçcum forſan vobis atq; pro ſtatu mortali quaſi impoſſibile videtur,id quod propoſui,quia Chriſtus ob eam cauſam transfiguratus eſt,vt & nos eundem ęmularemur ſplendorem,ad eãque corporis maieſtatẽ aſſequendam conemur.Nunquid.n.vobis in montem Taboris conſcendendum eſt? Nunquid in Solis fulgorem facies cõmutanda? Num claritate immenſi luminis oculi aliorum percellendi? Nũquid cœli orbes aperiendi ſunt, & Pater cœleſtis euocandus, vt voce delapſa intonet? Hic eſt filius meus dilectus,in quo mihi bene complacuit, ipſum audite.An tale quid quale Chriſto contigit ambiendum? An alij in amorem feruentiſſimum tali forma pelliciendi? Non multum diffiderem ego,imo audacter dicerem, Chriſtum ob eam cauſam trãſfiguratum eſſe, vt & nos ad eandem, in hac etiam mortali vita aſſequendam formã contendamus. Euidens cuique eſt, corporis conſtitutionem & qualitatem,ex qualitate & conſtitione animæ profluere,ad eum modum,vt quibus anima fuerit delineata coloribus affectionum, ijſdem & corpus ipsũ ſua vi afficiat.Si teterrimo facinore obſcurata & defœdata fuerit, fœdum & turpiſſimum efficit corpus. Si pulcherrimo virtutum & gratiæ Diuinę penicillo delineata,ſpecioſiſſimum & corpus reddit, adeò vt ex diſpoſitione corporis,in cognitionem diſpoſitionis mentis, non difficile venire poſſis.Nihil homine iracundo & furore percito deformius? ab animę deformitate ea prouenit.Nihil ambitioſo,timido,vel ignauo turpius? ea turpitudo ab animę turpitudine promanat.Vide mihi ſuperbia tumentẽ, & eam quam pſefert elationem? à tumore animi inflatus eſt. Inſpice triſtitia affectum,& eam quam in ſe hẽt humilitatem & contractionem? contracta & deiecta mens deiecit corpus. Intuere gula oppreſſum,obrutis oculis,aſpectu hebeſcente,oſcitantem,ſocordem, nauſeabundum, ſomno deſidiaque languentem,corpore concluſum monſtruoſo? Monſtruoſa aĩa monſtrum in corpore efformauit.Quis diſſolutum delicijs? quis libidinibus deditum & corruptum? quis inuidiæ morbo tabeſcentem? quis alijs facinorib.miſerè diuexatũ uel aſpicere ſuſtinet? non ut turpiſſimum abominatur? Aĩa affectio vſq; ad corporis fines penetrans,ſqualidum, abominabilem,morbis deformatum,pallore horrendo quaſi emortuum efficit. Denigrata eſt ſuper carbones facies eorum,aiebat Propheta, & non ſunt cogniti in plateis,quia Dño peccauerũt.Nigredo iſta,ſquallor,palliditas, turpitudo,faciei,oculi vel hebetes vel torui,os diductum, labra tremula, facies vel furore incenſa, vel triſtitia deiecta,vel amore pallens, vel ſigillis obſignata, non aliunde quã à nigredine qua à dæmone aĩa decolorata

eſt proceſſit. Ponite ante oculos veſtros aliquem virtute cultum, ſpecies externa corporis quæ mentis ſimulachrum eſt, vnde niſi ab anima defluit? Pudicos, modeſtos, ſerenos, alicuius caſti aſpectus videtis? ex animæ pudicitia & caſtitate prouenit. Hominem verecũdum, genis rubore perfuſum, multa quadam prȩditum, inculta licet venuſtate aſpicitis? Rubor animæ, corporeum, interna venuſtas externam effecit. Subridentem, & alacrem, vultum, frontem ad omnes elatam ſplendidam, iuſti alicuius videtis? Splendor animæ faciem corpoream illuſtrauit. Radios pallore obuelatos ex Sancti alicuius vultu diffuſos admiramini? Radij animæ ſunt in corpore fulgentes? Plurimi Sanctorum, (vt de Beata Deipara, fert Dionyſius & Ignatius,) lucem quandam inæſtimabilem ex ſuis corporibus ſpargentes, illos qui cernebant, vel cęcitate percellebant, vel pertrahebant in caſtum amorem. Idem expoſcit à nobis Saluator, vt per ieiunium Quadrageſimale quod ſuſcepimus, à Carniſpriuij ſordibus expurgati, lachrymarumque vberrimo abluti imbre, virtutibus adornati, gratię Diuinę ſplendidiſſima luce colluſtrati, pulchritudinem internam in corpus noſtrum diffundamus, & corpus noſtrum ad vſq; peccatis contaminatum, & conſpurcatum, nunc in caſtum, incorruptum, ſplendidum trãſformemus ſeu transfiguremus. Neque.n. eſt impoſſibile, immo facilè eſt ſi voluerimus nos transfigurare, & faciem noſtram plus Sole fulgentem, ſpeciemq; externam quacunque viſibili & inuiſibili natura, formoſiorem efficere: & hac admiranda pulchritudine, non terrena ſolum, ſed & ſupracœleſtia, quin & Deum ipſum pulchritudinis totius fontem, in admirationem atque amorem noſtrum pertrahere. Fallax erit gratia, & vana pulchritudo naturæ ſolius beneficio homini conceſſa, comparatione huius quam ex noſtra transfiguratione aſſequemur: non lilia, non roſæ, nõ violæ, non quicunque quamuis ſpecioſiſſimi flores, non cœlum ipſum aſtris lucidiſſimis ornatum, non ipſæ Angelicę mentes, lapidibus precioſiſſimis fulgentes, omnemque ſpeciem viſibilem ſuperantes, nõ quicquid naturæ limitibus continetur formoſum, eam quę ex transformatione noſtra proueniet exęquabit pulchritudinem. Quod ſi à me perquiritis, vnde hęc tam illuſtris ſpecies, quę omnem excedit ſpeciem? quæ non homines tantum, ſed & beatas mentes, ſed & ipſum Deum ad ſui excitat amorem? quę ne morte quidem extingui poteſt, ſed multo clariori lumine ſplẽdet? Quomodo transfiguranda ſunt corpora, vt hoc decus aſſequamur? Num balnea petenda? An ad thermas accedendum? Num corpus quotidie herbis diuerſis abluendum? Num ſmygmata noua adinuenienda? An ſtybio decoloranda facies? An tale quid quale à comptis & ſpecioſis virginibus fieri ſolet procurandum? Nihil quidem eorum quæ ſeculi ornatum ſpectant, ad hanc admirandam Metamorphoſim neceſſum eſt. Sed quid tandem? Animę pulchritudo comparanda eſt, Metamorphoſis animę primum facienda eſt. Mens noſtra ſe transfigurare, & ſuam ſpeciem

Diuini-

Diuinitus ſibi impreſſam abluere,pulcherrimiſque adornare virtutū coloribus debet. Pulchritudo.n.vera quæ pulcherrimum reddit & corpus, quæ amorem & gratiam conciliat,quæ in oculis omnium ſplendidiſſima eſt,in anima ſita eſt,& ex ea in corpus promanat. Age breuiter id explicantem attenti audite. Pulchritudo,aiebat eloquentiſſimus Oſorius,eſt forma conueniens & apta,modo & ratione dimenſa, claritate coloris illuminata,omnes partes continens inter ſe mirificè concinnentes. Pulchritudo,dicebat,eſt forma conueniens & apta,modo & ratione dimenſa;omnis.n.decor & dignitatis elegantia,omnis mundi ornatus,omnis cuiuſq; rei ſplendor lege atq; ratione modi continetur. Omne quod modo aſtringitur aptum eſt & venuſtum, & omnium ad ſe oculos & voluntates allicit, quod verò rationis & modi lege ſolutum eſt, & fœdū, & flagitioſum, & oculis & animis aſpernādum eſt. Pulchritudo,ait,eſt forma omnes partes continens,inter ſe mirifice concinnentes. Omnis.n.omnium rerū ornatus,cum ex modo & ratione reſultet, ratione moderāte & modum cuique præfiniente, talem inter ea inſtituet ordinē, vt non ſolum cohęreant & permaneant verumetiam ita concinna ſint, vt nihil in ſuo genere poſſit elegantius excogitari. Quæ igitur forma conueniens erit,& apta,modo & ratione dimenſa,claritate coloris illuminata; quæ omnes partes cōtinebit,inter ſe mirifice cōcinnentes,illa pulcherrimo erit,in ſuo genere;pulchritudinis.n.ratio, licet eadem propemodum in omnibus ſit rebus quæ pulchræ ſunt,ita tamen,vt quo res natura præſtantior eſt,eò pulchritudo illius admirabilior ſit. Sint pulchræ veſtes,pulchri torques,pulchræ gemmæ, fulgentes etiam & inſtratæ ſellæ pulchrę ſint, corporis tñ ſpecies & pulchritudo,multum inter omnes res pulchras quas oculis cernimus excellit. Inde factum eſt,vt nemo vnquam amore veſtis pulchræ vitam in diſcrimen intulerit,& multi pulchri corporis amore,mortem ſibi conſciuerint. Non.n.vt eſt apud Plautum,veſtem amatores mulieris amant,ſed veſtis fartum. Quod ſi tantas vires habet amor inſigni ſpecie corporis excitatus,vt multos ſtupore mentis opprimat, & ad inſaniam redigat; quantam tandem admirationem commouebit animi pulchritudo, mentis oculis vſurpata? An non eſt conſequens,vt quemadmodum nihil eſſe poteſt, in omni natura mente & ratione præſtantius; ita nullum decus ſit animi decore magnificentius? Vt autem melius poſſimus, quanta ſit animi dignitas & pulchritudo intueri,commodum erit illius partes oratione perſtringere. Prima igitur pars eſt mens & ratio,cum mente Diuina,& muneris ſimilitudine,& cœleſti agnatione coniuncta. Huic deinde pars illa ſubiecta eſt, in qua irarum ardor exiſtit, contumeliam & indignitatem acri contentione repellens. Tertia pars eſt voluptatis appetitio, ea quę videntur ſuauia atque iucunda vehementer arripiens. His autem ſingulis partibus,alię ſubiiciuntur, quas ne longior ſim,quam inſtituta ratio poſtulat omitto. Cum verò hę partes omnes numero & modo continentur,

de Reg.inſtit.lib.5.

& ratione coniunguntur, & mentis lumine colluſtrantur; tantus ex illis ornatus exoritur, vt Diuinam pulchritudinem & dignitatẽ referant. Nec enim flagitioſa voluptas animo dedecus inurit; nec inanis dignitatis ſpecies mentem de ſtatu cõuellit; nec vllus tumultus excitatur qui rationem perturbet. Honoris enim ſtudium rationis imperium ſequitur, voluptatis autem libido, honeſtatis moderatione comprimitur; mens autem & ratio clariſſimum lumen præfert, atq; pro iure ſuo (obtinet.n.natura in animo principatum) partes languentes incitat, impotẽtius elatas coercet, & ſingulas proprijs ſedibus continet, & quouſq; illis progrediendum ſit, lege præſcribit. Itaq; diſſipata coniungit, diſſoluta conglutinat, omniaq; lege & ordine moderatur, & magnitudine Diuini cuiuſdam ſplẽdoris & claritatis illuminat. Sic aũt fit, vt nihil impedire poſſit rationem, quò minus vitæ finem videat; & quò ſint omnia ſtudia referenda, cognoſcat; & quid ſit verum, & rectum, & ſimplex, ſapiẽter exploret; & ſtatui totius animi conſilio ſalutari proſpiciat. Illa verò pars, in qua ſumma decoris appetitio, & turpitudinis acris offenſio viget, nunq̃ temerè ruet, illudq; tñ certamen inibit, qđ rationis imperio fuerit inſtitutum. Nec illa quidem pars quæ voluptates exquirit, immoderatè iactabitur; nec ita ſe proijciet, vt animo dedecus inurat, & pro voluptate grauem dolorem efficiat. Ergo cum voluptas cum honoris appetitu conſenſerit: honoris aũt & laudis ſtudium à rationis imperio minimè deſciuerit; extabit & eminebit illa ſumma dignitas & pulchritudo, admirandaque honeſtatis elegantia, qua nihil poſſit aptius, & conuenientius, & illuſtrius excogitari. Accedit & illud, vnde maxima pulchritudo aĩæ prouenit; ſ.ad ſummam Dei pulchritudinem, animæ conuerſio. Vt.n.in reliquis rebus eſt quædam naturę perfectio, cuius participatione & ſimilitudine res ſingulæ cohærent, & in natura conſiſtunt; ita in pulchritudinis ratione, eſt quædam ſpecies ſempiterna, ad cuius ſimilitudinem omnia, quæ honeſtate excellunt, effictа ſũt. Hæc eſt illa pulchritudo, quæ nulla labe maculari, nullo contaminari vitio, nulla ægritudine corrumpi, nulla vetuſtate deleri poteſt; cum ſumma atque ſempiterna ſit, ſibiq; ſimilis in omni æternitate permaneat, totiuſq; honeſtatis in ſe fontem, & principium contineat, & omnibus rebus ſplendidis, & honeſtis, claritatis & honeſtatis cauſam afferat. Hanc pulchritudinem ſi ratio intuetur, ſi amat, ſi imitatur, ſi ad illius ſimilitudinem ſeſe conformat, ad ſummam decoris & venuſtatis excellentiam attigit. Hinc conſequitur, illos tantum eſſe pulchros, qui ſunt Sapientes & fortes, & moderati, qui rationis imperium ſequuntur, qui mentes ſuas in Diuinam pulchritudinem conuertunt, qui iuſtitiæ culturam exquirunt. Pulchritudo ſiquidem cum nihil ſit aliud, quam illarum partium quas memoraui, lumen, conſenſus, & conſpiratio; iuſtitia verò ſit animorum concordia, partium conuenientia, ſtabile fœdus atq; firma conuentio. Fortitudo & moderatio, oĩum animi partiũ ĩ officio cõtinẽtia; ſapiẽtia deinde lu-

men

men & regula eſt animæ. Pulchritudo vera in iuſtitia, prudentia, fortitudine, temperantia, cæterarumq; virtutum copia conſiſtet. Nihil.n. poteſt eſſe amentia & temeritate deformius; nihil vel pcipiti ambitione turbulétius, vel timiditate & ignauia turpius, nihil libidinis immanitate flagitioſius; labi, errare, decipi, flagitioſum eſt; in omnem afferri tumorem, omnĩ depreſſum eſſe affectu turpe, & fędũ ab omnib. iudicat? Hæc.n. mala animi totius ſtatum euertunt, decus inſigni flagitiorum labe maculant: omnemq; pulchritudinis elegantiam fęde atq; flagitioſè contaminant. Accedit angor ille & cruciatus, quibꝰ aſſiduè torquentᷣ illi, qui aĩum flagitijs deformatum gerunt. Vt.n. animi pulchritudo eſt cum alijs oĩbus, tum illi ipſi in quo ineſt amabilis & iucunda, ſic deformitas & turpitudo, non alijs tantum, ſed ẽt illis ipſis, qui ea deprauati ſunt, eſt odioſa & inuiſa, grauiſſimiſq; in oĩ vita ſupplicijs obnoxia. Is igitur veræ pulchritudinis ſpeciem obtinet, qui eſt ſine oſtentatione ſapiens, ſine temeritate fortis, ſine deſidia moderatus, ſine auaritiæ ſuſpicione frugalis, ſine leuitate magnificus, is qui ita grauis eſt, vt non inſoleſcat; ita modeſtus, vt non contemnatur; ita Sapiens, vt non ſcientia deſipiat, is qui fluxa & caduca oĩa, quæ verſantur in vita, contemnit; qui non humi in terreſtrib. & interituris, ſed in cęleſtib. atq; ſempiternis mentem defixam habet, qui toto animi niſu, ad ſũmam illam & ineffabilem Dei pulchritudinem enititur, pulcher & honeſtus, & clarus, & illuſtris eſt. Hunc omnes admirantur, oẽs ſuſpiciunt; in huius amorem non præſentes tm̃ ſed & abſentes; non hoĩes ſed & Angelicæ mentes, ſed & ipſe totius pulchritudinis Author, & omnia creata & increata rapiuntur. Beatum hunc eſſe & fęlicem, ſummo Imperio & gloria immortali digniſſimum omnes prædicant: huic omnem honorem, reuerentiam omnem, vltro citroq; deferunt, hunc ſempiternis condecorandum laudibus, hunc Cęlitum ſedib. collocandum eſſe omnes decernunt. Quinam in ore omnium verſantur, niſi Sapientes? Quem conſpectibus ſuis homines contemplandum obijciunt, præter virtute efformatos? Cuius amore ſuccenſi ardentiſſimo flagrant, niſi præclatiſſimo condecoratorum ſplendore? Cui omnia fęliciſſima precantur? cui Imperij coronas ſubijciunt? Pro quo opes, copias, vitam quoq; ipſam impẽdere parati ſunt? Quem immortalitati conſecrare cupiunt? Specie interna animi effulgentem hoĩem, & de ſe non animo tm̃, ſed & externa corporis forma, ab interiori proueniente, ſpectaculum facientem. Ex hac ergo animi pulchritudine, ẽt corporis mira venuſtas procedit, nõ ea quidem meretricia, non q̃ ſenſus titillet, non quæ perniciem multis, ſed fructus innumeros afferens, affectus concitet, & in admirationem rapiat. Mira ſunt ſed ea quidem veriſſima, quæ de multis Sanctis, eorum annales prodiderunt, quod ex illa virtutum pulchritudine qua aĩa eorum ſplendebat, tanta corruſcabat lux ineffabilis, vt corpora Solis inſtar luciſſimi emicarent. De Martino Epiſcopo ſcitum eſt, ꝙ dum mentem ſuam in oĩone ad Deum conuerteret,

globus igneus apparebat ſuper caput eius. Catherina Virgo & martyr, dum horrendo carcere incluſa eſſet, luce ex ſapientiæ & caſtitatis lumine irradiante, totum carcerem tenebroſum illuſtrauit. Agnes Virgo itidẽ & martyr, in proſtibulũ violenter abducta, luce immenſa à ſuo corpore diffuſa, iuuenem petulantẽ excæcauit. Abraam eremita admiranda charitate illuſtris, & odorem ex corpore, & lętum ſemper radium ex vultu, viuens adhuc emittebat. Catherina Senenſis cum aliqñ cubiculum cuiuſdam decumbentis, cui miniſtrabat intraret, lucẽ inæſtimabilis amęnitatis & dulcedinis circa lectũ eius diſperſit. Neſciens ægrota eius lucis cauſam, vidit vultum Sanctæ virginis, quandam Angelicã maieſtatem pſeferentem, ipſamq; eo lumine tanq̃ tegmine quodam vndiq; circumdatam. Tanta eſt vis pulchritudinis aïæ, tantus ſplendor gr̃ę mentem ornantis, vt corporis deformitatem lumine corruſco illuſtret. Maius audebo efferre, tãta eſt Diuini luminis aĩam irradiantis poteſtas, vt & externam corporis formam vi ſua immutet, & in Saluatoris ſpeciem effiguret. Accidit ut virgo Chriſti, (non auderem dicere, niſi de Catherina Senenſe ſcriptum eſſet) multis preſſa morbis Raimundum cõfeſſorem ad ſe iubet acciri, communicatura illi q̃dam, Diuinitus ipſi reuelata. Venit Pater Raimundus, & adſtãs illi decumbenti atq; febricitanti, audiuit illam more ſolito loquentem de Deo, & quæ illo die ipſi Dñs reuelaſſet exponentem. Ibi rurſus referente illa grandia q̃dam, & alijs inuſitata, de quibuſdam cogitabat apud ſe. Putaſne vera eſſe oĩa quæ dixit? Simulq; intendit in faciem loquentis, & ſubito vidit faciem eius in viri barbati transformatam, qui fixis oculis in eũ reſpiciens, valde illum terræſecit. Erat aũt facies oblonga, ætatis mediæ, barba non prolixa, colore triticeo, maieſtatem quandam præſeferens, vnde manifeſtè ſe Dominum oſtenderet. Territus igitur Raimundus, exclamauit. O, quis eſt, qui me reſpicit? Reſpondit virgo. Ille, qui eſt. Ijs dictis, mox facies illa diſparuit, & facies virginis redijt. Multorum aliorum Sãctorum exempla volens prætereo, qui ex aïæ pulchritudine, gloriam futurę reſurrectionis, adhuc in mortali corpore multis oſtenderunt. Dum igitur Saluator noſter ante ſuos diſcipulos transfiguratus eſt, ob eam rem nouo & inſolito ſplendore cõruſcans apparuit, vt & nos ad eandem pulchritudinem comparandam totis enitamur conatibus. Vidit vnumquẽque noſtrum, pulchritudine corporea oblectari, & illud ſtudium omniũ aſpexit, quod in ornando corpore adhibent. Maiorem, ait, decorem minori labore aſſequẽdum vobis ego oſtendam. Pulchritudo quam vos perquiritis corporis, quæ naturæ beneficio homini conceſſa eſt, Vana & multis ſubiecta eſt periculis: quiuis morbus facilè candorem illum inficere & ſpeciem deformare poteſt, ætas quoque ingraueſcens faciem rugis exarabit, omnemq; florem venuſtatis extinguet. Pulchritudo autem corporis quæ ex ſpecioſo ſplendore animę vobis proueniet, neq; vi morborum cõtaminari, nec ætate deflexa corrumpi, nec vitę quouis incommodo imminui,

In vita eius apud Suriũ, 10. 2.

mi, nec morte ipſa vel auferri poteſt, vel extingui; poſt mortem maiori ſplendore corpus veſtrum effulget. Videbitis Martinum poſtquam ſpiritum Deo reddiderit, iam in exanimi corpore glorificati hominis gloriam referre. Videbitis & alios plurimos Thomas Aquinates, Antoninos, Catherinas, Ambroſios, Franciſcos, & multos alios Sāctos, in demortuo corpore nouam & inſolitam diffundere ſpeciem. Pulchritudo quam vulgus exoptat corporis, periculoſa eſt & ſæpiſſimè multorum malorum origo. Hęc.n. velū ſolet eſſe quod oculos veſtros obnubilat, ne voſipſos cognoſcatis; hęc eſt rete pedes veſtros intricans, ne conſcendatis in cœlum. Propter hāc Rex Tyrius ſibi exitium inuexit. Propter hanc Abſalon in quercu ſuſpenſus interijt. Hæc Sychimitas ad internecionem deleuit. hæc Dauidem adulterum & homicidam effecit. Propter hanc Salomon pectus ſcō maculauit, vt vanæ Gentilium Deorum ſuperſtitioni ſe dediderit. Deceptrix pulchritudo Holoferni caput amputauit, pulchritudo Thamaris Ammonem interfecit. Pulchritudo Suſannæ, ſenibus Babylonis ſempiternam ignominiam attulit. Et quæ alia non fecit? quę Regna nō euertit? quos non trucidauit? quos in ſui pellectos amorem ad horrenda Plutonis regna non detruſit? quibus æternæ turpitudinis notam non inuſſit? At pulchritudo quę ex animo profluit in corpus, omnium bonorum cauſa & occaſio eſt. Hęc.n. animos hominum in admirationem ſui pertrahens, amorem caſtum in eis excitat; amore aūt verecundo in eorum cordibus ſuccenſo, ad imitationem commouet, vt ſcilicet tantam venuſtatem tantumque ſplendorem in mortali corpore ex virtutis cultu effulgentem conſpicientes, ad animæ pulchritudinem concinnandam ſe componant: hęc obtutus animæ & corporis eleuat, quo & nos, & Diuinam nobis impreſſam formam, & bona nobis abundè collata perfectè noſcamus, hęc ad contemplationem ſplendoris ſempiterni, ad cœleſtis Regni, ad beatarum mentium gloriæ, ad Diuinitatis aſpectum nos pertrahit. Hęc pulchritudo oculos illuminat, quo gloriam, decus, immortalitatem, maieſtatem, magnificentiam omnipotentis & ſuperbeati Dei contueamur. Nō eſt hæc lebes feruida & lucens, cuius aſpectu ac vrſi quidam cęcitate percutiamur: hęc eſt ſpeculum fulgidiſſimum in quo quicquid ad animę cultum, quicquid ad Cœleſtem ſtatum, quicquid ad fœlicitatem quæ cōtingit homini poſt hanc mortalem vitam, quicquid ad deiformem ſimilitudinem attinet cōſpiciamus. Non inuoluit affectus iſta, ſed eliberat: Non ad terrena deprimit, ſed ad cœlum ſuſtollit, non terrena interitura, ſed ſupracœleſtia ſempiterna hęc animo obijcit. Non ad fluxorum ſed ad immortalium bonorum hęc amorem excitat. Propter hanc Moyſes populo Iſraelitico venerandus extitit. Hæc magnum illum Prophetam Ducem ſexcētorum millium hominum digniſſimum effecit. Propter hanc ille populum in officio cōtinuit: Propter hanc exteris formidabilis, domeſticis amabilis fuit. Hæc & Eliam in igneo curru ſupra ſydera extexit. Hęc Petrum à terra ad

cœleſtium pertraxit amorem. Propter hanc in Catherina radiantem pulchritudinem, quinquagena Philoſophorum Concio, cum Imperatrice ad ſanguinis Baptiſmum properauit. Hæc confeſſionem veræ fidei à Gentilibus extorſit, hæc idola abominanda proſtrauit & contriuit, hæc Dæmonem à finibus credentium profligauit, hæc & Senes inueteratos malorum populos, ad veræ Philoſophiæ cultum pellexit, Hæc immortale nomen, honores ſempiternos, laudes perpetuas Sanctis omnibus peperit. hæc illos cœleſtis Regni Ciues & domeſticos, Angelorum contubernales, conſtituit. Et quid iſta admiranda pulchritudo non peregit? Quæ Imperia non ſaluauit? quos à mortuis ad vitam ſpiritus non reduxit? quos in Beatas non extulit ſedes? quibus æterni decoris notam & ſplendorem non impreſſit? quos ad ſummæ laudis & fœlicitatis nunquam interituræ beatitudinem non eleuauit? Cum igitur vera dignitas & pulchritudo corporis, à pulchritudine interna proueniens tam admiranda, tantiſque bonis affluens ſit, quis non fœlicem omnium ſe eſſe cenſebit, ſi vel minimum quid ex ea participabit? quis pulchritudinem quæ naturæ dono conceſſa eſt non aſpernabitur? quis verò iſtam ex animo obuenientem non exoptabit? Quis ad eam acquirendam non aſpirabit? non totis conatibus ſeſe transformare, hancque admirandam in ſe Metamorphoſim efficere contendet? Eia ò peccatores, vos qui denigrato vultu conſpectus hominum & Angelorum offenditis, deponite hanc laruam, miſere peccatis defœdatam, & induite nouum hunc hominem, Induimini Dominum Ieſum Chriſtum, ad inſtar huius ſpecioſiſſimæ ideæ veſtras depingite facies, veſtraque adornate corpora. Ideo ille transfiguratus eſt, vt vos Metamorphoſim hanc ſuo doceret exemplo. Quid vos in eo ſqualore? quid in turpitudine qua imaginem Dei in animo & corpore veſtro impreſſam deturpaſtis detinet? Sic ne conſpurcata facies? ſic ſędè contaminata membra? ſic horrende commaculatum corpus vos oblectabit? Falſi candoris atque ruboris medicamentis formam corporis fingere pergitis; ea quam Chriſtus nos docuit, quę ex animo prouenit, non eget figmentis, non ſtybio, non ſmygmate, non lauacris artificio compoſitis: arrogantia & faſtidium & ſcelus execrandum eſt tantum, toto pectore in ſtudium virtutis & moderationis incumbendum eſt, mens in ſolo Deo figenda eſt, circulari reflexione animus ad Diuinam pulchritudinem conuertendus eſt, & ſtatim Diuina ſpecies quędam in veſtro effulſit corpore. Formam corporis meretriciam fingere quidē poſſumus, ſed ea non multo tpe perdurat: fuco.n. illitus color elui pōt. hanc aūt non fingere, ſed acquirere modo velimus poſſumus, hāc nec aquarum, nec medicamentorum, vis, à corpore ſemel obtētam vel obſcurare, vel expurgare vnq̄ pōt. Corporis venuſtas naturæ dono collata anceps bonū & nō diuturni eſt tpis. Veniet veniet ò iuuenis, tps illud q̄ oris habitus & color hic immutabitur. Cadet flaua cæſaries, reliquiæ albe

ſcent

ſcent,& ſquallentes rugæ frontem ſerenam arabunt,teneras genas pallor inficiet.lætas oculorum faces & lucida ſydera męſta teget nubes. Veniet tempus illud & citiſſimè veniet, quando leue dentium ebur ac candidū, ſcaber ſitus obducet atque atteret,vt non colore tãtum, ſed & tenore alio ſint:recta ceruix atque humeri agiles curueſcent, guttur leue criſpabitur, aridas manus & recuruos pedes ſuſpicies non tuos fuiſſe. Quid multa? veniet dies quando flore iuuentæ ſenecta aduſto, te in ſpeculo non cognoſces.Sed ſi ex virtutis ſplendore corpus tuum illuſtraueris, quantum tibi annorum detrahet ætas,tantundem & corpori addet pulchritudinis viuido,agili,robuſto,odorem ſpirante,radios neſcio quos micante corpore,te omnibus admirandum & ſuſpiciēdum reddet.Morte ipſa gloriã immortalitatis,incorrupto,bene olido,venuſto, & reſplendenti corpore declarabit. Ergo ſi laude circumfluere, ſi omnium prædicatione celebrari, ſi ardenter ab omnibus amari, ſi gloriam immortalem in mortali corpore inchoare,pulchrum exiſtimatis,ſi vnquam ad cupiditatem ſplendoris illuſtriſſimi exarſiſtis,ſapientiam inflammato ſtudio cõſectamini, virtutis coloribus mentes veſtras exornate, toto animo elegãtiam moderationis amplectimini,animos vr̃os ad pulchritudinē illã ſempiternam ad cuius ſimilitudinem omnia quæ ſpecie excellunt efficta ſunt,conuertite,ad circularē recurſum vos toto conatu aſſuefacite; cū pulchritudo ſit ex animi cultu qui quidem in ſapientiæ ſplendore,in virtutis robore & conſtantia, & in modeſtiæ laude & ornamento,in recurſu ad Deum, & in ſumma in circulo conſiſtit;formam illam induetis,quam omnes amabunt,admirabuntur, ſuſpicient, immortalique laude celebrabunt in ſæcula ſempiterna. Amen.

Bonum eſt nos hic eſſe. Si vis faciamus &c.

FASCICVLVS TERTIVS.

Num aliquis mortalium, poſſit eſſe beatus?

DVM filij Iſraelis,olim temporibus Saulis Regis, contra Allophilos bello acerrimo decertarent,refert Sacra ſcriptura,qđ Saul Rex quadam dierum adiurauit vniuerſum populum, ne ante Solis occubitum quiſquam eorum comedere auderet.Addens execrationem horrendam hęc in verba.Maledictus,inquit,vir, qui comederit panem vſq; ad veſperã, donec vlciſcar de inimicis meis. Quod iuramentum velut quoddam Sacroſanctū Dei man- 1.Reg.14

datum

datum, cunctis exercitus arrecta aure excipiens, ita obſeruauit, vt nec panem, neq; carnem, neq; aliquid alind, vel contingeret, vel deguſtaret. Tãta erat præcepti obſeruatio, vt etiam melle quod in ſaltu repererant, abſtinuiſſent. Omne.n. terræ vulgus, quod venerat in ſaltũ, in quo erat mel ſuper faciem agri, videns quod flueret mel, non audebat vel minimũ ex eo primis attingere labris: nullus applicuit manum ad os ſuum, timebant enim iuramentum: Porrò Ionathas non audierat, cũ adiuraret pater eius populum, extenditque ſummitatem virgæ quam habebat in manu, & intinxit in fauum mellis, & conuertit manum ſuam ad os ſuum, & illuminati ſunt oculi eius. Quænam huius præcepti cauſa fuerit, ſi deſideratis cognoſcere, ego non aliam putarem, q̃ non conuenire, vt quis in prælio, inter medias hoſtium phalanges decertans, ante victoriam reportatã, ad oblectandos ſenſus declinet; ne forſan indulgendo corpori deditus, fęlicitatem ex modica illa voluptate æſtimans, & æternum ſibi dedecus inurat, & pro tranſituris delicijs, miſeram atq; calamitoſam ſibi inducat vitam. Lege.n. omnium conſtitutum eſt, vt ægricolam ante æſtatem nullos fructus, ita militem ante belli exitum, nullam voluptatem, fœlicitatem nullã percipere minime poſſe. Militiam eſſe vitam hominis cuiuſque ſuper terram, non tam ex Iobo, q̃ ex vulneribus inflictis, q̃ ex corde multorum in terram effuſo, & animabus multorum peccati romphæa transfixis, atque enecatis cognouimus. Bellum nobis indictum eſt, aduerſus tres atrociſſimos eoſq; potentiſſimos hoſtes; nemo ſiue iuſtus ſit, ſiue iniuſtus, à certamine tentationum immunis; nemo quantumuis Sanctus, quantumuis dignitate illuſtris, ab hac pugna horrẽda ſecretus eſt; quemuis hominem inimici ſalutis aggrediuntur, non aliud agunt, nihil moliuntur, nullaque alia cura diſtenduntur, niſi nouis quotidie nocendi artibus ad noſtrã perniciem excogitandis. Pugnæ iſtius, ſiue propter deſidiam noſtrã, ſiue propter hoſtium noſtrorum feritatem & immanitatẽ, ſiue propter eorundũ aſtutiam, ſagacitatem, mille conſilia, mille laqueos quos pedibus noſtris abſconderunt, incertus exitus eſt. Semper illi qui ſtat in acie, verendum eſt ne cadat: illi qui arma in hoſtem intorquet, pauẽdum eſt, ne iaculo inimici confoſſus intereat. Quid fecit Deus? Quam legem in ſuis caſtris ſtatuit? Præmium quidem oĩbus glorioſè triumphantibus propoſuit. Vincẽ-
Apoc 2. ti, ait, dabo manna abſconditum. Vincẽti dabo edere de ligno vitę, quod eſt in paradiſo Dei mei. Sed edictum propoſuit. Nullus comedet panem hunc vſque ad veſperam, donec ſe vlciſcatur de hoſtibus ſuis. Nullus antequam Solis lumen ei occumbat, nullus in huius diei vſura, nullus mortalis ante mortis ſuæ veſperam, manducabit panem vitæ, ſibi in pręmiũ promiſſum. Primum acri contentione cum inimicis dimicãdum eſt, fraudes hoſtis præſciendæ atque effugiendæ ſunt. Primum fortitudine ſpiritus hoſtium caſtra perrumpenda, hoſtes conficiẽdi, & proſternendi ſunt; prius vires inimicorum eneruandæ, potentiaq; ſuperanda eſt, & poſtmodum

dum ad panem Angelorum ſuauiſſimum deguſtandum, ad dulciſſimum illud fœlicitatis manna fruendum properandum eſt. Et quia tempus con grediendi cuiuſque occubitus limitibus præfixum eſt, nemo ante Solis oc caſum, nullus ante ſuę vitæ veſperam comedet panem Regni Dei. Omnes expectare debent veſperam mortis, & tunc quilibet ſi legitimè certauerit, ſi de hoſte ſuo glorioſa reportauit trophęa, manducabit panē ad menſam meam in Regno meo: tunc guſtabit manna abſconditum: tunc reficietur ex ligni vitæ fructu illo optatiſſimo. Satiabitur cum apparuerit ei gloria mea. Hæc eſt lex ſempiterna militibus Regis cęleſtis præſtituta. Ionathas autem nouus, filius Regis gloriæ Saluatoris noſtri, deambulabat cū Chriſto inter medias hoſtium acies; & dum veniſſet in altiſſimi montis verticem: vidit illic mel admirabilis atque ineffabilis dulcedinis, ex fauo illo q Spirit⁹ ſancti artificio, in alueari Beatiſſimę Virginis vtero elaboratus fue rat, profluere; extenſaq; virga intellectus ſui & oculorū acie conuerſa intinxit, & infixit eos in Saluatorem noſtrum, melleam dulcedinem ex ſuo corpore fundentem, & labris mentis deguſtauit, & illuminati ſunt oculi eius, vt videret quam bonus, quam ſuauis eſt Dominus, his qui diligunt eum. Tantam dulcedinem ex illo fauo deguſtauit, vt omnis terrenæ voluptatis oblitus, vociferaretur. Bonū eſt nos hic eſſe. Bonum eſt nos hic eſſe. Quid ais ò Petre? Quid verò auſu temerario pertentas? Bonū eſt nos hic eſſe teſtaris, inter atrocium inimicorum phalanges? Ita ne ob dulcedinē guſtatam mentecaptus, vt in terra horroris & vaſtæ ſolitudinis, quæ non niſi ſpinas & tribulos germinat, quæ ſerpentium inferni venenatorū latibulum eſt, quæ hoſtes nobis infenſiſſimos & profert & nutrit, nobis manendum eſſe cenſeas? Quod conſilium, in caſtris inimicorum commorari? Quæ fœlicitas propter voluptatem modicam, hoſtium periculo exponi? Bonum eſt nos hic eſſe? Vbinam locorum? In obſidione aerearum poteſtatum, quæ ſublunarem orbem inhabitantes, die noctuque ſua in nos eiaculantur ſpicula? Bonum eſt nos hic eſſe? In quonam orbe? In terra morientium, in qua mille diſcrimina, innumerabileſq; caſus nobis ab hoſte exciti exitium minantur? Bonum eſt nos eſſe in hac mortali & ærumnoſa vita, quæ potius mors, quam vita nuncupanda eſt, ob mala quibus redundat? Quid verò auſu pertentas? Quo te tui ferunt affectus? Quid ante veſperam, ſuauem cibum exoptas? Pater tuus lege ſempiterna ſtatuit, nemo vt mortalium bellatorum ante veſperam panem deguſtet, vniuerſus populus Gens illa ſancta, populus acquiſitionis tranſijt per hoc pratum. Prætererunt venerandi Patriarchæ, prætererunt ſanctiſſimi Prophetæ, pręterierunt & immaculati Sacerdotes, & admirabiles Pontifices, & pijſſimi Reges; exercitus omnes qui apparuerant in hoc campo prætererūt; nullus ex eis panem cęleſtem deguſtare auſus eſt ante veſperam. Oēs teſti monio fidei probati, nō acceperunt repromiſſionem; & tu ſolus edicta Patris Diuini perſtringes? tu ſolus ante oēs melleam fęlicitatem deguſtabis? Hebr. 11.

tu Pa-

tu Patribus antiquis beatitudinem quam optarunt præripies? tu in mortali corpore poſitus, immortalium ſpirituum ſuauitatem pleno ore percipies? tu veſperam vitæ tuæ non expectabis? Quid eſt hoc? quæ mens tua? Num aliquis mortalium, dum mortali corpore circumcinctus eſt poterit beatus eſſe? Num aliquis cõtra diuinũ decretum, ante veſperam, ante ſuũ in terris occaſum, ante victoriam de hoſte reportatam, dulcedine beata refici poterit? At ſi diſcrimen inter panem & melleam ſuauitatem maximũ eſſe poſitum, aduerterit quiſque veſtrum: ſi quidnã inter præſentis & futuri ſæculi beatitudinẽ interſit cognoueritis; dicetis, & Petrum nihil contra Diuinum edictum egiſſe; & nullum mortalem hominem, ex illo Pane cœleſti deguſtaſſe. Age videamus quonam modo panis & mel inter ſe diſcernantur. Panis ſolidum & permanentem cibum, mel autem fluxã quãdam & labilem, ſeu illabentem dulcedinem ſignificat. Non. n. panis per fibram oris ita influit, vt mel: dentibus molere oportet & comminuere; diutiuſque in mola oris terere: neque ita facilè in ventriculo vt mel diſſoluitur: neque tam cito vt mel è ventre egeritur, quia in aliti ſubſtantiam conuerſus, in ea in quam permutatus eſt naturam diutius permanet: neq; ſenſus corporeos vt mel titillat, ſed ad intima demiſſus, ſanguinem alioſq; vitales humores nutriens, totum confortat & perficit hominẽ. Talis eſt beatitudo præſentis & futuræ vitæ. Ea quam in futuro expectamus ſęculo, panis eſt; ea qua ſancti peculiari dono gratiæ perfruuntur in mortali corpore, mel eſt: illa permanens, ſtabilis & æterna: iſta autem fluxa, labilis, & cito tranſiens: illa abſconditam, hæc manifeſtam dulcedinem habet: oblectat illa interiorem tantum, hęc verò exteriorem etiam hominem: titillat hæc ſenſus etiam externos, illa verò intellectum & voluntatem (oculus. n. non vidit, nec auris audiuit, nec in hominis cor aſcendit) voluptate mira perfundit. Pane cœleſti ſatur non eſuriet in æternum: melleam autem deguſtans dulcedinem ſolidum deſiderabit cibum. Pane cœleſti, Sancti ad menſam in Regno Dei; melle autem in campo, in deſerto, in montibus, & in tabernaculis veſcuntur. Panis cœleſtis omnem ſaporis ſuauitatem, omnemque dulcedinem, mel autem non niſi melleam in ſe continet. Panis cœleſtis, perfectorum illorum, ſcilicet, qui ad mẽſuram plenitudinis Chriſti peruenerunt, qui hoſtes in acie vel profligarunt, vel confecerunt: mel autem paruulorum, illorum qui in arena cum inimicis decertãt, cibus eſt. Dum igitur Rex Regum Max. legem in caſtris exercitui ſuo præfinit, ne quiſpiam ante veſperam vitæ ſuæ, donec ſe vlciſcatur de hoſtibus ſuis, ſe reficere, & præmia conflictus glorioſi recipere audeat. Panis cęleſtis vſum interdicit non mellis. Beatitudine illa permanenti, ſtabili, æterna, omnem adimplente appetitionẽ, ſuauitatem omnem complectente frui militibus ſuis inhibet. Nullus. n. mortalium, in mortali corpore conſtitutus fęlicitatẽ illam ſempiternam aſſequi poteſt. Nullus in huius diei vſura, nullus ante Solis occubitum, nemo ante mortis ſuæ veſperam, nullus in ſum

ma

ma mortali circumcinctus corpore panem illum ineffabilem, ſuperſubſtantialem deguſtare poteſt. Da mihi quamcumque vis beatitutinem extremam: Siue eam velis quam diuerſis rebus affecti hoĩes, pro ſua voluntate, in rebus creatis ſtatuerunt: ſiue eam cupias quæ in ſolius Dei clariſſima cõtemplatione conſiſtit; nemo hominum mortalium, illa potietur. Et ea quidem quæ in ſolius Dei clariſſima conſiſtit contemplatione, qđ nullus mortali circumdatus corpore potiatur, ipſe Saluator teſtatus eſt. Vincẽti, ait, dabo manna abſconditum. Quid voluit dicere, abſconditum? Panis cęleſtis manna abſconditum eſt ſenſibus corporeis. Senſus.n. corpori affixi, cum non niſi illud quod corpori concretum eſt ſua vi percipiant: oculus nõ niſi coloribus delineatum diuerſis corpus, album, nigrum, flauum, rubeum, glaucum, & id genus alia depicta contuetur; ſpiritus autem à materia ſecretos, imò & lumen ſublime Solis ſplendentis nequaquam ſua acie vel comprehendere vel attingere poteſt. Auris non niſi harmonias corporeas, ſonaſque ex colliſis corporibus enaſcentes, exaudit. Guſtus non niſi amarum & dulce, acre & ſuaue ex qualitatum corporis permixtione redundans percipit; olfactus odores florum, aromatum, ex temperatione humorũ exurgentes deprehendit; tactus non niſi materiæ coalitas, & quãtitate externa dimenſas ſubſtantias contingit. Deus autem Spiritus eſt à materia ſecretus. Deus neque carnem, neque oſſa, neque ſanguinem hẽt. Deus non eſt diuerſis coloribus delineatus, nõ alicui qualitati immixtus. Deus, vt Bernardus aiebat, non partibus conſtat, vt corpus; non diſtat affectibus vt anima: non ſubſtat formis, vt omne quod factum eſt. Deus non terreſtri, non ſolari, non cœleſti, non creato aliquo alio lumine, ſed immẽſo & ineffabili ſplendore coruſcat. Quapropter neque à mortali homine, immortalis.n. eſt; neq; à ſenſu aliquo externo, ſenſibus.n. non ſubiacet, deprehendi poteſt. Manna hoc Diuinum abſconditum eſt, à quocunq; corporeo ſenſu. Oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcẽdit, panis illius ſuauitas quem præparauit Deus diligentibus ſe. Ego errauí, fatetur Auguſtinus, ſicut ouis quæ perierat, quærens te exterius. Circuiui vicos & plateas, quærens te, & non inueni. Miſi nuncios meos omnes ſenſus exteriorés, vt quærerent te, & non inueni. Oculi dicunt, ſi coloratus non fuit, per nos non intrauit. Aures dicunt, ſi ſonitum non fecit, per nos non intrauit. Naſus dicit, ſi non oluit, per me non venit. Guſtus dicit, ſi non ſapuit, per me non introiuit. Tactus ẽt addidit, ſi corpulentus non eſt, nihil me de hac re interroges. Non igitur iſta ſunt in te Deus meus. Non.n. ſpeciem corporis, non decus temporis, non cãdorem lucis, non colorem, non dulcium melodiarum cantus, & quæcunq; dulce ſonantia, nõ florum & vnguentorum vel aromatum odores, non mella vel mãna guſtui delectabilia, non cætera ad tangendum delectabilia quæro, cum Deũ meum quæro. Petierat hunc panem Moyſes in deſerto, ille qui tot & tam immanes proſtrauerat hoſtes, ille inſignis Dux populi, qui cum Deo facie

ad fa-

ad faciem loquebatur, ſicut loqui ſolet homo cũ amico ſuo. Si inueni, ait,

Exod. 33. gratiam in conſpectu tuo Domine, oſtende mihi teipſum. Ciba me pane illo ſuauiſſimo Regni tui, manna.n. quod de cœlo delabitur, non habet in terris eam dulcedinem quam panis cęleſtis. Anima mea nauſeat ſuper cibo iſto leuiſſimo: refice me manna abſcondito, non eo quod oculis patet, quodve ſenſibus corporis excipio. Manna.n. ſenſus meos titillans inſipida eſt, mãna reconditum Angelorum, panem ſolidum eſurio, non leuiſſimam hanc eſcam. Ei tamen reſponſum eſt. Faciem meam nõ videbis, ſed poſteriora mea tantum. Non poteris veſci ſolido & permanenti cibo, ſed tantum fluxam quandam poſteriori & priori ſubiectam dulcedinem de-

Alluſio pulchra ad beatitudinẽ tranſeuntem, qua Deũ vidit Moyſes.

guſtabis. Faciem meam quæ ortum atque occaſum neſcit, quæ neq; prioris neque poſterioris menſura continetur, quæ in æternitate annorum ante & poſt non patitur, quæ eadem ſempiterno tempore ſibique ſimillima eſt. Faciem illam quæ Beatis ſpiritibus ſemper eadem obijcitur, quæ nunquam ab eorum conſpectibus ſeſe auertit, nunquam videbis. Mortalis.n. homo corpori alligatus, neq; corpoream, neq; mentis aciem, in lumẽ ineffabile, omne ſuperans lumen defigere poteſt. Scrutator maieſtatis, opprimetur à gloria. Videbis autem poſteriora mea. Dulcedinem illam mellis,

Thren. 3. Expoſitio pulcherrima.

labilem, fluxam, tranſeuntem, poſteriori temporis mora delibabis. Petierunt deinde & alij paruuli panem iſtum cęleſtem. Oſtende mihi Domine, aiebat quidam, faciem tuam. Sed non erat, qui frangeret eis. Nullus erat inuentus vel in cęlo, vel in terra, qui panem illum incomprehenſibilẽ, indiuiduum, immenſum in partes diuidere poſſet. Panem integrum vorare paruuli illi nequibant, in cor.n. hominis non aſcendit mortale. Pane illo integro indiuiduo veſcatur neceſſe eſt, qui eũ exoptat. Aut.n. totus videtur, aut nihil Dei videtur: & panem illum indiuiſum nemo frãgere, nemo in partes comminuere valet. Indiuiſus.n. eſt & immẽſus; pane illo cęleſti nemo vnquam exſatiatus eſt paruulus. Iacebat alter ante æreas cęlorum portas, vel vnam micam è mẽſa Diuitis cuiuſdam expoſcens. Sed nemo erat qui frangeret ei: nullus fuerat qui portas illas obductas cœleſtes perfringeret: nemo qui cataractas cœlorũ aperiret; nemo q ianuam Regni & palatij illius ſupremi pateſaceret: nullus miniſtrorum Beatæ fęliciſſimi Diuitis menſæ aſſiſtentium audebat vel poterat aliquid è micis illis decidentibus colligere, & extra cęleſtes portas paruulo huic deferre. Petierãt panem & nemo erat qui frangeret eis. Nemo deinde auſus fuerat perfringere mortale eorum corpus, nemo obicẽ hunc qui nos à fœliciſſimo thalami cœleſtis ingreſſu prohibet, contundere & in puluerem redigere volebat: vt corpore effracto, & in puluerem redacto, in corpore mortali (quomodo.n. poſſibile foret, hoĩem mortalem in iam demortuo corpore, mortalem conſiſtere?) adhuc, pane beato fruerentur. Nemo erat qui frangeret eis. Efferant licet nonnulli fęlicem ſortem, quaſi eis Diuino munere cõceſſum ſit, ſplendidiſſimam contueri faciem Diuinam. Iactent ſe licet Iobi,

dicentes,

dicentes, Nunc oculus meus videt te. Prædicent licet Iacobi ſuam beatitudinem vidi, dicentes, Dominum facie ad faciem, & ſalua facta eſt anima mea. Vſurpent licet plurimi Vates, ſe vidiſſe Dominum in ſolio ſedētem excelſo, circumdatum lumine, & ſtipatum Seraphinis volantibus. Viderunt facie ad faciem, non quidem illam ſplendidiſſimam in quam deſiderant Angeli proſpicere: non illam à cuius aſpectu, ſupremi Seraphini obuelant duabus alis facies. Si.n. ſupracœleſtes ſpiritus non audent aſpicere, quid mortalis homo? Si Seraphini oculos contegunt ſuos, quid homo? Si Angeli duo, binis alis faciem Dei obuelant, quomodo faciem Dei videbit terrenus homo? Si ea immenſo lumine ac faſcijs inuoluta eſt, ſi poſuit tenebras latibulum ſuum, ſi alis Beatarũ mentium obnubilata & obumbrata eſt, quomodo aciem ſuam figet homo in ſupremum admirabile lumē? quomodo aliquid videbit Diuinæ maieſtatis? quomodo facie ad faciem contemplabitur? Faciem meam, (ait Deus ex his vni cui facie ad faciē loquebatur,) quæ mea eſt, quæ immenſo ſplendet lumine, quæ alis Angelorum inuoluta eſt, quam deſiderant Angeli intueri; Faciem meā, quæ mea propria eſt ex mea reſultans eſſentia; Faciem meam illuſtriſſimā, omni pulchritudine, omni venuſtate plenam, quæ nulla ruga exarata, nō aliquibus næuis contracta, nulla commaculata macula eſt, quæ omnem elegantiam, omnē ſplendorem, omne decus, totius honeſtatis fontē & principium continet: Faciem meam quæ mea eſt, quæ oībus rebus ſplendidis & honeſtis, & formoſis, claritatis & honeſtatis & formæ, & ſpeciei cauſā affert. Faciem meam videre non poteris, Deum.n. nemo vidit vnquā. Nō me videbit homo & viuet. Non guſtabit mortalis homo ex hoc pane cœleſti, dum viuet vita interitura. Quid igitur viderunt? Cuius aſpectu tantum gloriati ſunt? ſi viderunt facie ad faciem; & ad faciem Dei propriam, Deum non contēplabantur, quid ergo viderunt? Viderūt Deum facie ad faciē, ad faciem illam q̃ vel ipſe in eorum mente, vel Angeli in aere caliginoſo effinxerant. Viderunt in ſpeculo & in ænigmate, non autē ſicuti eſt. Viderunt in tenebris illis, in quibus poſuerat Deus latibulum ſuum, non autem in lumine ſplendenti. Viderunt per tranſennam quandam rerum creatarum manibus Angelicis formatarum. Alius in forma luctantis, quidam in rubo ardente, alius in igneo ſplendore, alij in ſenis cuiuſdam decrepiti ſpecie, alij in fumo & nebula, alij in diuerſis alijs ſiue hominũ, ſiue Angelorum, formis, contemplabantur Deum facie ad faciem, ſed illam faciem q̃ vel ipſe ſibi, vel Angeli ei finxerunt. Viderunt in ęnigmate obſcuro, & in tenebris, non in aperta luce, non ſicuti eſt. Viderunt facie ad faciē illam in tenebroſa imaginatione ſua, lumine Prophetico obumbratam, & impreſſam. Nonnihil mellis tantum defluentis ſuauitatis extremis labris attigerunt. Mel.n. non eſt immenſum, ideoque in corde mortali conſiſtere poteſt; mel non eſt indiuiſum, & ideò pro menſura cuiuſque diuidi poteſt. Mel non eſt cibus ſolidus, & ideò in animā hominis mortalis influere &

re & illabi,& ſua dulcedine reficere pôt; ſed panis ſolidus, indiuiſus, immenſus,& incomprehenſus,communicari,& diuidi & frãgi nequit. Paruuli petierunt panẽ,& non erat qui frangeret eis. Petimus & nos ex Chriſti doctrina, ſingulis diebus. Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie; quotidie manus noſtras ad cœlos attollimus, obſecrantes, Famelici in deſerto mundi huius præ inopia morimur, aſpice ô dulciſſime pater miſeram conditionem noſtram; quotidie nobis inter beſtias & ignitos ſerpentes, in terra hac ſterili deambulandum eſt, ſingulis diebus arma cõtra ſpirituales nequitias, contra principatus & poteſtates arripienda ſunt: in hac acie ex continua pugna laſſati ſumus. Panis non eſt in deſerto, herbis ſylueſtribus non explemur, Siliquæ porcorum non exſatiant ventres & mẽtes noſtras, manna quod nobis tua benignitate conceſſiſti inſulsũ eſt ſenſibus, miſerere inopiæ noſtræ. Panem noſtrum quem nobis pollicitus es, da nobis. Fuitne quiſpiam fœlix qui votis potitus eſt? Datum ne eſt alicui dimicanti edere de menſa Regni Dei? Nulli mortaliũ. Non.n.docuit nos Chriſtus orare, Panem noſtrum da nobis, ſed adiecit hodie. Sic ait orabitis: Panẽ noſtrum quotidianum da nobis hodie, hodie da nobis. Vitæ noſtræ mortalis fluxus nõ eſt hodie inuenire; præter illud minimum temporis punctum, quo nunc nunc vtimur, heſternum diem amiſimus, præcedens elapſum eſt momentum, quod ſubſequitur futurum, futurum eſt nõ hodie. Vbinam eſt hodie? In die illa ſplendidiſſima quæ ortũ & occaſum neſcit, quæ non fluxo ſed ſtabili & ſempiterno nunc cõtinetur. In illa die eſt hodie in qua ſempiternum eſt hodie, in qua non: Prius nõ poſterius, non præteritum, neque futurum, ſed præſens firma ratione perſiſtens. In illa die eſt hodie, in qua ex vtero inadſpectabili, Deus Pater genuit filiũ, ſicut ipſe ait: Ego hodie genui te. Panẽ ergo noſtrum pôſcimus nobis dari hodie, non in momento temporis. Quæ.n.eſſet fœlicitas noſtra vltima, puncto labili temporis pane cœleſti perfrui? Miſeri prorſus eſſemus non beati, ſi noſtro hodierno nunc momentaneo, nõ autem hodie æterno, Diuino reficeremur pane. Quid enim? An Paulus Apoſtolus, quod ad tertiũ elatus cœlum, ſuo hodie momentaneo & labili vidit arcana, quæ non licet homini loqui, quod ſuo hodie melleam ſuauitatem guſtauit ſuam expleuit famem? An ex ſuo hodie fœliciſſimus euaſit? Num ipſe ſuo ore ſe infœlicem eſſe non denunciat? Infœlix ego, ait, homo, quis me ſeparabit à corpore mortis huius? quis mihi illud hodie æternitatis concedet? qs me cum hodie mortis in hodie immortalitatis cõmutabit? Quid verò Moyſes, qui ſuo etiam nunc hodierno, neſcio quam voluptatem ex poſteriori fluente dulcedine percepit? Nonne & ipſe multa infauſta perpeſſus eſt? quoties ſe infœlicem teſtatur? quot vicibus plorat? quid non mali à Gente illa peruerſa ſuſtinet? quibus non erat obnoxius vitæ caſibus? Petimus ergo: Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie, non nunc ſed hodie in immortalitate, hodie in illa ſplendidiſſima die, vbi Sol nunq̃ occũbit,

vbi

vbi Dominus nunquam ſuam lucem fulgentiſſimam abſcondit. Panem noſtrum da nobis hodie, non in noſtro hodie ſed in tuo admirabili ſplendore illuſtrato. In noſtro.n.hodie egeſtas eſt, in tuo omnis ſaturitas. Noſtrum hodie momentaneum eſt, tuum autem ſempiternũ & nunquã interiturum. Noſtrum mutabile, tuum perpetuum & ſtabile. Noſtrum tenebris permixtum, tuum autem ineffabili coruſcans fulgore. Noſtrũ hodie modicum eſt, vt in eo panem propoſitum cita voracitate deglutiam⁹, tuum autem immenſum eſt, in eo & guſtare, & deliciari, & expleri ad vſque libitum pane ſuauiſſimo poterimus. Refert Auguſtinus quandam viſionem ſibi, in ea hora, qua Hieronymus Doctor ſanctiſſimus mortis iura perſoluit, reuelatam fuiſſe. Eo, inquit, die & hora qua exutus putredinis & immundæ carnis toga Hieronymus ſanctiſſimus, veſtimentũ perpetuæ immortalitatis & inæſtimabilis lætitiæ & gloriæ induit; dum Hippone in cellula mea quieſcens, de gloria beatorum cogitaré, cupiens tractatum breuem componere: charta, calamo, pugillarique ſuſceptis, breuẽ cępi epiſtolam ſcribere Hieronymo ſcilicet deſtinandam, vt quid ex hoc ſentiret reſponderet. Cumque iam ſcribens ſalutationis exordium Hieronymo prænotarem, ineffabile ſubito lumen, cum inaudita odorũ fragrantia cellulam in qua ſtabam intrauit hora completorij. Sed meis perſtrepẽtibus cogitationibus, quid hoc eſſet dulce, hæc dicens verba, vox emicuit. Auguſtine, Auguſtine quid quæris? Putaſne breui immittere vaſculo mare totum? Breui includere pugillo terrarum orbem? cęlum firmare, ne viſitatos exerceat motus? Quæ oculus nullius hoĩum videre potuit, tuus videbit? Quæ auris nulla per ſonum hauſit, audiet tua? Quæ cor humanũ nullatenus intellexit, nec ẽt cogitauit, exiſtimas te poſſe intelligere? Infinitæ rei, quis erit finis? Immenſa, qua menſura metieris? Potius totũ mare in arctiſſimo clauderetur vaſculo; potius terrarum orbem paruus teneret pugillus: potius cęlum à motu continuo deſiſteret, q̃ gaudiorũ & glorię, quibus aĩæ ſine fine potiuntur minorem caperes particulam. Diſcurre adhuc breue temporis ſpatium, & ſatage talia exercere opera, vt poſtmodũ ibi quæ hic quęris in æternũ habeas. Ad hæc ego voce tremebunda dixi. Qui tam fęlix es, tam glorioſus, tam honorifice ad illa properans gaudia, qui tam dulcia eloquia gutturi meo faris? At ille. Nomen meum quæris? Hieronymi illius presbyteri (cui tranſmittendam epiſtolam ſcribere cœpiſti) ſum anima, quæ hac hora in Bethleem Iudæ carnis onere depoſito, Chriſto omniq; cęleſti comitata cohorte, omni decorata pulchritudine, omni illuſtrata ſplendore, illa induta immortalitatis veſtimento deaurato, circũamicta oĩum bonorum & gaudiorum varietate, terrenorum oĩum triumphatrix, omni diademate coronata, tam glorioſè tã ineffabiliter pergo ad Regna cœlorum ſine fine manſura. Illic.n.continua dies eſt ſine nocte, vita ſine morte, gaudiũ ſine dolore, tranquillitas ſine perturbatione, amor ſine timore, pax ſine diſcordia, diuitiæ ſine paupertate. Ibi ſanctorũ ani-

Epiſt.205

mæ facie ad faciem propriam Deum intuentur,& Diuinis edulijs abſque vllo faſtidio exſatiantur. Et in Angelica intromiſſi conuiuia, ſuauiſſimo pane Regni cęleſtis perfruuntur: cum incomparabili ac æterna dulcedine,ac mirifico oblectamento ineffabile melos concinunt. Ceteræq; Imperatorem ſuperadmirando ſplendentem lumine, aſpicientes ipſius radijs illuſtrantur. Altiſſimam ſummamq; bonitatem,inadſpectabilem & incircumſcriptam lucem,pulcherrimum & ſpecioſiſſimum ſuper oĩa Deũ ſuſpicientes,bonis omnibus adimplentur. Non eſuriunt amplius ſicut hi q manna reuelatum comedunt. Non ſitiunt,ſicut hi qui ex aqua fontis Eccleſiæ bibunt.Non cadit ſuper illos vllus Sol aut æſtus. Nõ dolore aliquo diſcruciatur,non diuexaretur timore,non corporis cura diſtrahuntur, nõ mundi illecebra eis obrepit,non ſenſus miniſterio ad terrã labuntur,non terrena inhabitatio eos deprimit:oĩbus.n.curis vacui, & ab omni eo ſecreti,quod eos à contemplatione tantorum impediebat bonorum, quieti,ſecuri,cum gaudio inæſtimabili aſſident ſupremæ illi menſæ ſatiantur cum eis apparet gloria Dei. Inebriantur ab vbertate domus Dei, & torrente pleno in mentes eorum influente potantur,& mira voluptate perfunduntur. Iam.n.hyems rigida vitæ præſentis tranſijt, iã illis tenebroſa lux Solis iſtius occubuit, iam in veſpera mortis glorioſum finem ſuo certamini fecerunt, iam illis noua lux ſeptempliciter plus Sole illuſtrans exorta eſt: iam tunc vident & affluunt,mirantur & dilatantur corda eorum. Illic nullo dolore preſſi,nullis circũfuſi tenebris, nulla deformitate maculati, ſed cęleſti affecti gaudio,admirabili ſplẽdore illuſtrati,eximia ornati pulchritudine,ſummum illum cęli terræq; gubernatorem aſpiciunt, ſempiternã pulchritudinem intuentur, & inauditorum bonorum affluentia cumulati Diuino pane fruuntur. Omnia quæ in hoc ſeculo videmus,caduca ſunt & mobilia;oĩa fluunt & pereunt, & nos cum illis medio ſpacio frãgimur & corruimus, & prius in ipſo curſu obruimur, q̃ portum conſpiciamus. Mors in curſu à tergo nos inſequens,nec opinantes aſſequitur,& à lateribus aliquando,atque à fronte inuadit, vt vaſa fictilia æque ſunt obnoxia periculo,ſiue ſint noua,ſiue diuturna; ſic homines æqualiter ſunt mortales,& interitus periculis expoſiti,ſiue ſint adoleſcentes; & in ætate florente,ſiue ſint ſenes & ætate progreſſi. Si in figulinam ingreſſus videris mẽſam fictilibus vaſis refertam,quibuſdam recentibus, quibuſdã verò antiquis alijs magnis,alijs verò paruis;& à figulo quæſieris,q̃ ex illis eſt prius frangendum,illud reſpondere poterit,q̃ prius ceciderit in terram; ita ex hoĩbus ille prius excedere è vita,nõ qui fuerit antiquior, ſed qui prius fuerit delapſus in terrã,qui ſepulchrum prius tetigerit. Quod aliud eſt ſæculum hoc,niſi figulina quædam,nos aũt quid aliud ſumus,q̃ vaſa quędam fictilia: Id intuens Regius vates aiebat. Tanq̃ vas figuli confringes eos. Vt qui faciunt iter,de Solis occaſu aliquãdo non cogitant, & eos nox opprimit incautos, ſic mors multos aggreditur de illa minimè cogitantes.

Pint. in c. 48. Ezec.

Talis

Talis aũt cum ſit vitæ mortalis conditio, poterit ne quiſpiam in ea eſſe beatus? Beatitudo eſt affluentia bonorum; vbi nos multa premunt mala, poterit aliquis eſſe fœlix? Beatitudo eſt ſtabilis & ſempiterna bonorũ frui tio: vbi oĩa fluxa, oĩaque labilia ſunt; nemo poteſt fęlicitatem aſſequi; vbi mors, vbi nox illa tenebroſa pertimeſcitur, nullus põt dulcedine oĩ refertã traducere vitam. At in ęterna ciuitate nulla mors eſt, nullus interitus, ſed vita ſempiterna, & immortalitas incorrupta. Quemadmodum in vaſe hederæ, aiunt, aqua retinetur, vinum verò effunditur, & ſenſim elabitur; ſic in hac mortali vita permanet dolor, & amittitur gaudiũ; qui locus qetis & fęlicitatis plenus eſſe vř, in eo turbulentæ calamitatum procellę interdum exiſtunt. Fœlices illi qui vas hoc hederæ, corpus mortale relinquunt: Fęlices qui hoc ſoluti corpore, ad cœleſtem patriã euolant. Fœlices qui in cellariũ ſupremũ inducuntur, & cibo illo ſolido reficiũtur, vinoq; beatorum inebriantur. Ibi.n. nulla eſt triſtitia, nulla moleſtia, ſed ſumma ſecuritas, cęleſtiumq; voluptatum abundantia. Panem ergo abſconditum nullus mortalium deguſtare, nullus mortali circũdatus corpore, beat' eſſe põt. Beatum eſt, (aiebat Plato de fęlicitate quæ in contẽplatione cõſiſtit) liberari à ſeruitute carnis & affectionibus eã concomitãtibus, quæ mẽtem occupãt, ac ſtultitia humana implent. Innumeras nobis faceſſit moleſtias corpus, ob victus ſui neceſſitatẽ, ꝙ ſi præterea morbi aliqui incidũt, ij impediunt veri contẽplationem; adhęc amoribus, cupiditatibus, timoribus, omniſq; generis ſimulachris nos opplet, vt reuera eueniat, nos nihil vnq̃ ſapere poſſe. Bella.n. ſeditiones, & pugnas, nulla alia res excitat q̃ corpus & eius cupiditates; ob parandas.n. opes oĩa ſiunt bella: opes aũt cogimur parare pp corpus cui ſeruimus curando; quare occupati ſapientiæ vacare non poſſumus: idque extremum eſt quod ẽt nactos aliquid otij, & ad conſiderandam veritatem cõuerſos, vbiq; corpus interpellat, turbaſq; dat & percellit, obſtatq; quominus veritatem cernamus. Itaq; ſi aliqñ volumus purè aliquid cognoſcere, corpus exuendũ eſt, ipſoq; per ſe animo res intuendæ: ita demum cõſequemur q̃ expetimus, & cuius amatores nos eſſe profitemur ſapientiam: eã aũt ratio docet, non viuentibus nobis ſed mortuis adfuturam. Si.n. fieri non põt, vt corpore præditi quicq̃ ſincerè cognoſcamus, alterum horum ſit neceſſe eſt, vt aut nunq̃ aut mortui beatitudinis fiamus compotes. Tum.n. cum ſecum ipſe erit animus ſeparatus, puri & ſtultitia corporea exonerati cum Deo erimus, oĩa nobiſipſis ſyncera cernẽtes, ſ. ipſam ſummam & pulcherrimam veritatem. Nullus igitur cum corpore cõionẽ habens, q̃ diu ei admiſcetur, beatus poterit eſſe: nullus mortali palato panem ſempiternum deguſtare poteſt. Quod ſi mellcã dulcedinem, (de beatitudine etenim falſa alibi erit ſermo) ſi fluxam illam & tranſeuntem fœlicitatem reſpicias, eam Deus non aliquo edicto inhibuit, imò plurimis Sanctis in mortali corpore degentibus ipſam impertiuit. Quemadmodũ.n. mercatores, aiebat Granatenſis, quas merces diſtra-

Apud Plutarch. lib. de cõſol.

here cupiunt, aliqua ſaltem ex parte emptorum oculis ſpectandas proponunt, & ſi res patitur, etiam prægustandas cōcedunt; vt earum aſpectu pariter & guſtu illecti, precium quod exigitur tradere non morentur; ita cœlorum Dñs qui Regnum ſuum, æternamq; fęlicitatem venalem hēt, eam prius electis ſuis in hac vita, aliqua ſaltem ex parte prægustandam offert, vt eius dulcedine ineſcati, laboris pretiū quod pro ea exigit, reddere non detrectent. Quemadmodum & matres, dum ſuos infantulos à nutricis amore ad ſuum pellicere cupiunt, papillas ſuas melle illinitas eorū labris inſerunt, vt dulcedinem inſolitam deguſtantes ex materno vbere, pectus faſtidiant nutricis, & maternū toto deſiderio exoptent; ſic & Deus ac mater benigna & prouida, nos paruulos à nutricis huius mundi, quæ ſellea voluptate noſtros inebriat & dementat ſenſus, auocare cupiens amore, ſuas papillas melle ſuauitatis cuiuſdam fluxæ illinitas, noſtræ inſerit men ti, vt dulcedinem inæſtimabilem licet tranſeuntē percipientes ad vbera Diuina die nocteque aſpiremus, & de illis ſolis cogitemus. Sic ſpōſam illā amantiſſimam melliflua dulcedine oblectarat, vt ipſa ſodalibus ſuis fate-
Cant. 1. tur. Introduxit me Rex in cellam vinariam, exultabimus & lætabimur in te, memores vberum tuorum ſuper vinum. Per cellaria intelligit papillas Dei ſuauiſſimas, æternique conuiuij delicias, quas ſibi à cœleſti ſpōſo porrectas eſſe gloriatur: dum æternæ fęlicitatis velut primitias quaſdā deguſtauit, vt earum prelibatione ad eaſdem plenius capeſcendas, per labores & certamina alacriter curreret. Hinc.n. conſecutum eſt qđ protinus ſubdit. Exultabimus & lętabimur in te, memores vberum tuorum ſuper vinum. Vbera autem hęc ſunt Diuinæ conſolationis lactea fluenta, quæ ſpiritualibus filijs Dñs in Iſaia proponit cum ait: Vt mulgeatis, & delitijs affluatis, & ſatiemini ab vberibus conſolationis veſtrę. Sicut.n. infantulus in vberibus matris ſuæ totus acquieſcit, in quibus & nutrimentum, & ſolatium, atq; refugium habet: ita aīa fidelis oēs opes ſuas atq; ſolatia, in his Diuinis vberibus poſita: & conſtitutas habet. Hoc cōſilio Dñs has hodie diſcipulis delicias apparuit, vt earum ineffabilis ſuauitas, eos ad beatitudinis futuræ amorem incitaret. Has deguſtauit Petrus, & omnium inferiorum oblitus, clamauit quaſi ebrius. Domine bonum eſt nos hic eſſe, hic perſiſtamus, hic moremur, tuique vultus ſplendorem contemplemur. Has delicias delibauit & Ioannes & Iacobus, hanc mellifluam ſuauitatem & plurimi Sanctorum perceperunt. Non enim eam militibus in hoc vitæ ſtadio decertantibus inhibuit; non præcepit ne aliquis melle fluente veſcatur, Veſcatur quantum libuerit; modò non cupiat in hoc ſpinis & tribulis referto campo conſtruere tria tabernacula. Non enim habemus hic Ciuitatem manentem ſed futuram inquirimus. Veſcatur fluxa dulcedine, tantum memor ſit vberum Ciuitatis Sanctæ Ieruſalem. Veſcatur hoc melle, modo obnixe precetur. Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie: Non adeò ſeuerus & rigidus eſt Deus,

vt nul-

vt nullam ſuis voluptatem in præſenti ſæculo concedat; concedit ſi tantum palatum ſanum, non aliquo mundi oblectamento affectum habeat. Vt.n.in vno vaſe mel & abſynthium, ſalua ſuæ conditione naturæ, perſiſtere nequeunt; ſic neq; mūdi & Dei delicię in vno ſimul homine. Percepiſtis iam quod nullus mortalium panem cœleſtem deguſtare poterit; poterit autem mellea fluxa dulcedine frui, non aliud nos manet, præter vt mundanis repudiatis oblectamentis, Chriſtum Saluatorem in altiſſimū virtutis faſtigium inſequamur, in eo.n.& ex fauo dulcedinem fluentem nunc percipiemus, & poſt vitæ veſperam in Regno Patris æterni ſolido pane reficiemur, præſtante nobis & victoriam & victoriæ præmium Rege Regum viuente in ſæcula ſæculorum, Amen.

DOMINICA TERTIA

IN QVADRAGESIMA.

Erat IESVS eijciens dæmonium, & illud erat, &c. Luc. 11. cap.

FASCICVLVS PRIMVS.

De Peccatoris & Dęmoniaci Antitheſi.

QVI non adhiberet fidem Sapienti, Authorem omnium hominis calamitatū Satanam perhibenti, conijciat oculos ſuos in admirandā, ſed & horrendam illam Iſaiæ prophetæ viſionem, quando mentis aciem in noſtras conuertēs miſerias, aſpexit: Onus iumentorum Auſtri, in terra tribulationis & anguſtiæ leæna & leo ex eis, vipera & regulus volans, portātes ſuper humeros iumentorum, diuitias ſuas, & ſuper gibbū camelorum theſauros ſuos, ad populum qui eis prodeſſe nō poterit. Quā tragicè noſtras deſcribat calamitates Sacer Propheta, ſi ſingula expendetitis verba, ſanguineis lachrymis illas opplorādas eſſe cognoſcetis. Onus, inquit, iumentorum Auſtri. Hominem peccatis deformatum iumentum Iſai. 1.

Lib. 4 Proſ. 3. eſſe, dixit. Quicquid.n. à bono deficit, docebat Seuerin⁹ Boetius, eſſe deſiſtit, quò fit vt mali deſinant eſſe quod fuerant. Sed fuiſſe homines adhuc ipſa humani corporis ſpecies relicta oſtentat; quare verſi in malitiam, humanam quoque amiſere naturam. Sed cum vltrà hominem quemq; prouehere ſola probitas poſſit: neceſſe eſt, vt quos ab humana conditione deiecit, infra hominis meritum detrudat improbitas. Ita fit vt qui probitate deſerta, homo eſſe deſierit; cum in Diuinam conditionem tranſire non poſſit, vertatur in belluam. Homo igitur qui in terra Auſtrali, in deliciarũ paradiſo, virtutibus adornatus, ſupremis Angelicis ſpiritibus, ob Diuinã in ſe effulgentem ſimilitudinẽ ſimilis fuerat; in terra tribulationis & anguſtiæ in quam pulſus eſt, propter Diuinam contaminatam imaginẽ, propter ſcelus quod perpetrarat, comparatus eſt iumentis inſipientibus, & ſimilis factus eſt illis. Peccatorum ergo in terra tribulationis & anguſtię, hoc onus eſt. Leo crudeliſſimus circuiens ille & quærens quem deuoret. Vipera venenata & Regulus ille qui morſu venenato parentibus noſtris in paradiſo, vulnus grauiſſimum inflixit; eoſque de ſtatu animi deiectos enecauit, volant perniciſſimè circum peccatores, vt in humeros eorum diuitias ſuas & theſauros ſuos iniiciant. At quaſnam diuitias? quos inæſtimabiles theſauros? quam gazam preencioſam? Forſan aurum obrizum? forte gemmas & lapides pretioſos? Nunquid illa quæ in Regum ac Imperatorum theſauris conferuntur? Num aliquid è viſceribus terræ, vel ex ſinu profundiſſimi Oceani erutum, ſplendidum, effulgens, & inaſpectabile? Num ex ſuperno cęli gazophilacio in terras elatum? Qui theſauri? Quæ diuitiæ? Forte ad hominis commodum, emolumenta, ſplendoremque in eum congeſtæ? Magnificum forſan, ſuſpiciendũ, & adorandum ij theſauri hoīem efficient? An verò in vſus aliorum coaceruatæ, & ſuper hominis dorſum, ac ſuper quoddam iumentum alienis vtilitatibus proſpiciendis delatæ? Sed neq; alienis vſibus; deferunt.n. eas ad populũ, qui eis prodeſſe non poterit. Quæ.n. vtilitas? quod commodum? quæ vel dignitas vel delectatio Satanæ prouenit ex alio Satana, ad quem per homines ſuæ nequitiæ theſauros deportat? Deferunt eas diuitias homines, non alienis vſibus, non ad ſua commoda, non ad dignitatem, vel ſplendorem, vel oblectationem propriam. Quæ enim dignitas ſuccumbere grauiſſimo oneri? Quis ſplendor hominis, iugo ad inſtar iumenti ſubdere collum? Quæ maieſtas belluina æmulari facta? Quod oblectamentum ex pódere? Deferunt homines peccatores dęmonis theſauros, non eos quidem ex cœli gazophilacio, non ex ſcrinijs Regni cœleſtis elatos; eos enim latrones iſti furari nequeũt. Fures aſtutiſſimi infernales, in cęlo repoſitas opes neque effodiunt, ait Saluator, neque furantur. Deferunt iumenta hęc miſeranda, non quidẽ illos carbunculos, adamantes, Iaſpides, Chryſolithos, & alias inæſtimabiles margaritas ex quibus ſuprema Hieruſalem ædificata eſt vt ciuitas; deferunt non aurum obrizum quod ſuadebat Deus ipſe

cuidam emere, non fulgentiſſima & inaſpectabilia monilia quibus ſponſa Dei adornata aſtitit à dextris Dei circumdata varietate: nihil tale quod precio æſtimari nihil hominis conditione dignum, nihil quod oculis hominum, nihil quod aſpectibus Angelorum, Beatorum ad conſpiciendum & demirandum apparari poteſt: nihil Diuinis manibus, nihil ſupremi Artificis Spiritus digito elaboratum. Quid tandem hoc eſt quod deferunt? Onus inſupportabile, theſauros ex promptuario omnium malorũ, ex horrendo Plutonis Regno erutos; diuitias ex inferno inferiori exportatas. Peccatum, flagitia horrenda, quibus deformata, nobis inſita Dei ſpecioſa imagine, hominem non in iumentorum tantum ſed & in ſuos transformant affectus. Euidens vobis eſſe poteſt ex Euangelio preſenti, quid huic arreptitio impoſuerint, quibuſve oppreſſerint illum opibus. Erat IESVS eijciens dæmonium, & illud erat mutum. Primum eſt, quod ex ſuo Regno, in peccatorem inferunt, vt illum efficiant cõtaminatum, hoc ſiquidem & illi primum, ſuo in cœlis peccato aſſecuti ſunt. Cum enim Domino conſecrati fuerint, ad eius ſufferendos bonitatis theſauros; dum peccati onus ſuſceperunt, ſeſe contaminarunt, & Sanctum profanis vſibus dederunt. Contaminato homine ideam Diuinitatis eius impreſſam menti, ſcelerũ maculis deturpant; Deturpata Diuina hominis imagine, ipſum de altitudine & maieſtate ſua deijciunt. Deiecto & diuerſas brutorum irrationalium affectiones ſuggerunt, & ſuggerentes ipſo ad indigniſſima quæque & horrenda abutuntur, & abutentes oculos eruunt ne malum quod in humeris ſuffert adſpiciat; aures obturant, ne dira omnia quibus illum deuouent ne Diuinas voces quibus ad ſe euocat, audiat: linguam præſcindunt, ne ſuam miſerandam ſortem Saluatore deprędicet: mentem dementant præſtigijs, ne lucem ſplendidiſſimam veritatis, ne abominandas in quibus verſatur tenebras intueatur. Manus colligant, ne vinclis ſolutis ſe in libertatem referat: pedes ferreis compedibus conſtringunt, ne ex teterrimo carcere ſe explicans, ad veri ſolis aſpectum, ad Eccleſię gremium, ad ſalutarem animæ ſtatum accedat. Dies noctéſque inuigilat, cuſtodit, obſeruat, ne aliquis fortior ſuperueniens hoſtis, deuincat eum, vniuerſa arma in quibus confidebat auferat, & ſpolia eius diripiat. Quod ſi quandoque vi potentioris ab homine pulſus fuerit, reuertitur & ſeptem nequiores ſe ſpiritus aſſumit, qui ingreſſi in eum habitant ibi, & fiunt nouiſſima hominis illius peiora prioribus. Hos ergo theſauros Satanas in dorſum peccatoris infert: has opes humeris illius imponit: hoc onere illum miſerè aggrauans, & deijcit in terram, & vſque ad infernum minatur. Optarem ſane, dilectiſſimi, aliquem ex illis diſertiſſimis Prioris Eccleſiæ Patribus Chryſoſtomum vel Ambroſium, ante veſtros conſpectus prodire, qui ea omnia quæ compendio collecta, ego ob oculos omniũ veſtrum ponere cogito, exacta verborum & ſententiarum copia deſcriberet, voſque ſua oratione facunda, à veſtris calamitatibus liberaret. Tantam

tam enim,& tam grauem eſſe conſpicio, eam quam vos peccatores non percipitis(quod magis dolendum eſt)& ſuſtinetis miſeriam, vt qua parte incipiam prorſus ignoro. Si eſſet onus à dæmone vobis ſed non vt iumẽtis impoſitum, non tantopere dolendum eſſet. Multa.n.ingeſſerat in Iobum regulus iſte Leuiathan, ſed tanquam in hominem non tanquam in brutum: in peccatores autem tanquam in iumentum. Si fuiſſet onus etiã in iumentum, non adeò grauis eſſet ſarcina; ſed in iumentum Auſtri; in loco fœliciſſimo paradiſi creatum. Summa.n.infœlicitas eſt, fuiſſe aliquando fęlicem: Si fuiſſet etiam onus iumentorum Auſtri, in aliquo voluptatis & deliciarum loco, ſufferendum aliquo eſſet modo; ſed in terra tribulationis & anguſtiæ, in vaſta ſolitudine, in terra ſalſuginis, inter medios ſerpẽtes & dracones ignitos, inter atrociſſimos & potentiſſimos hoſtes, qui nõ niſi exitium & ſempiternam hominis mortem perquirunt: in terra doloris & lachrymarum valle, vbi neque ad monumẽtum ab impugnatione, neque in quouis loco ab inſidijs, nec in rerum occupatione à mille periculis quiſq; ſecurus eſſe poteſt. Si etiam eſſet poſitum, hoc onus in terra tribulationis, modo non ſuper humeros, ſed ante faciem vel in vlnas vel in ſinus noſtros, quò pondus noſtrum perquirere & diligentius perueſtigare poſſemus, quid deferamus, quas opes? quos theſauros, circumgeſtem⁹? Statumne an dignitatem noſtram condecent? quas vtilitates baiulo deferant? quo in gradu nos collocent? quantum vel attollant vel deprimant? vt ſic tandem cognita & perſpecta rei indignitate quam geſtamus, illam, quantocius deijceremus, & ſuo Domino reſtitueremus, at in humeros, retrò, hominem, faces inferni in ſcapulas eius congeſſerunt: quo ignarus homo ac iumentum quoddam pernicioſa quæque ſupportet & ſufferat. Si deinde eſſet onus & iumentorum, & iumentorum Auſtri, & in terra doloris, & ſuper humeros, ſed non à leone ferociſſimo, non à truculento Regulo, non à teterrimo infernalis abyſſi dracone impoſſitum; leuius forſan nobis foret. Iugum.n. Domini ſuaue eſt, & onus eius leuiſſimum. Iugum, quoque hominis non adeò intolerandum eſt, vt homo ei ſuccumbat; aſt & à leone ferociſſimo, qui præter labores hominis internecionem quęrit; & à Regulo truci, qui ſpiris ſuis in hominem exſibilans venenatis morſibus quotidie illum inceſſit; & à teterrimo dracone qui ardentiſſimas in hominem exſufflans flammas, diducit os ſuum abſque vllo termino, vt eum deglutiat: & à horrendo dęmone qui peccatori hominis extrema quæque cogitari poſſunt nefanda molitur mala, qui nullum tempus, nullam tentandi occaſionem prætermittit quò hominem & illaqueare, & probris afficere innumerabilibus, non quærat, hoc maximè dolendum, hoc ſanguineis deplorandum lachrymis. Etenim quid ille homini non facit? quæ indigniſſima in eum non perpetrat? quibus iniurijs, quibus ludibrijs non diuexat peccatorem? Vbi in corpus ille cuiuſque permiſſione intrauerit Diuina, aſpicitis quam infanda homini non intentet ſolum,

ſed & efficiat. Primum ſpeciem externam deformat, diſtorquet manus, os diducit, ſpumas abominabiles ex immo gutture effundit, oculos inuertit, horrendam & confuſam excitat vocem, tremore cõcutiens hominem ſæpe ad terram allidit, & contundit, ſæpe in ignem, ſæpe in aquam, ſæpiſſime in diſcrimina multa conijcit. Arreptitios vobis ob oculos ponite, illorum diſtortas manus, toruos oculos, oris ſpumam, horrendam illam & confuſam vocem, diabolicum tremorem, ſenſus per multam horam priuationem, latera contuſa, faciem dilaceratam, caput vulneribus plurimis percuſſum, genua curuata, totum corpus vel aduſtum, vel colliſum, vel plagis & vibicibus tumidum, totam ſpeciem externam ſanguine commaculatam, non hominis ſed dæmonis cuiuſdam potius formam. Eadem quoque, imo multo maiora, in anima peccatoris vbi in eam ſemel per peccatum ingreſſus fuerit perpetrat Satan. Gratiæ enim Diuinæ ſplendore, & venuſtate imaginis admirandæ obumbrata, oblitteratis virtutum pulcherrimis coloribus, quibus anima adornata fuit, fulgore illo roſeo à ſanguine precioſo & immaculato Saluatoris in eam promanante obſcurato, quos tetricos in hanc ſpecioſam mentis tabulam non illinit colores? quas teterrimas in ea dæmonum non exarat laruas? Spurcitia peccati ita animam turpiter contaminat, ita obnubilat ſymulachrum Diuinitatis impreſſum, vt non hominem ratione vigentem, ſed brutum; non Angelis ſed Dæmonibus, non Deo ſed Plutoni tartareo ſimilem eſſe, ſi corporeis obiecta eſſet oculis anima, putares. Cum enim omnis venuſtas animæ à virtutum candore proueniat, virtutibus ſublatis quæ manebit honeſtas? Gratia Diuina eſt illa quæ animam mirifice exornat, pulſa gratia quis ornatus erit hominis? Deus ipſæ in animæ thalamo reſidens ad ſuam ſimilitudinem efformat eam. Deo per peccatum profligato, cuius ſimilitudinem habebit? Dæmonis qui in ea per ſcelus inhabitat, Draconis tricipitis horribilem & informem formam præſeferet; qui intus permanens in eam furore percitus bacchatur, omnia ſus deque commiſcet, omnem ſplendorem obſcurat, venuſtatem deturpat omnem, ideam Diuinitatis in facie inſitam vnguibus dilacerans fœdis flagitijs conſpurcat, capillos ſanctarum cogitationum euellit, frontem verecundiæ rugis meretricijs audaciæ exarat, genas innocentiæ cruore Saluatoris rubentes noxio maculat ſanguine: cognitionis oculos vel eruit, vel obſcurat, pectus morſibus conſcientiæ dilacerat, cor in ſaxum duriſſimum conuertit, manus operationum Sanctorum diſtorquet, ad quæuis facinora perpetranda, ſputamina & mucos ex impudenti ore blaſphemiarum deducit. ipſos peccatores in mille pericula volentes nolentes impellit: Mille diſcrimina, mille mortes in illos excogitat; hunc mœrore illum lætitia, hunc inuidia, illum auaritia, illum libidinis facibus, hunc ambitionis & ſuperbiæ flammis adurit & enecat. illi ob furtum crucem parat, alteri ob

adul-

adulterium gladios, illum ob maleficia aquis obruit, hunc propter ſacrile gium in rogum ardentem conijcit. huic aculeos, illi torturas, huic carceres, illi vincla, huic ſuſpendium, alteri decollationem, alteri forcipes ignitos, alij Boues ſuccenſos, alijs alias acerbiſſimas procurat mortes. Quæ autem vulnera animæ infligat ipſe, illud abundè teſtatur, quod Deus ſuper quendam plorarit, quaſi non haberet locum vbi ipſe percuteret. Tam horrendis plagis confecerat Satan hominem vt à planta pedis vſque ad verticem capitis nulla eſſet in eo ſanitas, vt neque Leuita, neque Sacerdos, neque naturæ leges, neque Moſaicus Pontifex, nec malagmata, nec reſinæ Galaad, nec ſacrificia Salomonis templi, nec probaticæ piſcinæ, nec quod uis medicamenti genus, hominem plagis & vibicibus miſere dilaniatum & vulneratum ſanare poteſt. Samaritanus ipſe deſcendat neceſſe eſt, qui vulnera inflicta animæ vino abluere Sacramentorum, confouere oleo gratiæ, obligare faſcijs miſericordiæ, & ad ſtabulum Eccleſię reducere queat. Adeo horrenda eſt plaga quam dæmon animæ infligit, ſic deformata eius facies vt ea nec Iordanis aquis perlucidis, nec Baptiſmate Iudaico emundetur, ſed ſolo ſanguine immaculo Dei Saluatoris pro noſtris eluendis maculis effuſo. Dæmon vbi in corpus alicuius intrauerit, non deturpat ſolum aut vulnerat, ſed etiam denudat. Arreptitij. n. veſtimenta ſua ni prohibeantur dilacerant & nudi turpitudinem ſuam omnibus demonſtrāt. Veſtimentis etiam gloriæ ſeſe denudant peccatores, ſuamque turpitudinem omnibus oſtendere non verentur. Non vobis excidit è memoria illud quod ſponſa quædam olim pulcherrimis ornata veſtibus, fecerit.

Ezech. 16. Erat illa à ſanguine ſuo peccatorum aqua Sacramentorum abluta, veſtita erat diſcoloribus virtutum, calceata erat hyacintho terrenorum contemptu, cinxerat eam Deus byſſo caſtitatis, dederat armillas operum bonorū in manibus eius, & torquem obediētiæ in collum eius. Poſuerat circulos fidei in auribus, & coronam totius decoris in capite ipſius. Auro & argēto, & byſſo, & polymito & multis coloribus, & omni eo quod precioſum eſt ipſam exornarat. Iſta poſtq̄ amatorem Deum contempſit, & ſecuta eſt dæmonem, quid egit? Detraxit omnia gloriæ ſuę veſtimenta, ſcidit multicolorem virtutum tunicam polymitam, calceos hyacinthinos luto mundi conſpurcauit, rupit caſtitatis cingulum, armillas & inaures, & coronam, & torques, & annulos, & circulos, in terram deiecit & conculcauit; aurū & argentum & lapides precioſos & monilia inęſtimabilia in cloacam fœtidam diſperſit; & denudata, pedibus diuaricatis, frōte perfricta in biuio ſedit, cuiq; ſuam exponens turpitudinem. Et ſumens, (ita ei improperat Deus,) de veſtimentis tuis, feciſti tibi excelſa hincinde conſuta, & fornicata es ſuper eis, ſicut non eſt factum, neq; futurum eſt. Et tuliſti vaſa decoris tui; de auro meo atq; argento meo, quæ dedi tibi, & feciſti tibi imagines maſculinas, & fornicata es in eis. Et ſumpſiſti veſtimenta tua multicoloria, & operuiſti illas, & oleum meum & thimiama meum poſuiſti

coram

coram eis Et panem meum quem dedi tibi,ſimilam,& oleum,& mel,qui bus enutriui te,poſuiſti in conſpectu eorum in odorem ſuauitatis. Et accidit poſt omnem malitiam tuam(væ,væ tibi,ait Dominus Deus)& ædificaſti tibi lupanar, & feciſti tibi proſtibulum in cunctis plateis. Ad omne caput viæ ædificaſti ſignum, proſtitutionis tuę, & abominabilem feciſti decorem tuum, & diuiſiſti pedes tuos omni tranſeunti, & multiplicaſti omnes fornicationes tuas. Dęmon vbi in corpus alicuius ingreſſus fuerit, omnia interiora commouet,& conturbat viſcera,hinc.n.torui oculi,hinc diſtortum, hinc illa omnis tetrica forma exterior, quam oculis cernitis, prouenit. Sic ubi in animam per ſcelus intrauerit, omnia commiſcet & dé gradu atque dignitate exturbat.cupiditates vehementius incitat, vt il lę contra Imperium rationis ſe efferant, rationemq; ad ſe pellicere contédant,illi vt ſuadeant non poſſe eam officio ſuo fungi,beatęq; vitæ ſtatum adipiſci,niſi eis fuerit obſecuta.Hinc intellectum paſſionibus inflammatis ſubdit, voluntatem effreni motu contra ſuum Principem & regulam commouet,ne refrenet cupiditatem, neue motus animi regat, vt tandem cupiditate omni vinculo ſoluta,omni ſe flagitio contaminent,& à maieſtate ſua decidant. Dęmon vbi in corpus hominis intrauerit, diuerſa ei ſy mulachra effingit, quorum dementatus ſpecie indigniſſima quęque pera gat. Sic vbi in animam per ſcelus ingreſſus fuerit, quid homini non proponit? quos montes aureos non efformat? quibus coloribus non exornat ſceleſtam vitam? Alijs Regium faſtum,ſplendorem & maieſtatem,alijs dignitatem & potentiam Principum, quibuſdam auri, argenti & lapidum fulgorem,alijs magnificarum ædium excelſa faſtigia, alijs villarum, horreorum,poſſeſſionum amplas facultates, nonnullis impuriſſimum genus voluptatis,pleriſq; venuſtiſſimas fœminarum formas multis alias multas pro cuiuſq; oblectamento depingit & obijcit ſpecies,quibus illectus homo, indiſſolubili nexu rei cupitę coniungatur. Arreptitios ita permouet Satan,vt in furorem acti quoſcunque obuios cędant, vel petant lapidib⁹, vel dentibus mordeant,vel ferro vulnera infligant. Quid autem peccatis obnoxij? Nonne & illi in quemcunq; bachantur? Reuocate quid inſano amore feruentes,quid ambitioſi, quid ſuperbia tumentes, quid raptores, tyranni, prędones,quid paraſiti,quid lenones,proci,choraules,quid fraudulenti, quid alij ſceleribus imbuti faciant, in quam prorumpant audaciam, quid moliantur,quem non attrectent, deglubant, ſpolient, ad ius pertrahant,quem non ſaucient,cui inſidias non ſtruant, cum quo nõ ſempiterna fouent odia, cui non mortem vel exoptant, vel non intentant; Quando omnes ſimul dęmoniaci,ait Chryſoſtomus,tantum facinoris cõ mittent, quantum Iudas ſolus commiſit? Qui ad extremam iniquitatem turpi pecuniarum ardore deuectus eſt, pariterq; omnes qui auaritiam illius imitantur,quaſi feræ beſtię à cathenis ſolutę,cunctos homines nullo reſiſtente perturbant,ac lacerant; & vincula quidem vt etiam his vndiq;

coniecta

coniêcta ſunt, iudicij timor, legum terror, multorum odia cæteraque huiuſmodi; ſed his ruptis omnia perturbant. Quod ſi quis hos nexus omnino ab eis auferret, tunc videres peiores hos dæmone, quam dæmoniacos ac fortiore vexari. Verum quoniam id facere non poſſumus, ſaltem oratione ita fingamus, vt cum omnes catenas ab eo mente abſtulerimus, clarè inſaniam eius perſpiciamus. Fingite videre tetrum hominem, qui ab oculis ignem emittat, cui ex vtroq; humero dracones pro manibus depẽdeant, cuius os cauernæ inſtar magnitudine ſit, in quo pro dentibus ſtẽt acuti ẽnſes, ex lingua venenoſus fons ſcaturiat. Venter omni fornace ſit ardentior, cuncta quæ immittuntur ſubito conſumens, pedes alati vẽtis quoque ipſis velociores, facies canis ac lupi ſimul faciem oſtendat, nec hominis vocem emittat, ſed inſuaue quiddam atque terribile mugiat, is ad hæc omnia faces ardentes in manibus teneat. Mira hæc forſan vobis videntur, ſed nondum digne ipſum deſcripſimus, ſequi etiam debent horum inſtrumentorum effectus; itaq; imaginemur eum obuiam factos iugulare, carnes eorum lacerare atq; deuorare. Sed quid facio? Nam & hoc deſcripto multo truculentior eſt auarus, in omnes vt mors inſiliens, omnes vt infernus deglutiens, communis generis hominum hoſtis. quippe qui vellet res omnium ſibi arrogare; nec finem hic facit, verum cum vndiq; cupiditate cuncta collegerit, ipſius etiam terræ ſubſtantiam in aurũ commutari vellet, fontes ac fluuios argento optat defluere. Verum vt videatis nondum nos inſaniam illius oratione aſſecutos, fingamus à nemine ipſum accuſari, nullum ſibi terrorem imminere; non à iudicijs, non à conſuetudine hominum, non à legibus; & tunc videbis ipſum arrepto enſe omnes interimere, nulli parcere, non amico, non cognato, non ipſis parentibus. Sed quid plura? Interrogate auarum ſi hæc ſecum quotidie verſat, ſi omnes cogitatione inuadat amicos, cognatos, parentes. At nec interrogare quidem opus eſt. Scitis enim omnes, quod qui hoc morbo ꝑmuntur, & vitam parentum ſenum grauiter ferunt, & dulce illud & natura ſuauiſſimum liberorum donum aſpernantur. Vnde factum eſt, vt multi ſterilitatem vxorum herbis excogitarint, ac naturam orbam effecerint, qui etſi filios natos non interfecerunt, attamen ne omnino naſcerentur effecerunt. Dæmoniaci in ſepulchris ſolent habitare; etiam nunc fieri videbis, aiebat Chryſoſtomus, multos in ſepulchris cohabitare peccatores, quos ab inſania ſua non ferrum, non catenæ, non multitudo hominum, non exhortatio, non terror, non minæ, non aliud quid huiuſmodi abducere poteſt. Quid enim luxuria corruptus atque petulans, qui ad omnem corporis formam hiſcit, à dæmoniaco differt? Non videtur nudus ambulare, ſed corporeis quidem veſtibus amictus eſt, veris autem veſtimentis priuatus, ſumma hominis gloria caret. Non lapidibus ſeipſum cædit, ſed ſceleribus, quæ lapidibus duriora aſperioraq; ſunt. Quis hunc hominem iuuare poterit? quis eum à petulantia remouebit? quis ei perſuadebit vt luxu-

luxuriam aſpernetur? quo fit vt nunquam ſit in ſeipſo, ſed ſemper in ſepulchris verſetur. Sepulchra enim profectò ſunt meretricum diuerſoria, cum multo fœtore, multa putredine, multa immunditia ſunt repleta. Ac auarus nonne talis eſt? Quid enim ipſum ligare poterit? Certè non timor, non quotidianæ minæ, non exhortationes, non conſilia; omnia.n.hæc vincula ſpernit, adiuratque omnes qui eum à cupiditate auri remouere volunt ne faciant, ſupplicium putans eſſe maximum, non viuere in ſupplicio. Quid.n.miſerius auaro? Nam dæmoniacus verbo Chriſti abactis dæmonibus liberatus eſt; pecuniæ autem ſeruus, Chriſto nō auſcultat; Nam etſi quotidie Chriſtum audiat prædicātem. Non poteſtis Deo ſeruire & mammonæ; & ſi gehennæ timor incutitur, ac inferni pœnæ imminere dicuntur, Non credit tñ, nec Chriſti verbo credit, non quia robuſtior Chriſto ſit, ſed quia nolentes nos ad virtutem Chriſtus non adducit. Idcircò et quamuis celebres habitet vrbes, in ſepulchris tñ deſolatus manere vr. Quis.n.mentis compos, cum huiuſmodi hominibus conuerſabitur? Nam mea quidem ſententia, cum mille dæmoniacis habitandum potius eſſet, quam cum vno qui hoc morbo laboraret, quæ quidem ſnīa mea ab hisque vtriq; patiuntur, probari facilè poſſunt. Nam æris quidem auidi beneuolos, niſi vtiles ſibi ſint, inimicos dicunt, & liberum hominem, ſi poſſent libenter in ſuam ſeruitutem redigerent: dæmoniaci verò nihil huiuſmodi faciūt, ſed ipſi ſuo malo laborant. Et illi quidem multas domos euertūt, nomenq; Dei propter ipſas blaſphemant, communis ærumna Ciuitatum, atque Orbis totius; Dæmonibus autem exagitati lachrymas nobis ita mouent, vt eorum facile miſereamur, & iſti non ſentiunt plerumq; quod agunt; illi præmeditati omnia faciunt, in medijs vrbibus bacchātes, ac nouam inſanientes inſaniam. De alijs peccatoribus Saluator dixit, illos eſſe ſepulchris dealbatis ſimiles, quorum omnia externa ſunt ſplendida, interiora autem omni ſpurcitie, omniq; flagitiorum colluuie plena dæmoniaci, (vt ex Euangelio depromam aliquid) quandoque muti ſunt, quādo que linguis oīum loquuntur. Peccatorum propria ſunt iſta. Multos etiam atque elingues illos peccatum efficit. Omnia quidem quæ ampliſſimo Cœli & terræ ſinu complexa ſunt, vt Sapiens aiebat, ſcientiam habent vocis, qua Summum Orbis moderatorem collaudent, & deprædicent. Peccator ſolus ad Diuinas occinēdas laudes obmuteſcit. Mutus ad beneficia Dei, ad maieſtatem, miſericordiam, bonitatē immenſam collaudandā efficitur. Elinguis poſtmodum fit ad ſuas Medico ſpirituali exponendas calamitates. Et in corpore quidem cum maculam aut vibicem aliquem, vel vulnus inflictum aſpexerit, protinus clamoribus omnia complet, ſtatim ad Chirurgum accurrit, qua parte doleat, quotie diſcrucietur morbo per ordinem enarrat. Anima autem plagis atrocibus, dirisq; vulneribus confoſſā & ſauciata, vbi ad medicū aīarum, vix ſemel in anno acceſſerint, ad ſua exponenda & curanda vlcera, vix vnum atque alterum morbum detegere

tegere ſciunt. Quanta ſilentio altiſſimo committant, quibus artibus ſalutis antidota effugiant, ſuperfluum eſt & dicere. Ita enim onera inſupportabilia Satanæ dorſo illorum iniecta eis complacent, vt ea ſaltem in anno ſemel deponere, ac ſi animam deponere ſit. Et aſina quidem Balaami, vbi graui Prophetę corpore præſſa, ab eoque fuſte contuſa fuerat, naturæ vincula perrupit, & locuta eſt. Quid feci tibi? cur percutis me, ecce iam tertio? Nonne animal tuum ſum, cui ſemper īſidere conſueuiſti vſque in præſentem diem? Iumenta autem Auſtri onere grauiſſimo obruta; homines verò grauiſſimis à dæmone affecti malis, mortiferis confoſſi vulneribus, diuexati, diſcruciati, enecati infandis tormentis: homines ſoli leonis furentis dentibus momorſi, tacent, nihil loquuntur: homines Angelis ſimiles, Diuinam imaginem in ſuo animo infixam habentes; homines Diuina iumenta, veneno Reguli infecti, Draconis flammis aduſti, in Leuiathanis formam commutati. homines ſoli paradiſi olim incolæ Cœleſtes Ciues, Chriſti cohæredes tantis & tam horrendis à Dęmone conſpurcati maculis, & ſupplicijs exhauſti, tacent, nihil loquuntur. O inſenſatos homines, ò brutis animalibus viliores. Cur non vociferamini ad hunc Pſeudoprophetam veſtro dorſo onera imponentem? Nonne ego animal Dei ſum? Nonne Diuinis vſibus ego deſtinatus ſum? Quid graue iugum meis imponis humeris? Cur me vt iumento quodā abuteris? quam laruā, meo imponis ori? quod frenum? quæ calcaria quibus mea latera compungis? mene ad eum modum tractare decet? Quod ſi propter peccatū commiſſum, animal tuum ſum, cui īſidere conſueuiſti. Quid feci tibi? cur me percutis? nonne tuę obſecutus ſum voluntati? non tibi ſuppoſui dorſum? nonne me tuis vſibus mancipaui? Cur me cędis? Quid me tantis diſcrucias ſupplicijs? Itane Domini animalia ſua enutriunt, conſeruant? At nullus eſt qui hæc Satanæ dicat, nullus qui onus ipſius deponat, nullus qui libēter ex eius faucibus ad Chriſtum ſe recipiat, nullus qui dignitatem hominis ſibi reſtitui precetur. Dęmoniacorum peccatoribus placent affectus, iumentorum & magis quam aliquorum brutorum, ſorina, cruciatus ſupplicia, onera, paſſiones, illos delectant. Memini me legiſſe apud Plutarchum de quodam mulo, qui à ſuo Domino deferendo ſali deputatus fuerat. Is pondere præſſus dum quadam die alueum fluminis trāſiret, corruit in aquam. Totus madidus dum ex flumine exilijſſet, Sal madidum defluere, naturę inſtinctu aduertens, onere ſibi impoſito, non ita ſe grauari vt prius perſenſit. Altero die dum flumen tranſiret, artem alleuiandi oneris cognoſcens, ſponte in aquam ſeſe immerſit. Sibique aſtum ſuccedere deprehendens, tertio & quarto, & ſingulis poſtmodum diebus conſuetum onus ad eum deijcere modum regrediebatur. Si & vos peccatores elingues à Dęmone effecti eſtis, ſi vobis vt iumētis quibuſdam abutitur, dum vobis Salis factorum ſterilium ſarcinas imponit, in aquam pœnitentiæ ſalutaris, quæ de Cœlis pleno decurrit alueo, vos immergite. Sic

enim

enim onere deiecto,& maculas ſcelerum eluere & dæmoniaci abijcere furorem,& horrendam dęmonis deponere laruam,& iumentorum deturbare paſſiones,& in hominis redire dignitatem,& non longè ad Angelis accedere,& Diuinam ſpeciem referre, & ad populum qui vobis prodeſſe poterit, & ad ſupremam Beatitudinis auſtralem ex qua pulſi ſumus redire plagam poteritis,præſtante IESV Saluatore noſtro,qui viuit in ſęcula ſempiterna. Amen.

In Beelzebub Principe Dæmoniorum,eijciet Dæmonia &c.

FASCICVLVS SECVNDVS.

De Poteſtate eijciendi Dæmones,Chriſto & nobis conceſſa.

POTENTISSIMVS ille Rex & mundi Princeps, licet Omnipotentis Dei facinora æmuletur admiranda, plurimaque exiſtimationem, & captũ hominis ſuperantia, vi & ſubtilitate naturę perficiat;nunquam tamen omnia quæ Deus præpotenti virtute perpetrat, vel cogitatione vel potentia attingere poteſt. Dęmonis ſiquidem ars & poteſtas cum certis,Dei autem nullis contineatur limitibus; fit vt ille pleraque ſupra hominis notitiam ad inſtar cuiuſdam Dei, Deus autem non illa ſolũ, ſed infinita alia,ſupra naturæ creatæ inſtitutum olim ordinem, & moliatur,& efficiat.Reducite in mentem primordia exitus populi Iſraelitici,è grauiſſima tyrannide Ægypti,quomodo Satanas nonnulla Diuina ęmulatus fuerit portenta; quonam modo poſtea multa alia à Moyſe effecta miranda ne cogitare quidem potuerit, ibi Sacra hiſtoria luculenter deſcribit. Proiecerat Moyſes virgam ſuam in terram, quæ verſa eſt in colubrum. [Exod. 7. & 8.] Fecerunt ſapientes & malefici à Pharaone vocati, per incantationes Ægyptiacas & ipſi ſimiliter: proieceruntque ſinguli virgas ſuas quæ verſæ ſunt in dracones.Eleuans Moyſes virgam percuſſit aquam rapidiſſimi fluminis coram Pharaone, & ſeruis eius,quæ verſa eſt in ſanguinē. Et piſces qui erant in flumine mortui ſunt, computruitque fluuius,& nõ poterant Ægyptij bibere aquam fluminis, & fuit ſanguis in tota terra Ægypti.Fecerunt ſimiliter & malefici Ægyptiorum incantationib.ſuis. Extendit Aaron iuſſu Diuino ſuam manum ſuper aquas Ægypti, & aſcēderunt ranæ,operueruntque terram Ægypti.Fecerunt & malefici per incanta-

cantationes ſuas ſimiliter, eduxeruntq; ranas ſuper terram Ægypti. Sed poſtq̃ ad cimices fœtidos abigendos ventum eſt, nullo artificio, nullis veneficijs, nullis incantationibus à Dæmone præſcriptis eas vel enecare vel abigere quiuerunt. Extendit.n. Aaron manum, virgam tenens; percuſſitque puluerem terræ, & facti ſunt ciniphes in hominibus, & in iumentis, omnis puluis terræ verſus eſt in ciniphes per totam terram Ægypti. Feceruntque ſimiliter malefici incantationibus ſuis, vt educerent ciniphes, & non potuerunt, erantque ciniphes tam in hominibus quam in iumentis. Et dixerunt malefici ad Pharaonem. Digitus Dei eſt hic. Quaſi dicerent. Multa quidem oſtenta, naturæ artificioſa commixtione, aſtu & potentia dæmonis adiuti efficere poſſumus; rerum.n. proprietates & virtutes occultæ nobis manifeſtæ ſunt, dæmones quoque ad nutum nobis obediũt: quid ex vnoquoq; enaſcatur ſemine, quid ad hanc vel alteram ſyderis reuolutionem conſequatur, quos effectus admirandos Satanas operetur, ad quẽ modum ludificandi ſenſus, quo pacto imaginationi ſimulachra obijcienda, quid ex hoc & illo ſecreto procreandum, omnia hęc & plurima alia perfectè cõprehendimus: at in educẽdis vel abigendis ciniphibus noſtrę deficiunt vires, ars omnis irrita eſt, herbarum & ſeminum ſecreta vana, Dæmonis conatus nulli, digitus Dei eſt hic neceſſarius, qui hoc admirandum perficiat. Digitus manuum Dei eſt ille ſolus qui has horribiles muſcas vt educere ita abigere & enecare poteſt. Solius Dei poteſtas omnipotẽti virtute ſua ciniphes expellere & occidere valet. An iſti Malefici Phariſęorum calumnijs in Chriſtum coniectis reſponderint necne? conferte Euangelicum Chriſti facinus, cum Moyſis & Aaronis miraculo: conferte & Magorum & Chriſti reſponſa. Propter peccatum quoddam, induxerat Deus in hominem hunc dæmonium mutum, quod & interiora illius diuerſis diſcruciarat cruciatibus, & externam corporis formam miſerè defœdarat. Chriſtus qui in mundum venit, vt Diuinum placaret in homines furorem, vtque homines grauiter vexatos à Dæmone eliberaret, offendit in iſtum à Satana oppreſſum, & miſertus illius, Dæmonium compeſcuit & eiecit, & in inferni profundum profligauit. Cuius autem ope? Qua arte? vel qua virtute? Num Satanas idem miraculum parare poteſt? Num Deus muſcarum, importunos & infeſtos inferni ciniphes ab homine pellere valet? Num Beelzebub muſcas in ſua ſacrificia inuolantes abigere? Num Dæmon dæmonem eiicit? Neutiquam. Digitus Dei eſt hic, Solius Dei opus eſt, & non Dæmonis, Dæmonem & obſeſſo pellere. Solius digiti Diuini facinus eſt, muſcas ab hominibus Satanæ deuotis abigere. Solus Dei manuum digitus, ciniphes horrendos educere & flammis exurere perpetuis poteſt. In digito Dei, ait Chriſtus eijcio Dæmonia. Beelzebubis poteſtas ad hoc oſtentum perpetrandum non ſe extendit. Non poſſum hic non vehementer mirari Caluini & Lutheranorum aliorumque Chriſti Eccleſię hoſtium impudentiam, qui & Sacratos

exorciſmos quos antiqui Patres flagella dæmonum & horrendas execrationes eorum vocabant, execrandas dæmonum præſtigias appellant; & Sanctos miraculorum opifices, dęmonumque expulſores, necromanticos, præſtigiatores, magos & incantatores eſſe, virulenta lingua calumniātur. Si Martinus dæmones eiecit, aiunt, Necromantiæ arte eiecit. Si Laurentius, ſi Vincentius, ſi Bernardus, ſi alij Sancti, Satanam ab arreptitijs pepulerunt; Satanæ artibus pepulerunt. Si vires dæmonis compreſſerūt, ſi à locis quibuſdam furias eorum profligarunt, ſi ſuper caput eius calcarunt, ſi loris vel catenis ferreis ipſum colligarunt, ſi aduſſerunt manus ipſius in forma aſſumpta, ſi flagris vel fuſte ceciderunt, ſi eiecerunt ab obſeſſis, ſi in profundum barathri detruſerunt, Dæmonis veneficio & maleficijs hęc omnia patrarunt. Sic impudentiſſimis hæreticis, omne quod à Sanctis Dei virtute Diuinitus collata fit, virtute à dæmone accepta fieri videtur. Et quidem Sapientes Ægyptiorum, vbi ciniphes à Moyſe eductos, & muſcas hincinde diſperſas, Solemque apud Ægyptios obſcurum, apud Iſraelitas autem clariſſimo ſplendentem lumine viderūt; palam impotentiam naturę confeſſi, ſe etiam & vniuerſam dæmonis phalangem, nihil tale efficere poſſe teſtati ſunt. hi autem dęmonis ſpiritu correpti, vbi Sanctos admirandum quid effeciſſe conſpiciunt, Magię artificio effeciſſe calumniantur. vbi dęmones ab arreptitijs virtute Sanctorum collata vident expulſos. In Beelzebub aiunt, Principe dæmoniorum Catholici eijciunt dæmonia. Saluator noſter dum pręſentiam corporis à diſcipulorum ſubtraheret aſpectibus, non Apoſtolis & credentibus qui aſtantes Chriſto aſcendenti fuerant ſolum. Sed & vniuerſis in poſterum fidelibus virtutem dæmones eijciendi conceſſit. Signa, ait, eos qui crediderint hęc ſequentur. In nomine meo dæmonia eiicient, linguis loquentur nouis, ſerpentes tollent, & ſi mortiferum quid biberint, non eis nocebit. Super ęgros manus imponent, & bene habebūt. Alibi verò dum adhuc in mortali corpore cum hominibus verſaretur, & omnes admirandam illam cuiuſdam infirmi qui triginta annos iacuerat ſupra piſcinam in infirmitate ſua, ſanationem diſcutiebant, hanc promiſſionem omnibus credentibus fecit. Qui credit in me, opera quę ego facio & ipſe faciet & maiora horum faciet. Succenſi odio atque furore hęretici, vbi viderint credentes, vel febricitantes curare, vel claudos erigere in pedes, vel mortuis vitam conferre, vel dęmones ab obſeſſis eijcere; vbi viderint Catholicos ſi non maiora, licet quandoque maiora, ſaltem non minora quam Chriſtus effecit perpetrare, ſtatim in maledicta proruunt, ſtatim Sanctis dæmonum inuenta imputant. Subito vociferantur. In Beelzebub Principe dęmoniorum Catholici eijciunt Satanam. Vos, voſipſos iudices noſtros eſſe volo. Voſipſi inter Sanctos, & hos ſceleſtos maledicentes cauſam diſcernite, vos controuerſię huius litem dirimite, vos ſententiam ferte, & Sanctos Dei à nefanda liberate calumnia. Nihil vereor quemque ex vobis,

Caluin. in inſtit. pro fide Cēturiat. ſingul. cēturijs.

Marc. vlt.

rudem etiam iudicem conſtituere. Chriſtum enim partes Sanctorum agentem, eoſque à turpiſſima nota vindicantem habemus. Veritas ipſa vt ſuum ita in ſe credentium honorem & gloriam ſuo tuetur præſidio. Veritati ſatius quam à mendace diabolo prognatis,mendacibus fides adhibenda eſt. Quid autem Saluator dicat, audite. Si ego in Beelzebub eijcio dęmonia, filii ueſtri in quo eijciunt? Ideo ipſi iudices veſtri erunt. Porro ſi in digito Dei eijcio dæmonia, profectò prouenit in vos regnum Dei. Voluit dicere Chriſtus. Filijs ego veſtris in me credentibus, poteſtatem pellendi dęmones largitus ſum, quod illi in me credunt;quod de gratię meę plenitudine acceperunt, quod de meo ſpiritu communicarunt, quod Spiritus ſancti participes effecti ſunt; in ſumma, quod a me receperunt virtutem, dęmones illi expellunt. Mihi autem, aliquis ex vobis qui meam profitemini doctrinam, qui meum tueri uidemini honorem, imputabit quod ego in Beelzebub eijcio dęmones? Repetieturne quiſpiam ſceleſtus, qui meæ doctrinę theſauros ſibi vendicat, qui audebit meam virtutem, dæmonis virtutem appellare? Erit aliquis ex ijs qui ſe Chriſti nomine contegit, qui veram religionem ſibi vſurpat, qui apud ſe puram fidem, ſinceram adminiſtrationem verbi Dei, genuina Sacramenta, Eccleſiam, ſalutem, vitam æternam, eſſe teſtatur, qui poteſtatem meam infringere contendet? qui Phariſaico furore veſanus Beelzebubo me communicare inſimulabit? qui Spiritus ſancti opus, in Satanæ potentiam reijciet? Neminem exiſtimo fore tam impium, & adeo atrocem Diuinitatis meę hoſtem. Omnes illos cenſeo mihi hunc deferre honorem, quod ego in digito Dei eijcio dæmonia; alioquin & Regnum meum pernegent neceſſe eſt. Si enim ego in Beelzebubo expello dęmonia, proculdubio omnes vos fateri oportet, quod nondum appareat Deus in carne humana, nondum Rex ille magnus & filius Altiſſimi conſedit ſuper ſolium Dauid. Nondum Regnauit à ligno Deus, vos adhuc in poteſtate,in tyrannide,in faucibus dęmonis eſtis, Vos nondum à peccatis abluti, nondum à tenebris errorum ad lumen veritatis educti, non fidem, non iuſtificationem? non ſalutem animarum, non Regni cœleſtis promiſſa, non aliquid ad ſalutem ſpectans animarum accepiſtis. Quod ſi hęc omnia ab vniuerſo complexa Orbe, vos quoque non pernegatis, imo prędicatis; & illud prędicare debetis quod ego non in Beelzebub, ſed in digito Dei eijcio dæmonia. Ego igitur non in Beelzebub ſed in digito Dei pello dęmones, igitur & filij veſtri qui in me credunt, qui mei quoque filij, mihi per verbum meum in baptiſmo progeniti, mihi in doctrina ſalutis educati, nutriti Sacramentorum ſagina, adornati virtutibus, gratię meę participio, Diuinę conſortes naturę effecti ſunt. Filij quoque tales & tanti, ab Eccleſię Catholicę gremio enaſcentes, non in Beelzebubo, non pręſtigijs dęmonum, non arte necromantię,ſed in digito Dei eiiciunt dęmones. Vtraque enim & mea,& illo

rum

rum poteſtas eadem eſt. Nullus eſt adeo impudens,qui me Incātatorem, Magum,& Necromantam appellet. Filij quoque mei,ex mei verbi ſemine prognati, non incantatores,non Necromantæ, non venefici vocandi ſunt.Hi etenim ex vtero meæ illius ex millibus electæ ſponſæ,ſemine verbi Dei concepti prodeuntes,non ſecundum eandem licet menſuram,Diuinam ſubſtantiam, ſiue libet,non ad eundem licet modum eandem tamen Diuinam participarunt & naturam & potentiā;De plenitudine mea omnes acceperunt,Spiritum ego ſanctum illis abundè effudi,Digitū Dei in ſacrario Eccleſiæ reliqui, huius particulam cuiuis credenti ad menſuram cuiuſq; cōtuli. Diuiſiones gratiarum ſunt,idem autem ſpiritus. Et diuiſiones miniſtrationum ſunt,idem autem Dominus. Et diuiſiones operationum ſunt,idem vero Deus qui operatur omnia in oībus. Vnicuique datur manifeſtatio ſpiritus ad vtilitatem. Alij quidem per Spiritum dat̃ ſermo ſapientiæ,alij autem ſermo ſcientiæ ſecundum eundem ſpiritum, alteri fides in eodem ſpiritu,alij gratia ſanitatum in vno ſpiritu,alij operatio virtutum,alij prophetia,alij diſcretio ſpirituum, alij genera linguarum,alij interpretatio ſermonum, hæc aūt omnia operatur,vnus atque idem ſpiritus,diuidens ſingulis prout vult. Nulla hic differētia,nulla perſonarum acceptio eſt; ſiue Iudæi,ſiue Gentiles, ſiue ſerui, ſiue liberi, ſiue præſentes,ſiue qui futuri ſunt,modo in me credant, modo baptiſmatis aqua perfundantur,omnes vno ſpiritu concepti,omnes mihi per fidem cō iuncti,Spiritus ſancti chariſmatum participes erunt.Qui.n.in me credit, opera quæ ego facio,& ipſe faciet,& maiora horum faciet. Eadem enim virtus & mihi & illi eſt communicata. Idem digitus licet non eodem modo mihi & in me credenti communis eſt. Quare ſi ego non in Beelzebub eijcio dæmonia,neque & filij mei;Si ego non artibus maleficiorum, non aſtu dæmonis,non Necromantia, non aliquibus præſtigijs pelſo dęmones,neque filij mei in eijciendis dęmonibus cum dęmone conueniūt. Si ergo in digito Dei ab arreptitijs eijcio dæmones, & filij mei in eodem digito Dei à me illis relicto eiiciunt dęmones. Si ego in Spiritu ſancto conculco & deprimo Satanam, nullus ſit adeo veſanus,qui filios meos accuſet in Satanæ ſpiritu calcare nefandos ſpiritus. Quod enim iſti faciunt, vi atque ope mea, ad eum modum quo ego faciunt. Si quod ego facio, nemo dæmonum artibus tribuit, cur quod illi faciunt tribuet aliquis? Sententiam Chriſti audiſtis, dilectiſſimi; quale nunc iudicium de calumnia Sanctis iniecta vos dabitis? Num Caluino, an vero Chriſto? Num Lutheranis, an potius Saluatori noſtro fidem adhibebitis? Cui credendum ſatius cenſetis? Deo, an dæmoni? Veraci, an vero mendacibus? Saluator dicit: In digito Dei filii mei & veſtri coercent, & propulſant dæmones. Caluinus autem, filij Dei, ait, in digito Dęmonis coercent & propulſaut dæmones. Caluino contra Chriſti ſententiam credetis? Veritas dicit: Non in Beelzebub Principe dæ-

1.Cor.12

monum, Eccleſiæ filij eijciunt dæmones, Lutherus autem, In Beelzebub principe dæmonum Catholici eijciunt dæmones. Luthero contra Chriſti decretum credetis? Deus dicit: Fide & Spiritus ſancti ope, cuncti fideles dæmonibus imperant. Dęmonis diſcipuli aiunt: Necromantia & artibus Satanæ, Sancti dæmonibus imperant. Dæmonis diſcipulis contra Dei veracis teſtimonium credetis? Abſit hęc impietas à veſtris mentibus. Nullum cenſeo fore mente adeò corrupta, nullum, modo Chriſto fidem ſpondeat, exiſtimo eſſe, ſic ſpiritu & ratione abalienatū, qui nefandis hominibus, contra Chriſti apertam cōfeſſionem credere velit. Cum etenim Sācti miraculorū opifices filij Dei fuerint. Dedit.n. poteſtatē filios Dei fieri, omnibus qui credunt in nomine eius: cū omnes in Chriſtum credentes & ea quæ Chriſtus, & maiora quam Chriſtus operentur: cum deinde in corpore Eccleſiæ diſpertita ſint chriſinata Sancti ſpiritus. Sancti & quod membra Eccleſiæ, & quod Spiritu ſancto perfuſi, & quod credentes, & quod filij Dei erant, non Necromantia, non præſtigijs, non in Beelzebub principe dæmoniorum pellebant dæmones. Qui enim fieri poteſt, vt filius Dei filius dæmonis ſit? Quomodo verò gratia Diuina, cum dæmone ſimul manebit? Ad quem modum fides & dæmonis artes, in vna conſiſtēt mente? Qui dæmonis inuenta profitetur, non Dei ſed dęmonis ſe eſſe vel filium vel diſcipulum teſtatur. Sancti illi qui Satanæ imperarunt, filij Dei fuerunt, quod nec ipſi hæretici pernegant, non igitur dæmonis inuentis dæmoni imperarunt. Qui Satanę pręſtigia inſequitur non gratiæ ſplendore, ſed horrendis inferni tenebris circumfuſus eſt. Sancti illi qui dæmones abigerunt, gratiæ Diuinæ (quod & hoſtes fatentur) communicauerunt, quomodo ergo præſtigijs Satanæ homines ludificarent? Qui artes Satanæ perdiſcit, non ille in Deum, ſed in dęmonem credit, non Deum ſed dęmonem veneratur, dęmonem colit, & inuocat, dęmoni & fidit & innititur, & obſequitur. Sancti illi qui dæmones inſequebantur, dæmonem abhorrebant, ab illo fugiebant, non in eum credebant, nullam ſpem in eo ponebant, non eius dictis pręſtabant fidem, eius ſibila mortifera vitabant, repellebant eius tentationes, aſtus omnes, omnes cuniculos ipſius ſuperabant, Sancti illi dæmonem vt atrociſſimum animarum hoſtem deteſtabantur, & diris omnibus vouebant, quomodo ergo artes dęmonis didiciſſent? quomodo Satanę maleficijs vti potuiſſent? Oſtendite mihi, ò peruicaces, aliquem ex Sanctis Catholicę Eccleſię, dum illi dęmonia eijciebant, inuocauitne quiſpiam dęmones? adiurauitne aliquem in ſuum auxilium? Confinxitne aliquam ſtatuam, & eam vel characteribus diuerſis inſculpſit? vel herbarum ſuperſtitioſè collectarum nidore offudit? vel igne aduſſit? Monſtrate vnum miraculorum opificem, proceſſitne ille in dęmonis circum, vt pelleret dęmonem? Voluebatne ſe retro in gyrum? menſurabatne circinis terrarū ſpacia? Perunxitne aliquē

vel

vel vpupæ vel veſpertilionis ſanguine? Nomina dæmonum ignota & obſcura pronunciauit an non? Tale quid quale ſtulti Necromantæ vel præſtigiatiores maleficij faciunt, aliquis Sanctorum in fugandis dæmonibus fecit? Nihil vnquam ſimile vel confingere, ne dicam oſtendere poteſtis. Quoties enim illis cum dæmone congrediendum erat, ieiunio primum purificabant corpus, corpore autem purificato, & ſpiritui ſubacto, toto Spiritu ad orationem Diuinam ſeſe componebant, animum ſuum Diuina fiducia ſubleuabant, integram non vacillantem fidem & ſpem in Deũ collocabant, pollicitationes Diuinas in mentem reuocantes, Deum obnixè & ardenter, ne promiſſis deeſſe dignaretur, obteſtabantur. Mox vbi ad patrandum miraculum, & ad pellendum Satanam ventum eſt, Nomẽ Sacroſanctæ & omnibus poteſtatibus tremendæ Trinitatis implorabãt. Saluatoris quoque adorandum IESV nomen, Sanctiſſimæ etiam virginis Deiparæ, quæ calcaneo ſuo caput ſerpentis antiqui contriuit, inuocabant. Præter ſignum adorandæ Crucis, non alia ſignacula imprimebãt, Oleo demum conſecrato, vel aqua benedicta, vel Sacrato aliquo ſudario vt muſcas expellebant Satanas. Poſt feſtum Paſchatis (recenſere nõ grauabor aliquot exempla) quidam homo tulerat ad Sanctum Theodorum Archimandritam Siceorum, filium vnicum à ſpiritu immundo vexatum, & fide ductus, orabat Sanctum puerum Theodorum, vt filiolum ſuum curaret. Verum ipſe neſciebat, quid ei faceret, ſed excuſabat ſe, quod eſſet iuuenis. Pater autem illius vexati lachrymans, dedit illi flagellum & dixit. Hoc accipe, Domine mi ſerue Dei, & minans filio meo percute illum dicens. Exi, exi ſpiritus immunde ab hoc puero, in nomine Domini mei. Fecit vt erat edoctus ſanctus Theodorus, & turbatus dęmon cępit eum irridere, & tanquam inſanum prędicare, & ſi quid ab illo audiebat, idem ille reſonabat, & bidui ſpatio nihil ille reſpondit. Tertio autem die idem puero fecit puer Chriſti Theodorus. Tunc dęmon rurſus commotus, cępit vociferari, Exeo puer exeo, nec amplius reſiſto. Da mihi horam. Et illo ad altare aſcendente, dæmon clamauit ad hunc modum. O magna vis Nazaręi, hęc aduerſum nos excitantis: ex quo enim in terram deſcendit, homines in nos armauit. Et nunc ſcorti filio conceſſit eijciendi nos poteſtatem. Heu mihi miſero, à quo puero pellor? Neque. n. gratiã illi è cœlo demiſſam ferre poſſum. Magna naturę noſtræ ab hoc meretricis filio calamitas imminet. Multos. n. è noſtro grege ex hominibus extrudet. Doleo aũt quod hic in me exercet imperium, nec audeo redire ad patrem meum diabolum, cum à tali puerulo ſim expulſus, Nam ſi id mihi à ſene aliquo contigiſſet, haud ita magnum dedecus arbitrarer. Execranda dies in qua genitus es. Hæc illo dicente, ſumẽs puer Dei Theodorus ex lucernę oleo, vexati caput vnxit, & ſigno Crucis adhibito, increpuit eum dicens. Exi iã ſpiritus impuriſſime, & noli amplius nugari. Et vociferans dęmon proiecit puerum ante pedes eius, & exiuit ab eo. De Sãcto Eutichio Patriarcha refert

Surius in vita eius to. 2.

apud Sur. to. 2.

refert Euſtachius & Metaphraſtes, quod dæmones ſigno Crucis & oleo Sacro extrudebat. Quodam tempore iunior quidam ab improbo & graui dęmone ita vexabatur, vt quoties illum affligebat, à nemine poſſet contineri; omnes.n.ſuperabat, omnes cõterebat. Hunc miſerum ad virum ſanctum qui impuros eiuſmodi ſpiritus expellendi gratiam à Deo habebat, adduxerunt. Qui precioſæ crucis telum dęmonibus formidabile, & olera eius, vexati fronti cũ adhibuiſſet, ille ſigno Crucis, tanq̃ clauo ignito trãſfixus clamare cępit, & ſpumas effundere, & furere, & dentibus frendere, vt non ab vno ſed à multis dęmonib. vexari videretur. Cum.n. multi eum Monachi tenerent, omnes ſuperauit & afflixit. Cum poſtridie peiora pateretur pp diſceſſus à religione pœnam, Sanctus Eutichius commiſeratus vexatum hoĩem, valde ſuſpirans & continenter orans ea Dauidis verba, ex perſona miſeri illius hominis pronunciauit. Dixi cõfitebor aduerſum me iniquitatem meam Dño, & tu remiſiſti iniquitatẽ cordis mei. Pro hac orabit ad te omnis Sanctus in tempore opportuno. Cum igitur vexatus cõfeſſus eſſet, pro ipſo rurſum ſolitas preces vir Sanctus obtulit Deo, hortatuſq; eſt vt in Monaſterium in quo erat reuerteretur, habitumq; reciperet, quem abiecerat & affecerat contumelia. Quod cum ille feciſſet à dęmone relictus & non amplius vexatus eſt. Furentem inſano amore in ſanctum Vincentium Prędicatorem, quandam mulierem, diabolus qui ei nefandũ amorem ingeſſerat, eius corpus grauiſſimè vexare cępit. Accurrunt igitur cuncti qui extra cameram expectabant, & tanti clamoris cauſam diligenter inquirunt. Tandem viſis multis ſignis, mulierem a dęmone vexari ſentiunt. Aduocantur itaq; multi, qui dęmonem nouerant adiurare; adhibent præterea remedia, q̃ huiuſmodi adhiberi conſueuerant, ſed nihil valebant, Verum diabolus exorciſtis ita reſpondebat. Ex hoc corpore nũquam me pellere poteritis, niſi huc venerit vir ille, qui in medio ignis poſitus vri non potuit. Quærunt igitur oẽs quid ſibi volunt verba quæ diabolus proferebat. Poſt longam aũt rei ſciſcitationem, quidam ex his qui aderant, in medium ſurgens, Aduocetur, inquit, F. Vincentius, nã ipſe huius mulieris confeſſionẽ audiuit. Eſt ẽt vir & ſciẽtia, & ſanctitate inſignis, pp quæ certum nobis eſſe dẽt, ꝙ nemo ſit, qui poſſit nobis illorum verborum ſignificationem aperire verius. Aſſenſere oẽs, & mox ad B. Vincentium ſeſe contulerunt, vt ei rem q̃ acciderat exponerent: precanturq; vt dignet̃ viſitare fęminam, q̃ dum valebat, magnã erga eum beneuolẽtiam ſeſe hr̃e demonſtrarit. Ipſe aũt & ſi ſe plurimum difficilem præbuerit, tñ ne rem inſuetam facere videretur, q̃nquidem antea infirmos ſemper viſitare conſueuerat, fecit qđ illi voluerunt. Quid tum vt eam liberaret molitus eſt Dei ſanctus? Necromantię ſpũs forte vocauit? Num figuras defor mes adhibuit? Nihil eorum, ſed ſeſe Ieſu Chriſto commendauit, eumq; p̃catus eſt, vt pro immenſa clementia ſua, dignaret̃ miſereri mulieris, q̃ à dęmone non ſolum corpore, ſed & aĩa vexabatur. Poſtq̃ aũt ventum eſt in

Apud Surium.

locum,

locũ, vbi miſera vexata tenebať, dęmõ ululatũ teterrimũ emittẽs. En adeſt, inquit, vir ille, qui in medio ignis non eſt æſtuatus. Nũc igitur hinc mihi eſt diſcedẽdum. Hæc dicens, muliere ſemiuiua relicta, diſceſſit. Theophanes apud Metaphraſtem, ſæui dæmonis impetu oppreſſum, ſupplicatione ad Deum fuſa liberauit. Euphraſia virgo oratione quoq; & ſigno Crucis, à moniali quadam dæmonẽ pepulit. Poſtquam.n. preces illas fudit ſuſpiciens in cœlum & dicens, Domine IESV Chriſte noli me pudore afficere in hac hora, nec me ſinas ſuperari ab hoc impuro dęmone. Poſtq̃ comminando præcepit: Miſſum fac hoc Dei plaſma immundè ſpiritus. Increpet te Dñs IESVS Chriſtus. Diſcede in tenebras exteriores, in ignem æternũ, in ſupplicia nullum finem habitura, quæ ſunt parata tibi & patri tuo diabolo, & cunctis eius voluntatem facientibus. Ille ſpumans & ſtridens cũ ingenti clamore abſceſſit, & mulieri ſanitas integra eſt reſtituta. Dum igitur hi Sancti dęmones pellebãt, vidiſtiſne quippiam ſuperſtitioſum? Perſpexiſtiſne aliquam dęmonis artem? Non potius orationes ardentiſſimas ad Deum porrectas audiſtis? non ſignum crucis quo dæmones victi ſunt imprimi vidiſtis? non oleo Diuinis rebus cõſecrato perungi obſeſſos aſpexiſtis? Nonne & ipſos dæmones vociferantes audiſtis, Magna vis Nazaręi hęc aduerſum nos excitantis; ex quo in terram deſcendit, homines in nos armauit? nonne & ipſi modo vbi Sacerdotibus exorciſtis adſiſtitis dęmones eijcientibus, nonne teſtimonia dęmonum ipſorum excipitis auribus. Magna vis Nazaræi. Immenſa poteſtas Crucifixi. Admiranda vis Mariæ. Cur me aduris ligno Crucis. Quid me colligas ſtola ſacrata? Numerarem vobis niſi innumerabilia eſſent exempla exorciſtarum & Sanctorum, qui ſola nominis Dei inuocatione obſeſſos liberarunt. Non eſt.n. conuentio aliqua Chriſti ad Belial. Catholici viri Sancti nulla commercia, vt hæretici habent cum dęmone. Non adeò exilis eſt poteſtas à Deo illis collata, vt dęmonis virtute egeant. Sufficit fides cum ieiunio & oratione. Hoc.n. genus dęmoniorum non eijcitur, ait Chriſtus, niſi in ieiunio & oratione. Sufficit inuocatio nominis Dei. In nomine.n. meo dęmonia eijcient. Sufficit & ſignum ſanctiſſimæ Crucis, vbi.n. illud viderint demones, aiebat Chryſoſtomus, illico fugiunt. Non igitur poteſtate dęmonis ad dæmones pellẽdos indigent Sancti; Et poteſtas à Chriſto conceſſa efficax eſt; & dęmonis poteſtas nulla eſt, ad virtutes dęmonis conterendas & proſternendas. Quomodo.n. Satanas Satanam expelleret? Omne Regnum, ait Saluator, in ſeipſum diuiſum deſolabitur. Omnis.n. diuiſio eius rei quæ diuiditur ruina eſt. Quare vnaquæque res ſicut amat ſuum eſſe, ita ſuam ẽt integritatem & vnitatem; & quemadmodũ reſiſtit ſuæ corruptioni, ita ẽt ſuę diuiſioni; quia diuiſio eius, corruptio & interitus eius eſt. Cum ergo regnũ dęmonũ ſtabile atq; ęternũ ſit, ęterno quippe odio aduerſus Dei regnũ oẽs coniurarunt, cõſequens eſt, vt nunq̃ dęmon dęmoni hoſtile bellũ inferat, cõſequẽs eſt, vt sãcti Dei nõ arte dęmonis, dęmonẽ expellãt. Accedit & il-

lud. Si tanta eſt virtus Satanæ, ſi tantum artificium Necromantiæ, cur illi qui ſe totos dæmoni dederunt dæmones non eijciunt? Cur illi qui in inferno depoſiti ſunt inter horrendas phalanges, cum & artem Necromantię, & ludicras ſuperſtitiones nouerint, dæmones ab infernis non propulſant? Cur qui etiam minutiſſimas figuras, circulos, nomina, ſuffitus, adiurationes, & alia nefanda ſe ſcire iactant? Cur Zoroaſtres, Scoti, Simones, Raimundi, & ſi qui ſunt alij dæmonis arte inſtructi, nihil tale quale Sãcti efficiunt? Cur Satanam ab arreptitijs nullus eorum abegit? Nonne potius ipſi eum non reſipiunt, cum aĩa & corpore à dæmone abripiuntur? Obmuteſcat virulenta lingua, Calumnijs execrandis finem oro imponite. Piaculum.n. grauiſſimum eſt Diuinę virtutis opera, poteſtati dæmonum aſcribere. Scelus nefandum eſt beneficia digito Dei effecta, non modo nõ laudare, ſed manib. Satanæ attribuere. Quare liuore poſito turbidorumq; affectuum diſcuſſis tenebris, rei manifeſta veritate, Diuina ſnĩa confirmata, tot argumentis roborata aſſenſum prębentes, confitemini cum Magis Ægyptiacis. Digitus Dei eſt hic. Digitus Dei eſt hic. Ad vos dilectiſſimi vela orationis meæ contraho. Vos.n. qui peccato deformati eſtis mortifero, à dæmone quoq; obſeſſi eſtis. Quibus artibus atrocem, hunc hoſtem à veſtris aĩabus pellere debeatis, ſi cuperetis ſcire, dicerem. Digito Dei. Digitus Dei eſt hic neceſſarius. Aliquis vr̃m à dæmone ſuperbiæ elatus eſt atque inflatus? Digitus Dei eſt hic neceſſarius, non ſolius fidei flatus. Nã & dęmones credunt & ſuperbi ſunt. Digitus operationis neceſſarius eſt, qui faſtum deponat, qui ſupercilium deprimat, qui humilitatem amplectat. Aliquis vr̃m à Satana auaritiæ obrutus eſt? Digitus Dei eſt hic. Auaritiæ pondera ex humeris deijcere, diſpergere & dare pauperibus, in opera miſericordię erogare opus eſt. Alius à dęmone luxuriæ inflãmatus aduritur? Digitus Dei eſt hic neceſſarius. Reſtinguẽda eſt flãma libidinis, colloqa, ſpectacula, contubernia, & quicquid tandem fauillas accendit carnis diligentiſſime vitandum eſt. Scelerum aliorum multiplici dæmonio alter oppreſſus eſt? Digitus Dei eſt hic neceſſarius non dæmonis, Diuinæ cogitationes voluendæ ſunt in aĩo. Diuina facinora meditanda, corpus ieiunio ſubigendum, mens oratione perpurganda, & ad cęleſtem ſanctimoniam pręparanda. Super oĩa vero digitus Dei Sacerdotalis, quem illi Deus ad peccatorum dęmones abigendos conceſſit neceſſarius eſt. Peccata omnia Sacerdoti exponenda ſunt. Omnes aĩæ receſſus manifeſtandi, omnes peccatorum cruciatus, ſordes, circumſtantiæ, aculei illi quos aĩæ infigunt, ante Diuinum Sacerdotem ſunt aperiendi. Recogitãdi ſunt omnes anni in amaritudine animæ, peccata omnia eorum turpitudine & fęditate perſpecta, capitali odio deteſtanda atq; deflenda ſunt; Supplici prece venia eorum petenda eſt, dicendum eſt. Dixi, confitebor aduerſum me iniquitatẽ meam Dño, in Sacerdotis perſona deliteſcenti, & tu remiſiſti impietatem cordis mei. Digitus Dei Sacerdoti ſuper peccata expellẽda cõmunicatus,

dæmonem à te propulſabit. Nemo dicat, monet Auguſtinus, Ego occultè apud Deum pęnitentiam ago, nouit Deus qui me agnoſcit quia in corde ago. Non. n. ſine cauſa dictum eſt. Quæ ſolueritis in terra, erunt ſoluta in cœlo. Non ſine cauſa datæ ſunt claues Eccleſiæ. Non fruſtra digitus Dei relictus eſt Sacerdoti: hoc enim potenti digito ille animam à poteſtate dę monis eripere, vincla eius ferrea diſrumpere, peccata ab ea abluere poteſt. Digitus Dei Sacerdotis eſt hic, qui peccati dæmonium profligat præſtante Summo Sacerdote Chriſto & eius in terris Vicario, cui ligandi & ſoluendi poteſtas communicata eſt nunc & vſque ad conſummationẽ ſanctorum, Amen. in tract. de cura malitiæ.

Fiunt nouiſſima hominis illius, peiora prioribus, &c.

FASCICVLVS TERTIVS.

Quænam ex peccati recidiua homini proueniant?

ISAIAS Propheta dũ contra Babylonem vaticinaretur, q͞d ei ab hoſte expugnatæ atque dirutæ, euenire futuris temporibus deberet, his denũciauit verbis: Ecce ego, ait Deus, ſuſcitabo ſuper eos Medos, qui argentum non quærant, nec aurum velint, ſed ſagittis paruulos interficiant, & lactantibus vteris non miſereantur, & ſuper filios non parcat oculus eorũ. Et erit Babylon illa glorioſa in regnis, inclyta in ſuperbia Chaldæorũ, ſicut ſubuertit Dominus Sodomam & Gomorrham. Non habitabitur vſque in finem, & non fundabitur vſque ad generationem & generationem, nõ ponet ibi tentoria Arabs, nec paſtores requieſcent ibi. Sed requieſcent ibi beſtię, & replebuntur domus eorum draconibus, & habitabunt ibi ſtruthiones, & piloſi ſaltabunt ibi, & reſpondebunt ibi vlulæ in ædibus eius, & Sirenes in delubris voluptatis. Si ſpiritualem ſenſum prophetiæ iſtius exquiritis, miſeram hic animę ad peccatum redeũtis conditionem, deſcripſit. Voluit dicere Sanctus Vates: Cupitis agnoſcere ſtatum animę peccatricis, quę ob ſcelus Babyloni confuſæ ſimilis effecta, prioribus relictis flagitijs rurſus ad ea reuertitur, eaque omnia quæ prius abhorruerat, de nouo amplectitur. Quid ei ex repetitis delictis eueniat noſſe deſideratis. Paucis Diuinam ſentẽtiam audite. Suſcitabo ego, ait Deus ſuper eam tales hoſtes, qui non opes ipſius, non argentum, non aurum, non amplas poſſeſſiones, non gemmas coruſcas, non lapides pretioſos, non quicquid oculis cõſpici, vel pecunia ęſtimari, vel mundi theſauris exæquari poſſit, ſed ipſius Iſai. 13.

perni-

preniciem & ſempiternum exitium quærant. Tales inimicos permittā in eam animā, qui ſagittis mortiferis ipſam, & paruulas cogitationes eius ſęuiſſimis telis conficiant: & confodiant; qui lactea dulcia verba proferenti non miſereantur, qui non parcant quibuſcunque operibus ab ea inſtar cuiuſdam fętus progenitis, ſed & lactentem, & parturientem, & filios, & cogitatus & locutiones & opera, & intellectum, & voluntatem, & ſenſus omnes internos & externos, venenatis ictibus vibrantis gladij enecent; & glorioſam olim animam quæ Diuinis adornata muneribus, ſepta præſidio, gratia illuſtrata, Dei habitaculum fuerat, expugnent, diruāt, & expolient. Non habitabit illi vnus tantum hoſtis. Non vnus ſolum Arabs horrendus ibi ſua tentoria ponet: non amplius paſtores deglubentes tantum externa bona ibi requieſcent; ſed requieſcent ibi beſtiæ. Venient leones ferociſſimi cruorem hominum ſitientes: venient lupi rapaces diſpergentes & trucidantes animas: venient & dracones, qui virulentis & flammantibus ſpiris in eam inſibilabūt. Venient ſtruthiones voraciſſimi, qui omnia animæ interiora ſine delectu deglutient. Saltabūt ibi piloſi teterrimi, nullo non ſcelere operti. Vlulæ reſpondebunt illic vlulantes in deriſum deſolatæ animæ. Sirenes quoque peſtilentiſſimæ voluptates, quæ hominem à virtute detorquent, quæ animum dulcedine falſa decipientes, interitum miſerabilem illi machinantur, erunt & manebunt ibi. Non vnus tantum accedet ad animam ex pugnatam, ſed plures inimici. Et leones, & lupi rapaces, & dracones, & ſtruthiones, & piloſa monſtra, & vlulæ nocte ſolum videntes, & Sirenes, & Arabes truculentiſſimi, venient & requieſcent, & diuexabunt, & illudent eam. An hoc Diuinum edictum, cum Saluatoris noſtri ſententia cōgruat, nec ne, non eſt difficile decernere. Vix. n. non eadem, imò eadem prorſus Chriſtus comminatur animæ ad peccatū redeūti. Cū immundus ſpiritus, ait, exierit de homine, ambulat per loca inaquoſa quærens requiem. Et non inueniens dicit: Reuertar in domum meam vnde exiui. Et cum venerit, inuenit eam ſcopis mundatam, & ornatam. Tunc vadit & aſſumit ſeptem alios ſpiritus nequiores ſe, & ingreſſi, habitant ibi, & fiunt nouiſſima hominis illius peiora prioribus. Apud Iſaiam dicebat Deus. Non habitabit illi ſolus Arabs, ſed multa alia inferni inferioris terribilia monſtra. Chriſtus autem aiebat: Nō ſolus Satan, in animā ornatam, ſed ad ſcelus reuertentem ingreditur, ſed vadit & aſſumit alios dæmones nequiores ſe, qui cum eo ingreſſi habitant ibi, & fiunt nouiſſima hominis peiora prioribus. Et ne ab hinc digrediamur, hoc. n. primū eſt nouiſſimum, quod ex peccati recidiua prouenit homini, nempe dęmonum inhabitantium multitudo. Fingite vobis animo Mōſtrum aliquod, quale Antiqui illi ad quippiam deſignādum horrificum delineabant. Sit illud corpore immenſo, idque admodum teterrimo, caput non vnum ſed decem draconina habeat, capilli ſint angues vndequaq; ex capite exſibilātes, oculos flammantes igne quodam tenebroſo aduſtoſ geſtet, os hiulcū,

cx va-

ex vaſtiſſimo gutture ardentiſſimos ignes vomat, totum pectus ac ceruicem tetricis coloribus defœdatam, papillas nõ laſciue tumentes, ſed veneno, abſynthio, felle, ſulphure & pice, & quouis mortifero toxico inflatas, manus non duas tantum ſed centum, omnes gladijs, ſcorpionibus, crucibus, caraſtis plenas habeat: reliquum autem corpus horridum & ſquamarum ſcabritie aſperum & intractabile, inferne in longum anguem deſinens ſit. Mira ab eo proſiliat formido, quæ intuentes quoslibet fumo ex narib. efflato excæcatos enecet. Alas deinde hẽat perniciſſimi volatus, nõ eloquatur aliquid, ſed draconum in morem ſibilos horrendos tm̃ ędat accuratiſſime. Ab eo monſtro, nihil nitidum, nihil ſuaue, quod in amorẽ alliceret, ſed omnia teterrima, omnia horribilia, nõ niſi ſulphureus odor, flammæ, ignes, venena, mortes, cruciatus intolerabiles prodeant. Fingite demum quod tale monſtrum, præ cæteris animantibus vnum hominem dolis adoriatur, & eum per vim aſſequens vel lethali morſu transfigat, ve nenoque immiſſo non trucidet è veſtigio, non cadauer miſerabile in mille partes ſtatim diſcerpat, non caput illico à buſto abſcindat, ſed primum oculos eruat, cutem capitis abradat, manus & pedes à reliquo auellat corpore, pectus aperiat gladio, & face ardẽte interiora omnia perluſtret, cor vitę principium vi abſtrahat, & adhuc ſpirantem hominem eo non percutiat ſolum ſed ineſcet, dentes poſtmodum ex corde manante cruore pollutos contundat & excutiat, linguam retro collum educat, fibram gutturis ſcindat mediam, caput diuidat in partes crebrumq; ex illo profundat, mox illud à buſto ſeparet, buſtum verò exanimẽ in partes innumerabiles dilaniet, dilaniatũ verò vel ignibus tradat, vel beſtijs & volucribus proijciat, vel ipſum eo ſeſe exſatiet. Quid, ſi adeò horrendũ monſtrum, ſibi alia plurima & horrore, & potẽtia, & cupidine perniciei hominis, non diſſimilia in ſocietatem adiungat, & cum eis ſimul, hominẽ adoriatur & horribilia in eum illa quæ leuiter attigi efficiat? Quid verò ſi omnia illa in hominem per os ipſius inſiliant? Quos cruciatus? quæ ſupplicia in eum non conferent? quibus mortibus ipſum non conficient? Quam miſerandum illum hominem cenſetis fore, qui hęc teterrima monſtra, qui truces has beſtias in ſuo reciperet corpore? Nondũ miſerandũ animæ ad peccatum redeuntis ſtatum, hac ſimilitudine expreſſimus. Quolibet. n. quam horribilius poteſt reperiri monſtro horribilior eſt Satanas. Nullus quamuis teterrim' draco, aut vipera, aut hydea, aut Chymera adeò teterrimis deformata eſt maculis, vt Satan. Quis reuelabit faciem indumẽti eius? aiebat Iob; Iob 41. & medium oris eius quis depinget? Portas vultus eius quis oratione aperiet? Per gyrum dentiũ eius formido. Corpus illius quaſi ſcuta fuſilia, cõpactum ſquammis ſe prementibus. Vna vni coniungitur, & ne ſpiraculũ quidem incedit per eas. Sternutatio eius ſplendor ignis, & oculi eius vt palpebrę diluculi. De ore eius lampades procedunt, ſicut tedæ ignis accẽſæ. De naribus eius procedit fumus ſicut ollæ accenſę atque feruentis. Ha

litus

litus eius prunas ardere facit,& flāma de ore eius egreditur. Cor eius durum tanquam lapis,& conſtrictum quaſi malleatoris incus. Cum apprehenderit eum gladius, ſubſiſtere non poterit, neque haſta neque thorax. Reputabit.n.tanquam paleas ferrum,& quaſi lignum putridum æs.Non fugabit eum vir ſagittarius,in ſtipulam verſi ſunt ei lapides fundæ. Quaſi ſtipulam æſtimabit malleum,& deridebit vibrantem haſtam. Ferueſcere faciet quaſi ollam profundum,& mare ponet quaſi cum vnguenta bulliunt. Non eſt ſuper terram poteſtas quæ comparetur ei, qui factus eſt vt nullum timeret. Hic ergo horrificus & potentiſſimus draco, non alium q̄ hominem venenoſis flatibus inficere pertentat, hominiq; latenter obrepens,animæ pedem, portionem ſcilicet illam qua materiæ vti ſolo innitimur,quaue terram terreaque bona contingimus obſeruat; præcipua vi & aſtu homini inſidias tendit;nunc longo voluminū tractu, varijs delectamentorum laqueis proſerpit,vt manus pedeſque hominum implicet, arctiſſimiſque vinculorum nexibus obſtringat; nunc ſpiris ſuaſionum per frutices & florentia gramina operum bonorum latitans implicatus atque in inſidijs collectus, horrenda & lætifera die noctuq; ſibila, odia,rixas,cōtumelias,calumnias,& æſtuantia indignati cordis incitamenta diſpergit, vt ſibilo tetroque halitu per cogitatus aureſq; hominis illabente animam extinguat; nunc immanes venenoſaſque fauces & rictus latè diffundens, ac diducens,mortem ingluuioſus intentat, nulloque non die mortalium aliquem deuorare conatur: nunc graſſatoris veluti quodam inſultu aīum incautum adoritur,cuius puritatem virulenta contagione labefactare;lætalem morſum in pedem infigere;vniuerſa eius cogitata contactu vitiare; proſerpenteque in dies magis peſtilenti morbo fœdiſſime diſcerpere:oculos eruere, ne per hos aditus lux aliqua tenebroſæ menti affulgeat; aures obturare,ne Diuinas audiat voces;cor in adamantem cōuertere,vel auellere,ne vitam ſuſcipiat à Deo vitæ datore;manus abſcindere, ne boni operis aliquid efficiat;omnia diſpergere,diſtrahere,deturpare, ſumma potentia admititur. Hoc truculētiſſimum inferni monſtrum, ſi quis in animum peccato infectum recipit, nonne omnium hominum miſerabilior eſt? Nō illi maior infœlicitas,q̄ quæ animo cogitari poteſt contingit? Hoſtem in ſuam perniciem quotidie inuigilantem,extra cancellos habere,grauis infœlicitas eſt:intra cancellos hunc recipere,quæ fœlicitas erit? Dæmonē ſolis coloribus in pariete delineatum videre horrorem incutit cuique: intra animum geſtare,qui horrores hominem inuadent? Cum dæmone in area luctari maximum mortis periculum eſt; quod periculum erit,in aīo bacchantem ſuſtinere? Extra hominem ille poſitus,intrepidè ipſum aggreditur,& vibrato pilo,ferroq; adacto, per os medium vel per oculos, vel per aures attollentem ſe animam transfodit,& proſternit: quid in animam ingreſſus faciet? Quid verò ſi alios ſibi ſimiles introduxerit? Quæ tūc calamitas? quis infauſtiſſimus animæ ſtatus? Si vnus tantum doloris infert

animæ,

animæ,quid ſeptem?Si vnus tãtum diſcruciat, quid plures? Fient noniſſima hominis illius peiora prioribus. Oẽs illi inter ſe alioqui diuerſi,ad de perdendam animam concordes citiſſime occurrent. Quiſque il lorum ſuũ virus in eam euomens ipſius internecionem curabit. Vnus ex eis Arabs crudelis fęditatem flagitiorũ ei ſuadebit. Alter draco tyrannidem, ſangui niſque aliorum ſitim excitabit. Alter lupus fomenta auaritiæ aurum,argẽ tum,& opes,miniſtrabit. Alius à cęlo retrahens ad terram attollentem ſe animam proſternet. Alter immoderata lætitia ad inferni barathrum dedu cet. Quidam reciproco amore multa perpetrare adſtringet; alius volupta te aures & ſenſus demulcebit;omnes tandem ſuo inſtructi ordine ſęuiſſimo incenſi odio in animam ſua tela iacient, vſquequo ipſam traijciant, & turpiſſimè occidant. Talis eſt.n.redeuntis ad peccatum conſuetudo,vt non ad illud prius dimiſſum tantummodo, ſed ad multo plura regrediat flagitia,ea eſt dęmonum ars,vt ad regredientem ad ſcelus, non vnus ſolũ, ſed plures alij accedant,& ſimul iunctis viribus in eam irruant,vt ſi ſe ho mo à multis defenderit,vni ſaltem ſuccũbat. Si vni caput præciderit vel aliud vt Hydræ cuiuſdam, vel alius Satan pro eo exurgat, qui cęteris aditum patefaciat. Quid.n.aliud ab homine inermi inter armatos hoſtes ſperandum erit? Si vnus tantam ſtragem in hac deſolata Babylone facit, quid ſeptem? Noniſſima, peiora prioribus. Vnus antea vnum peccati iaculum intorquebat:dum omnes redeunt,& adoriuntur, omnia genera flagitiorum immittunt:alius ad ſuperbiam,alius ad auaritiam,alius ad vindictę cupiditatem,alius ad inuidiam, alius ad libidinem totis viribus rapere contendit. Vnus antea vno vulnere ſauciabat: dum omnes reuertũ tur, à planta pedis vſque ad verticem capitis grauiſſime plagis cõficiunt. Vnus ante vnam mortem infligebat,dum omnes regrediuntur quas non mortes,inferunt?quibus non afficiunt ſupplicijs? quos ignes,quas pęnas non miniſtrant? Miſeram illam animam quę tot atrociſſima monſtra in ſuos recepit mentis receſſus. Miſeram & centies miſeram, quę cordis ſui hoſpitium horrendis dęmonibus elocauit. Eiecit.n.Deum omnium bono rum authorem, recepit dęmones malorum omnium ſuggeſtores, pepulit vitam,recepit mortes. Fugauit lucem,& recepit principẽ tenebrarũ. Eiecit ſalutem,recepit perditionem:pepulit ornamentum, decus, honeſtatẽ, beatitudinem;recepit fędiſſimam turpitudinem & infœlicitatem. Fugauit virtutum cumulum,& Spiritus ſancti chriſmata;recepit omniũ vitiorum colluuiem. Exemplum vobis prębet ex ſe Saul Rex Iſraelis. Hic vbi propter inobedientiæ crimen Satanam in ſuos ſinus admiſit, non vnum ſolum admiſit ſcelus;ſed Spiritu malo in eum ſęuiente ad alia indigna facinora proceſſit, inuidię.n.tabeſcebat morbo, & ambitionis facibus flagrabat,& odio inflammatus,Dauidis necem non ſemel quęrebat: Neque hic ſtitit;ſed ad Sacerdotum Dei manibus conſecratorum atque Diuinis miniſterijs addictorum,mortem crudelem prorupit. Nec tantum his limi

tibus

tibus concluſum eſt peccatum;ad ſuum ipſius exitium, ſibi vt manus afferret progreſſus eſt. Talis eſt dæmonis erga hominem furor, vt quem tedeuntem ad peccatum occuparit, nō ad vnum,ſed ad multo maiora ſcelera impellat,vſquequo tandem mille dæmonijs oppreſſa anima, deſędata, & ſemimortua vltimam manū ſibijpſi adferat, ſeq; volens in inferni horribiles tenebras detrudat. Hæretis? Admitamini me iſta vobis enarrātē? Obſtupeſcitis? & vtinam obſtupeſceretis: Vtinam vobis Deus mentis veſtræ aperiat oculos,quo vim & potētiam iſtorum,veſtras calamitates,miſerandam & nunquam ſatis deplorandam ſortem veſtram agnoſcere & effugere poſſitis.Nullus eſt veſtrum qui viperam multicolorem ſeu venenatum ſerpentem non effugiat; quanti ſunt qui tanquam à facie colubri fugiant peccatum? Omnes vos ad nomen draconis rigetis? quanti reperiuntur,qui ad ingreſſum monſtri terribilis moueantur? Nemo eſt qui in ſpecie ſua dæmonem apparentem videre concupiſcat, quanti qui non vnum ſed ſeptem ad ſuos admittunt complexus? Mortem corporis,vulnera,venenum,flammas ardentes, ſupplicia externa omnes perhorreſcitis, anima tot vulneribus, tot plagis conficitur, tot aduritur flammis, tantos perfert cruciatus:anima noſtra mille mortes propter mille peccata quotidie perpetitur,quis eſt qui ſentiat? quis eſt qui dæmonem pellat? quis eſt qui ad Saluatorem recurrat,& ipſum ad ſuam arcem pertrahat? non aurū, nec argentum,ſed noſtram animam quærunt truculenti hoſtes,quis eſt q eos prohibeat? quis qui ab ingreſſu arceat? Sagittis illi noſtras patuulas cogitationes interficiunt, filijs illis pulcherrimis noſtris operibus non parcunt,non intellectus,non voluntatis,non virium inferiorum, aliquam rationem habent,non Dei imaginem nobis inſculptam verentur,non fętus ſalutis ex Dei ſemine prodeuntes reſpiciunt, non ipſius lactentis aīæ miſerentur,omnia ferro & flamma cōſumunt; quanti ſunt qui ad minus ſentiant? quanti qui ſibi proſpiciant? Quanti qui ſe è vinculis eius ſoluere,& ad libertatem redire cupiant? Satanas cū ſuis aſſeclis in cordis noſtri municipiū ingreſſus, omnes ſenſus vitales peccatoribus ademit, ne mortes, ne calamitates illatas perſentiant: omnes aditus obſtruxit, ne præſidium aliquod cęleſte in animam eorum ingredi poſſit. Oculos animæ dracones truces miris modis & euulſerunt,& occluſerunt, ne lucem veritatis, quæ caliginem & cæcitatem diſcutiat,& mala inflicta oſtendat,aſpiciant. Aures obturarunt, ne ad illa ipſa,quæ firma fide credūt, animo aduertant,& Deo vocanti obaudiant. Os ferreis clauis concluſerunt, ne vllum vnquā de Deo,rebuſque Diuinis & ad animæ ſalutem pertinentibus verbum faciant. Linguam extraxerunt,ne palato ſuauitatem dulcedinis Diuinæ degustent. Gutturis fibras diuiſerunt, ne cibum animæ ſalubrem demittere queant. Cor ſagittis mortiferis transfixerunt,ne vitā aut accipiant,aut acceptam alijs conferant. Interiora omnia in terram deiecerunt, dum illos ad terram alliſerunt, & terrenis ſolum bonis illorū ventres oppleuerunt.

Vitam

Vitam illis omnem & ſenſum eripuerunt, ne vllis vel miraculis, vel frequentiſſimis concionibus, vel cœleſtis regni præmijs, vel horrendis gehēnæ ſupplicijs, nullis rationibus, nullis precibus, nullo vel Diuino vel humano timore, nulliſque grauiſſimis cruciatibus à ſcelere reuocari velint. Et Samſon quidem fortiſſimus, dum à perfida Dalida tonſus, & in manus inimicorū fuerat traditus, oculos ſibi erutos, manus ligatas funibus, caput contuſum fuſtibus, faciem conſputam, latera confoſſa, cæteraq; indigna ſibi irrogata ludibria percipiebat, & vberrimis lachrymis deplorabat: dum concupiſcentia quæ parit peccatum ſanctas cogitationes animæ abradit, & eam in manus Dæmonum tradit, dum anima funibus peccatorum circumplectitur, dum ſenſibus priuatur, nihil ſentit, nō reclamat, nō reluctatur, non tyrannidem eorum accuſat, non ſe in libertatem vindicare, non ad vitam redire cupit. Quid mirabilius, ait Granatenſis, q̄ improbum hominem cernere tanta pace atque ſecuritate agentem, cum tā acrē intra ſe aduerſarium, nempe dæmones habeat, cum ab illis non ſolum obſideatur, ſed inhabitetur, cum Diuina gratia deſtitutus, mille incommoda ſuſtineat, & in infinita præcipitia corruat, cum denique inter ipſum, æternumque ſupplicium ſola vita interſit, quæ telis aranearum fragilior eſt? Qui captiui ſub Pharaone tenebantur, ij planè quærebantur, angebantur, & captiuitatis ſuæ miſerandam fortunam deplorabant, & ad libertatem ſemper aſpirabant. At in hac ſpirituali captiuitate nihil horum videmus: ſed in ſumma pace & ſecuritate, velut in amœniſſimo quodam loco miſeros homines agere, adeoque captiuitatem ſuam non horrere, vt ea vel maxime oblectentur: tanta huius tyrāni potentia eſt. Quibus in carcere vinctis capitalis ſententia denunciata eſt, quo metu, quo angore, atque horrore dies noctéſque concutiuntur? Qui ergo fieri poteſt, vt tu qui lumine fidei inſtructus, credis te ſecundum præſentem iuſtitiam ad æterna ſupplicia Diuino iudicio eſſe damnatum, vnde conſequens eſt, vt ibi primum reſpirare deſieris, in momento temporis ad inferna deſcendas, & cum diuite epulone ibidem ſepeliaris, vbi ne guttam quidem aquæ, ad incendia tua refrigeranda ſis habiturus: quomodo inquam qui hæc firmiter credis, huius tantæ rei metu adeò non commoueris, vt etiam rideas ludas, & in vtramque aurem ſecurus dormias, & in ſumma pace vitam ducas? Iam verò qui intra domeſticos lares Turcam habent, gladio acuto iugulum multorum petētem, & modò vxorem, modò dulciſſimas proles, modo ipſum patremfamilias confodientem, & ſanguine proprio inebriantem, qui ſeu ſus? quis timor adſtantes commouet? Intra noſtras animas dæmones crudeliſſimi graſſantur, omnia vaſtant, exſpoliant, deturbant, non cruore quidem, licet quandoq; cruore, ſed veneno enecant & proſternunt, oēs flammis inferni peruruut; quomodo tu qui hæc aſpicis, non moueris? quomodo in tanta ſecuritate degis? Qua re quid miſerabilius, aut quid etiam mirabilius? Hæc igitur prima nouiſſima peiora ſunt prioribus, hæc mala quę

primum

primum, animæ ad peccatum redeunti eueniunt, quod in eam non vnum horribile ſed ſeptem teterrima monſtra ingrediuntur, quod mille mortes ei inferunt, quod in peccata innumera pertrahũt, quod inſenſibilem efficiunt, qđ mentis omnes aditus obſtruũt, quod ſumma cura & ſtudio peruigilant & obſeruant, ne aliqua ratione ab eorum captiuitate ſe ſubducat: qđ aĩam ita conſtringũt vt vix liberari & ad ſanitatẽ, ad vitam ſpiritus, ad lucem veritatis, ad iuſtitiæ cultum, ad gratiæ participium redire queat. Quemadmodum enim funis ex multis filis confectus, ita hominem obligat, vt ſolui non poſſit, ingentique gladio opus eſt, vt abſcindatur. In eundem modum peccata quæ funes ſunt, dicente Regio Pſalte. Funes peccatorum circumplexi ſunt me, ex peccatorum plurimis filis confecti, ita hominem conſtringunt vt vix liberari poſſit. Si enim funiculus triplex difficile rumpitur, quis rumpere poterit cẽtuplum? quis millies duplicatum? Eleganter peccatum crebro iteratum appellat funem & vinculum, nam ſicuti funes facilè ex filis nectuntur, ſed fortiter aſtringũt: ſic peccata facilè admittuntur, ſed fortiter ligant, neq; facilè ſurgere permittunt. Quod ſi nouiſſima quoque hominis ad peccatum redeuntis aſpicias, nouiſſimã, inquam, mortis horam, quando exuuium Adami relicturus eſt, & ab hinc ad immortales ſpiritus migraturus, nouiſſima illa peiora erunt prioribus. Tunc enim magis quam aliquando exſibilabit, maiores quam olim crucia-
Gen. 49. tus & dolores animæ inferet. Ita de eo vaticinabatur Patriarcha. Dan ſicut coluber in via, & ceraſtes in ſemita, mordens vngulas equi, vt cadat aſcenſor eius retro. Magis verò ipſe Deus, prædicebat. Inſidiaberis, ait ſerpenti, calcaneo eius. Tendit ille ſingulis momentis decipulas per viã huius mundi, ſiue illam ſpacioſam, ſiue arctam & anguſtam currentibus, vt illaqueare & in ſuam tyrãnidem traducere poſſit. Inſidiatur ille ſemper diebus & noctibus, vt aſcenſores ſublimes capere, & eos ad ſe pellicere queat; multo tamen maiori cura calcaneum extremum vitæ obſeruat, & eo tempore morſus infigere attentat: ſciens quia tunc modicum tempus habeat, quod ſi non obſeruauerit, adeo inſignem prędam deperdat: ſciens deinde maiorem tunc occaſionem inſidiandi & aggrediendi ſibi enatam eſſe; tunc enim homo ex infirmitate ſenſu & ratione abſorptus ac ſi inſenſibilis iacet. Tunc ille obijcit flagitiorum omnium ſpecies, enumerat, conditiones, circumſtantias peccatorum. Tunc luxuriæ ignes, inuidiæ faces, furentes flammas quibus olim exurebatur, in mentem reducit. Tunc ſuperbiæ tumorem, elatam ambitionem, ſitim auaritiæ; tunc ſanguinem pauperum vel exhauſtum, vel effuſum, pupillos oppreſſos, innocentes occiſos; tunc crudelitatem, ſæuitiam, iram, contentiones, æmulationes, in memoriam reuocat. Reuocat ille animi leuitatem atque inconſtantiam, qua quæ recte ab homine conſtituta fuerant reſcidit. Reuocat ſordes illas quibus ſe & Dei imaginem commaculauit. Reuocat ingrati animi crimen, quod homo poſt peccatorum veniam, poſt Dei amicitiam, poſt nouã ado-

ptionis gratiam, poſt cœleſtis regni hæreditatem, poſt tot & tanta beneficia in eum conſurrexit, qui eum tot muneribus ornauit. Reuocat grauiſſimum Deo illatum tot vicibus bellum; illa odia, blaſphemias, periuria, ſacrilegia, illas alapas quas miſer homuncio ſummo creatori propter ſcelus impegit. Omnia tunc dicta, cogitatus, & facinora ſicut in ſpeculo præſentabit. Præſentabit horrendas inferni pœnas quas commeruit. Præſentabit & rigidum ſed iuſtiſſimum omnium operum iudicem, quem tunc nec precibus flecti, nec muneribus corrumpi, nec placari pœnitentia poſſe ſuadebit. Præſentabit & ſuam tetricam imaginem, vt ea inſpecta homo, timore maximo concuſſus, ſpem omnem veniæ deijciat, deſpondeat animum, & in barathrum deſperationis ſeſe exturbet. Apparuit non peccatoribus tantum, ſed & ſanctiſſimis viris, eoſque mendacijs confictis de mente ſeducere conatus eſt. Infirmatus Bernardus ipſum ante tribunal Dei ſeſe accuſantem aſpexit. In agone conſtitutus, cruentam hanc beſtiam ſibi aſtantem, & aliquam in eo labem quęrentem vidit. In vltimo vitæ termino Martha ſanctiſſima hoſpita, teterrimos ſpiritus dæmoniorum contuita eſt. Nullus eſt Sanctorum quem ille pro viribus ſuis in calcaneo mordere non curet. Quod ſi tantum robur in extremo vitæ adhibeat, vt quemcunque aſcenſorem deijciat; quid faciet de illo qui tot vicibus ad ſcelera regreſſus eſt? Si ſanctis tantum faceſſit negotium, vt plerique timore correpti vel in deſperationem lapſi, vel inſenſibiles fuerint, vel exhalarint animam, vel periclitati eſſent ni Deus impetum Satanæ cohiberet. Si ſanctorum nouiſſima horrenda ſunt: ad peccata redeuntium qualia erunt? quid illis faciet Satan? Si ad ſanctorum mortem occurrunt monſtra, vt eos rapiant, quid erit de illis qui continue eorum voluntatem ſequuntur? qui ſe totos eis in vita deuouerunt? Quis erit tunc pauor, cum dimiſſis omnibus quorum erat pręſentia tam iocunda, tam gratus aſpectus, cohabitatio ipſa tam familiaris, incognitam tunc regionem aſpicient, & cateruatim ruere illa teterrima monſtra videbunt? Quis tunc vobis ò miſeri in die tantæ neceſſitatis occurret? Quis tuebitur à rugientibus pręparatis ad eſcam? Quis à Ceraſte, quis à tortuoſo ſerpente defendet? Quis conſolabitur? Quis deducet? Dæmon forte ad quē iteratis vicibus redijſtis? Sed ille aperuit os ſuum, ſibilauit & frenduit dẽtibus ſuis, & dixit: Deuorabimus eos: Deus forte quem ſępiſſime vocantem ſpreuiſtis? At ille ait: In interitu veſtro ridebo. Noluiſtis mecum perſeuerare, dæmonum conſortio oblectati eſtis; ecce nunc deſideratos illorum congreſſus, habetis: Vtinam hęc nouiſſima omnes recidiui intelligerent, & ſolicita cura prouiderent, ne ſemel eiectum peccatum & dæmonem ad ſuos admittant thalamos. Pepulit à vobis Saluator atrocem hoſtem, per ſalutem veſtram vos obteſtor, ne huic aditum redeunti præbeatis. Horribilem draconem à vobis profligauit; & catenis ferreis in puteo inferni colligauit, ne ſoluatis, neve illum in ſuum animum inducatis. Le-

gionem illam monſtrorum à vobis abegit in porcos, & in lachrymis pœnitentiæ demerſit, ne rurſus eos ad ſe reuocetis. Heri Chananæa anima à dęmone oppreſſa & vexata ac peccato contracta eras: hodie compeſcuit & expulit à te tuum dęmonem, hodie à verbo erecta es; ne rurſus ad dæmonem redeas ac contraharis, ac velut catenis quibuſdam ferreis à diabolo depreſſa in terram propendeas atque ita deprimaris, vt iam vix vlla ratione ſurrigi, caputque attollere queas. Heri profluuio ſanguinis tabeſcebas, (rubrum enim & cruentum peccatum ex te manabat) hodie ſiccato profluuio ad priſtinum florē rediſti. Attrectata quippe veſtis Chriſti fimbria, fluxum compreſſiſti. Fac innocentiam integrā ſerues, ne alioqui ſanguinis defluuio iterum labores, Chriſtųmque iam ſuffurandę ſalutis cauſa prendere nequeas. Neque enim furto ſæpius circumueniri Chriſtus amat, tametſi mirè clemens ac facilis. Heri in lecto volutabaris languens, & corpore fractus atque ſolutus, nec hominem præſto habebas, qui cum turbaretur aqua, te in piſcinam inijceret, hodie nactus es hominem eundemque Deum, vel vt rectius loquar, Deum hominem. Elatus es è grabbato, imò grabbatum extuliſti, beneficiumque acceptum velut in columna inciſum omnibus ſpectandum propoſuiſti: caue ne admiſſo peccato rurſus in grabbato voluteris, id eſt in corporis voluptatibus fracti ac debilitati mala & pernicioſa quiete. Verum vt es, proficiſcere, præcepti huius memor: Vade, ecce ſanus factus es, noli amplius peccare, ne deterius tibi aliquid contingat. Magnam hanc vocem, Lazare veni foras in ſepulchro peccati iacens audiſti, ac prodiſti, nō poſt mortis quartum diem, ſed multis iam diebus cum triduano illo ſimul ad vitam rediens ac ſepulchralibus vinculis ſolutus es; caue ne rurſus emoriaris, atque ijs qui in ſepulchris habitant aggregeris, funibuſque peccatorum tuorum adſtringaris. Incertum eſt enim an rurſus è ſepulchro ad vitam excitandus ſis, vſque ad poſtremam illam & communem reſurrectionem, quæ creaturas omnes ad iudicium adducet, non iam vt curentur, ſed vt iudicentur, rationemque reddant eorum quæ rectè vel malè collegerint. Si lepra deformi animi peruerſitate prius infectus eras, ac deinde abraſa, eiectaque hac vitioſa materia, ſaluum & incolume imaginis decus recepiſti; purgationem mihi Sacerdoti tuo oſtende, vt cognoſcam, quantum ea purgationem legalem dignitate antecellat. Nouē illis ingratis ne te adiungas, verum decimum tibi imitandum propone, qui quamquam Samaritanus erat, alios tamen, grati animi officio vicit. Da operam ne mala vitiligo rurſus erumpat, atque ita afficiaris, vt animi tui vitio, vix vlla medicina poſſit adhiberi. Illud modo caueas, ne gratiæ modum ignores, neu tibi dormienti, atq; animo male ſecuro zizania hoſtis ſuperſeminet. Illud modo prouideas, ne cum puritate tua diabolum inuidiæ facibus inflammatis, teipſum rurſus per peccatum miſerabilem reddas. Illud modo videas, vt puritatem ſummo ſtudio excolere nunquam intermittas, aſcenſiones in corde tuo diſpo-

Nazianz. orat. in lauachr.

diſponens, atque acceptam Dei beneficio & gratia veniam, cura & diligentia tuearis, vt peccatorum tuorum quidem remiſſio à Deo proficiſcatur, cęterum remiſſionis conſeruatio tibi quoque ex parte aſcribatur. Fac tibi pręſens parabola ſemper animo obuerſetur, & tibi optimè ac pręſtantiſſime conſulueris. Exceſſit à te impurus & craſſus ſpiritus, per pœnitentiam eiectus, ac profligatus. Diſrumpitur ſe in fugam coniectum, diſcruciatur ſe domo & tecto carere. Ambulat per loca inaquoſa, Diuinaque influxione minime perfuſa, illic commorari geſtat, vagatur quęrens requiē, non inuenit, animas Baptiſmo obſignatas offendit, quarum vitia lotione obruta ſunt, aquam pœnitentię perhorreſcit, luſtricis aquis, non ſecus, ac ęquoreis legio fluctibus ſuffocatur. Rurſus qua eſt impudentia, mentiſq; peruicacia, domum à qua receſſerat repetit, rurſus impetum facit, rurſus tentat. At ſi quidem Christum in eam intromiſſum offenderit, & locum quem vacuum reliquerat ab eo impletum, rurſus propellitur & profligatur, infectis rebus diſcedit, oberrationiſque nomine miſer & calamitoſus exiſtit. Sin autem animę tuę ſedem ſcopis quidem mūdatam & ornatam, cęterum inertem & vacuam inuenerit, atque ita conſtitutam, vt eum qui prior ad illam occupandam perrexerit, vter tandem fuerit, excipere parata ſit, inſiliet in eam, & cum maiori apparatu immigrabit, fientque nouiſſima primis deteriora. Tunc enim ſpes emendationis, cautioriſque viuendi rationis affulgebat, nunc autem certa & perſpicua eſt prauitas, per boni fugam malum attrahens, ob idque firmior eſt & ſtabilior habitatoris poſſeſſio, quem à nobis eijcere digneris Saluator mundi, qui viuis in ſęcula, Amen.

DOMINICA QVARTA IN QVADRAGESIMA.

Abijt IESVS trans mare Galilææ, quod eſt Tyberiadis. Ioan. 6. cap.

FASCICVLVS PRIMVS.

De volubili ſæculi ſalutari fuga, conſilium.

SVMMVS ille largitor bonorum Deus, etſi neminem à ſuorum participio donorum ſecernat, nullum tamen in vndis mundi huius fluctuantem, dulcedine abſcondita reficere ſolet. Cupiebat olim filijs Iſraelis ſuauitatem quam illis cõſeruabat demonſtrare, eoſque pane Angelicis manibus in cęleſtibus Regnis effecto exſatiare: ſed non inter populum Ægypti miſera ſeruitute oppreſſos, non duriſſimo labore exhauſtos, non in fluctibus rubei maris inter ſpem & metum procedentes. Voluit vt & Ægyptum relinquerent, & trans mare in ſolitarios montes effugerent. Pluſquam nota eſt vobis hiſtoria profectionis eorum, quomodo in ſignis & portentis liberauit eos de nationibus, ſemen ſine querela opprimentibus; quomodo deduxit illos in via mirabili, & fuit illis in velamento diei & in lucem ſtellarum nocte; quemadmodum tranſtulit illos per mare rubrum, & tranſuexit illos per aquam nimiam. Cum enim extendiſſet manum ſuam Moyſes ſuper mare, abſtulit illud Dominus flante vento vehementi, & vrente tota nocte, & vertit in ſiccum, diuiſaque eſt aqua. Et ingreſſi filij Iſrael, perrexerunt per medium ſicci maris, & aquæ eis erant quaſi pro muro à dextris & ſiniſtris. Cum igitur vltra mare tranſijſſent, tunc aperuit Deus catharactas cœlorum, & pluuit illis manna ad manducandum: tunc mandauit nubibus deſuper, & panem cœli dedit eis. Panem Angelorum manducauit homo, cibaria miſit eis in abundantia. Trãſ-
Pſal. 77. tulit Auſtrum de cœlo, & induxit in virtute ſua Africum. Et pluit ſuper eos ſicut puluerem carnes, & ſicut arenã maris volatilia pennata. Et ceciderunt

derunt in medio caſtrorum eorum, circa tabernacula eorum. Et manducauerunt, & ſaturati ſunt nimis, & deſiderium eorum attulit eis: non ſunt fraudati à deſiderio ſuo. Qui hiſtoriam preſentis Euangelij aſpexerit, ſimile quiddam accidiſſe hodierna die aduertet. Habebat Saluator neſcio quam ſuaues cibos diſcipulis & turbæ præparatos, Quinque panes hordeaceos & duos piſciculos, quibus numeroſam illam multitudinem ſe in ſequentium populorum reficere diſponebat. At noluit illis in medio cæterarum gentium commorantibus, noluit naufragantibus in periculoſis mundi fluctibus hos ſuauiſſimos cibos diſtribuere. Voluit fugere cõmercium ſæculi, relinquere ciuitatem, tranare maria, & in montem à tumultu aliorum longè ſemotum aſcendere, ſecumque deducere ſuos ſequaces. Poſtquam enim receſſit Hieroſolyma, abijt & tranſijt vltra mare Galilææ, & quaſi alterum Moyſen tumentes vndas calcantem, ſequebatur eũ multitudo magna. Tunc præparatis edulijs, iuſſit ſuper fœnum diſcumbere turbas, & tunc non quidem nubes caliginis induxit, non cœli ianuas aperuit, non ventos afflantes cibos deferre precepit, non Angelicis manibus miniſtrauit, ſed ipſe in ſuas manus quibus cuncta ex nihilo plaſmauit, accepit panes, & cum gratias egiſſet diſtribuit diſcumbentibus, ſimiliter & ex piſcibus quantum volebant. Tunc viſæ ſunt dapes cœleſtes illis ex manibus Diuinis profluere, tunc ſuauiſſimum manna Dei multiplicatum & conditum munere, panes illi palato cuiuſque præſetulere. Docuit nos ſuo exemplo benigniſſimus Redemptor, vt ſi dulcedinem Diuinam deguſtare, ſi quietem, ſi fœlicitatem, quæ hominibus in vita preſenti contingit, inuenire deſideramus, ſi ex Diuinis manibus prouenientem alimoniã percipere cupimus, trans mare Galilææ volubilis (Galilea enim volubile quiddam deſignat) mundi fugiamus. In continua enim rerum turbulentiſſima viciſſitudine, quæ fœlicitas homini obuenire poteſt? In præterlabentibus ſæculi fluctibus, quis vnquam ſitim expleuit ſuam? In medijs procellis, inter Syrtim & Scyllam, inter tot mirabiles elationes mundi, inter mille diſcrimina, quis vnquam ſuauiſſimam voluptatem, quis optata omnia habuit? Infœliciſſimum Tantalum nemo eſt qui non iudicet. Hic enim in præterfluentibus aquis collotenus reſidens, dum vnam guttam vola ſua arripere vel ore attingere feſtinat, propter citiſſimum illius decurſum, optatis potiri nequit, & dum alteram expetit, velocius illa effluit; dum tertiam preſtolatur, illo inaduertente ante conſpectum eius elapſa eſt. Miſerum Narciſſum nemo eſt qui non deploret, qui ſua imagine in rapidiſſimis elucente aquis oblectatus, ſolidis omnibus ſpretis, amore eius inſaniens, miſere tandem deperijt. Omnes deridetis Æſopi canem, illum qui alueum quendam tranſnatans, dum vmbram carnis quam ore geſtabat, in fluctibus aſpexit, fallaci imagine oblectatus, & eum quem geſtabat bolum amiſit, & quem exoptabat nunquam reperit. Talis eſt mundi conditio, omnia in eo fluxa,

Soluimur vt nebulæ, ſurgens vt in aera fumus,
Et velutiſolui Sole pruina ſolet.
Carpimur vt ſtipulæ, rapido carpuntur ab igni,
Nec niſi viuendo, ſomnus & vmbra ſumus.

Forma autem & venuſtas corporis, quam fragile ſit bonum, inſpicite languentes morbo deformatos, vel ſenio confectos: vbi nunc purpureæ genę? vbi eburnei dentes? perlucidi oculi, quomodo obſcurati? Frons candida, quam cito rugis exarata? Senium, vel modica febris omnia corrũpit. Quod opes, diuitiæ, dignitates, & quęcunque ad faſtum attinent inſtabilia ſint, ad fortunam ſi reſpexeritis non pernegabitis. Nihil enim hac vna (ſi quid illa eſt) inconſtantius, nihil magis variabile; volucris illa nũquam conſiſtens, omnes in rota volubili agitat, alias atque aliàs in vno die, ſæpius etiam hora vna mutationes adferens. Cæca illa & varia nunc adblanditur & indulget, nunc ſæuit & infeſtat: nec vllis infeſtius iraſcitur, quam quibus indulgentiſſime fauit, fitque ex matre ſubito nouerca, ex nouerca mater. Nullus chameleon in toto terrarum orbe cernitur, qui in tam multiplices colores mutetur. Nullus Trogloditum lacus, qui tantis mutationibus agitetur. Nullus Protheus, qui adeò varias figuras, vt mundus in dies ſolet diuerſos colores induere, ſuſcipiat. Potius licet credere inſtabilius ventis, & maris quibuſcunque procellis quamuis turbulentiſſimis, quam mundi proſperitati. Ludit enim de ſuis fortuna muneribus, & quæ dedit abſtulit, & quæ abſtulit reddit, nec vnquam tutius eſt illam experiri, quam cum locum iniuriæ non habet. Id quod adeſt, quodque præſens eſt, momento tantum temporis contingendum præbet, ſecundo ſenſibus ſubtrahit. Atque vt funarius ille, ait Plutarchus, in Plutonis æde pictus, quicquid funis ex parto intorſit, aſellum propter ſe aſtantem exedere totum ignauiter ſinit: haud ſecus ingrata ac torpens hominum obliuio, prætereuntia commodorũ bona excipiens, pręclara omnia, ſuauiſſima otia, amœnos hilareſque conuictus, denique omnem vitæ partem genio & voluptati datam obliterans atque exoleſaciens, non ſinit eorum vitam vnam atque eandem eſſe ex præteritis præſentibuſque rebus aptam atque conſertam, heſternamq; vitam à præſenti; præſentemque rurſus à craſtina diſcriminans, facta omnia infecta exoleſcente eorũ memoria reddit. Tam eſt varia, multiplex, reciprocabilis mundi huius harmonia, quã lyræ eſt aut arcus; nec in humanis quicquam eſt, quod purum, ſyncerum, ſimplexque ſit. Verum vt muſica ſonis acutis & grauibus conſtat, & grammatica literis vocalibus & mutis, ſic vita humana diuerſiſſimis rerum euentibus, mutuoque ſibi obuerſantib. cõmixta eſt. Sicut ſtirpes aliquando multos, aliquando nullos fructus ferunt, & animalia cõpioſos aliàs, aliàs nullos procreant fœtus: & in mari, tranquillitatis ac tempeſtatum ſunt viciſſitudines: ſic & in vita multæ ac variæ eueniunt circũſtantiæ, quæ homines in diuerſos fortunæ caſus trahunt. Redeunt in orbẽ

res generis mortalium, Telluris inſtar fructuum, alij vigent, decerpit alios & metit neceſſitas. Simonides Poeta, quum Pauſanias Rex Spartanorum continenter ſeſe ob res geſtas iactaret, ipſumque ſubſannans iuberet ſibi aliquid ſapienter pręcipere, cognita hominis ſuperbia, monuit vt ſe hominem eſſe memoria teneret. Cuique.n. ſic ſtatuendum eſt, hominem nō modo mortalem eſſe, ſed & vitam ſortitum mortalem, reſq; facillime in diuerſam mutabiles partem. Philippus Macedonum Rex, quum eodē tempore tres lætos accepiſſet nuncios, vnum qđ quadrigę ipſius in Olympijs viciſſent: alterum, quod legatus ipſius Parmenio, pugna Dardanos ſuperaſſet: tertium, quod vxor Olympias marem ipſi peperiſſet; manibus ad cęlum intentis, O fortuna, inquit, modico iſthęc compenſa damno, ſcilicet intelligebat ſolere fortunam magnis inuidere proſperitatibus; nec vllam eſſe rem quę diuturno tempore hominem ſua voluptate detineat. Sit diues, ſit potentiſſimus, omnes facultatibus ſuperet, omnibus pręcepta imponat, nullam perſentiat calamitatem, omnibus perfruatur optatis, vana ſunt iſta omnia & caduca. Quid Crę ſo Rege opulentius? Quis tam magnos tamque ingentes theſauri aceruos accumulauit, & tam pauco tempore omnibus deſiderijs, quę aut appetitu, aut cogitatione animis hominum poſſunt occurrere ſatisfecit, vt iſte? Hunc tamen volubilis fortuna deiecit, Regno priuauit, & in vincula & poſtmodū in rogum ardentem impoſuit. Sciſcitabatur is aliquando à Solone, an in toto terrarum orbe quiſquam maiori fœlicitate vteretur. Sapiens ei reſpondit: Nullum eſſe fœlicem, quamdiu in hoc corporis ergaſtulo concluderetur, quiuis enim quantumque potens & fortitudine præſtans, volubilibus fortunæ gyris, rotarumque impetui, & efferis mundi infortunijs obnoxius eſt. Habuit ille ludibrio tanti Philoſophi ſententiam; tanta enim ſpe theſauris & opibus innitebatur, vt à quacunque re detrudi, aut inſolenti ſuperbia conuelli nequaquam poſſe arbitraretur. Verum poſteaquam tantis procellis exagitatus, efferiſque fluctibus deſpumans, omnia relinquere coactus & in rogum conſcendere, & nec vllam conſolationem inuenire potuerit, tunc, (ſed ſero,) Philoſophum veriſſimè non ſine ſuo maximo angore ariolatum eſſe expertus eſt, quem antea fabularum narratorem cenſebat. Nam à Rege Cyro debellatus, prius ante oculos ſuos theſaurorum ęrarium, precioſaque ſuppellectilia direpta, dominationes ſolo ęquatas, regnum euerſum, omnia ferro & flammis vaſtata, populos innumeros occiſos, ſanguineis fluminibus omnia reſperſa conſpexit, & poſt in hoſtium manus deuenit. Cum autem Cyri ſatellites multis conuitijs in eum eſſent debacchati, rogo vt eum concremarent annexerunt; qui in tantam miſeriam acerbiſſimumque ſupplicium coniectus, cum ſe & ab omnibus ſuis deſtitutum, & ab hoſtibus excruciatum, & adurendū à flammis pręſentiret, in has lachrymabiles prorupit voces. O Solon, Solon. Quid verò Cyro qui hūc ampliſſimū deuicit

Cræſum

Cęterum potentius? Fortunæ tamen aſtu è ſublimi concidit gradu. Nam à Tamyri Regina comprehẽſus,& capite abſciſſo, in vtrem ſanguine plenum iniectus eſt.hac in eum ſententia prolata.Sanguinem ſitiſti, ſanguinem bibe. Perſarum Dario ſuis temporibus nullus fœlicior videbatur, medio tamen rerum ſecundarum vento,ab Alexandro debellatus fuit,& hoſtibus terga vertens inuaſus,& ignominiosè trucidatus. Alexãdro Magno olim nullus maior cenſebatur, is cum domuiſſet Illiricos,Triballos, Boetiam,Thraciam,Dracas, Spartanos, Theſſalos,Achaiam,Peloponeſum, Ioniam, Lidiam, Chariam, Liciam,Paphlagoniam,Cappadociam, Phœnicem,Pamphyliam, Syriam maiorem, Armeniam minorem,Perſidem, Mediam,Parthos,Bactrianos,Sogdianos,Thauros,Ægyptios,Hyrcanos,Margos, Sagos, Indos, & innumeras alias gentes, & nationes, & Regna,& Imperia,ſubegiſſet.Cum flumina,montes,maria ſuperaſſet,loca aſpera, inuia, & inacceſſa penetraſſet, cum ad ſummum Imperij faſtigium adſpirabat,in medio curſu iuuentæ,veneno extinctus occubuit. Alcibiadem,vt recenſet Valerius,quaſi duæ fortunæ partitę ſunt;altera quæ ei nobilitatem eximiam, abundantes diuitias, formam præſtantiſſimam, fauorem ciuium propenſum, ſumma Imperia, pręcipuas potentiæ vires, flagrantiſſimum ingenium aſſignaret;altera quæ damnationem,exilium, venditionem bonorum,inopiam,odium patriæ, violentam mortem infligeret.Nec aut hęc,aut illa vniuerſa,ſed varia perplexa,freto atque æſtui ſimillima. Ad inuidiam vſque Polycratis Samiorum tyranni,abundantiſſimis bonis conſpicuus vitæ fulgor exceſſit.Nec ſine cauſa;omnes.n.conatus eius placido excipiebantur itinere;ſpes certum cupitæ rei fructum apprehendebat. Vota nuncupabantur ſimul & ſoluebantur. Velle ac poſſe in æquo poſitum erat. Semel duntaxat vultum mutauit, perquam breui triſtitię ſalebra ſucceſſum,tunc,cum admodum ſibi gratum annulum de induſtria in profundum,ne omnis incommodi expers eſſet abiecit. quem tamen continuo recuperauit,capto piſce qui eum deuorauerat.Sed hunc, cuius fęlicitas ſemper plenis velis proſperum curſum tenuit, Orontes Darij Regis pręfectus, in excelſiſſimo Mycalenſis montis vertice cruci affixit;ex qua putres eius artus,& tabido cruore manantia membra, atque illam lęuã cui Neptunus annulum piſcatoris manu reſtituerat ſitu marcidam Samos amara ſeruitute aliquamdiu pręſſa,liberis ac lętis oculis aſpexit.Dionyſius autem cum hęreditatis nomine à patre Syracuſanorum ac pene totius Sicilię tyrannidem accepiſſet, maximarum opum Dominus, exercituum Dux,rector claſſium,equitatu potens propter inopiam literas puerulos Corinthi docuit;eodemque tempore,tanta mutatione maiores natu,ne quis nimis fortunæ crederet,magiſter ludi ex tyranno factus, monuit.Sequitur hunc Syphax Rex conſimilem fortunæ iniquitatem expertus; quem amicum hinc Roma per Scipionem, illinc Carthago per Aſdrubalem vltro petitum,ad penates Deos eius venerat.Cęterum eo claritatis

ritatis euectus, vt validiſſimorum populorum non tantum arbiter, ſed & victor victoriæ exiſteret, parui temporis interiecta mora, cathenatus à Lęlio legato ad Scipionem Imperatorē pertractus eſt, cuiuſque dexterā Regio inſidens ſolio, arroganti manu attigerat, eius genibus ſupplex procubuit. Q. Cępio præturęſplendore, triumphi claritate, Conſulatus decore, Maximi Pontificis Sacerdotio, vt Senatus patronus diceretur, aſſecutus, in publicis vinculis ſpiritum depoſuit; corpuſque eius funeſti carnificis manibus laceratum, in ſcalis Gemonijs iacēs, magno cum horrore totius fori Romani conſpectum eſt. Optimus Phocion Athenienſis vnus ex æquis in pace moderatoribus, & in bello ſtrenuis ac fortiſſimis Ducibus, quos inter Græcos extitiſſe legimus. Is qui Numę religionem reſtaurauit, qui animo & fortitudine Scipionis munitus, prouidentia Quinti Fabij, Reguli fidelitate, Fabij conſtantia, grauitate Catonis, ſeueritate Torquati ornatus multoties de patria benemeritus, quadragies quinquies Magiſtratus creatus fuit, inuidia accuſatus, & in carceres actus, cicuta pleno poculo vitam finiuit. Theramenes, vnus de triginta Athenienſium tyrannis, quum collapſa domo in qua cum alijs compluribus cęnabat ſolus euaſiſſet mortem, multique eo nomine ipſum beatum prædicarent, magna voce ſic exclamauit. O fortuna cuinam me reſeruas occaſioni? ac non multo poſt tempore excruciatus tormentis, iuſſu collegarum è vita deceſſit. Baiazetes Turcarum Monarcha, maioris Aſiæ partis & Gręciæ gubernator, & denique ditiſſimus, potentiſſimus, & bellicoſiſſimus totius Orbis principum, exercitum quadringentorum millium equeſtrium, innumerabiliumque pedeſtrium collegit, & in planitie aciem mouit contra Tamburlanum, qui quondam coriarius, vel vt alij dicunt ouium cuſtos extiterat, in quo pręlio Magnus Turca debellatus, totaque acies ferro diſſipata, ille captus in ferreum ergaſtulum fuit coniectus, quotieſcunq; Tamburlanus commeſſaretur, illum è carcere eductum menſæ vt canem cathena alligabat, oſſaque vt roderet porrigebat; cum etiam rus proficiſceretur, eò iterum tracto, & in formam arcus incuruato, illius humeros, vt equū aſcēderet conculcabat. Diu hoc inaudito tyrannidis genere vſus eſt, donec ſqualore, pędore, & omni calamitatum genere cōfectus Baiazeti animus à corporeis vinculis morte exilierit. Dies me deficeret, ſi acerbos caſus omnium quos in altum ſors euexerat & poſt deiecerat enumerare vellē. Nullus vnquam fuit adeo fœlix, quem fortuna non concuſſerit, nullus ita ſecurus, qui vel in turbido ſęculo vado non naufragarit, vel ſaluis omnibus pericula multa euaſerit. Deiecit hæc magnanimos heroes, Reges, Duces & Imperatores. Priamos, Cęſares, Iulios, Hectores, Hercules, Saules, Abimelechos, Ioachimos, Manaſſes, ampliſſimos alios Monarchas ex ſolijs deturbauit. Latiſſima hæc Imperia, potentiſſimas vrbes, inuictiſſimas gentes populata eſt. Cræſos, Mydas, Epulones, Diuites illos aurum vorantes, & horrea dilatantes, exſpoliauit & ad inferna detruſit. Infinitos alios inquietum aduerſis flatibus procelloſum hoc pelagus nauigantes obruit

nec

nec vnquam exſatiauit. Fingite quemcunque quamuis benigno ſydere, quauis propitia fortuna, quantumuis fauente Deo iter maris huius ingreſſum, vt nihil ei poſſit aſperum moleſtumq; contingere, rem impoſſibilem & inauditam ſeculis fingi iubeo, in ſcopulos vndiq; innumerabiles intet quos difficilis & prorſus ambigua nauigatio eſt, cymbam ille ſuam allidet; quod ſi fortuna non pari iure vt in alios in ipſum exercebit imperiū, non oderit metus qui ipſum inter medios fluctus diſcruciabit. Si non metuis, veniet mors auara quę omnia abripiet, tunc nihil inuenient viri diuitiarum in manibus ſuis. Tunc aquæ illę quas ſitiebant & pleno captabāt ore citius effluent; tunc ſplendida illa ante oculos affixa poma dignitates, faſtus, potentia, Regna, Imperia, ſceptra, diademata, ſubtrahentur ab eorum conſpectibus, Tunc aurum quod manibus fortiter comprimebant, opes, facultates, eripientur. Tunc bolus quem ore hiulco prędiderant ſed non guſtabant, ex eorum faucibus cadet in profundam mundi voraginem. Tunc imago fluxa quam in vndis fallacibus admirabantur, tunc voluptates, delicię, amores, amici, parentes, vxores, filij, & quicquid eis in mundi fluctibus effulgebat, effugient & decurrent. Nihil ex eis oblectamentorum, nihil voluptatis decerpent, non fauces ſuas, non manus, non ipſum cor implebunt, nihil inuenient in manibus ſuis, quia omnia ex eorum manibus vel euolabunt vel diripientur. Proficiſcamur ad ſepulchra, oſtende mihi Reges, oſtende Tyrannos, detege graues iſtos lapides quibus teguntur. Vide omnes illos qui purpuram induebant, qui ſceptra manibus geſtabant, qui corona aurea gemmis corruſca fulgebant. Vide illos qui vehiculo deaurato ferebantur, qui exercitus ducebant, qui corona militum cingebantur, qui muniebantur cateruis ſeruorum, qui alios cædebant, alijs imperabant, alios in carcerem detrudebant, quos volebant interimebant. Contuere deinde voluptuarios illos diuites, qui omnes mundi opes coaceruabant, qui auro & argento & lapidibus precioſis ſeſe replere cupiebant, qui nihil animæ ſuę cupitum denegabant. Videbisne cū illis faſtum eorum in ſepulchrum deſcēdiſſe? Regna & Imperia & opes, & voluptates, & venuſtatem, & illa quę conſectabantur ſepulta eſſe? Nihil eorum niſi putrida oſſa, & vermes, & horrendos ſerpentes, omnia illic puluis, omnia fętores, omnia abominabilia ſtercora. Et vtinam hic eſſet rerum ſtatus, commune.n. mortalium eſt ſepulchrorum ſupplicium. Vtinam elatæ maris vndæ, illos ad profundam inferni abyſſum in ſempiternas non coniiciant calamitates. Cum igitur tales mundi pterlabentes ſint deliciæ, eritne aliquis qui his exſatiari poterit? Nonne ad inſtar infœliciſſimi Tantali, in medijs fluctibus aquis obrutus, & prominētes faſtus, & præterfluentes captabit voluptates & opes, nunquam tamen animam eſurientem replebit? Non inſtar Narciſſi vanę atq; mentitæ formę oblectatus venuſtate, amore veſano correptus diſcruciabitur & deperibit? Non inſtar canis illius fabuloſi noua fallacium diuitiarum fruſta arripiet,

& ve-

& veteres bolos euomens, famem perpetuam ſuſtinebit? Quocirca conſultum eſſet omnibus nobis, ſeſe ex labentibus aquis mundi ad mõtem, & ad portũ recipere. Sicut in æquore ſuſpecto, nautæ ſolent circumuecti clauum flectere, diuque ante Solis occaſum vela ſubmittere: ſic in vita portum petere, & adhuc florenti ætate, atq; animo vireti & valentib. mẽbris Chriſtum in locum ſolitarium, trans mare Galilææ volubilis inſequi non infœlicius nec inconſultius foret. Si res mundi perpetuæ eſſent, danda forte venia eſſet, ſi in his aquis nos immergeremus; verum quoniam fluxæ, fragileſq; ſunt, quis furor eſt illas inſequi fugientes. Si inopiã animæ leuarent, ſi famem & ſitim explerent, non magnopere mirarer, ſi illas aſſequi adniteretis: verum non ſubleuant inopiam, ſed copiæ iſtę inopem faciunt. Non explent famem ſed & maiorem excitant; non ſitim reſtinguunt, ſed longè grauiorem augent, quæ cæcitas? quæ veſania illa exoptare? Si eſſerrent quidem iſtæ maris elationes hominem in ſublime, & elatum vſq; ad ſydera in eo ſtatu detinerent, non multum quærendum eſſet. Verum quo altius extulerint, eo grauius deijciunt; quos maioribus vndis obnoluerint, eos magis opprimunt; quis animus? quæ mentis alienatio talibus ſe committere? Fugite miſeri mortales hos infauſtos fluctus. Iam è captiuitate Ægyptiaca gentilitatis, iam è ſeruitute duriſſima qua vos, dę mon olim oppreſſerat, in Baptiſmo erepti eſtis. Nunc ad fœliciſſimam patriam lacte & melle affluentem properatis, quid vos in vaſto gurgite maris huius detinet? Itane fluxas delicias captabitis, vt illas negligatis æternas? Itane Tantali inſtar in medijs fluctibus, fugaces mundi oblectationes, (ſi oblectationes & non potius cruciatus appellandæ ſunt) ore hiulco ſitietis & nũquam deguſtantes fame & ſiti veſtras enecabitis animas? Fugite, citius euolate poſt Ducem vos præeuntem. Filij quidem Iſrael, dũ ad terram promiſſam properabant, vnius noctis ſpacio ampliſſimum rubri maris ſinum tranſierunt. Non eſt nobis diutius in hoc mundi ſalo periculoſo immorandum. Sufficiat, nocti malitia ſua, ſufficiat quod noctis horrendę circumfuſi tenebris, olim in eo periclitantes volutabamur. Nox iam pręceſſit peccatorum, dies ſalutis appropinquauit, nunc lumine ſuo fulgentiſſimo gratiæ, caliginem animarum Chriſtus diſcuſſit. Nũc cibos ſuauiſſimos, panem Angelorum, ſuum precioſiſſimum corpus & ſanguinem nobis præparat, non amplius panes hordeaceos, non piſciculos, non manna, non coturnices, non aquam de viuida petra, ſed panem quo Cœleſtes omnes ſpiritus perfruuntur. Calicem quo omnes credentes inebriantur, manna illud dulciſſimum Spiritus ſancti artificio confectum, torrentes illos aureos voluptatis quibus ſitim animarum explet. omnem ſaporis ſuauitatem in ſua inſtruxit menſa, ipſe præſes conuiuij ſalutaris, ipſe ſeipſum in ſuas accipiens manus, per ſuos miniſtros diſtribuet & exſatiabit. Quantum quiſque voluerit ex eo, tantundem accipiet, non ille parcus alteri, & alteri profuſus erit; non hunc à menſa ſegregabit, & alterum admittet.

mittet. Omnes aduocat, omnibus ferculum immortalitatis & vitæ æternæ profert, omnes ex eo deguſtare poſſunt quantum deſiderant, omnes tantum gratiæ, roboris, alimenti, vitæ, virtutum, & incorruptionis ex hoc pane cœleſti aſſumant quantum libet: illud ſolum à vobis exoptat, vt cum eo mare Galileæ relinquatis, illud petit, vt eum trans mare Galilææ in montem & in locum ſecretum ſequamini. Nemo enim in maris huius fluctibus iactatus, cibum Angelorũ deguſtare poteſt. Nullus qui amaris mũdi aquis obrutus eſt, calicem ſalutaris accipiet, pacata prius ab oĩbus perturbationibus, ab oĩbus ſedata turbulẽtis motibus, eliberata à periculoſis procellis efficienda eſt anima. Procul diſſidia cuncta, procul odia, procul omnis impudicitia, procul omnis iniuſtitia, procul omnis ſolicitudo & pauor ſit, vt quieta anima ſuauem cibum intra noſtras fauces recipiamus. Valedicendum eſt mundo, & ad culmen præaltum virtutum conſcendendum eſt. Quanta enim cordis puritate, quanta corporis caſtitate illud Diuinum & cœleſte manna deguſtandum eſt, vbi caro Saluatoris ſumitur, vbi ſanguis eius in veritate bibitur, vbi ſummis ima, & humanis Diuina iunguntur, vbi adeſt ſanctorum præſentia Angelorum? Vbi ipſe eſt conuiua & conuiuium? Fugiendum eſt etiam trans mare Galileæ, in mõtem Religionis, in hac enim nihil eſt fluxum, nihil labile, omnia perpetuis fixa radicibus perſeuerant. Vitæ cœleſtis quam in religionis monte, homines traducunt, adhuc in mortali corpore degentes, initia fœliciſſima multo fœliciori immortalitate conſummabunt. Viuent enim corda eorum in ſæculum ſæculi. Venuſtatem ex virtutum fulgore promanantem, multo clariorem poſt mortem habebunt. Fulgebunt enim iuſti tanquam Sol in regno Dei. Cumulum virtutum quas hic collegerunt ſecum in beatiſſima deferent regna. Opera enim illorum qui in Domino moriuntur, ſequuntur eos. Dulcedinem quam hic prelibare cœperunt, illic in cœleſti menſa pleno ore guſtabunt. Tunc enim præcinget ſe Dominus & faciet illos diſcumbere, & tranſiens miniſtrabit illis, tunc ſatiabuntur ab vbertate domus Dei, & torrente voluptatis inebriabunt. Lætitiam quam in ſolitudine iſta ſterili percipiebant, illic maiorem obtinebunt, lætabũtur enim in cubilibus ſuis, exultabunt in gloria, & letitia ſempiterna ſuper capita eorum. In ſumma immortalitatem, incorruptionem, vitam, gloriam, fœlicitatem, letitiam, dulcedinem inexplicabilem, omniaque alia ſempiterna bona quæ hic in monte Religionis primis labris attigerant, & extremis apprenderant digitis, poſt mortis terminum perfectiſſimè obtinebunt. Quod nobis concedere digneris dux inclyte IESV Chriſte, qui nos preceſſiſti in immortalitatis perpetuum montem in ſæcula & in æuum. Amen.

Vnde

Vnde ememus panes vt manducent hi?

FASCICVLVS SECVNDVS.

De ſollicitudine & miſericordia in pauperes.

QVi curioſus inquiſitor perſcrutati velit, cuinam ſtudio Sapientiſſimus Deus in fœliciſſimo ocio incumbat, quidue in theſauris ſapientiæ & ſcientiæ, incompræhenſibilis illa ſapientia moliatur, non alienum à veritate cenſerem fore, ſi propoſitæ quæſtioni ſatisfacere n, hac mei animi ſententia. Deus in ſuæ fœlicitatis inſcrutabili mußolo, illud ſolum meditatur, qua ratione, quibuſue modis, theſauros bonitatis inexhauſtos, ſiue in ſuprema Cœleſti aula, ſiue in ſublunari ſolitudine. Siue intra ſuos inacceſſos thalamos, ſiue extra beatitudinis Regnum perenne, pro cuiuſq; conditione naturæ effundat. Non eſt ingenij mei, ſed omnium ferè & ſapientiũ & vulgarium hominum, hoc decretum. Quamobrem.n.non alio ſed Dei nomine; ſummum illum & Optimum bonitatis fontem appellarũt? Theos, à quo deductum eſt Latinis Deus, ſcientem & ardentem deſignat, Deus autem à dando deriuauit nuncupationem. Quod ergo excelſum & omnium rerum quæcunq; vel conſiſtunt vel conſiſtere poſſunt pulcherrimũ Ens, Dei nomenclatura vocarunt; illum & ſapientem, & ſapientia non lucente ſolum ſed & ardente & illuſtrante, præſtantem eſſe teſtati ſunt. Deus igitur illud tantum ſecum reputat, hocque in libro illo ſeptem ſignaculis clauſo, & ad extra & intus characteribus rerum pulcherrimis e-
Alluſio ad Ideas. xarato, dies noctéſque legit, vt ſuas opes larga manu diſtribuat, theſauros immenſos communicet. Ea.n.liberalitate, nihil clarius & elegantius, nihil pulchrius & amabilius, nihil denique quod magis omnibus laudibus excellat, poſſe reperiri uel cogitari, multorum exinde alijs conſecutione bonorum decreuit. Quapropter nihil eſt mirandũ, ſi fons & origo & idea totius bonitatis Saluator noſter carne circumdatus humana illud idem ſolum moliatur, nihil eſt ſtupendum ſi verbum in quo ſunt omnes theſauri ſapientiæ & ſcientiæ abſconditi, illud hodie ab alijs ediſcere curet. Vnde ememus panes, vt manducent hi. Ac ſi diceret. Illo ſtudio ego detineor ſolum, in hoc omnes meæ cogitationes incumbunt, huic ego ſcientiæ operam nauaui ſemper, & quę bona a patre meo accepi, libenter alijs cõicem. Æternis illis ſæculis, cum nõdum erant abyſſi, non aquarum fontes eruperant, non montes aut colles conſtarent, non vallibus circumdata flumina, non parati cœli, non locati terræ cardines, non quicquam ex ni

hilo

hilo prodieıat;& ego iam omne illud quod à Patre acceperam, Sacratiſſi mo Flamini munifica largitione donabam. Poſtquam deinde complacuit nobis ex nihilo ſplendentem educere Orbis machinã, ego aderam, meos cum Patre & Sancto ſpiritu theſauros aperiens & diffundens. Quando ille præparabat cœlos aderam; quando certa lege & gyro vallabat abyſſos, quando æthera firmabat ſurſum, & librabat fontes aquarum, quando circundabat mari terminum ſuum, & legem ponebat aquis ne tranſirent fines ſuos, quando appendebat fundamenta terræ; cum eo eram cuncta componens, & delectabar per ſingulos dies, ludens coram eo omni tempore, & ludens in orbe terrarum, & deliciæ meæ eſſe cum filijs hominũ. Deliciæ meæ ſunt ludere in conſpectu illius. Quaſi.n. per ludum cęlorum volubiles orbes ſurſum euectos ſtellis diſtinxi, & lumine corruſco illuſtraui. Ludus mihi eſt illa indeficienti motu hinc & inde rotare. Ludus mihi eſt terrarum orbem meo palmo incluſum ornare, infinitiſq; acceſſionibus bonorum perficere. Illæ ſunt deliciæ meę, illæ occupationes, illa mea illuſtrans, ardens, & ſuauis ſapientia, eſſe cum filijs hominum, & illis eſſe vitam, operationem & omnia parta diſtribuere. Pater meus vſq; modo operatur, eouſque in tabulis ſuæ eſſentiæ & in illo charactere ęterno legit, quem ad modum ſubueniat egentibus, quaue ratione det omnibus eſcam in tempore; oculi omnium ſperãt in eo, & ille aperit manum ſuam, & implet omne animal benedictione. Hi qui me ſecuti ſunt, omnes ſpes ſuas in me locarunt, non eſt dignum vt contraham manum meam. Vnde ememus panes, dicito mihi, vt manducent hi? Pater meus ideo Deus dicitur, quia ſcit omnium neceſſitates, quia nouit omnibus ſubuenire, quia ardet cuiuſq; amore, quia ſuos flammantes radios vt ignis quidam diffundit. Deus quoq; ego ſum; ediſcendum & mihi eſt, quomodo his famelicis ſubueniendum eſt. Vnde ememus panes, vt ſaturentur hi? Omnem ſapiẽtiam me didiciſſe iudicabo, ſi & ſciam ſubleuare inopes, & eorum miſericordia flagrauero, & meo ſplendore illos colluſtrauero, & meos illis communicauero radios. Oculi omnium horum in me defixi ſunt; hoc vnum demonſtra mihi, quomodo expectationi eorum ſatisfacere debeo, hoc ſolum à te perdiſcere cupio. Vnde ememus panes, vt manducent hi? Aperiendæ ſunt proculdubio manus vt & Pater meus facere ſolet: à Patris ego nomine, & conſuetudine, & liberalitate degenerare nolo. Aperiendæ ſunt mihi manus, illæ quæ cuncta plaſmauerunt, quę vniuerſis ſua quæq; accommoda naturæ beneficia conceſſerunt. Aperiendæ ſunt manus quę volucres cœli, animantia terræ, piſces marinos, reptilia, vermes, ſerpẽtes, ab initio ſęculi vſque modo pauerunt. Facite homines diſcumbere ſuper fœnum, & panes ſi quos hordeaceos habetis, in manus meas date. Hordeacei ſunt, illorum pauperum proprij ſunt. illis ergo ſunt diuidendi. Nõ eſt dignum illos menſæ meæ cęleſti apponere, Angeli & ſupremi ſpiritus talibus edulijs terrenis non veſcuntur, non eſt iuſtum vt illos panes in pe

nuario

nuario meo concludam, aperiendæ ſunt manus, multiplicanda annona, pauperum iſtorum fames releuanda eſt. Paſtorem me pater meus ouibus iſtis errantibus præſtituit. fungendum eſt mihi meo officio, pabula corporis & animæ illis ſunt miniſtranda. Vnde ergo ememus panes, vt hi reficiantur? Iam illas eduxi de populis, iam congregaui eas de terris, induxi iam illas in montes excelſos, vt eas paſcam. In paſcuis vberrimis paſcēdæ ſunt, in montibus excelſis Iſrael debent eſſe paſcua earum, requies earum in herbis virentibus paranda eſt; hic adeſt fœnum, hic aſpectum herbæ virentes oblectant, hic flores vernantes, vocant ad requiem: Vbi nam paſtum illis coememus? Vbi inueniemus panes vt manducent hi? Ducē exercitus ſui me præfecit Deus: qui iuxta me ſunt, qui mihi adhærēt, qui ſui ac ſuarum rerum obliti, me viæ ducem, vitę magiſtrum, & ſalutis authorem ſequuntur, neceſſe eſt vt bonis affluant, ne in arena in quam deſcenderunt deficiant. Vnde ergo ememus panes, vt manducent hi? Pręceptorem & ſapientiam me inter illos voluit eſſe Deus. Sapientia, (vt de me vaticinabatur quidam) ædificare debuit domum, miſcere vinum & menſam ponere, & conuiuas ad eā inuitare, dicens: Comedite amici, & bibite, & inebriamini chariſſimi. Me iſti differentē de rebus Diuinis auſcultant. Vndenam paranda menſa? Vnde latices hauriendi? Vnde emēdi panes, vt manducent hi? Mea ſunt hæc ſtudia, mea hęc ſcientia, noſſe. Vnde ememus panes, vt hi reficiantur. Mihi enim & quia Sapientia, Pręceptor, Magiſter, Dux, Paſtor, Dei filius, & quia Deus omnia ardenti & liberali ſapiētia agnoſcens ſum, hoc vnum ſcire congruum eſt. Talem igitur Saluator noſter curam & ſollicitudinem egenorum habuit: in hoc vnum ſemper cogitationes ſuas retulit, vt ſua bona omnibus communicaret, hanc ſcientiam prę cæteris excoluit, vt ſuas manus non contraheret ſed aperiret. Hanc vt edoceret Philippum alioſque ſuos ſequaces, pręter alias cauſas quæſiuit ab eo. Vnde ememus panes, vt diſtribuamus egenis. Vt. n. Dei filium nulla alia magis decet ars quam miſericordia, ſic & hominem non aliud magis conuenit ſcire quam miſericordiam. Melius eſt hanc ſcire, aiebat Chryſoſtomus, quam eſſe Regem & diademate coronari. Multo maius eſt eſurientem paſcere Chriſtum, quam in nomine Iesv mortuos ſuſcitare. Nam hic quidem homo de Chriſto bene meretur, illic autem ipſe de homine. At merces eſt in bene gerendo, non in bene patiendo, Inſignis homo debet Deo; in eleemoſyna aūt Deum habet debitorē. Et vt aliquid de hac arte Diuina compendioſè diſcamus, dixerim curam & ſollicitudinem in pauperes eſſe talem ſcientiam, quam 1 ſupra omnia exigit Deus ab homine, 2 quæ hominem ſuper omnia alia decet, 3 & quæ maiores fructus refert homini, quam alia quęcunque. Et vt à primo incipiam. Curam & ſollicitudinem, aio, in pauperes talem eſſe & tantam artem, vt eam ſupra omnia exigat Deus ab homine. Dei hęc eſt ipſius non mea ſententia. Ita. n. ipſe dicebat. Miſericordiam, inquit, volo & non ſacrificium. Quaſi dice-

diceret. Religionis cultus mihi ſummopere placet. ſacrificium quod meo nomini in honoris & laudis & gratitudinis offertur teſtimonium, non ingratum eſt mihi; at ſi contigerit in pauperem & in oblationem aliquid impendendum eſſe, magis volo quod pauperi illud quam altari donetur. Quod.n. pauperi datur; mihi ipſi dat. ego in paupere fores circumeo, ego in exitibus viarum demoror, ego ad oſtium pulſo, ego manus extendens fruſtum panis à te ſupplico. quod pauper accipit, ego accipio. Reficis pauperem, me reficis. Pauperi calicem aquæ frigidæ porrigis, mihi porrigis. Veſtis redimis, viſitas, ſepulturæ tradis, ſiue aliquid aliud facis in pauperem, mihi facis. Magis ergo volo miſericordiam, q̃ ſacrificium. Non.n. aliquid mihi ex tuo ſacrificio accedit, non olfacio ego ſuffitum turis, palla altaris non ego veſtior, non manduco carnes vitulorum, eleemoſyna autem ego reficior. Quod vni ex minimis meis feciſtis, mihi feciſtis. Accedit quod ſacrificia externa, ſacrificia tm̃ ſunt; Miſericordia aũt & miſericordia eſt & ſacrificium. Et ſenſibilis quidem illa fragrantia non multum aeris penetrat; eleemoſyna verò ipſas cœlorum apſides aperit; & tu quidem taces, opus verò clamat, & fit ſacrificium laudis. Non occiditur vacca, non pellis exuritur, non adeps torretur, ſed anima ſpiritualis ſua offerẽs. Quando videris pauperem fidelem, aram te videre putes, qñ in eum confers beneficium, ſacrificium te obtuliſſe exiſtimes. Quare cum ipſa quoq; ſacrificium ſit, ipſam magis volo, quam ſacrificium. Sacrificium quidẽ ſoli ſacrificanti prodeſt, hæc autem & facienti & ſuſcipienti. Sacrificare nõ omnibus præceptum eſt, neq; cuilibet ſed Sacerdoti ſoli conuenit; cæterũ miſericordia ab oĩbus exigitur; Miſericordia oẽs attinet; miſericordia communis eſt vſus, communi præcepto omnibus officijs, omnibus ætatibus, omnibus gradibus indicta. Non Publicanus, non miles excipitur, non agricola, vel vrbanus, non diues aut pauper, omnes in communi admonentur, vt conferant non habenti. Neq; Deus ipſe ſeipſum excluſit. Sua.n. omnia nobis cum ſuo filio donauit. Si non ſacrificauerit homo, neq; homo, neque Chriſtianus eſſe deſiſtet. Qui non fuerit miſericors, & hominis & Chriſtiani nuncupatione indignus eſt. Nihil.n. & hominem, & Chriſtianum magis decet ſcire, quam curam & ſolicitudinem pauperum hře. Hominem quidem nihil magis ſcire decet quam miſericordiam: hanc.n. & multas ipſius naturæ partes Deus inſperſit naturæ tyrannidi. Sic.n. habemus aliquid à natura ad miſericordiam propenſionis, vt non tm̃ filiorum patres & matres, non parentũ geniti, non fratrum fratres, & cõſanguinei, & neceſſarij miſereantur, ſed & hominis homo. Quare pro iniuriam patiẽtibus flectimur? cur iugulatos cernentes commouemur? Quamobrẽ lugentes aliquos videntes, lachrymas impẽdimus? Cur gentes ipſæ Dei ignaræ pauperum curam habuerunt? Natura inſeuit in hoĩe, ad miſerendũ incitamenta. Quid verò homo, hoĩs noĩe appellatus eſt, niſi ab humanitate? Qui igitur immanis eſt erga pauperẽ, q indigẽti nõ ſubuenit, q neceſſitatem

patienti non miſeretur, qui nullã humanitatẽ clementiã nullã erga proximum habet, hominis nuncupatione indignus eſt. Et cætera quidem creata ſiue animata, ſiue inanimata ſint, ad illam ſui communicationẽ ad quã à Deo inſtituta fuere, ſua ſponte feruntur. Sol non expectat præſtigias & preces vt exoriatur, ſed illico fulget, & ab hominib. ſalutatur. Cœlũ ſuos motus omnibus impertitur, Luna humores, ſtellæ influxus, ignis calorẽ, aer anhelitum, aquæ piſces, colles vinum iucundum, nemora plantas, prata flores vernantes, arua ſegetes vberes, viridaria dulcia poma, montes fructus varios, fontes potũ, maria gemmas, terra lapides precioſos; & quid? Lapides nobis domicilia præparant, animalia lanam ad veſtimenta conficienda, corium ad calceos, & carnes ad victum; quælibet alia creatura nobis ex munificentia ſua aliquid confert, & homo homini qui ſibi natura nexu coniunctus eſt, non ſuffragaretur? non vt alteri Deus eſſet à Deo inſtitutus eſt? Quod ſi hoc non præſtat, vt aliquid ex ſibi conceſſis pauperi impẽdat inanimis ipſis immaniorem; non eſt hominis dignus appellatione. Chriſtianum verò nihil magis decet ſcire, quam curam & ſolicitudinem pauperum habere. Vt.n. præcipua virtus Chriſti Saluatoris fuit miſericordia: hæc.n. eũ de Cœlis detraxit, hæc bonis omnibus ſpoliauit, hæc pauperem fecit, hæc in crucem ipſam adegit, hanc bonorum, communionem ab æterno edoctus, vbiq; obſeruauit & obijt: hoc ſolum à Patre didicit vt non contraheret ſed aperiret manum egenti: non ſeruaret ſed erogaret ſuos theſauros, ſic ille verẽ Chriſtianus eſt qui ſummam hanc Chriſti ſapientiam æmulat, qui huic ſcientiæ dat operam, vt ſua pauperib. diſpergat. Qui hac virtute caret, Chriſtiano nomine indignus eſt. Qui hac obleꝰtatur, Chriſtum in ſe maxime expreſſit. Tertium perſequor illud qđ miſericordia maiores profert homini fructus quam alia. Vt ager ſeminib. cõſitus, maiora reddit quam recipit, ſic eleemoſyna in agro Eccleſiæ diſperſa pauperib. maiores fructus reddit homini quam effuderit. Effudit homo terrena bona, recipit ſpiritualia. Diſpergit panes, & recipit gratię ſuauitatem. Donat terram, & accipit cœlum. Diſtribuit frumẽtum, & vitam, ſanitatem, bona temporalia, fidei lumen, virtutum ornatum, gratię ſplendorem, Regnum deniq; ſempiternum exigit. Pulcherrime ex Chryſoſtomo poſſum demonſtrare, curam & ſolicitudinem pauperum, ſeu miſericordiam eſſe ſcientiam ſcientiarum, artem artium, ex qua tot & tanta bona proueniunt homini, vt numerari nequeant. Oſtendamus qualiter eſt ars omnium artium quæſtuoſiſſima eleemoſyna. Si.n. artis eſt proprium ad aliquam vtilitatem peruenire, eleemoſyna verò nihil eſt vtilius, clarũ eſt profecto, quod & ars, & omnium artium eſt optima. Non enim nobis calceamenta conficit, neque veſtimenta contexit, nec has luteas domos ædificat. Verum & æternam miniſtrat vitam, ex mortis manibus eripit, in vtraque vita claros exhibet, manſiones ædificat in cœlis, & æterna illa parat tabernacula. Hæc lampades noſtras non ſinit extingui,

Ex diuerſis homil. D. Chryſ.

nec ſordidis indutos veſtibus in nuptijs videri: Sed lauat & mundiores reddit. Non ſinit nos decidere eò, vbi diues ille epulo. Nec audite verba tremenda. Sed in Abrahæ ſinus deducit. Tanta eſt eius virtus, tantaque potentia, quod vincula peccatorum ipſa diſſoluit, fugat tenebras, docet virtutes, mortis pellit timorem, extinguit ignem, vermem mortificat, eijcit ſtridorem dentium, ad cœlos eleuat. Deoq; ſimillimos facit. Et artium quidem ſecularium vnaquæque vnum habet quod accepit meritum; Verbi gratia. Agricultura paſcit, textoria veſtit, imo vero non hoc vlla poteſt à ſemetipſa nobis conferre. Et ſi libet, agriculturam examinemus primam. Nam niſi cur ſoriam habuerit, à qua ligonem, & vomerem & falcem & ſecurim, & alia plura mutuetur; & carpentariam vt aratrum pangat, & iugum paret, & plauſtrum vt ſpicam excutiat, & coriariam vt lorum faciat, & ſuccisoriam vt ligna ſecentur, & ædificatoriam vt & arantibus tauris ſtabulum, & ſerentibus agricolis domum ædificet, & piſtoriam; poſt hæc omnia nuſquam apparebit. Similiter & textoria, cum aliquid faciat, multas ſecum artes conuocat, vt propoſita ſecum expediant: quod ſi non acceſſerint, & manum porrexerint, hæc quoque ſimiliter vt illa remanebit inops. Et artium quæque alterius indiget artis. Cum autem oporteat miſereri, nihil aliud nobis opus eſt, ſed ſola voluntas eſt neceſſaria. Quod ſi dicas, quod pecunijs opus eſt, & habitationibus & veſtimentis, & calceamentis: illa lege Chriſti verba, quæ de vidua dixit, & ab anguſtia deſiſte. Licet valde ſis pauper, & mendicantibus pauperior, ſi minuta duo, aut aquæ calicem contuleris, totum expleſti: & ſi des panē, cum habens ſolum, ad perfectionem artis veniſti. Sed neque ſola hæc eſt eius præcellentia, quod aliarum rerum non indiget, ſed & artifex, & doctrix eſt magna aliorum bonorum. Docet contemnere mundum vniuerſaque terrena. Dans enim eleemoſynam ſicut oportet dare, diſcit aſpernari diuitias; qui pecunias didicit aſpernari, malorum radicem excidit. Qui dat eleemoſynam, diſcit aurum & pecuniam non admirari. Hoc autem inſtructa mente, maximum aſcendendi principium in cœlum accepit, & innumeras contentionis, & litis, & inuidiæ, ac triſtitiæ ſuſtulit occaſiones. Noſtis.n. noſtis & uos, quod omnia propter pecunias, omnia, & infinita propter pecuniam bella; qui autem has contemnere didicit, ſemetipſum in tranquillitate conſtituit. Non amplius iacturam formidat; hoc enim docuit eleemoſyna. Non amplius res proximi concupiſcit; quo modo namque qui ſua diſpergit & largitur? Non vltra locupleti inuidet; quomodo namq; cum velit pauper fieri? Non veretur fortunæ mutationem? hęc,n. omnia bona in cœleſtes theſauros reponit. Non reſpicit opū diminutionem, ita.n. ſecum ratiocinatur. Si circa terram laborantes, horrea exhaurientes, terræ ſemina mandant, & congregata diſpergūt, & hoc faciunt cum voluptate, ſe ampliorum ſpe conſolantes, & hęc cum ſciant, quod frequenter, & aeris inęqualitas, & ſterilitas terræ, & alij multi incur

ſus,vel grandinis fragor, vel rubiginis impetus ab expectatione decidere facit,bonis tamen ſe paſcentes expectationibus,in horreis congregata terræ committunt. Nõne magis inaniter repoſita in cibos pauperum diſpergere mihi congruit,vbi nunq̃ accidit aberrare, nec infortunium qđ in terra fit vereri;Vnde maiores fructus colliguntur? vbi diſperſis incõſumpta manet iuſtitia,cum oĩbus pariter ſæculis extenſa? Eleemoſyna docet auaritiam mali totius fontem & luxum omnis peccati radicem deponẽdum eſſe.Qui.n.ſecum reputat aſſiduè,& ita fabulatur. Mearum ego pecuniarum diſpenſator,non minus q̃ qui Eccleſiæ bona diſpenſat.Sicut igit̃ ille poteſtatem non habet,ea q̃ pp pauperes à pijs hominib.erogantur,temerè,vt caſu venit,diſpergendi. qm̃ in pauperum data ſunt alimentum, ita neq; ego mea.Etſi namq; multa accepi bona,& ita poſſideo quęcunq; mihi donata ſunt,ita tñ quoq; vt Dei ſint oĩa.Ego quod erogo quidẽ, tali volo diſpenſari diligentia, ne quidpiam perdat, Deus ſua ſimpliciter perire patietur?Non ita eſt.Hæc ideò mihi conceſſit,vt ea in manus pauperum, & in cœleſtia referam gazophilacia.Cum ea auferre poſſit,ea dimittit,nõ vt comedam & bibam cum ebrijs, non vt gaſtrimargiæ ſeruiam,nõ vt in delicias abſumam,ſed vt in eleemoſynam erogem. Non vt in capſis concludam, res.n.pauperum ſunt mihi creditæ non ad conſeruandũ ſed ad diſpenſandum.Non ergo dilatanda ſunt horrea, nõn amplæ poſſeſſiones coemendę;non vorandum aurum,ſed diſtribuendũ profligandæ voluptates,auaritia deponenda,paraſiti propellendi,ſuperuacanei ſumptus reſecãdi.Quid enim? Nonne Dñs non ſuis cõgruè vtentes pecunijs punnit? Nec.n.virgines aliena rapuerant,ſed propria non dederant. Neq; qui talentum in terrã defodit iniuſtè vſum ſibi vẽdicauit,ſed qa nõ geminauit. Nec eſuriẽtẽ deſpicientes,ꝙ aliena rapuerint puniunt,ſed qa ſua non diſperſerunt.Nec diues epulo,ꝙ oppręſſerit vel deprędarit aliquem in infernum truſus, neq; guttã aquę commeruit, ſed qa egentẽ Lazarũ deſpexit. Nec ille alter diues ob ſcelus aliqđ nocte ſuffocatus interijt, ſed quia deſtruebat horrea,qa nouas gazas conſtruebat,quia ſuam implebat tm̃,non aũt pauperum aĩam.Effundendæ ſunt igitur opes,diſpergendæ pecuniæ, valedicendum eſt auaritiæ. Docet eleemoſyna terrenorũ oĩum cõtẽptũ. Qui.n.diſtribuit ſua pauperibus,illa nihili pendere,non hic ſe hr̃e ciuitatem manentẽ demõſtrat. Qui dat eleemoſynã,nouit qđ non pmittit Dñs nos hic velut Ciues fieri,ſed peregrinos; Nouit quod non ſinit migrãtes quicquam terrenorum auferre.ſed omnia in terris relinquere;ideoq; omnia ſua illis qui ea in Cœlum deportent relinquit. Eleemoſyna docet paupertatem ſpiritus amplectendum eſſe. Qui.n.larga manu opes egentibus elargitur,pauperiem ſe iam delegiſſe oſtendit.Docet in proximos charitatem feruentem.Cęteræ quidem virtutes ſoli homini proſunt.Ieiunare,& humi cubare, & exercere virginitatem, & temperanter agere, Solis hæc obeuntibus vtilitatem afferunt; quæ verò proximis à nobis exhibentur

per

per eleemoſynam, hæc & nobiſipſis, & proximis ad quos à nobis tranſeunt proſunt. Ita enim hominem hortatur. Si in ſecularibus ſibi viuit nemo, verum & artifex & miles, & agricola, & mercator ad communem proximorum vtilitatem omnes operantur. Multo magis in ſpiritualibus oportet hoc facere. Qui namque ſibi viuit ſoli, & omnes negligit, ſuperfluus eſt & nec homo, nec Chriſtianus, nec virtutum aliquarum compos, nec ſibi proficuus, nec in ſe charitatem habens. Quoniam vbi quæſo vtilis ſibi erit qui eleemoſynam non facit? Ieiunabis quotidie, verum & tunc virgines illæ, ſed nihil eis profuit. At orabis? & quid hoc? Abſque eleemoſyna oratio ſterilis. Virginitatem ſeruas illam excellentem? ſed illa ſine charitate extra ſponſi thalamos manebit. Omnia immunda abſque hac, omnia inutilia, maior virtutis pars eſt amputata. Qui non diligit fratrem ſuum, inquit Ioannes, Deum non nouit; tu verò quomodo diligis, neque parua hæc & vilia volens ei communicare? Dic mihi, temperanter agis? Qua de cauſa? Nonne quià pœnam timuiſti? Nequaquam ex virtute ſed à natura negocium obis. Quoniam ſi moderate viuis pœnam veritus, & tantam ſuſtines violentiam tanquam tyrannidem, multo magis eleemoſynas facere fuerat opus. Non enim par eſt corporum vincere concupiſcentiam & pecuniarum, ſed maior illic eſt labor. Cur tandem? quoniam voluptas quidem naturalis eſt, & corpori noſtro inſita & ingenita, pecuniarum autem cura nequaquam. Hoc eſt id quo Deo poteris adæquari, miſereri & miſericordiam exhibere: cùm hoc non habueris, toto eris priuatus. Non dixit. Si ieiunetis, ſimiles eritis patri veſtro, neq; dixit. Si ſuppliciter oraueritis, ſimiles eritis patri veſtro, neque, ſi virginitatem illæſam ſeruaueritis; nihil enim horum eſt circa Deum, nec horum quicquam Deus operatur. Sed quid? Eſtote miſericordes, ſicut pater veſter qui in cœlis eſt. Hoc Dei eſt opus; hoc ſi non habeas, quid habes? Et non tantum ſola artis huius Diuinæ excellentia eſt, quod hæc præclara doceat, verum & quod diuerſarum rerum eſt expeditoria, & multarum quidem & omnigenarum. Domos.n. ædificat in cœlis ſemper manſuras, & qui ſe conſecuti fuerint, docet quemadmodum immortalem fugiant mortem, & theſauros donat, qui nunquam abſumuntur, ſed omne damnū effugiūt, tam à latronibus, q̄ à vermibus, & tpe imminēs. Si quis circa frumentorum conſeruationem hoc ſolum te docuiſſet, quid nō reddidiſſes, vt inabſumptum multos annos poſſes conſeruare frumentum? Ecce autem hæc non in frumento tantum, verum & in omnibus docet, & quomodo parta & anima, & corpus indiminuta conſeruentur oſtendit. Et quid opus eſt omnia particulatim dicere artis huius merita? Hæc namque te docet, quo poſſes Deo ſimilis fieri, quod eſt omnium ſumma bonorum. Fecit cœlum Deus, fecit terram, mare, omnia quæ oculis cernuntur fecit & homini communicauit, ſi tu tectum, alimentum, lectulum, veſtimentū pauperi conceſſeris, ſimilis Deo factus es. Cæcos illuminauit ille,

claudos erexit in pedes, leproſos mundauit, mortuos ad vitam reuocauit, multa alia hominibus beneficia contulit. Si tu in ægrotos egentes impenderis facultates, ſi pharmaca illis coemeris, ſi curam diligentem infirmorum habueris, ſimilis Deo exiſtis. Vides quomodo non vnum eſt huius opus, ſed multa? Non alterius indigens artis domos ædificat, texit veſtes, inabſumptos parat theſauros, Deo reddit ſimiles, diabolum cohibet, facit vt mors non aliorum tantum, ſed & tua ſuperetur. Vultis hoc videre? Tabitha quædam mulier fuit, quæ Dorcas dicitur interpretata, hæc opus faciebat per ſingulos dies; vt eleemoſynæ copiam colligeret, & veſtiebat, inquit Scriptura, viduas, & aliud omne miniſterium illis impendebat. Factum eſt autem, vt ipſa infirmaretur & moreretur. Sed vide quomodo beneficium aſſecutæ, & ab ea tectę beneficium in tempore reddút. Circumſtantes Apoſtolum, oſtendebant, ait, veſtes quas ſibi fecerat dum viueret Dorcas. Et altricem inquirebant, & forte ſpargebant lachrymas, & in miſericordiam Apoſtolum trahebant. Quid beatus itaque Petrus? Poſitis, inquit, genibus orauit & conuerſus ad corpus dixit: Tabitha ſurge. Dans autem ei manum, ſuſcitauit eam. Illa verò aperuit oculos ſuos, & videns Petrum reſedit. Et cum vocaſſet Sanctos & viduas, præſtitit illam viuentem. Vidiſti virtutem Apoſtoli? Vidiſti quanta ſit erga pauperes beneficij retributio, & in præſenti? Quid.n. tantum hęc vidua prębuit pauperibus, quantum ei retribuerunt? Veſtimenta præbuit ipſis & cibos; illi verò eam ad vitam reduxerunt, & mortem verterunt in fugam; vel potius non ipſi, ſed pp præſtitam illis opem miſericors Dominus. Quid igitur hac arte fuerit vtilius? Et aliæ quidem, & cum præſenti ſoluuntur vita, & morbo laborantibus artificibus nuſquam apparent, & earum opera durare non poſſunt, & laboris indigent, & temporis multi, & aliorum mille. Hæc autem cum mundus prætererit, tunc maxime apparet, cú fuerimus mortui, tunc maxime corruſcat, & opera monſtrat à ſe geſta. Nec laboris indiget, nec alterius huiuſmodi cuiuſpiam operationis. Verum & ægrotante homine fructus affert, & annis confecto, & ad futuram cum eo vitam emigrat, nec vnquam deſerit. Hæc & Sophiſtis & oratoribus hominem potentiorem efficit. Nam illi quidem in ſuis præcellentibus artibus, multos habent æmulos; hæc autem pollentes infinitos pro ſe habet orantes. Et illi quidem, hominum aſſiſtunt tribunalibus, iniuriam patientibus exhibentes patrocinium; at & frequenter iniuriam facientibus; hęc autem Chriſti aſtat tribunali. Huic multa cum fiducia portæ Cœli aperiũtur, & veluti regina intrante, nullus ianitorum, nullus cuſtodum qui portis aſſiſtunt audet dicere. Quæ tu es? vel Vnde? ſed omnes eam è regione ſuſpiciunt: ſic etiam miſericordia Regina quædam eſt, vere Regina ſimiles faciens homines Regi cœleſti. Pennata namque eſt & valde leuis, habens alas aureas & volatum, qui Angelos ipſos deceat. Scriptum eſt enim pennæ tuæ ſicut columbæ deargentatæ, & collum eius in fulgore auri. Sicut

cut columba quędam nitens,& aurea venuſtate decorata, mites & affabiles oculos habens per cuncta peruolat; ſic & miſericordia nitet magno decore feſtiua, nihil eſt illis oculis melius. Pulcher quidem eſt pauo, ſed in illius comparatione deformis apparet. Ita.n. hęc auis pulchra eſt & mirabilis, ab ipſo initio per tempora cuncta perdurans, & multa gloria Diuina decorata. Virgo eſt habens alas aureas, circumſpecta per oĩa, venuſteq; ſuccincta, vultum habens candidum atq; manſuetũ, pennata eſt & leuis, & ſemper ante ſolium regale conſiſtit. Quando iudicamur, repente ſubuenit, & nos à ſupplicijs liberat imminentibus, alis ſuis nos cõtegens. Ipſa perſuadet iudici vt reo patrocinium pręſtet, & pro eo ſñiam ferat, & licet millies peccauerit, coronet & promulget victorem. Iſta eſt quę ſalutẽ humano generi contulit. Nihil ita exprimit Chriſtianum, ſicut miſericordia: nihil ſic fideles & infideles cuncti admirantur, ſicut qñ nos vident eleemoſynã impendere. In pſenti vita ſi hoĩes interrogemus, quid malint. Sophiſtas & Oratores magnos eſſe, an eleemoſynarios & humanos? Audies eos ſecundum eligentes, & meritò. Sublata namq; dicendi facultate, vita nihil lędetur; nam & ante hanc multum ſtetit temporis. Sed ſi miſericordiam auferas, oĩa tranſibunt & peribis. Non peccatorum remiſſionem obtinebis. Eleemoſyna.n. ſicut aqua ignem, extinguit peccatum. Non puritatem. illis.n. qui dant eleemoſynã oĩa ſunt munda. Non Dei miſericordiã. Miſericordes.n. miſericordiam conſequentur. Non Diuinam gratiã, effundentis.n. eſurienti aĩam ſuam, implet ſplendorib. ſuis animam. Non veritatis lucem. Frangenti ſiquidem panem pauperi erumpit quaſi mane lumen, & in tenebris errorum lux exoritur. Non vitam deniq; ęternam. Hęc.n. eſt vna, quę ſuper alas argenteas hoĩem ad ſydera eleuat. Tanta eſt ipſius vis, vt cum multa fiducia ſuos introducat alumnos; eſt.n. nota cœli ianitoribus, ſponſalis thalami fores obſeruantib. quin & venerabilis; & quos ſuos cultores agnouerit cum multa introducet libertate, & contradicet nemo, ſed oẽs cedent. Nam ſi Deum in terram deduxit, & hoĩem fieri perſuaſit, multo magis in cęlum hoĩem põt reducere. Hęc eſt illa Noetica columba, q̃ de vaſtiſſima huius mundi ſolitudine, oliuam fructiferam ad tabernacula cęleſtia deportat; Sed fructiferam tñ non infructuoſam. Talem.ſ. qualis erat ille. Ego aũt ſicut oliua fructifera in domo Dñi, Non.n. ſufficit oliuam eſſe, ſed fructiferam opus eſt eſſe. Tam igitur pcelſa eſt hęc doctrina, vt & Deus ipſam didicerit, atq; obſeruarit, & nihil ab hoĩe magis exigat, pręter eam; & ea ſacrificijs pręſtet, & hoĩem Chriſtianum maxime deceat, & innumerabiles ei theſauros, vt vidiſtis, proferat. Vtinam & vos dilectiſſimi in eius ſtudium curam omnem impendatis. Vtinã & vos illud ſolum p cęteris ediſcere cupiatis. Vnde ememus panes, vt manducẽt hi? Quis.n. modo eſt qui hac ſcientia delectetur? Quanti ſunt qui ſecũ reputent, qui ſuos alloquantur miniſtros, Vnde ememus panes vt manducent hi? Omnes quidem illud aĩo reuoluunt, vnde ememus panes, vt mã- *Allegoria pulcherrima.*

ducent? Qui? Scurræ,mimi,ſcorta,lenones,paraſiti, aſſentatores. Omnes quærunt. Vnde ememus annonam? Quibus? equis phaleratis,canibus venaticis,accipitris,auibus. Omnes vbi ſe aliqua vanitatis,aut mundani honoris, aut oſtentandi nominis occaſio præbet, ibi profuſiſſime quæcunq; habent effundunt,neq; tunc ſe aut liberos aut familiam hæ recordantur. Vbi in pauperes conferendum eſt quidpiã,quis quærit. Vnde ememus panes,vt manducent hi⁹? quis non familiam,non vxorem,non filios,non ſe nectam ꝓtendit? quis non inopiam cauſatur? quis ſterilitatem,quis annonæ caritatem non accuſat? quis debitorum onera non oſtentat? Procedat Satanas,& perquirat. Vnde accipiemus pecunias,vt ſeruorum cateruã nutriamus, vt aulas ædificemus, vt tapetibus, aulæis,Frigiiſq; operib. eas adornemus,Vnde ſerico,& auro,parietes operiemus, Vnde veſtem precioſam,torquem aureã,annulos, gemmas,monilia ememus. Oĩa illa quæ ad luxum & vanitatem ſpectãt exigat dæmon,& ſtatim aiunt. In domo mea ſunt tot gazæ,horrea plena,capſæ auro,argento,pecunijs redundant, reditus innumerabiles,oĩum copia eſt maxima,vt oĩbus his ſatisfacere poſſim. Vt vanitati,vt delicijs,vt pompæ,faſtui deſeruiam, multa auri congeries in domo mea eſt. Procedit Chriſtus & lachrymis obortus precat. Miſerere huic egeno. Da ei vel paululum cibi. Non aurum à te petit ſed panem. Non ſericam ſed pannoſam veſtem. Non quicquid luxum ſed neceſſitatem miniſtrat à te per nomen meum obſecrat,miſerere ei. Et ſurdi ſimus? & multa prætendimus? & inopiam cauſamur? Chriſtus ipſe q vobis oĩa iſta ad vſum conceſſit,qui ad erogandum pauperibus vos oĩum diſpẽſatores conſtituit,qui diſtribuentib. vitam æternã pollicitus eſt. Ille cuius hec ſunt oĩa q̃ vos in vanitates cõſumitis,ad vos venit fruſtum panis ſupplicitet petens;& quanti ſunt qui quærant,Vnde ememus panes. vt Chriſtus manducet? Deus oĩa nobis donauit,& nos Deo nihil pro acceptis retribuemus? Reuereamur eius miſericordiã,miſerationis exceſſum erubeſcamus. Ipſe nec vnigenito pp nos pepercit, nos aũt & pecunijs parcimus contra noſipſos. Ipſe & legitimũ pro nobis filiũ tradidit,nos vero nec argentũ pp eum contẽnimus,ſed neq; pp nos quoq;. Et qualiter hęc venia fuerint digna? Verum ſi hoĩem pro nobis pericula & mortes paſſum viderimus,oĩbus quidem ꝓponimus,& amicorũ primis connumeramus,& ei nr̃a tradimus oĩa,& ipſius magis q̃ nr̃a dicimus eſſe,nec ita ei dignã retributionẽ nos erogare cenſemus. erga Chriſtũ vero neq; hanc gratitudinis menſurã obſeruamus. Sed ille quidẽ ꝑ nobis aĩam poſuit,& ꝓcioſum ſanguinẽ pp nos fudit,q nõ eramus amici. Nos aũt neq; pecunias pp eũ ſundimus,ſed eũ deſpicim⁹ nudũ,& peregrinũ ꝑ nobis mortuũ. Et qs nos à futura pęna liberabit? Et qd dico pecunias? Nõne ſi ĩnumeras hẽrem⁹ aĩas, oẽs ꝑ eo oportuerat ponere? atq; nec ita qcq̃ beneficio dignũ feciſſemus. Ipſe nãq; prior benefaciẽs,manifeſtã exhibet bonitatẽ: at q beneficiũ accepit,qcqd retulerit,debitũ reddit,nõ meritũ cõfert: & maxime cũ ille q cę pit,

pit, inimicis benefecerit, & q retribuit, in benefactorē data cōferat, & ipſe rurſum eis fruat. At nos nec iſta trahunt, ſed oībus ingratiores ſumus, ſeruis quidē & eqūis torques aureos circūponentes; dn̄m verò nudū circumeuntem & fores ex forib. mutantē, & ſemper in exitib. morantē, & manus porrigentem deſpicientes, frequenter autem & toruo reſpicientes oculo; licet & hoc ipſum propter nos patiatur. Libenter. n. eſurit, vt tu paſcaris: & nudus circumit, vt incorruptionis indumenti tibi pr̨ebeat occaſionem: ſed nec ita veſtrorum quicquam erogatis. Sed veſtimentorum hæc quidē iacent, tineis eſca; hæc aūt arcæ ſarcina ſuperfluaque poſſidentibus cura. Qui verò iſta, cæteraq; dedit oīa, nudus errat. Quid hac immanius inhumanitate? quid crudelitate hac magis crudelius? Sed in arcam ipſa non reponitis, ſed ipſi vos circumamiciēres ornamini? Et quid vobis ex hoc amplius? vt forenſium turba vos ſpectet? Et quid hoc? Non. n. his amictum admirabuntur, ſed eum qui indigentibus largitur. Itaq; ſi vis in admiratione haberi, alios potius induēs, infinitos aſſequeris applauſus. Tunc & ipſe Deus te cum hoībus laudabit; nunc aūt laudabit quidē nemo, at oēs inuidebunt, corpus quidem cernentes ornatum, aīam verò neglectam habentem. Revereamur Dei benignitatem, ſtultitiam noſtram corrigamus: huic omnes ſapientiæ date operam. Vnde ememus panes, vt manducent pauperes? Deus hanc à me ſcientiam requirit præ c̨eteris, non ſacrificium à me expoſtulat, ſed miſericordiam; nō ſanguinem hircorum ſed calicem aquæ frigidæ; non cæſa victimarum cadauera, ſed fruſtum panis: vnde ergo ememus panes, vt Deo largiamur? Deus meus humana carne veſtitus hanc ab Apoſtolo didicit, meq; ſuo exemplo illam artem docuit, mihi oīa ſua donauit, non vt in vanas & futiles, ſed in pauperes expendam, in pauperes igitur conceſſa pauperibus erogare debeo: Vnde ememus panes vt manducent hi? Nihil hac ſcientia & homine & Chriſtiano dignius: oīa creata naturæ inſtinctu hanc artem edoctā ſunt: egone hominis naturam deponerem? egone abdicarem me Chriſtiano nomine? ego inanimis & irrationalibus deterior eſſem? Neutiquam, homo ego ſum. Chriſtianus vocor, omnia alia inanimata & bruta præcello: miſericordia mihi ediſcenda eſt: Vnde ememus panes, vt manducent hi? Ars eſt artium quæſtuoſiſſima miſericordia, omnia illa docet, domos parat in cœlis, texit veſtes, inabſumptos refert theſauros, virtutes inſtruit, peccata fuga, diabolū cohibet, mortē ſuperat, Deo ſimiles facit, interpellat pro nobis, In paradiſum nos ſubleuat: huic vni incumbatis, hanc hodie à Chriſto ediſcatis quæſtionē. Vnde ememus panem vt manducent hi? Vnuſquiſq; quantum præualet, tantum porrigat. Qui habet aurum, det aurum, & qui argentum, argentum. Qui verò non habet pecuniam, cum bono animo, det pauperibus buccellam; & ſi non habet integram, ex eo quod habet frangat, & partem egenō tribuat. Sciat q̃uis parum tribuerit cū bono animo, Deo acceptabile erit. Dn̄s. n. non copia largitatis, ſed beneuolentia & deuotione largiētis oblectatur.

Aug. trac. de uſt cō uerſ. Cathol. t. 10.

ctatur. Pauperes in hoc mundo eſſe voluit, vt vos diuites peccata ſua redimeretis. Redimite ergo vos chariſſimi dum habetis pretiū. Audite modo ante fores veſtras pauperes rogātes, ut & ipſi pro vobis in die iudicij rogent. Prophetam audite clamantem. Qui auertit aurem ſuam ab egeno, & ipſe clamabit, & non exaudiet illum Dn̄s. Date Deo quod vobis dedit, qa ipſe accipit, quod pauperibus datis, ipſi quidem datis, ſed vobis in futurū tranſmittitis, non vt ventrem impleatis, ſed vnde flammas extinguatis. Quia ſicut aqua extinguit ignem, ita eleemoſyna extinguit peccatum. Date ergo dum licet accipere redemptionem animarum veſtrarum: redimite voſipſi dum viuitis, quia poſt mortem nemo vos redimere poteſt. Vnuſquiſque de quali ingenio, vel artificio viuit, de ipſo decimam Deo in pauperibus, vel in Eccleſijs donet. Sic enim ſimilis Deo bonorum largitori ſimilis effectus, in æternos ſubintrabit cœlorum perfruendos theſauros in ſæcula ſæculorum, Amen.

Eſt hic puer vnus qui habet quinque panes hordeaceos.

FASCICVLVS TERTIVS.

Cur hordeaceis panibus ſuos ſequaces paſcit Dominus?

TA Omnipotentis Dei virtus eſt, vt ei cuncta creata ſicut ex nihilo procreare, ita progenita vel mole immenſa, vel multitudine innumerabilia efficere non difficile ſit. Si.n. ſupremi ſpiritus, ſi hoīes quoq; ſuper terram repentes, virtute ſibi Diuinitus collata, res & in alias permutare naturas, & in multo maiores & plures augere poſſunt: qd ipſe Deus author & plaſtes Angelorum atq; hoīum? quid ille qui virtutem admirandos effectus patrandi cæteris conceſſit? Non magis ſtupenda operabitur? Poſſe creatum ſuperare viſum eſt filijs prophetarum, vt Eliſæus paucis panibus hordeaceis ſaturare poſſet centum viros. Sed ille virtutis ſuæ conſcius illis apponere iuſſit, & intantum panes illos multiplicauit, vt & refecerit fame pereuntes, & multa quæ ſupererant rurſus recollegerit. Ita habet liber Regū:

4. Reg. 4. Vir quidam venit de Baalſaliſa, deferens viro Dei panes primitiarum, & viginti panes hordeaceos, & frumentum nouum in pera ſua. At ille dixit: Da populo vt comedat. Reſponditque ei miniſter eius. Quantum eſt hoc vt apponam coram centum viris? Rurſum ille ait: Da populo vt comedat: hæc.n. dicit Dn̄s: Comedent & ſupererit. Poſuit itaque coram eis, qui comederunt,

mederunt, & ſuperfuit iuxta verbum Domini. Quare non maximopere mirari debetis, ſi idem facinus hodierno die Saluator noſter cunctis in eũ ſuſpicientibus perpetrat: multò maiorem ſiquidem poteſtatem ille quam Eliſeus obtinuit. Panes hordeaceos ille multiplicat: multiplicat & Saluator: ille viginti in centum viros, iſte quinque ſolos in innumerabiles turbas: ille centum viros viginti panibus reficit, iſte quinque tñ, quaſi quinque millia virorum, & infinitam multitudinem mulierum & paruulorũ: ille paucos hoĩes, hic quaſi vnum exercitium; ſupererant ex illis viginti panibus paucæ quædam reliquiæ, ſuperſunt & ex quinque panibus duodecim cophini fragmentorum. Contendebat famulus Prophetæ cum eo, diffiſus ne non ſufficerent illa cibaria centum viris; contendit & Philippus cum Deo, dicẽs: Quid hæc ſunt inter tantos? Quid poſſunt quinq; panes quinque millia viris apponi? Suæ virtutis Propheta conſcius iubet miniſtro: Da populo vt comedat; hæc.n. dicit Dominus: Comedent, & ſupererit. Omnipotentis virtutis ſuæ Dominus conſcius, præcipit Apoſtolis: Facite homines diſcumbere. Ne hæſitaueritis, ne deſpondeatis animum, bono animo iubete eſſe turbas. Quid enim? Prophetæ poteſtas, à me accepta, meam ſuperabit omnipotentiam? Quod olim Sacri Vates turbas paucis ſatiarunt panibus, quod annonam multiplicarunt, quod lechytos olei inexhauſtos reddiderunt, ego qui Vates creaui, qui illis virtutem vt hæc facerent conceſſi, ego qui cuncta ex nihilo produxi, non eadẽ, imò non eadem ſed maiora non potero? Quid verò? Nonne olim ſexcenta peditum millia panibus cœli refeci? Moyſes quoque tunc meæ potentiæ diffiſus dicebat. Sexcenta millia peditum huius populi ſunt, & tu dicis. Dabo eis eſum carnium menſe integro? Nunquid, aiebat, ouium & boum multitudo cędetur, vt poſſit ſufficere ad cibum? vel omnes piſces maris congregabuntur vt eos ſatient? Tñ manus mea non fuit inualida, ad ſermonem opere complendum. Poſt Angelicum panem quem præ ſatietate faſtidierunt, trãſtuli Auſtrum de cęlo, & in virtute mea induxi. Africum, & plui ſuper eos ſicut puluerem carnes, & ſicut arenam maris volatilia pennata. Et detuli ea in medio caſtrorum eorum circa tabernacula eorum. Et manducauerunt, & ſaturati ſunt nimis, & deſideriũ eorum attuli eis, non ſunt fraudati à deſiderio ſuo. Nunquid igitur & modo iſta quinque millia reficere nequibo? nonne poſſum cœlos diſrumpere & illis panem Angelorũ miniſtrare? Quis meæ obſtat poteſtati, ne modo ex iſtis lapidibus panem faciam? Quis inhibet ne flores iſtos in edulia conuertam? Adeone certis limitibus mea concludetur poteſtas, vt quinque panes multiplicare & augere nõ valeam? Facite homines diſcumbere; ſcio ego quid facturus ſim. Noui ego incrementa rebus adferre. Porrigite mihi hos panes, ego non hæc quinque millia, ſed ſexcenta quoque alia. Quid ſexcenta? Infinitos, ſi eſſent, hominum exercitus, innumeras gentium cateruas ego his quinque panibus reficere & exſatiare poſſum, Date ergo turbæ ad manducandum,

quia

quia ego Dñs hæc dico. Comedent & ſaturabunt & ſupererit ex eis. Quo circa non eſt tantopere ſtupendum; neque ego tãtum admiror, quod Saluator ſuos ſequaces adeò paucis ſaturauit panibus. Illud me ſolum vehementer angit. Quid eſt quod Saluator ſuos ſequaces hordeaceis panibus paſcit? Filios quidẽ Iſraelis olim in deſerto Moyſen ſequẽtes ſuauiſſimo cibo refecit. Manna ſiquidem dulcedinem omnem habentem, & carnes non quaſcunque ſed volucrum delicatas eis miniſtrauit. Panem Angelorum manducauit homo. Carnes Regia menſa digniſſimas vſque ad ſaturitatem comedit gens illa tot nominibus Deo inuiſa. Murmurabant illi quouis momento contra Deum; contra Altiſſimum cryſtas arrigebant: cultum illius in ſimilitudinẽ vituli comedẽtis fœnum transſulerant; Moyſen tot vicibus de ſua dignitate deijcere, & vita priuare contendebant; nihil non ſceleris in illa inculta ſolitudine perpetrabãt. Deus illos vocabat, in terram Patribus promiſſam; & illi ad Ægyptũ regredi volebant. Moyſes illis ſecreta Diuina pandebat: & illi obdurabant corda, & aures obturabant. Et quid non faciebant? Benigniſſimus tamen Deus flagitiorũ immemor, tanto affectu eos proſequitur, vt & cœlos diſrumpat, propter eos, propter eos conuertat flatus ventorum; propter eorum eſuriem explẽdã, neque Angelorum bolos ex menſa cœleſti rapere, illiſque ingratis deijcere dedignatur. Nunc autem iſtæ turbæ, nec murmurant, nec idolis immolant, neque Dei cultum in vitulos transferunt: nec Duci inclyto mortem intentant, nec in Ægyptum deſcendere volunt, nec aures Dei concionantis vocibus auertunt: ſed obaudiunt, ſed vocantem ſequuntur, ſed venerãtur & proſequuntur amore, prædicant, collaudant, grates referunt bonorum largitori, quid eſt ergo, cur non panes aliquos dulces ex ſaccharo eis miniſtrat? Cur cęlorum non aperit ianuas, non eis manna ſuaue demittit? Cur panibus & illis hordeaceis, inſipidis, duris ad digerẽdum ſpinis quibuſdam plenis, ſuos dilectos diſcipulos reficere dignatur? Præter illam neceſſitatem qua preſſus Saluator, non alios tunc panes repererat quos multiplicaret & apponeret turbis, aliam huius alimoniæ poſſum reddere cauſam & literæ, & ſpiritui ſeruientem. Et quæ literæ ſeruit ea eſt. Voluit Dominus ſuos ſequaces panibus hordeaceis reficere, vt eos gulam fugere & parſimoniam viuendi amplecti edoceret. Perẽnem inſtituere legem ſuis diſcipulis Chriſtus meditabatur, vt omni ſolicitudine corporis curãdi reiecta, Diuinis contemplandis rebus ſe totos addicerent, & ſuos animi ſenſus integros in ſola cœleſtia intentos haberent. Primum, ait, quærite regnum Dei, & iuſtitiam eius; & hæc omnia adijcientur vobis. Non eſt, ait, neceſſe vt hæc perquiratis, quæ Gentes ad corporis indulgentiam procurant. Illius rei gratia vos ad me pertraxi, vt me cognoſcatis, in me oculos veſtros defigatis, mea ſecreta ex meo ore excipiatis, ea dies & noctes cogitatione verſetis. Ideò vos in ſolitudinem hanc traduxi, vt Regnum quod turpiter amiſiſtis, toto mentis nixu quæratis. Primũ ergo quærite Regnũ

Dei,

Dei,& iuſtitiam eius,& hæc omnia adijcientur vobis. Quia igitur Chriſti ſequaces cœleſtia ſola meditari & quærere, ex Saluatoris inſtituto debebant,pane communi qui famem expleat,non qui palatum titillet,non qui gulæ ſatiſfaciat,ſuos ſatiare decreuerat. Vt hinc omnes intelligant,qui ex profeſſione ſua Chriſtiani cupiunt vocari, parſimoniam ciborum obſeruandam,& gulæ delicias reijciendas eſſe. Anima.n.ſicca, vt Heraclitus dicebat,optima eſt & ſapientiſſima; cibis autem repleta hebes & ſtulta. Id qđ vel à ſimili conſtat. Vaſa n.vacua quum pulſantur,ſonitum reddunt, impleta obmuteſcunt,ærea vaſa icta vocem in orbem edunt,niſi quis iniecta manu obturet atque inhibeat. Oculus etiam humore occupatus abundante hebeſcit,& officium ſuum facere nequit. Solem per aerem humidū,vaporumque multitudinem crudorum intuentes, non purum, aut ſplendidum,ſed obſcurum & caliginoſum,dubioque lumine conſpicimus. Ita ꝑfecto etiam in corpore repleto,& turbido,alieniſque cibis grauato, omnino neceſſe eſt ſplendorem animi lucemq; retundi, atque conturbari vagariq; & ad viles res cernendas ſe conferre,quum ad conſideranda Diuina, quæ multum habent difficultatis, nihil ei ſit acuminis atq; virium. Quéadmodum nauis,tali ſimilitudine vtitur Chryſoſtomus, cum maiorē merçium copiam habet,quam pro iuſta magnitudine, grauitate ponderis oppreſſa demergitur:ita anima,corporiſq; noſtri natura, copioſiorem capiēs cibum,deprimitur: & onus ingeſtorum ciborum non ferens, in perniciei demergitur pelagus,& nautas,gubernatorem,proretam,& vectores,& vniuerſum onus cū omnibus perdit. Quemadmodum igitur in ita affectis nauibus,non tranquillitas maris,non gubernatoris ſcientia,non nautarū multitudo non apparatus cōmoditas,non animi tempeſtiuitas, non aliud quippiam,ita periclitantem iuuat nauem: ita in his qui delicatè ac molliter viuunt,non rationum vis,nō doctrina,& inſtitutio, non admonitio & conſilium,non aliud quippiam,non timor futurorum, non pudor, nō accuſatio præſentium conſeruare poterit ita fluctuātem animam, ſed immoderatio omnia exuperat, & volentem nolentem de cætero eum qui hac ægritudine laborat,& madidum deprimit, & naufragum eò proijcit, vnde ſeſe referre difficile eſt. Neq; ad res futuras, & rationes ibi reddendas,ſed ne ad præſentem quidem vitam,iſte vtilis aut quicq̄ idoneus eſt, ſed oīno deridendus, tum ciuilibus tum priuatis in rebus; etſi aliquid quod vrget conficiendum ſit,nullam prouiſionem, nullam adminiſtrationem rerum habere inuenietur, ſed facilè ab inimicis capitur, amicis aūt & ꝓpinquis omnibus inutilis. Neque ſolum in periculis, & rerum aſperitatibus facilè euertitur, neq; in rebus pacatis & tranquillis tantum intolerabilis, ſed ēt in rebus afflictis & perturbatis,propter animi immodeſtiam vnicuiq; obiectæ rei ſuccumbet. Hic.n.in his rerum perturbationibus dico, ignauia, exanimatio, & formido ingens, ac temeritas magna occupabit: illic verò audacia,ſocordia,luxuria,immodeſtia, ſuperbia & arrogantia, ſuperioribus

orat.de faſto.

bus

bus intractabilem facit. Non ſolum.n.corpora eorum, qui ſic afficiuntur, deformata, languida, & odoris grauitate intolerabili vndique completa ſunt; ſed anima multo magis corpore deformata eſt, multò maiores q̃ corpus ægritudines ex hac mollicie ſuſcipit. Quemadmodum.n.corpus non modo ſẽm naturam excrementa emittit, ſed omni ex parte vberrime multa profundit; nam & oculi & nares, & ora eorum qui hac abundantia grauantur, habitu teterrimo & corruptione complentur: & ipſa carnis natura flaccidior q̃ pro naturali temperatione, quaſi cęno & inquinatiſſima illuuie expleta, putida & iners exiſtit, atq; ad oẽ bonũ factũ inexercitata. Nam & terra ipſa tali copia cum ſuperatur, calorem ſuum naturalem deperdit, ſimul robur ẽt amittit, & neq; ad culturam, neq; ad fertilitatẽ ſuã idonea eſt: ita grauibus & inſanabilib. morbis corripiunt qui in delicijs viuebant, tremore, diſſolutione membrorũ, tabe, grauedine, pedum, manuumque cruciatibus, & alijs compluribus, quibus medici aſſerunt illos obnoxios eſſe. Mortiferis.n.venenis nihilo melius hæ menſæ conſtitutæ ſunt: imò verò ſi dicendum ſit, multò peius, multoq; deterius. Venenum.n.ſimul mentem confeſtim è medio tollit, & ad vitæ exitum ſine vllo cruciatu deducit, vt neq; hoc ipſo quidem cruciétur moriens: deliciæ verò vitã multis mortibus miſerabiliorem his afferunt, qui illas plurimi faciunt: & non modo miſerabilem, ſed turpem etiam & aſpernabilem. Reliquę.n.ægritudines per multos habent qui vnà mœreant; quæ verò ex delicijs & ex gula oriuntur, ne eos quidem qui intuentur permittunt vt velint mœrere pp ea quæ ab illis geruntur. Sed magnitudo mali ad miſericordiam reflectit; materia ægritudinis ſcientem exaſperat. Itaque media quadam ægritudine tenemur, neq; commiſeramur illos, cauſa.n.malorum hoc non permittit, neq; iraſcimur, magnitudo.n.malorum hoc non ſinit: ſed inter reprehenſionem & veniam ſtatur. Neque.n.à natura perturbant, quemadmodum illi, neq; ab hominibus inſidijs appetuntur, ſed ipſi authores harum ægritudinum ſibi ſunt, & voluntariè ſeipſos in malorum voraginem pręcipitant. Quemadmodum igitur eos qui laqueo ſibi gulam frangunt, & qui per pręcipitem locum ſeipſos deijciunt, & qui diſtricto gladio ſeipſos confodiunt, non admodum commiſeramur, ita neq; iſtos. Quanquam ſi venia danda ſit, etſi minimam omnino veniam merentur, facilius tamẽ illi quam hi, eam aſſequerentur. Illi .n.vel calumnijs vel pecunijs mulctati, aut imminens malum plagaſve metuentes, aut aliud quippiam terribile expectantes, vt maioribus ſe malis eripiant, quaſi in trãquillum aliquẽ portum ab imminentibus tempeſtatibus ſumma cum feſtinatione contendunt: hic cum nihil tale pro ſeipſis afferre poſſint, vitæ ſexcentis violẽtis mortibus ſeipſos tradiderunt. Opportunè igitur hoc loco cõmemorari poteſt illud ſapientis. Quis commiſerebitur eum qui incantat, ſi à ſerpente mordeatur? aut aliquem alium qui ad beſtias ſeſe accommodat? Beſtia.n. quædam dulciculis & intractabilis deliciæ ſunt, neq; ſcorpius aut viſcera

in vi-

in viſceribus noſtris inhæreſcens ita perpetuò nos vexat, vt hęc deliciarũ cupiditas omnia euertit atque conſumit. Beſtiæ.n.illę corpori tantum inſidiantur, hęc ſicubi ſe collocauerit, corpus vnà cum anima ẽt vaſtat. Mẽſa igitur varietate inſtructa ciborum, cum infinitis referta ſit calamitatib. iniocunda (anima.n.ſaciata ẽt fauum deſpicit) moleſta, morborumque effi ciens, cum deliciæ perniciem maximam homini afferant, & corpus aggrauent, & ſenſus hebetent, & deprimant animam, & rebus Diuinis percipiendis omnino inutilem auditorem reddant, & quod grauiſſimum eſt, Deum contra nos prouocent, quo Saluator noſter nos ad cœleſtẽ ſapientiam & ad Regna perpetua ſanos, robuſtos, formoſos euehat & perducat, panibus hordeaceis frugalitatem docet. Hanc.n.temperantem & modeſtam menſam approbat Deus, non accuſat, hanc non Propheta illudit, nó homo reprehendit, non ignis punit, non quis auerſatur, non odit, nó auerſatur: hanc participant Angeli, homines laudant, cœlum capit. Hæ menſę Angelos recipiunt, his & non illis Chriſtus adeſt. Tales Patriarcharum & Prophetarum menſę, tales iſtorum omnium qui Chriſto obaudierunt, qui cœleſtia meditati ſunt, fuerunt. Diuitum menſæ & aliorum qui in terris nefariè locupletantur, quæ delicata fercula, quæ vina pretioſa, quę ſaltatores habent, & alios qui ad labem & pernitiem aliorum viuunt, Hę latronum & præſtigiatorum, & eorum qui aliena rapiunt menſæ ſunt, qñ delicatam apponis menſam, Angelus reſilit, exaſperatur Deus, gauder dæmonum princeps; auerſantur, oderunt, contabeſcunt, non inimici ſolum, verumetiam ſpectati atque honeſti homines, quando quis inſtruit menſam ſobriam ac modeſtam, nullaque efferueſcentia contentam, ſuauis eã & oblectabilis omnibus, & Deo, & Angelis & hominibus. Adeſt huic mẽſæ vnigena Dei filius. Quemadmodum.n.faſtum fugit ac elationem, perturbationemque omnem, ſic humili amicus eſt, & cum illo perpetuo verſatur, omni ex parte illũ circumuallat atq; munit. Adeſt frugali & parco homini Præceptor Diuinus, qui illi ſecreta inſcrutabilia & inexplicabilẽ ſapientiam demonſtret, qui illum doceat, moneat, & inſtruat, qui arcana à ſapientibus ſæculi abſcõdita reuelet, qui tenebras mentis diſcutiat & gratiæ ſuæ ſplendore illuſtret atq; confirmet. Adeſt ſpiritus almus homini ſobriè viuenti, qui affectum inflammet, igne illo Diuino perurat, & ſuperna contẽplanda ſua vi excitet. Frugali homini aſſiſtunt Beati ſpiritus immortales, qui ei Diuina iuſſa deferant, qui ad cęleſtia mentẽ commoueãt, quique ad Diuinam ſapientiam & aſſequendum & exercendum eũ pertrahant. Frugalis.n.menſa morbos ſanat, diſtillationes exſiccat, dæmones fugat, malas cogitationes expellit, mentem reddit nitidiorem, cor purgatius & corpus ſalubrius. Frugalis menſa concupiſcentiæ nebulas diſpergit, libidinum extinguit ardores, caſtitatis lumen accendit, purgat mentẽ, ſubleuat ſenſum, carnem ſpiritui ſubijcit, ſpiritum ad ſublimia effert, dignam chariſmatibus Diuinis mentem parat, ad ſapientiam capeſſendam

diſpo-

diſponit. Qui apud veteres illos Gentiles ſapientiſſimi fuere. Sobrij & frugales. Quinam prope Diuina ſcientia immortalitati nomina ſua reliquere? Sobrij & frugales. Quinam ſupra humanam æſtimationem rerum omnium cauſas, naturas, proprietates, fines, virtutes ſecretas indagauerunt? Sobrij & frugales. Propter quam cauſam Plato Diuini Philoſophi nomẽ acquiſiuit? quia delicatiores epulas, & opipara ſprenit conuiuia, oliuis Academicis, pane item & aqua contentus. Quamobrem Socrates apud exteros quoque admirabilis habetur? quia minimo ſumptu, pane ſcilicet & lacte veſcebatur. Quare Maſſiniſſa Numidarum, Porus Indorum, Mithridates Ponti, Anacharſis Scytharum, Pericles Athenienſium, Epaminundas Thebanorum, & alij aliorum populorũ prudentiſſimi Reges ac Principes, rebus præclare geſtis celebrem famam ſui poſteris reliquerunt? qa alij pane ſolo & aqua, alij oleribus, aqua decoctis, alij vno pulpamento, alij ſolis fructibus famem ſenio confecti licet & nonagenarij releuabant? Legimus apud hiſtoriographos antiquos, tantam ſobrietatem illorũ fuiſſe vt illam incredibilem fore dixeritis. Ægyptij epulis precioſis neglectis, herbis ſolum & arborum fructibus veſcentes, tantam obtinuerũt rerum notitiam, vt in hieroglyphicis eorum perſcrutãdis, ſapientiſſimi viri nũc etiam deſudent. Dicearchus aſſerit veteres Græcos carnes non comediſſe, ſed Argos Pyris, Athenienſes ficubus, Mæoticos milio, Medos Amigdalis, Numidas lacte vſos fuiſſe. Perſarum Magi nihil in cibum præter farinam & olera recipiebant. Indorum Gymnoſophiſtæ pomis & farina ſola alebantur. Ægyptiorum Sacerdotes carnibus & vino abſtinebant, ouum & lac vitabant, oleum tantum in oleribus nouerant, pane etiam raro veſcebantur. Iuuentus Ægyptia Amaſis edicto, non prius cibum capiebat, quam prius centum octoginta ſtadia percurriſſet. Locrenſes Zephyrij vino vti capitale ducebant. Lacedæmonij nullam diſciplinam abſtinentia habuerunt potiorem, pinguis & obeſi ventris adoleſcentes inedia macerabant. Lycurgus in ſuis tabulis legem ſcripſerat. Non eſſe vtendum alio & maiore cibo, quam qui ad repellendam famem ſufficeret, amota crapula. Audite quam diſertè & grauiter Plutarchus ſuis ciuibus olim diſſuaderet eſum carniũ. Tu, ait, quæris qua ratione inductus Pythagoras eſu carnium abſtinuerit. At ego miror, quo animo, quaue rõne impulſus homo ille fuerit qui primus ore ſuo tangere cadauer, & mortui animalis carnes guſtare aggreſſus, mortuorum corporum menſas propoſuit, ac pro obſonio & alimento habuit membra quæ modo mugiebant, vocem edebant, mouebantur & edebant. Quomodo oculi ſuſtinuere conſpectum cædis, quum animal iugularetur, pelle ſpoliaretur, in fruſta ſecaretur? quomodo odorem nares tulerũt? qui guſtatum non auertit inquinatio, aliena tangentem vlcera, læthaliumq; vulnerum ſuccos & ſaniem haurientem? Verè monſtruoſa eſt hæc cœna, eſurire aliquem adhuc mugientia animalia, & docere ijs veſci quæ viuunt adhuc, & vocem edunt, ac diſponere con-

1. orat. de eſu carn.

diendi,

diendi,aſſandi,appponendiq; modos. Is quærendus fuit qui primus iſta cępiſſet,non qui ſero tandem ab ijs diuertiſſet. Enimuerò primi iſti q̃ carnibus veſci ſunt aggreſſi,oẽm fortaſſe culpam in inopiã reiecerunt.Nõ.n. cupiditatibus iniuſtis capti,& inter copiam oĩum rerum libidine elati ad voluptates quæ à natura & ſocietate animãtium eſſent alienæ,prouecti eo ſe cõtulerunt.Quibus ſi in præſentia ſenſus,& ſermo daretur,haud dubie ſic nos cõpellarent.O beati qui hodie viuitis & Dijs cari,quale vobis contigit æuum,qui oĩum rerum abundantia ſorte oblata perfruimini? q̃ multa uobis naſcũtur?q̃ locuples vobis rerum vindemia? quantum è campis diuitiarum,quantas è ſtirpibus voluptates percipitis?ita quidẽ & potiri illis & luxuriare vobis abſq; vlla pollutione detur. Nos aũt triſtiſſima excepit,& apprimè terribilis ętas,quũ in immenſam atq; difficillimã primi ortus incidiſſemus inopiam. Adhuc cęlum occultabat aer,ac ſtellas turbido & penetratu difficili humore cõfuſas,igniq; & ventorum æſtibus. Nõdũ ſuo loco ſol fixus hæſerat,nondũ certum conficiebat curſum, nondũ ort⁹ eius occaſuſq; definitis diſtinguebantur limitibus, neq; ſuis ſtatis cõuerſionibus frugifera tẽpeſtatũ anni interualla cernebantur. Tũ terra fluminum incõpoſitis eluuijs vaſtata erat; multa ob paludes informia, cęno alto,ſaltubus infrugiferis & ſyluis erant inculta. Imò ad producendos mites fructus,ad artẽ culturæ nullũ ſuppeditabat inſtr̃m, nulla ſapientię machina,neq; fames moram patiebatur,neq; anniuerſarium tempus ſemens facta expectabat. Quid ergo mirum ſi aĩalium carnibus vſi ſimus pręter naturam eo tpe quo cęnum edebatur, & cortex vorabatur ligni,& gramẽ inuenire virens aut radicem alicuius herbæ fortunatũ putabatur? qui verò glandem guſtaſſent atq; comediſſent,præ voluptate choros circa quercum aliquam aut fagũ duxerunt, vitæ datricẽ eam, matrem nutricemque appellantes.hanc.n.eius ſęculi feſtiuitatẽ vnicam nouerant hoĩes,reliqua oĩa perturbationis ac triſtitiæ plena erant. Vos aũt qũo nunc rabies q̃dam & æſtrus agit ad cędes ſceleratas, in tanta rerũ neceſſariarum abundãtia? Cur terram mendacio grauatis,tanq̃ alere vos quæ nequeat? Cur legiferã Cererem impiè offenditis?cur manſuetam & comem hac contumelia afficitis,vt nõ ſatis vos ab illis accipere p̃ vobis geratis?Non pudet mites fructus cũ ſanguine & cęde miſcere? Dracones,pantheras,leones dũ ſæuitiæ accuſatis,ipſi interim improbis cędibus eorũ feritati nihil ceditis,quippe ijs ea aĩalia alimentum,vos obſonium vobis paratis. Non.n.leones & lupos,eorũ vlti iniurias,voramus:ſed his omiſſis innocua,manſueta,& ſtimulis dentibuſq; ad ledendũ carentia interficimus, q̃ mehercle pulchritudinis venuſtatiſq; gr̃a vr̃ natura produxiſſe. Ac perinde facimus,ac ſi q̃s exundantẽ cernens Nilũ,à quo terra impleatur genitabili ac frugifero flore non admiretur eius vim fęcundã, mitiſſimarũ ac vitæ vtiliſſimarũ frugũ;ſed ſicubi Crocodilũ innatare,aut aſpidẽ deuolui, muſcarumq; videat ferã & impurã nationẽ,has vituperationis cauſas proferat,aut ſi quis ſolũ

Alludit ad conſtitutionem mũdi poſt diluuium

T t hoc

hoc telluremq; cernens manſuetis frugibus refertã, fętãq; ſpicis; diſpiciẽs deinde ĩ ſegete iſta lolij ariſtã aut orobãches, frugũ omiſſa lectione, iſthęc incuſet. Quid ſi quis orõnem rethoris in iudicio ac patrocinio ſentiat ferri ad depulſionẽ periculi, aut demonſtrationẽ & coargutionẽ facinorum, q̃ non ſimpliciter neq; tenuiter incitata fluat, multis ſimul motib. variorũ aĩorũ nſtructa & ingeniorũ, q̃ diuerſis ſunt auditoribus aut iudicibus, aut excitandis aut mutandis, aut ẽt placãdis atq; ſedãdis accõmodata; omiſſis iſtis, neq; reputans, aut metiens operã impenſam, atq; cõtentionis magnitudinẽ, aliqua vocabula non rectè prolata excerpat, q̃ inter orõnis impetũ elapſa ſunt, eoq; noĩe oratorem vituperet? Sed nihil nobis verendũ incutit, non color floribus certans, non vocis concinna ſuauitas, non ſolertia, non puritas in victu, non ſumma prudentia miſerorũ aĩalium; exiguę carũculæ gr̃a ſpoliamus ea ſole, luce, & vitæ tp̃e ijs dũ naſcerẽtur deſtinato. Deinde quas emittunt ea voces putamus indiſtinctas eſſe, nõ deprecationes ſingulorũ, nõ obteſtationes, quouis eorũ dicente? Non deprecor vitam ſi neceſſitas te cogit, iniuriã deprecor, interfice vt cibum habeas, noli interficere vt ſuauius edas. Proh crudelitatẽ. Atrox quidem eſt res videre appoſitam hoĩ diuiti menſam, qui coquis vtatur ſua obſonia qui de cadauerib. conficiant, atrocior videre ſublatã, plura. n. reliqua ſunt q̃ q̃ ſint vorata. Verumenimuerò accepimus iſtos hoĩes hoc dicere, eſum carniũ hr̃e à natura initiũ. At nõ à natura hoĩem hoc hr̃e vt carnes edat, primum ipſa humani corporis demonſtrat conſtitutio. Nõ oris vncus, non vnguis acumẽ adeſt, non dentium aſperitas, non ventris robur, non calor ſpiritus, quo ſubigere & mutare poſſit carneã molẽ. Sed iã tũ ipſa dentium leuitate, oris exiguitate, linguæ mollitie, & ſpiritus ad concoctionẽ imbecillitate, eſum carniũ eiurat. Q̃d ſi contendis, te natũ eſſe ad hoc cibi genus ſumendum, primũ id ꝙ vis edere, ipſe interfice, idq; tua ſoli⁹ opera, nõ ſeceſpita vtẽs, non malleo, non ſecuri; ſed ſicut lupi, vrſi, & leones ipſi necant q̃ vorare volunt, ita tu morſu bouem, aut ore ſuem neca, ouemq; aut leporẽ irruens in viuum etiãnum diripe, ſicut iſtę feræ. Sin expectas dũ moriat̃, vererisq; præſentẽ aĩam è carne expellere; cur cõtra naturam edis q̃d aĩa eſt præditũ? Imò nemo aĩa caſſum & mortuũ animal ita edit ſicut eſt; elixant, aſſãt, ignis & cõdimentorũ ope mutant, cædemq; medicamentis innumeris amoliuntur, vt guſtatus deceptus alienũ alimentũ admittat: deinde obſonia ad ipſam condiendam vtuntur, admiſcentes oleũ, mel, vinũ, garũ, acetũ, aromata Syriaca & Arabica, haud aliter ac ſi reuera cadauer humi condendum cõdiremus. Etenim carnes quas edimus, hoc modo diffluentes, emollitas, ac quodammodo putrefactas, difficile eſt à concoctione ſubigi. Quinetiã ſuperatæ vi concoctionis carnes, cruditates tñ moleſtas gignũt: ſed nec tm̃ ſatietatẽ craſſitiemq; & morbos ingenerant, ſed & animos deprimunt. Corpus quidem vinum & carnium eſus, robuſtũ & validum faciunt, ſed mentem hebetant. Voraces. n. (vt cognatis vtar exemplis) ob delicias

licias & menſæ apparatū ſuperfluum,craſſos,ſtupidos,ſues & ſtolidos appellamus.Sequitur & illud,quod iniuſtā menſam cōſequitur turpis auditio ab honeſto aliena,auditionē muſicæ corruptus ſonus, muſicā ſaltationes indecentes, ſaltationes coitus intemperans, his impudicitijs ſpectaculis inhumanis immanitas, & aduerſus naturā ipſam crudelitas. Dū hęc ego legebā Plutarchi verè philoſophica dicta,in noſtros luxus oculos conuertens,non potui non deplorare noſtrā voracē ingluuiem. Veteres illi q nondum fidei ſplendore fuerant illuſtrati,ſed lumine ſolū naturali inſtructi,parſimoniā tantopere colebant,vt vſum carnium abhorrentes,ſolo pane & herba eſurientem ſatiarint ventrem,quò ſanitatē corporis integram conſeruare,& ad ſenectæ canos pertingere,& ſapiētiæ perfectionē aſſequi & immanitatis ſpeciē deteſtari poſſent. Nos qui duplici luce, & naturę,ſ. & gr̄æ illuminati ſumus,nos qui veram illam ſolidam,cœleſtem, non terrenam ſapientiam ediſcere debemus,gulæ & delitijs vacamus? Quæ conſuetudo?qui abuſus?Gentiles abſtemij ſunt,Chriſtiani cōmeſſatores?Gētiles carnibus abſtinent, Chriſtiani & in ieiunio quadrageſimæ illis vſq; ad fauces exſatiantur?Gentiles vt homines ſe eſſe teſtentur, oēm parſimoniam in victu colunt.Chriſtiani qui & hoīes & Chriſtianos ſe eſſe deberent monſtrare,parſimoniam ad Gentes ablegarūt? Gentiles ſolo pane & aqua naturam ſubleuant,Chriſtianis nec mare nec vniuerſa terra,ad parāda edulia ſufficit?Philoſophi pręclatiſſimi vt diſciplinæ adipiſcendæ idonei eſſent,modico cibo leguminū contenti erant Chriſtiani qui cœleſtem Philoſophiā,& abſcondita à ſęculis Sacra capeſſere debent,maria ſcrutātur,perluſtrant terras,vt inſatiabilem gulā exſatient? Quæ ingluuies?quāta voracitas? Verè & verè in p̄ſentis ſęculi homines illud quadrat quod Paulus dicebat. Quorum Deus venter eſt. Recenſeas mihi quantinam ſunt qui parſimoniam ſectentur? quanti qui frugali aſſideant menſæ? qui panibus hordeaceis tantum quos Chriſtus reliquit veſcantur? quanti modo qui pane, & herbis, & aqua ſola releuent famem? Quaſi nullus eſt qui ventri ac idolo cuidam non omnia ſacrificet, nullus eſt quaſi qui ventrem ſuum non loco Dei habeat. Vbinam modo Reges illi ſanctiſſimi, qui inedia corpus affligant? Vbi principes qui abſtinentia principatu cœleſti ſe dignos efficiant? vbi nobiles, vbi diuites qui menſas ſine arte inſtruant? Da mihi aliquem et ex ijs qui in ſudore vultus panem quærunt, an illis hordeacei panes ſufficiant? Eouſque hæc idololatria proceſſit, vt & ij qui Chriſtum ſequi videntur ſobrietatem ſe reſpuere oſtendant. Omnes ad inſtar illorum qui ex Ægypto egreſſi ſunt, cibos cœleſtes ſuauiſſimos, ex cœleſti ſemine terræ vtero iniecto productos faſtidimus, nihil in ore noſtro præter carnes: illud ſolum in ore verſamus. Quis nobis det de carnibus vt ſaturemur? omnes cogitationes in hoc incumbunt omnium noſtrum, vt noſtro ventri omnia quæ manibus acquiſiuimus, vt quaſdam victimas offeramus. Vētrē ſuum

pro noſtro Deo nunc conſtituerunt plurimi. Nõne ille Dei loco habetur, ad quem ſtudia oĩa referuntur? Non ille in Dei locum ſubrogatus eſt, cui conſeruando & excolendo totum ſe dedit aliquis? Nonne Deus ille reputatur, cui oĩa addicuntur? An non talis venter plurimorũ eſt? Quid diuites, quid nobiles, quid delicati Chriſtiani aĩo volunt, niſi quid manducemus, aut quid bibemus? Ad quid immẽſum expendunt aurum niſi vt farciant ventrẽ? Quo illorum curæ tendunt? quo labores? quo fraudes? quo ſanguinei ſudores, niſi vt ventrem cibis impleantur? Chriſtus hordeaceis panibus diſcipulos reficit, vt frugalitatem ſuos doceret ſequaces; quis eſt qui modo frugalitatem colat? Chriſtus non niſi pane reficitur vt exemplũ ſobrietatis in ſe oſtendat, quanti ſunt modo qui ſobrietatẽ ſectentur? Chriſtus parſimonia ſuorũ corpora expurgare, & aĩos ad Diuinam ſcientiam attollere volebat; quis modo parſimoniæ ſtudet? quis ciborũ affluentiam & delicias reſpuit? Quam longè nos à Chriſti ſumus inſtituto, nemo eſt qui non videat. Caput abſtinet, mẽbra ebria ſunt: pp nos ille parce viuit, nos delicijs ſoluimur. Chriſt⁹ ſobrietatẽ ſuadet, nos ingluuiei vacam⁹. Panes ille hordeaceos noſtrę mẽſæ apponit, nos carnes altiliũ & aĩalium non ad neceſſitatem, ſed ad luxuriã excitandã quærimus. Pudet ꝓfectò, nos vocari Chriſtianos, & Gentilibus ipſis cęleſtẽ diſciplinam ignorãtib. magis delicias ciborũ ſectari. Pudor eſt, ad cęleſtia dogmata, pleno vẽtre ediſcenda contendere. Pudor eſt, dicã iterũ, vt multi Gentiliũ oleribus leguminibuſq; contenti ad terrenã ſapientiã aĩum applicuerint, pp q̃ ĩſignẽ poſteritati memoriã ꝓpagarunt: & Chriſtianorũ plurimi diſſoluto, farto, obeſo, ſagina defluente corpore, ad ſecreta Angelis ipſis admiranda percipienda accedant. Quid exiſtimatis? Cenſetis fore, pleno ventre vos ſacratiſſimę ſapiẽtiæ idoneos diſcipulos eſſe? Putatis vos & delicijs & ſciẽtiæ recõditæ vacare poſſe? Neutiq̃: Si.n. pp quãcũq; artiũ liberaliũ ſciẽtiã adipiſcẽdã multa ferat puer neceſſe eſt, neceſſe eſt vt deſudet, algeat, abſtemi⁹ ſit. Pinguis.n. vẽter, ait Hieron. nõ gignit tenuẽ ſenſum, qd ad illã ſciẽtiã aſſequendã q̃ oẽm ſuperat intellectũ, ſufferẽdũ erit? Nota eſt cuiq; Danielis vatis abſtinẽtia, pp q̃ ille & mirã venuſtatẽ corporis, & ſapientiã inęſtimabilẽ à Deo obtinuit. Deductus fuerat iſte in Babylonẽ cũ alijs cõtribulib. ſuis, & vt lateri aſſiſteret Nabuchodonoſoris electus. Præſtituerat Rex Eunuchorũ principi, vt hi cibis mẽſę regiæ quò pulchriores euaderent veſcerẽt: at qa Daniel cũ ſuis ſocijs ꝓpoſuerat in corde ſuo ne pollueret̃ de mẽſa Regis, nec de vino pot⁹ eius; qa ſolis leguminib. ad veſcẽdũ, & aqua ad bibendũ vſus eſt, dedit illi Deus & ſuis ſodalibus ſcientiã & diſciplinã ĩ oĩ libro & ſapiẽtia. Danieli aũt intelligẽtiã oĩum viſionũ & ſõniorũ; ſic & Moyſes dũ abſtemi⁹ fuit, & ſecreta admirabilia Diuina aſpexit, & leges populorũ obtinuit, & poſteriora Dei vidit, & obſtupeſcendi illi⁹ tabernaculi ideã aſpexit, & populos illos ĩnumerabiles mira prudẽtia gubernauit, ſic & Elias dũ panes ſubcineritios comedit, & à carnib. abſtinuit Dei viſio

ac dignatus,& ſapientia prope Diuina effulſit. Sic Tobias frugali aſſidēs menſæ,Angelicum aſpectum & lucem plus q̄ ſolarem ſcientiæ Sacramētorum Dei commeruit. Sic Iobus vbi in cinere ſedens conuiuia opiparæ exhorruerat,ſuſurri Diuini vocem in corde ſibi loquentem audiuit. Erat ea inſtitutio oīum qui ſe Diuinæ diſciplinæ tradiderant erudiendos, vt ſobrietate animum perpurgarent & eleuarent. Ezechiel Propheta dū ſuper latus requieſcens ſolo pane ex Diuino condicto veſceretur,inexplicabiles illas viuentes rotas aſpexit. Iſaias itidē Propheta,dum ieiunat,vidit Dñm eleuatum ſuper ſolium excelſum, velatum alis Cherubinorum, ad ſe vnū ex ſupremis ſpiritibus mittentem qui forcipe accipiens ardentē carbonē os eius purgaret & accēderet in præparationem Euangelij pacis. Alter Patriarcha dū lēticulam abhorret, primogenita obtinuit; & dū ſolo pane & aqua viuit,ſcalam cęlos tangentem & Dñm ei innixū, & Angelos deſcendentes & aſcēdentes contuetur. Alter vellicans ſiccomoros Prophetiæ ſpiritu clarus effectus eſt. Alter dum ſola placenta apud viduam quandā paſcitur,duplicem Prophetiæ ſpiritū accipit Alter dum abſtinentia macerat corpus,ignem occluſum in ſpelunca & libros legales inuenit. In nouo teſtamento,Apoſtoli dū perſeuerant in ieiunijs & oratione,delabentē ſuper ſe in linguis igneis Sacroſanctum ſuſcipiunt ſpiritum. Princeps Apoſtolorū Petrus qui teſtimonium Diuinitati Saluatoris nōie aliorum primus dedit,ſapientiā qua pollebat abſtinētia obtinuit; quotidie.n.ieiunabat pane & oleis contentus,vt author eſt Clemens eius diſcipulus: Ioannes cui reuelauit Dñs ſecreta cęleſtia,dū Euangeliū illud inſigne meditatus eſt,primum ſibi ieiunium imperat ieiunus ipſe ac propemodum corpore exhauſtus,alijſq; hoc ipſum inſtituit. Iacobus Minor vinū aut ſicerā non bibit, carnes nunq̄ māducauit,oleo nunq̄ vnctus eſt, nunq̄ vſus balneo, nunq̄ nouacula raſus. Alijs Apoſtolis & diſcipulis abſtinētia contubernalis fuit. D. Hieronymus annos fere ſexaginta,durauit incredibili abſtinentia,quo tpe totum vetus & nouum teſtamentum tranſtulit, & præclaræ ſapientiæ monumenta: nunq̄ ſatis laudanda reliquit. Hilarius Anthagoniſta Arianorum doctiſſimus ficubus aridis & exiguo pane decrepitā fouit ſenectutem. Auguſtinus Eccleſiæ fulgidū lumē,ſcientiā Diuinam inexhauſto abſtinentijs corpore aīo acri didicit. Gregorius ſanctiſſimus & ſapiētiſſim⁹, crudis leguminibus à matre Siluia paſcebatur. Fulgentius Ruſpenſis,nulla vnq̄ neceſſitate adduci potuit aut cogi, vt ederet carnem aut vinū biberet. Lege hiſtorias Pauli primi heremitæ,Antonij, Hilarionis, Abrahami, quas Hieronymus ſcripſit, mirabili abſtinentia magis mirabilē ſapiētiam illos adeptos eſſe videbis. Aliū vidi, ait Hieronymus, qui annos plurimos hordeaceo pane & luculenta aqua viuebat, alter in ciſterna vetere quinq; caricis in die ſuſtentabatur: alius herbis crudis emoriens corpus ad vitam fouebat, alij perpetuò ieiunabant aquā bibentes, & ſolum panē cum leguminibus & oleribus manducantes. Ita Sanctis de parſimonia perſuaſum

fuit,vt ſine ea nec Diuinã ſapientiam aſſequi,nec cęleſtia meditari,nec virtutes colere,nec ad Regna ſempiterna conſcendere, imò nec hoiem poſſe aliquẽ rectè vocari iudicarent. Vt.n.ingluuies malorũ,ſic ſobrietas bonorum oĩum principium eſt.Quamobrẽ ergo Saluator ſuos ſequaces hordeaceis pauerit panibus; cã eſt:vt eos gulã exhorrere & parſimoniã amplecti edoceret.Quare cũ tantæ neceſſitatis ſit frugalitas, & tot mala inferãt deliciarum menſæ,cum in his pernicies,in illa verò ſalus oĩum ponitur:parcite iã oro vobiſipſis,parcite corporis robori,parcite ſanitati, parcite aĩæ. Qd ſuperfluũ eſt detraham⁹,qd ſupra vitę eſt vſum p̃cidamus. Nr̃i victus nobis termin⁹ ſit,qd nõ lędat,qd famẽ ſine offenſione depellat,ac nihil vlterius requiramus.Quod ſi qd admirabile liceat dicere, & verũ ſed pręter vulgi opinionem;ſi voluptatem quęrimus,in eo quòd ſatis, potius q̃ in delicijs inueniemus. Quis hoc ait? qui maximè ex oĩbus ijs fruebatur. Aĩæ, inquit,vacuę quæ amara ſunt,dulcia vñr,anima ſaciata,cum fauo ẽt ludit. Si ne fauum quidẽ expetimus,quid põt eſſe volupe de cætero? Si id quod ſuauiſſimum eſt afferre voluptatem non põt, quid poteſt nos in voluptate conſtituere? Quare ſi voluptatẽ quærimus,hic magis illã inueniemus. Extremæ igitur amẽtiæ erit,voluptatẽ quæ ſanitate & oĩbus bonis cõtinetur, & Deo amabilem menſam fugere; alteram verò apparate quæ infinitis referta calamitatibus,iniocũda,moleſta,morborumq; efficiens eſt, & quod oĩum eſt grauiſſimum Deum contra nos prouocat. Si.n.vidua delicatior, vt ait Paulus,ẽt cũ viuit mortua eſt,quid de viris dicemus? Si in veteri teſtamento multa cura hoc vetitum eſt,& magna cõtra delicijs affluẽtes vehementia vſus eſt Propheta;q̃q̃ genus ipſum deliciarũ non admodũ ſumptuoſum neq; opiparũ poſuit:dicit.n. Qui veſcũtur hędis cũ ouibus & vitulis lactentibus,qui bibunt vinũ defęcatum,& pręcipuis vnguentis perfunduntur,q in lectis eburneis dormiunt,& in ſtratis ſuis laſciuiũt.Si hęc reprehenſione tũ digna erant, qñ oĩa carnalia, qñ cœleſtiũ ratio nulla, qñ Iudaica oĩa,introductio quædam erant. quid dicemus de hac pręſenti rerum mollitie? Si hędorũ & vitulorum lactentium eſus profluentis & immoderatæ vitę rõnem hẽt,quid dicemus de his qui oẽs receſſus maris,extremas terrarum oras indagant,& auiũ ac piſcium oĩs generis venatores vndiq; conquirunt? Si qui vinũ defęcatum bibunt in reprehẽſione ſunt, quid dicemus de his qui peregrinationes maritimas pro vino ſuſcipiunt, & oĩa commouent,vt nullum genus vitis eos lateat, quaſi ſi rationem redditurì eſſent & extremæ impietatis condemnarentur, ſi non omnis generis vino complerentur? quid ad defenſionem ſuam afferent? parcite vobis oro,frugalitatem & parſimoniam amplectimini, hac.n.ad ſcientiam Diuinam & beatorum gloriam capeſcendam digni efficiemini, puritate cordis & virtutum cumulo adiuuante cum Saluatore noſtro qui viuit in ſæcula ſæculorum, Amen.

DOMI-

DOM. IN PASSIONE DOMINI.

Quis ex vobis arguet me de peccato? Ioan. 8. cap.

FASCICVLVS PRIMVS.

De integritate Chriſti.

QVI nobilitate generis apud Romanos alijs prę ſtare videbantur, inter alia virtutis pręmia ſibi legibus conceſſa, Lunulas in calceis geſtabant. Cauſam huius ornatus refert multiplicem Plutarchus, in ſuis Quæſtionibus Romanis: Lunulas ideo in calceamentis deferebant, ait, An vt Caſtor tradidit, ſignum hoc eſt habitationis ſupra Lunam quæ fertur, & quod poſt mortem, rurſus animæ lunam ſub pedibus habebũt. An hoc priſci habuerunt eximium, qui erant Arcades cum Euandro, & ante Lunam nati dicebantur. Aut, vt multa alia, hoc quoque inſtitutum erat, vt rebus ſecundis elati ac ſuperbientes, mutationis fortunæ in alteram partẽ admonerentur, exemplo videlicet Lunæ quæ, Quæſt 76 Roman.

Primum recens exiſtit è caligine:
Fulgore dehinc ſubinde faciem ſplendido
Augeſcit illuſtrans; & quum pulcherrima
Renidet orbe pleno, rurſus exuit
Lumen ſuum paulatim, & ad nihilum redit.

Aut obedientiæ ſic adſueſcere diſcebant, Lunæ exemplo præſtantiori parere non recuſantes: & quemadmodum illa ſecundas obit partes, Phębei ſemper radijs intenta nitoris; ita ipſi quoq; contenti eſſe ſecundo loco magiſtratibuſq; obtemperare, ab ijſque potentiæ & honorum fructu aliquo impertiri. Aut ſe ſupra Lunę tenebroſum & macidis reſperſum lumen, (addo ego) magis virtutibus effulgere, nullaq; palleſcere culpa, nullis vitiorum reſpergi maculis, ſed clariſſima ſplendere virtutum luce, omneſq; in ſui admirationem pertrahere inſinuabant. Præclara ſunt hęc virtutum

inſignia, at non ex toto Gentilibus, imò ne cuique puro homini congrua Etenim quiſnam Gentilium illorum qui veri Dei ignari erant, poſt mortem ſupra Lunam euectus eſt? Quis ſupra ſydera aīam omni flagitio contaminatam, poſtquam à corpore ſeiuncta eſt, ſuſtulit? Quis verò mortaliū corruptibili colligatus corpori, ſupra Lunam quæ fertur cōſcendit? Quis ſuper flammantes ſubcœleſtes ignes ſuam tranſtulit domū? Deinde. Quis ante Lunam cōditam progenitus eſt mortalis? Quis ortus ſui initia ad primum generis humani Prothoparentem poſt orbis decorem perfectū non refert? Fortunæ licet inſtabilis volucrem curſum multi ſecuti fuerint, nullus tamen fuit vnquam, qui Solem ſplendidiſſimum Deum indefeſſo pede comitaretur, omnes claudicauerunt à ſemitis ſuis, omnes diuerterunt faciem ſuā ab immenſo lumine; nec ille fulgentiſſimus olim Lucifer, pernici ſuo volatu eum attingere potuit, ſed declinauit, & tenebris perfuſus, ex alto cœlorum globo deiectus eſt: omnes obſcuro illo ſiue alij naturę, ſiue alij fidei lumine colluſtrati, obſcuram quoq; virtutis imaginem præſetulerunt. Quis.n. poteſt dicere mundus ſum? Quis poteſt gloriari purum cor ſe habere? Si nec infans diei vnius mundus eſt in oculis Dei, quid homo multorum annorum? Si nec ipſi cœleſtes orbes mundi ſunt in conſpectu eius, quid homo, qui vt aquam ebibit iniquitatem? Si in Angelis quoque ſupremis dum eos ſcrutabatur reperit prauitatem, quid in hoīe qui lutum eſt & puluis? Si dixerimus quia peccatū nō habemus, ipſi nos ſeducimus, & veritas in nobis nō eſt. Cui ergo Lunulas in calceis conuenit geſtare? Nō alteri præterquam illi, qui quadrageſimo poſt reſurrectionem die, Angelorum ſtipatus ſplendidiſſimis choris, ſupra omnia ſydera, ſupra Lunam & Solem & alia micantia aſtra, imò ſupra omnes cœlitum altiſſimos ordines conſcendit, & ad dexteram Patris fulgentiſſimo amictus lumine conſedit; & quid dico poſt mortem ſuper lunam conſedit? Qui de cęlis deſcendens in terras nunquam cęlos reliquit, ſed ſemper cū Patre ſupra orbes immēſos quieuit. Illi conuenit Lunulas in calceis geſtare, qui ante Solem & Lunam, & ante Luciferum, & ante omnia viſibilia, atq; inuiſibilia creata in ęternitate, & inadſpectabili Patris vtero progenitus eſt: qui principium & finem temporis neſcit, qui eſt ante & ſuper omnia Chriſtus IESVS benedictus in ſæcula; cuius nomen permanet, vt canit Pſaltes, cū Sole & ante Lunam. Illi ſoli cōuenit Lunulas in calceis geſtare, qui inſolubili nexu lucidiſſimo Soli Diuinitatis connexus, ſempiterno motu ipſum inſequens, pulcherrimo ex vnione & obedientia admirabili lumine colluſtratus, nullum defectum, nullas tenebras patitur, ſed clariſſimos ſemper exerit radios. Illi ſoli conuenit Lunam calcare, qui omnibus terrenis contemptis, Regnum à Iudęis oblatum & vniuerſi terrarum orbis Imperium à Satana promiſſum, omnem faſtum, dignitates omnes ſpreuit, nullam facultatum rationem habuit, non volubilem fortunæ ſortem vnq̄ expauit, ſed ipſe ſua ſponte ſe exinaniuit, formam ſerui accipiens, ipſe hæreditario

Regno

Regno ſemet abdicauit, ipſe cum diues olim eſſet egenus pro nobis factus eſt, mundanaque omnia nihili pendit. Illi ſoli conuenit Lunulas in calceis geſtare, qui nullis maculis peccatorum aſperſum virtutum candorem omnibus monſtrauit, illi qui nulla caligine tetri alicuius delicti lumen pulcherrimum obſcurauit, illi qui omnes nebulas flagitiorum candidiſſima ſua luce à mundo diſpulit; illi qui virtutum, gratiæ, donorum, & chariſmatum ſpiritus, qui innocentiæ & puritatis ſplendentibus radijs non Lunæ ſed & Solis ipſius lumen obumbrauit; illi qui ob gloriam animæ & venuſtatem Diuinam pluſquam Sol ſeptemplici luce oculos contuentium perculit. Quærebant Phariſæi an aliquem næuum in Saluatore adnotare poſſint. Cęcutientes Iudæi in candidiſſimum hunc Solem oculos temere conijcientes, diſpiciebant num aliqua tenebra erroris, vel nubecula criminis offudiſſet aut obſcuraſſet vitæ ipſius candorem: Sed quamuis inuidiæ & eui conſpicillis vſi ſint ad percipiendas has tenebras, quas ſe reperire in eo poſſe arbitrabantur; licet & in ſpeculo Moyſis doctrinæ ſplendori eius obiecto conſpicerent, nihil tamen vel minimum obſcuritatis in eo vel aduerterunt, vel deprehēderunt. Quis enim arguet me, ait de ſe Saluator, de peccato? Quis adeo temerarius, vt meo candori notam inurere velit? Quis tam cęcus, vt in mea puriſſima innocentia, qua pluſquam Sol eluceo, næuos ſe videre dicat? Ego ſum lux mundi. quis mihi nebulas peccati impinget? Ego pedibus meis Lunare maculis reſperſum calcaui lumen, ego Solem ipſum claritate præcello, nullus etiam ſupremorum Seraphinorum audet ſe meę exæquare puritati; quis mente captus meum lumen maculis delictorum aſperſum aſſeuerabit? quis veſanus, meos gratiæ radios ſolari luce obſcurari dicet? quis meam incontaminatam formā infra Angelos deijciet? Quis ex vobis me arguet de peccato? Soli ergo Chriſto Diuina illa & Regali proſapia exorto conuenit Lunulas geſtare in calceis. Solus enim nunquam eclypſim paſſus, non aliqua aut mentis paſſione, aut fortunæ motu, aut dæmonis impulſu de ſtatu virtutis deiectus, nulla palluit culpa, nullis vitiorum notis obſcuratus, non caligine vel nebula inuolutus clariſſimum integritatis & innocētiæ lumen mundo & diffudit & oſtendit. In hos Saluatoris calceos, vix oculos attollere audebat Sacer Ioannes. Non ſum dignus ait, ſolnere corrigiam calceamentorum eius. Quid? Tantam ne ſpeciem calcei Saluatoris pręſemonſtrant, vt tu qui ſanguine Sacerdotali cretus, & in vtero materno Spiritu ſacrato ſanctificatus es, non audeas illos diſſoluere? Adeone ob Lunulas calcatas reſplendent, vt eos ne attingere quidem te poſſe cenſeas? Tu qui ne leui ſaltem maculaſti tuos puluere mortalis peccati, Saluatoris non præſumis ſoluere? Tantuſne ſplendor ex eis elucet? Tanta venuſtas in eis inſerta eſt? Equidem (poſſet dicere Ioannes hunc in modum) tanta venuſtas calceorum Chriſti eſt, tantus ſplendor innocentię ex eis micat, vt ego non auſim corrigiam eorum ſoluere. Data quidem mihi

eſt

eſt poteſtas,vt ego aliorum calceos ſcelerum luto contaminatos reſoluā; vt animos qui inſtar calceorum, affectuū (pes enim meus,affectus meus) pedes complectuntur, ſed cœno flagitiorum illitos, facultate mihi conceſſa abſoluam, & pedes conſpurcatos ſiue aquis Iordanis abluam, ſiue pœnitentiæ lachrymis perpurgem: at iſtius qui medius inter homines ſtetit, qui Lunarem lucem pedibus calcauit, Non ſum dignus ſoluere corrigiam calceamenti. Terram enim ille pedibus ſuis in ſcabellum ſuppoſuit,terrena iſte omnia conculcauit. Non amore terrenorum maculauit affectus, non terram vt aliquis ſerpens Diues comedit,non cœno voluptatum mundi ſeſe immerſit, non puluere aliquo mundano ſuos deturpauit calceos,in ſumma non aliquid terrenum contraxit, non conſpurcauit ille ſuos calceos maculis peccati: ideoque non ſum dignus ſoluere, non enim data eſt mihi poteſtas ſoluendi illum qui nullis peccatorum funibus circumplexus eſt. Non ſum dignus abſoluere illum qui nihil alicui debet aut debuit unq̄. Non ſum dignus ſoluere illum qui nunquam captiuus dæmonis, nunquam cathenis inferni ferreis colligatus fuit. Non ſum dignus ſoluere corrigiam calceamenti eius: corrigia enim illa Diuina eſt, calceum puriſſimæ humanitatis Deitati modo admirando connectens; corrigia illa vnionis ineffabilis, animam, ſenſus, intellectum, voluntatem, affectus, paſſiones, motus omnes ſiue internos ſiue externos Saluatoris ad eum modum Sanctiſſimo Deo copulauit, vt nulla in Chriſto diſſolutio, nihil diſtortum, nihil à Dei legibus diuulſum, à Diuina puritate nihil ſeparatum, nihil denique vitio contaminatum vel inuenire vel cogitare queas. Non ſum igitur dignus ſoluere corrigiam calceamenti eius. Tanta ſiquidem ex calceo humanitatis aſſumptæ, cui terram omnem ſubiecit emicat pulchritudo; tantæ puritatis eſt ſtupēdus iſte Dei mortalibus apparentis calceus, vt nihil in eo ad venuſtatem deſideretur, tanti candoris exuuiæ mortalitatis noſtræ in Deo, vt nullo peccati næuo contractæ ſint. Specioſi ſunt pedes euangelizantis huius pacem, & annunciantis nobis bona, adeo vt ego non ſim dignus corrigiam calceamenti eius ſoluere. Mea enim ſolutione ille non eget,meam ablutionem ille refugit. Multi quidem Sanctorum vinculis Adami perfectè ad Deum alligati fuere. Plurimi pedes affectuum ſuorum, exuuijs mortificationis,& nexibus continentiæ,fidei,charitatis,cæterarumq; virtutum corrigijs infra rationis,recti & honeſti limites concluſere. Pleriq; pedes ſuos ne in aliquid turpe reſilirent,metu & verecundia cohibuere; nullus tamen fuit vnquam cuius calcei corrigiam non eſſet dignus Ioannes reſoluere. Omnes.n.peccauerunt, & egent gratiæ Dei,omnes in medio puluerulentæ nationis conuerſantes nonnihil,aliqui mortalis, aliqui venialis labis contigere.Quis.n.eſt q.glorietur caſtum ſe hr̄e cor? Numera oēs à Protoparente nr̄o vſq; ad infantem,q. hodie ex materno prorupit vtero,oēs concluſit Deus ſub peccato, vt omnium miſereretur;omnes cō-

cluſi

cluſi ſub peccato poſſunt à Ioanne corrigiam calceamenti ſui ſolutionem expectare. Et Adam quidem inobedientiæ, gulæ, & ſuperbiæ, & auaritiæ. Ad origininalis peccati, Noe vir iuſtus ebrietatis, Abraham neſcio cuiuſdam diffidentiæ, Moyſes dubietatis, Aaron murmurationis, Dauid adulterij & homicidij, Salomon idololatriæ & luxus, alij aliarum ſi non mortalium ſaltem venialium,& ſi non harum,tamen originalium macularum gratiæ ſolutione & emundatione indigent. Solus Chriſtus caſtiſſimum ſeruauit cor ab omni macula. Solus ille non eſt infixus in limo profundi, Solus non intinxit, non commaculauit calceos ſuos: Solus calcaneo ſuo calcauit & contriuit caput ſerpentis. Alijs quamlibet Sanctis inſidiatus eſt draco ille ſerpens antiquus, cuiuſque quamuis Sancti obſeruauit ille pedes, an rectè calceati, an bene corrigia alligati fuerunt; omnes momordit & veneno ſuo infecit; omnibus virus ſuum infudit: de nullo.n.mortalium præter de Chriſto vaticinatus eſt Deus. Ipſe côteret caput tuum pedibus ſuis, licet tu ô draco teterrimè diligẽter inſidieris calcaneo eius; licet dies & noctes ſcruteris modos, perquiras fraudes, tẽdas muſcipulas, quo eius pedes vel illaqueare vel ſauciare poſſis: Nihil tamen proficies in eo, nihil nocebis ei, ipſe enim vndequaque pedes circumtectos & obligatos habet: ipſe virtute & puritate ſuâ caput tuum venenatum calcabit & conteret: ipſe immenſo puritatis lumine oculos tuos obſcurabit, vt in eo nihil inuenire queas. Non indigebit ille Ioanne, vt ſoluat corrigiam calceamenti eius, inſolubilis enim eſt illa animę ipſius ad Deum coniunctio. Non erit dignus vt ſoluat, & inſpiciat an vel macularit vel offenderit, vel ſauciarit ſerpens eius ſanctiſſimos pedes. Neque enim maculauit, nec ſauciauit, imò ſeipſum vulnerauit Satan: concalcauit enim caput ſerpentis calcaneo ſuo. Super aſpidem & baſiliſcum ambulauit, & conculcauit leonem & draconem! ſibilis ſuis nihil in eum aſpis ſubdola profecit; Baſiliſcus non eum viſu ſuo faſcinauit, ſæuiſſimum draconem ille proſtrauit, leonem furentem ille diſrupit, & in abyſſo inferni colligauit. Non ſum, igitur, dignus, aiebat Ioannes, corrigiam calceamenti eius ſoluere; quum & pedes eius non vulnerati vt medicamine egeant, & calcei non contaminati vt ablutione opus habeant, ſed immaculati, impolluti, candidi, ſpecioſiſſimi, lumine quodam admirando effulgentes, ardentes igne Diuino ab altero Ioanne videantur. Conſpiciebat Ioannes in ſua Apocalypſi quendã filio hominis valde ſimilem. Vidi, ait, alium Angelum fortem deſcendentem de cęlo amictum nube, & iris in capite eius, & facies eius erat vt Sol, & pedes eius tanquam columnę ignis, & habebat in manu ſua libellum apertum, & poſuit pedem ſuum dextrum ſuper mare, ſiniſtrum aũt ſuper terram. Et poſthæc ſignum magnum, (alia viſio Ioanni oſtenſa) apparuit in cœlo. Mulier amicta Sole & Luna ſub pedibus eius, & in capite eius corona ſtellarum duodecim; & in vtero habens clamabat parturiens: & cru-

Apoc. 10. & 12.

& cruciabatur vt pariat,& peperit filium maſculum,qui recturus erat omnes Gentes in virga ferrea,& raptus eſt filius eius ad Deum, & ad Thronum eius.Conſpexit Ioannes,vt audiſtis modo,Saluatorem vt quendam Angelum fortem de cœlo delabentem, & pedes igneos flamma charitatis & Diuini ignis ſuccenſos. (In ipſo enim habitat omnis plenitudo Diuinitatis corporaliter,)in mare & in terram extendentem. Non enim ſuper terram ſolum,ſed & ſuper aquas gradiebatur. Quia igitur inſtar Angeli non illius infirmi qui vno flatu ſuperbiæ deiectus corruit, ſed illius fortiſſimi qui inuicto animo hoſtem ſe inuadentem proſtrauit & vicit, & glorioſa trophæa reportauit:quia inquam, inſtar Angeli fortis deſcendebat in terram;quia ignitis pedibus, igne conſumente flammantibus, ſuper terram & aquas ſuper hunc videlicet mundum ambulauit; & labiles deliciarum aquas ſicco tranſiuit veſtigio,& à terreis bonis, & à fęcibus mundi nullam contraxit labem;ſed igne Diuino & flammis charitatis, omnes affectus ſuos,& illos qui voluptatem, & illos qui contentionem inſequebantur,ſuccendit,atq; colluſtrauit,& ad præcelſam Diuinitatis ideam pertraxit & perfecit.Quia deinde partus ille admirabilis, & in materno vtero Lunam pedibus calcabat,& conceptus ſiue enixus in intemerata aluo, illico raptus eſt ad Deum, & ad Thronum eius: dum in primo cōceptus momento, cœlos omnes tranſcendens, ſupergrediens quoque ſupremos ſpiritus,Diuinitati humanitatem coniunxit. Semen.n. Abrahæ apprehendit & ad ſe rapuit non Angelos; quia ſemper Lunam inſtabilem ſuis pedibus ſubiectam habuit,quia ſuper immenſos cœlorum Orbes obambulauit,quia cogitatione & affectu omnia cęleſtia ſupergreſſus eſt,quia ſemper in patre & cum patre perſeuerauit,nō aliquibus ſordibus ſua calceamenta contaminauit,non aliqua delectatione irretitus,non cupiditatibus traductus, non indignatione exaſperatus, non mœrore deiectus, non fractus metu,non ſeruili paſſione circumactus, terrenam maculam vnquam ſuis induxit calceis. Et vt diligentius hos admirandos Chriſti calceos inſpiciamus,neue à myſterio Lunularum oculos diuertamus,in eis quatuor reperio cauſas expreſſas,propter quas Saluator noſter nullius criminis argui poteſt. Inuariabilem eſſendi durationem. Beatitudinem perfectam; Vnionem ineffabilem cum Diuinitate, & Gratiæ immenſum fulgorem. Nobiles Romani(vt à primo ordiar) Lunulas in calceis circumgeſtabant, vt ſe cum Euandro ante Lunam natos eſſe inſinuarent, & illud quod ſoli Trino Deo & vno proprium eſt ſibi vſurparent.Tranſeant gentilium figmenta. Chriſtus lunam ſub pedibus in ſuis calceamentis geſtabat, vt ſuā cum æterno Patre coæternitatem oſtendat. Permanet enim vt Dauid cecinit,ante Solem & Lunam; & vt ipſe aſſerit. Antequam Abraam fieret ego ſum:ſiue vt alibi de ſe prædicat.Dominus poſſedit me in initio viarū ſuarum,antequam quicquam faceret a principio. Nondum erant abyſſi, & ego iam concepta eram. Quando præparabat cœlos,aderam; quando certa

certa lege & gyro vallabat abyſſos,quando æthera firmabat ſurſum, cum eo eram cuncta componens. Nec temerè de ſeipſo pronunciauit. Antequam Abraam fieret,ego ſum;ego ſum dicens,non ego fui. Siue.n.Diuinam,ſiue humanam naturam in eo ſpectes,illa ſecundum æternum ſubſtantiale,hæc ſecundum gratiæ Diuinum eſſe temporarium,inuariabilis, immutabiliſque, eadem ſibi ſemper perſeuerat, non augmento proficit, non deficit decremento;non prioris obliuiſcitur,& poſt venientem appetit:ſed idem eſſe Deiforme, eandem Diuinitatis participationem, eãdem gratiam,caryſmata eadem ſemper retinet: non prius,non poſterius, non futurum,non præteritum,non aliquam declinationem, non incrementa, non decrementa aliqua ſui eſſe Diuini ſuſcipit: Ego ſum ait,non ero,nõ fui,ſed ſum ſempiterno ſtatu & Diuino charactéri mihi impręſſo & mihi ipſi ſimillimus.Cætera quidem alia quæ tẽpore metiũtur,non ſunt, ſed tẽpore eliduntur diſſipanturq; in futurum & præteritum, fiunt & intereũt iuxta eorum cum tempore comparationem: de me qui ſum, illicitum eſt dixiſſe me fuiſſe aut fore:Non licet verba inclinationem atque diſceſſum & mutationem ſignificantia,in meum Deiforme eſſe affingere. Nõ enim ſum ſtultus qui vt Luna permutatur. Lumen illuſtriſſimum Diuinæ naturæ quod ab inuiſibili Sole ſemel vel ab æterno conſubſtantiale vel in tempore accidentarium recepi,idem prorſus,inuariabile conſeruo,In me enim habitat plenitudo gratiæ,etiam corporaliter: pleno autem nihil ſubtrahi,nihil ſuperaddi poteſt.Luna quia non pleno ſemper effulget radio, ea continua acceſſione & receſſione ſuum variat ſplendorem: Sol autem quia Orbe repleto ſemper ſuum exerit fulgorem,non aliquam viciſſitudinem ſui luminis ſuſtinet;ſic & ego quia plenum Diuini eſſe radium accepi fulgidiſſimum, non altera parte fulgeo, altera lumen Sole retrahente deperdo. Non hac hora ſplendore, altera autem tenebris obfundor, ſed idem prorſus,nullis obſcuratum tenebris,non aliqua parte deficiens conſeruo.Ego ſum,ſiue naturale ſiue connaturale,ſiue ſubſtantiale ſiue accidentarium eſſe Deiforme attẽdas.Sed quid iſtis cum integritate Chriſti? Multum equidem ſi peccati cõditionem aduerteris.Quid eſt peccatum? ſeu quid in homine efficit flagitium? Imaginem Dei deſędat,obſcurat lumen naturæ inſitum,tenebris inuoluit craſſiſſimis animam: lucem gratię ſplendidiſſimam extinguit, Diuinum illud eſſe animę participatum corrumpit,& ad nihilum reducit; tetram maculam à dæmone orientem homini inurit: & quod grauius eſt,ex homine brutum;ex Diuinæ conſorte naturæ,dęmonis conſortem; ex Deo illo, dæmonis inſtar, omnem quem contigerit efficit & permutat. Quocirca,cum Saluator noſter nunquam vt Luna inſtabilis mutatus ſit, cum Lunæ ſplendorem ſuis calcauit pedibus,cum ſemper idem,inuariabile Diuinum eſſe conſeruarit;quis arguet ipſum de peccato?quis aliquod flagitium ei inuret? Peccatum,imaginem & ſimilitudinem Dei animæ inſitam defœdat. Chriſtus qui eſt imago & chra-

character Patris, eandem imaginis venuſtatem & ornatum ſemper retinuit; quis arguet illum de peccato? Peccatum, lumen infuſum naturæ obſcurat, tenebriſque craſſiſſimis inuoluit animam. Christus inuariabili ſemper fulſit lumine. Nullis vnquam ignorantiæ vel erroris offuſus eſt tenebris, quis illum arguet de peccato?; quis ignorantiæ? quis erroris ipſum accuſabit? Peccatum gratiæ lucem ſplendidiſſimam extinguit. Chriſtus lux mundi, illuminans omnem hominem venientem in hunc mundum, non acceſſionem non receſſionem paſſus eſt gratiæ. Quis arguet illum de peccato? quis eclypſim paſſum eſſe peccati inſimulabit? Peccatū, Diuinum illud eſſe animæ participatum corrumpit, & ad nihilum reducit. Ego ſum, ait Chriſtus, ſiue ſubſtantiale, ſiue accidentarium eſſe Deiforme attendas. Ego ſum, non fui, non ero, ſed idē ſemper ſum. Quis arguet me de peccato? Peccatum tetram à dæmone orientem maculam inurit homini. Meum eſſe, ait Chriſtus, eſt, id quod, eſt, non quod fuerat, non quod futurum, ſed id quod eſt inuariabile & immutabile, eundem ſeruans candorem. Quis ex vobis arguet me de peccato? Peccatum, ex homine brutum, ex Diuinæ cōſorte naturæ, Dęmonis conſortem malitiæ; ex Deo quodam, omnem quem contigerit hominem, inſtar dæmonis efficit. Ego Diuinitatem meam nunq̄ depoſui; ego ſemper Diuinę conſors naturæ, participium illius non aliqua declinatione, non diſceſſu aut mutatione variaui, quis impudens erit ex vobis qui me arguet de peccato? Quæ conuētio lucis ad tenebras? mei ad Belial? Si ego ſemper ſum Deus, qūo in dæmonis ſortem tranſire poſſum? Si eſſe Deiforme gratiæ, ego ſemper retineo; quis mihi laruam dæmonis? quis maculas ſcelerum imponet? Si edacibus Diuinæ naturæ flammis, mei exardeſcunt pedes. Si ſplendore meo omnē præcello lucem; quis frigiditatem vel rubiginem? quis tenebras aliquas mihi affinget? Ferrum quamdiu ignitum eſt, in fornace candenti, nō poteſt rubigine operiri: mei pedes pręter hoc quod colinarum ſunt inſtar, igni Diuinitatis cādeſcunt; quis rubigine peccati me opertum eſſe dicet? In cryſtallo Solis radijs obiecto, nullæ queunt eſſe tenebræ. Mea natura Diuina Solis lumen ſuperat; humana autem mihi adiuncta ſempiternis Diuinitatis radijs illuceſcit; quis me obuelatum tenebris eſſe contendet? Si ſemper Diuinam imaginem, ſi lucem, ſi candorem, ſi eſſe Deiformiſſimum idem prorſus conſeruo; ſi nunquam mutor vt Luna; ſi non altera parte vel altera hora fulgeo, & altera lumen ſuum Diuino Sole retrahēte deperdo, ſi ſplendidiſſimos & pulcherrimos radios ſemper exero; ſi Lunulas in calceis meis, ſi Lunam ſub pedibus deiectam habeo: quis ex vobis arguet me de peccato? Proſequamur alia. Nobiles Romani, Lunulas in calceis geſtabant, vt ſe ſuorum maiorum legibus & voluntati, obſequātes vt eis deuinctos & ob beneficia collata coniunctiſſimos eſſe teſtarentur. Quis vero maiori nexu Deo ſupremo deuinctus eſt, quam Saluatoris humanitas aſſumpta? Quis maiori vinculo Deo copulatus quam

Deus

Deus homo? Quis magis obſequens Superiori decreto, quam ille, qui venit non vt ſuam ſed Patris faceret voluntatem? qui factus eſt obediens per omnia vſque ad mortem, & ad mortem vſque turpiſſimam & acerbiſſimam? Quis magis obediens quam ille, qui in nullo Diuinæ voluntati repugnauit, ſed ſicut in mandatis à Patre accepit ſic fecit? Quis coniunctior Deo quam ille, qui in Patre & Pater in eo ſemper manſit: Qui nihil molitur, nihil vult, nihil perpetrat, niſi quod Patrem ſuum viderit molientem, cupientem, & operantem? Conſecutum eſt itaque ex hac naturæ & voluntatis ineffabili vnione, quod Chriſtus nunquam peccati macula ſuos pedes commaculauit. Peccatum enim eſt dictum vel factum contra voluntatem & præceptum Dei. Chriſtus nunquam Diuinæ voluntati reluctatus eſt. Nunquam præceptum Dei tranſgreſſus. Chriſtus non aliud quippiam fecit, niſi quod Dei legibus, & illi rectitudinis totius pulcherrimæ ideæ conforme erat. Chriſtus non aliquando arctiſſimum illud vinculum pedum ſuorum dirupit, Non affectus ſuos alio diuertit, non faciem ſuam à clariſſimo ſydere, vel obuelauit, vel abſcondit. Non igitur in via peccatorum ambulauit, non vitiauit affectum, non denigrauit carbone inferni ſuam faciem, non palluit culpa, non pedes ſuos flagitiorum cœno contaminauit. Non vobis excidit credo è mente, prodigium illud admirandum quod Moyſes Pharaoni Regi oſtendit, in virgæ conuerſione. Tenebat ille virgam in manu, & virga quidem rectiſſima erat; Proijciebat rurſus eandem virgam in terram, & illa non amplius virgæ retinebat rectitudinem, ſed in tortuoſum conuertebatur ſerpentem. Talis eſt humanitas noſtra; ſi illa quidem in terram deiecta fuerit, ſi ſuis affectibus & paſſionibus & rationis ſolius gubernationi dimiſſa erit. in venenatum inferni draconem degenerabit, illius teterrimam ſibi ſuperinducet laruam, illius mores & actus imitabitur, nullo non peccati limo ſeſe inuoluet, terram et ille quoque ad ſuos appetitus exſatiandos comedet, ſuper terram ſolam ſerpet, nunquam de virtute, nunq̃ de rebus Diuinis cogitabit. Nunquam ſe à terra ad cęleſtia ſuſtollet, nullam ſuperiorum curam, nullumq; deſiderium habebit. At dũ à Propheta illo magno quem ad vaticiniũ Moyſis ſuſcitauit Deus aſſumpta eſt, dũ ad dexterã Dei potentẽ & ſanctam tranſlata eſt, virga illa eſt rectiſſima non ſerpens tortuoſus. Virgæ æquitatis & iuſtitiæ illa non Draconis habet ſpeciem. nihil in ea extortum ſed om̃ia ad ſuperiora erecta. Nihil obliquum, ſed Diuino conformia metro, & ratione moderata, omnia pura, omnibuſq; virtutum floribus exornata. Nunq̃ illa flammis inferni exuſta, nunq̃ ceſſit libidini, nunq̃ flagitioſo amore decepta, nunq̃ odio aut inuidia, aut aliqua pturbatione concitata, vt à recta deflecteret rõne. ad illud tantum bonum parandum atque fruendum elata, quod mens nullis tenebris impedita expetendum eſſe iudicabat; ad illa omnia flexibilis & obſequens, quo dextera Dei dirigebat. Quod ſi & illud conſiderabi-

rabimus, quod Saluator noſter licet inter mortales verſaretur, ſupra tamen Lunarem globum in cœleſti throno ſemper cum Patre commoratus, ſupra communem mortalium ſortem beatitudine cœleſti dum hic viueret fruebatur; maximum exinde innocentiæ ipſius argumentum eruemus. Ea enim conditio beatorum ſpirituum eſt, vt ad ſupernam fœlicitatis patriam tranſlati, non amplius terrena concupiſcant, non rei alicuius creatæ amore inordinato teneantur. Sed mente in pulcherrimum Deum defixa toto corde illum diligunt, omnes animæ neruos ad conformandum ſe ſpecioſiſſimo rerum exemplari intendunt; prius omnia quæ receperunt, imò & vitam ipſam deperdere, prius ad inferna deſcendere parati, quam vel minima labe Diuinam ſpeciem ſibi collatam, & admirando lumine illuſtratam aſpergerent. Tantum amorem ſummus & optimus Deus ſua pulchritudine ineffabili in eorum animis excitauit. Quid igitur cenſendum eſt de Saluatore noſtro, qui ſimul cum exortus ſui primordijs, fœliciſſimam beatitudinem cœleſtem obtinuit, quique ſuper omnes beatorum ſpirituum ordines maiori fœlicitate perfuſus eſt. Num minori amore quam alij beati in Deum exarſit? Num non adeo perfectè vt alij Deo adhæſit? Num beatitudinem illam faſtidiuit? An forte ab ea cœleſti patria ſeparari quandoque propter ſcelus delegit? Abſit hæc ſententia à Chriſtianis auribus. Nunquam ille oculum à contemplatione Dei alio diuertit. Nunquam ſe à bonorum fruitione ineffabili ſegregauit. Nullus igitur arguere ipſum poteſt de peccato; Accedit & (quod vltimo propoſueram) Gratiæ immenſus fulgor, quam in tanta affluentia conceſſit illi Deus, vt nulla creatura ad eam attingere poſſit. Diuiſit alijs Spiritus ſanctus gratiæ theſauros, ſecundum voluntatis ſuę beneplacitum, & iuxta menſuram ſingulis à ſe præfinitam. Sed filio Dei ſine menſura. Non enim ad menſuram, ait Paulus, donauit Deus Spiritum ſanctum filio ſuo, ſed totá plenitudinem Diuinitatis ei elargitus eſt. Vidimus eum, ait Ioannes, plenum gratiæ & veritatis, & de plenitudine eius nos omnes accepimus, & participauimus gratiam, iuſtitiam, remiſſionem peccati, pacem, ſalutem, virtutes, & omnia alia quæ ad œconomiam noſtræ regenerationis annumerata ſunt; quomodo igitur peccaret, qui gratiæ plenitudinem habuit? quis erit tam audax ex vobis, vel ex peruicacib. Iudæis, vel ex dęmone peioribus hęreticis qui Chriſtum arguet de peccato? Princeps quidem mundi Satanas diligenter ſcrutatus eſt, vt teſtatur ipſe Saluator, an aliqd ſui in eo inueniret. Sed in me non inuenit quicquam, nullas in me inferni tenebras, nullam maculam terrenę affectionis, non flammas voraces cupiditatis, non aliquid quod ab eo in orbem inuectum eſt in me reperit, & quidem non lynceos ſed talpæ oculos cæcos habentes ſceleſti Caluiniſtæ vel Lutherani, quidpiam ex Satanæ inuentis in Chriſto ſe vidiſſe blaſphemabunt. Chriſtus gratia eſt plenus non ad menſuram vt Ioannes fatetur. quomodo igitur quippiam ex Satanæ inuentis contraxiſſet? Chriſtus de-

delet peccata mundi. Agnus eſt enim ſine macula qui tollit peccata mun
di, quomodo ergo vellus ſuum immaculatum contaminaſſet? Chriſtus
deiecit iniquitates noſtras, & peccata noſtra demerſit in profundum ma-
ris. Chriſtus pacificauit per ſanguinem ſuum & ea quæ in terris & ea quę
in cœlis ſunt. Chriſtus exſpoliauit principatus & poteſtates, & traduxit
cōfidenter triumphans glorioſe in ſemetipſo. quomodo ergo bellum pec
cati in ſe fouiſſet? quomodo dæmoni propter flagitium adiungeretur?
qūo ipſe conſpurcatus peccatis maneret? Saluauit ille mundum, vt An-
gelus prænunciat, à peccatis populorum, alios ille ſaluos fecit, & de cru-
ciatibus depoſuit, vt ſeipſum ſaluum faciat, non eget; vt cruciatus pec-
cati in ſe aliquos mitiget, non habet opus. A multis ille dæmonia profli-
gauit, multos à ſceleribus abſoluit, plurimos à lepra & diuerſis animæ
infirmitatibus ſanauit; vt à ſe propelleret, vt ſe vel abſolueret, vel curaret
non neceſſe habuit. Innumeros ille à morte ad vitam animæ reduxit,
infinitos à clauſtris inferni reuocauit, multos è faucibus Satanæ eri-
puit, ſe vt viuificaret, vel reduceret, vel vt à Satanæ vinclis reſiliret non
indiguit; quomodo enim è faucibus Satanæ reſiliret, qui nunquam in ea
intrauit? quomodo à clauſtris inferni reuocaret pedem, ſi nunquam cò
proceſſit? quomodo ſe vitæ reſtitueret, qui nunquam occubuit? qui mor-
tem peccati interemit? ſi ille nunquam in lecto conſcientiæ decubuit,
quomodo ſeipſum ſanaret? ſi non peccatis contaminatus, quid in ſe a-
quæ pœnitentiæ eluiſſet? Quis ergo erit qui me arguet de peccato? Quis
tam impudens, vt quod Princeps mundi reperire in me nequiuit, ſe re-
periſſe in me blaſphemo ore iactabit? Quis adeo atroci in me furore ſuc-
cenſus, vt quod inuidiæ & odij flammis ardeſcentes phariſæi in me ſce-
leris inſimulare non potuerint, iſte inſimulabit? iſte me ad tribunal iu-
ſtiſſimi iudicis pro crimine nunquam admiſſo accuſabit? Quod mon-
ſtrum iſte? Quis furor? quod odium, dæmonum ipſorum immanes ſu-
perans furores? Egone qui orbem pacificaui vniuerſum, turbulentiſſi-
mos in me excitarem motus? Ego qui peccata aliorum tetra, diſſolui &
ſanguine meo ablui, ego qui animam meam in redemptionem pro faci-
noribus hominum poſui, qui mortem enecaui, qui dæmonem calcaui, qui
inferni portas perrupi, qui ſalutem totius mundi perfeci, ego qui gratia
plenus, peccatum admitterem? ego ne ſcelere memetipſum contamina-
rem? Quis ex vobis ô ſceleſtiſſimi arguet me de peccato? Siccine imma-
culatus meus candor vobis effulget? Cuperetis forſan me in numerum
veſtri ſimilium flagitioſorum annumerare? Deſideraretis me in manci-
pium dæmonis fortem aggregare, & vinclis peccatorum ligatum in
barathrum inferni vel in fauces Satanæ conijcere? Segregatus ergo à
peccatoribus, innocens ego & impollutus, candidus ego & rubicun-
dus, peccatum ego non feci, dolus nunquam repertus eſt in ore meo.
pedes mei nunquam ſenſibus mundi huius vel ſpinis, vel morſibus ſer-

pentis antiqui vulnerati, nunquam cœno flagitiorum conſpurcati ſunt. Lunam ego ſub pedibus meis habeo, Lunulas ego in calceis meis circum geſto, omnia creata ego & beatitudine fœlici, & ineffabili vnione, & gratiæ fulgore & eſſe Deiformis inuariabili ſtatu præcello. Meo ſplendidiſſimo lumini nullæ affuſæ ſunt tenebræ; nullæ inſperſæ maculæ. Meus ille fulgidiſſimus innocentiæ candor non occaſum non eclypſim patitur: calceos meos vt Ioannes reſoluat & abſtergat indignum ſe eſſe denunciat. Quis ergo erit modo qui me arguet de peccato? quis eſt qui perfectionis ſpiritualis ideam & fontem criminis accuſabit? Scrutamini potius conſcientias veſtras, & conſpicillis vobis appoſitis contemplamini diligentius, an veſtra mens eſt conſcientia recti, an aliqua palleſcit culpa: illud vobiſcum reputate ſemper. Quis me arguet de peccato? Videte quod vos de veſtro ſcelere coarguet conſcientia veſtra quam inquinaſtis. coarguet Deus cuius leges ſanctiſſimas perfregiſtis, coarguent & homines quorum nec pudorem, nec amorem habuiſtis. Quis ex vobis non veluti ex ſigno, & condicto quodam per vitiorum ac flagitiorum omniũ abrupta delatus non eſt? Quis non Diuina contempſit mandata? quis non in omne prorupit nefas? Quis non Dei oblitus eſt? quis religionem flocci non æſtimauit? quis iugum virtutis à ſuis ceruicibus non deiecit? Illud ergo vobiſcum diebus & noctibus verſate. Quis ex vobis qui mihi circumaſtaris me arguet de peccato? Homo forſan aliquis? at ego innocentiæ & puritatis in exemplum me cuique oſtendere conabor. Angelus meus cuſtos vigilantiſſimus? ſed ego ne turpi facinore eius offendam oculos diligentius curabo. Deus forte integritatis author? ſed illud ego efficere contendo, ne arguat me & contra faciem meam me ſtatuat, tunc cum non erit qui me de eius manibus eripiat. Nullus mihi peccatum vt affingere poſſit, ego quoque ad imitationem Chriſti calceis meis Lunulas appendere adnitar. Vtinam vobis Saluator noſter puriſſimus eam mentem concedat, vtinam & ipſe vos calceamentis ſalutis calciet. Vtinam & Lunulas appendat. Sic enim terrena calcantes, immaculato pede ad fœliciſſimam & ex puriſſimo auro conſtructam Ciuitatem cœleſtem conſcenderemus, præſtante IESV Saluatore mundi, qui integer & ſine macula inter candidiſſimos ſpiritus effulget in ſæcula ſæculorum. Amen.

Ego

Ego non quæro gloriam meam, eſt qui quærat & iudicet.

FASCICVLVS SECVNDVS.

De vana Gloria fugienda.

ANTIQVA conſuetudo apud Romanos veteres obti-
nuerat, vt qui Honori ſacra facere inſtituiſſet, nõ quo
uis ritu, ſed à maiorib. præſcripta Cęrimonia , aperto
ſcilicet capite, ſacrificaret. Non temerè ſed ex grauiſſi
mis cauſis Sapiẽtes illi ad eum modum Honori obla-
tiones offerre in conſuetudinem oĩum inuexerant: in
nuere.n. volebant vt ille qui Honorem & gloriam ſi
ue popularem ſiue ſapientium aucuparetur, retecto eſſet capite. Vel ob ea
primum cauſam, vt omnibus palam faceret ſe non aliqua ſorde, non flagitio,
non ſceleris infamia contaminatum eſſe, non pp corporis venuſtatem, nõ
ob ingentes opes, non fortunæ temeritate, non adulatorum aſſentatione,
ſed ingenio mirabili, indole præclara, altitudine mentis, ſapiẽtia pene Di
uina, iuſtitiæ æquitate, virtute eximia, illuſtriſſimiſq; factis, quib. nomen
ſuum luculenter exornauit, ad hoc multitudinẽ impuliſſe, vt illi certatim
oẽs ampliſſimas laudes deferant. Vt eum & abſentes admirentur, & præ
ſentes ſuſpiciant, vt eum oẽs ament, illi obtemperent, illi ſeruiant, illum
numinis cuiuſdam loco venerẽtur, illi fauſtis acclamationibus, carmine,
orationibus, hymnis, trophæis, ſtudium ſuum apertiſſime profiteantur.
Retectum deinde caput, honoris cultor oſtẽdebat, alteram ob cauſam, nẽ
pe vt, ſi decus & honorem ſiue ex amplitudine dignitatis, ſiue ex honeſta
te virtutis aſſequi niteretur, caput ſuum iniuriis, maledicentiæ, obtrecta-
tioniq; multorum expoſitũ geſtaret. Tumultuoſum.n.& cęca temeritate
actum vulgus, ſplendorẽ & ſublimitatem maiorum modeſtè ferre ſemp
recuſans, inuidiæ & odij ſtimulis concitatum. quid non in viros pſtantes
honoribus affectos euomit? quibus cõuitijs illos non proſcindit? quæ ma
ledicta in eorum capût non iactat? Ac ſi quidam exploratores illos ſemp
oẽs obſeruant, quid cogitent? quid moliant? quo conſilio, quaue ratione
ſua facinora perficiant? qualiter viuant domi? qđ eorum ſtudium? q̃ exer-
citia quibus detineantur? quo vadant? quantum illic demorentur? in ſum
ma, totius rei familiaris arcanum ſcrutantur, & ad vnum actus oẽs ac ver
ba de rebus licet minimis inquirunt & vbi aliquod leuitatis vel imprudẽ
tię ſignum in illorum ſuſpicati fuerint conatibus, illud in publicum loco
fabulę cuiuſdam efferunt, blaſphemant, detrahunt, obmurmurant, calum
nijs inceſſunt. Quæ cum ad aures illuſtriſſimi viri perlata fuerint, quem

dolorem concipiat ex pernici fama, illud vnum teſtatur;maioribus eum cruciatib.ex obtrectatione, quam lætitia ex latis honoribus affectum iri. Adeo tragicis paſſionib.clari & ſublimes hoies ob inuidiam multorũ ve xantur,vt diſrumpi illos propemodũ videas doloris acerbitate excruciatos.Niſi fallor ob ea cauſam Saluator mundi inter mortales verſatus,quoſdam oblatos ab hominib. honores & laudes refutauit, quoſdã verò non modo non reiecit ſed & ipſe ſibi eſſe attribuendos, & ſponte offerendos docuit. Volebant illum Phariſæi de ſublimi ſtatu deijcere illud vnũ præ cęteris nitebant,vt illum de Altiſſimo Diuinitatis gradu deijcerent,& in fra ſceleratorum,ac p̄uaricatorum Diuinę legis ſortem annumerarent. Di uinoſq; ei debitos auferrent honores;at quia ille reiectum habuit caput, q̄a apertam frontẽ non aliqua labe peccati illitã, ſed virtutum fulgore cãdentẽ cuiuis monſtrabat.quia ſplendore gratiæ oĩum oculos percellebat; quia Diuinitatis fulgentiſſimũ lumen p̄ multos bonitatis radios in oĩum aſpectum exerebat,nollebat ſe eo honore exſpoliare, quem illi per omne nefas nefaſti Phariſęi eripere conati ſunt. Prorumpunt in conuicia illi dicentes.Nonne bene dicimus nos quia Samaritanus es & dæmonium habes? Præſtigiatorem & maleficum, ſiue à malo ſpiritu correptum eſſe inſimulant ipſum.Ipſe aũt reſpondit.Ego dæmonium non habeo,ſed honorifico patrem meum;& vos inhonoraſtis me. Gloriam meã ego,ait,alteri non dabo.Non patiar ego inter flagirioſos me recenſeri,neq; illud perfectam vt me quiſpiam virulenta proſcindens lingua,me conſortia dęmonis inire, vel oia meditari, omnia agere ex præſcripto dæmonis accuſet. Dæmonium ego non habeo.Quid.n.ſummæ puritati cum dæmone?Quis autem me arguet ex vobis de peccato? Quid Satanæ & ſupremos honores Deo deferendi commune? ego aũt honorifico patrem meum. Mea conſilia mei conatus ad hoc vnum tendunt, vt ego laudem, honorem,decus, Patri meo debitum rependam.Vos ob eam rem me quoq; honorare,mihi ob Diuinitatis plenitudinem omnes laudes offerre debuiſtis; Meum ſupremo lumine corruſcans caput, vertex meus Diuina perfuſus ſapientia, intellectus theſauris ſcientiæ abſconditis repletus, voluntas igne altaris immenſæ gloriæ ſuccenſa, mea frons maieſtate Diuina effulgens, meum hoc retectum, illuſtre, clarum, & ab omnibus adorandum caput maximos à vobis exigebat honores, ſed vos ignominia non honore, maledictis non laude, dedecore non honeſtate affeciſtis me. Sed notate quomodo reſpondeat Saluator. Duo ſunt quæ in eum Phariſæi iactarant; & quod Samaritanus eſſet, & quod dæmonium haberet, Ad alterum reſpondit,& alterum reticuit. Reſpondit. Dæmonium non habeo ſed honorifico patrem meum,& vos inhonoraſtis me.Silentio aũt innuit.Samaritanus non ſum,propter alterum retecti capitis myſterium, ſed reſpondit.Ego non quęro gloriam meam,eſt qui quęrat & iudicet.Primo viſus eſt honorẽ ab eis exigere dicens, Ego honorifico patrẽ meũ, & vos

inhono-

inhonoraſtis me. Poſtmodum verò honores contemnere videtur ſubinferens: Ego non quæro gloriam meam. Magis quam compertum mihi eſt, illos qui honorem appetunt. Multis obnoxios eſſe calamitatibus, & caput apertum ſemper non ad magnificas laudes, non ad honores ſemper, ſed iniurias à temeritate hominum concitatas, recipiendas paratum habere; ego ipſe meo didici exemplo quid à vobis paſſus ſim. Quid enim in me non vomuiſtis? quoties in meam innocentiam, linguam vibraſtis? Tantum illud de me prædicaui: Nullus ex vobis arguet me de peccato, & ſtatim vociferamini dæmonium habet, Samaritanus eſt. Illud etiam mihi nec temerè vſurpaui. Ego & Pater vnum ſumus; & vos blaſphemiæ crimen mihi impoſuiſtis, & ad lapides non ad diadema conficiendum, ſed me è viuis ſuſtollendum cucurriſtis. Dæmones meas laudes vel inuiti decantarunt; & vos me Dæmonum conſortia habere accuſaſtis. Paruuli lactentes, mulieres de medio turbæ, turbæ quoque innumerabiles me meis affecerunt honoribus. Vos quibus diris & me, & me collaudantes non deuouiſtis? Quas iniurias in me non cogitaſtis? Quæ infauſta in meum nó congeſſiſtis caput? Quanta quamq; indigna à vobis perpeſſus ſum? Quare ego gloriam meam non quæro. Volo cedere furori, nolo vanam & fluxam à vobis aucupari gloriolam. Volo de cætero operire caput; tot enim nefanda ſuſtinere ſingulis diebus non libet. Quo etenim lingua dicaci non erupiſtis? Ad quænam inuidiæ & odij facibus ſuccenſi in me patranda nó præceſſiſtis? Quod me IESVM filiũ Dauidis, quod Saluatorem & Medicum, quod præceptorem, quod Dei filium, quod Deum eſſe me plurimi confeſſi ſunt, quod mihi iuſtos perſoluerunt honores, illud vobis intantum mouit ſtomachum, vt me quotidie & laceſſere, & proſcindere non deſiſtatis. Tantum veſtros meus ſplendor inflammauit animos. Vt & me & illum morte turpiſſima extinguere diſpoſueritis. Quocirca gloriam meam non quæro, eſt qui quærat & iudicet. Modo famam meam non denigretis, modo illud quod mihi Diuinitùs contingit non incuſetis; quæ humana ſunt de ijs vt libet cenſeatis, gloriam meam ego non quæro. Hæ igitur cauſæ ſunt propter quas Saluator noſter, quoſdam recuſauit, quoſdam exegit honores. Vtraque cauſa retecti capitis, nos omnes admonet, ne inanis gloriæ cupiditate accenſi, eam vel ab alijs quæramus vel vſurpemus. Et vt à prima ordiar. Nemo hominum mortalium affectare debet ad gloriam aucupandam, quia nemo eſt qui caput ſuum vndequaque clarum, & nulla penitus labe commaculatum habeat. Non quidem illud doceo, vt quis gloriam vltro oblatam refugiat; neque etiam adeò ſibi infenſos debere eſſe moneo, vt ob famæ defenſionem vel aucupare laudem, vel de ſe dicere non poſſint. Semetipſum enim laudare, vt docuit Plutarchus, irreprehenſibile eſt, primum quidem ſi ob defenſionem id facias aduerſus calumniam aut accuſationem, vt Pericles, Verum mihi, inquiens, iraſcimini tali viro, qui nullo ſum in- *Libro de ſuaipſius laude.*

ferior & ad cognoſcendum , adq; eloquendum ea quæ oportet, inſuper Ciuitatis amans atq; pecuniis inuictus. Quemadmodum & Saluator aiebat. Mihi iraſcimini qui veritatem loquor vobis. Me accuſatis quod totũ hominem feci ſanum; Me calumniamini qui miſſus ſum ad quærendas oues domus Iſrael. Dæmonium ego non habeo, ſed honorifico patrẽ meũ. Non.n. ſolum in arrogantiam vanęq; gloriæ cupiditatem, ambitionemq; tunc hæc grauiter dicendo effugerunt, verumetiam prudentiam oſtenderunt, virtutiſq; magnitudinem, quod non animo fracti fuerint, ſed virtute potius fregerint ſubiecerintq; inuidiam. Fortunæ igitur calamitate, vel inuidia maleuolentium qui depreſſus fuerit, laude dignum eſt, ex benefactis laudem & affectare & vſurpare ad ſuam ipſius defenſionem. Cęterum vbi nullum ſubeſt aut fortunæ, aut inuidiæ periculum, dixerim. Neminẽ hoĩem gloriam ab alijs debere affectare, quia nullus eſt ſibi cõſcius, an verticem ſuum oĩ ex parte illuſtrem, & nulla conſpurcatum macula circũgeſtet. In multis.n. offendimus omnes, multa per malitiã, plurima per ſocordiam, nobis inaduertentib. & alio intentis eueniunt, innumeras quotidie Satanas eiaculatur ſagittas, quib. nos concidat, & à ſtatu rectitudinis conuellat. Plurimas offert nocendi artes, vt nos vel in vno quopiam deprehẽdat. Nullum non mouet lapidem, quo nos proſternat, & in luto vel in puluere peccati demergat & illiniat. Septies in die ictus homo iuſtus cadit, quid peccator? Infans vnius diei, non hẽt mundum caput; quid adultus homo? Nemo igitur põt attollere candidiſſimum caput, nemo põt detegere ſuũ verticem nulla vt in eo appareat labes. Quod ſi ab oĩbus elutus fuerit maculis, illa ſola totum deformabit, vanę glorię affectatio. Quod.n. vana illectus eſt gloria deturpat caput ſuum, quia vanitate delectatur. Deus enim filijs hoĩum inhibuit quęrere vanitatem & mendaciũ. pręcepit autẽ ſolida & vera conſectari. Quod gloriæ ſuccenſus amore ſeipſum peccato polluit, quia gloriam venatur. illud clarum efficit, quia maxima ambitione & temeritate ducit, quia contra Diuinũ pręceptum, quo iubet, Neſciat manus tua dextera quid facit ſiniſtra. Quod vanæ glorię affectatione ſe ſupra alia ſcelera magis deformet, quia vanam affectat gloriam, docet Chryſoſt. Quemadmodum, inquiens, ſęui venti in tranquillum mare delati totum ab imo ſubruunt, vt & arena cum vndis miſceatur: ſic & ambitio & turpis q̃ſtus aĩam ſubeuntes oĩa ſubuertunt. Excęcat mentis intuitum gloriæ furor, nam pecunias quidem contemnere facilè eſt volenti, honorem aũt deſpicere multi laboris indiget, magnæ ſapientiæ, angelicę cuiuſdam aĩæ ipſum cęleſtis teſtudinis verticem tangentis. Non eſt maior tyrannis q̃ vanæ gloriæ ſtudium, q̃ in multa hoĩem pertrahit peccata. Quid hac ſũptuoſius? quid turpius vel toleratu difficilius fieri põt? Morbi huius diſpẽdia ex his patere ſolent, qui fruſtra & inaniter tum in theatris edẽdis ſpectaculis, tũ reb. cęteris intempeſtiuis, ad gloriam duntaxat & oſtentationem paratis, tũ deniq; in ędificandis ſplẽdidis domibus, & excolẽdis, ſtruen-

Ex diuerſis homil. collecta.

ſtruendis,& reliquis inutilibus,quę in præſentia ſilentio prętereamus,pecuniarum multũ inſumũt. Nec ſane fugit quempiam,hoīem hoc morbo laborantem prodigum & iactabundũ, rapacem inſuper & cupidum eſſe oportere.Nam vt hẽat vnde belnas aſat,vnde ſplendorẽ demonſtret,alienis fortunis inferet manus.At quid fortunas dixerim? Siquidẽ non eas ſolũ,ſed & aīos ipſos ignis iſte depaſcit,neq; morte corporea hoc modo & ꝑſenti,ſed futura ẽt afficit & ęterna. Mater.n.gehennæ eſt inanis gloria, ignemq; illũ accendit vehemẽter,vermeſq; peſtiferos cõmouet.Videre eſt illam & in mortuis vires obtinere.quã re qd poterit fieri peius? Alię ſiquidem paſſiones morte finiunt;iſta verò & poſt mortem violenter inſtat,naturamq; ſuam in emortuo iam corpore oſtẽdere contendit.Quum.n.ſplẽdida ſepulchra,omnemq; ipſorum ſubſtantiã conſumentia,moriẽtes ſibi erigi curent,atque vt in ſepultura multus antea luxus adhibeat affectent, quumq; viuentes quidẽ pauperes ipſos pro obolo vno & pane accedẽtes contumelia afficiant, morientes verò tam ſumptuoſam menſam vermib. ꝑbeant;q̃ quęſo aliam q̃res in hoc morbo tyrannidis excellentiã? Ab hoc ẽt malo abſurdi naſcunt amores. Multos ſiqdẽ neq; faciei venuſtas, neq; cõmixtionis concupiſcentia,ſed ꝙ habeant vnde glorient & dicant,hanc & hanc ego decepi,in adulterium conieci. Et quid opus eſt reliqua mala quanta hinc pullulent recẽſere. Elegerim potius innumerorũ barbarorũ ſeruitutẽ, q̃ ſemel vnius inanis gloriæ. Neque enim captiuis illi ſuis talia præcipiunt, qualia ſubditis ſuis iſta iubendo mandat. Omnium, inquit, ſeruus eſto,ſiue fuerint te ſplendidiores,ſiue etiam viliores.Animam cõtemnito,negligito virtutem,libertatem rideto,ſalutem tuam deſtruito,& ſi quid bonum feceris,non hoc facito vt Deo placeas,ſed vt multis oſtentes,& coronam quæ benefacientes manet perdas. Etſi eleemoſynam dederis,aut ieiunaueris,laborem quidem ſuſtineto,lucrum vero perdere ſtudeto.Quid quæſo hiſce pręceptis crudelius fieri? Hinc & inuidia initium ſuum habet.Hinc quoq; malorum oīum mater pecunię cupido orit.Multitudo quippe famulorũ,aurigeri, barbari,paraſiti,aſſentatores, vehicula argento conſpicua, aliaq; iſtis vaniora, neq; voluptatis,neq; neceſſitatis, cuiuſpiã,ſed ſolius vanę gloriæ gratia fiunt. Hinc oſtentatio,faſtus, elata ceruix,pfricta frons,mẽdacia,figmẽta,hinc animus ſeruilis, hinc deliria, obtrectationes,murmura,Dei obliuio,ſalutis neglectus,contẽptio proximorũ,hinc alia mala enaſcunt.Inanis.n.gloriæ cupidus, oī flagitiorũ genere aīum repletũ & maculatum hẽt. Talibuſne & tãtis opertus peccatis honori Sacra perſoluet? Iſte qui nullo non crimine contaminatus eſt, honores aucupabit? Qui caput ſuũ,qui frontẽ illitam,q totus ĩ cęno flagitiorum obrutus volutat,gloriam affectabit? Capite retecto,claro,illuſtri,nulla reſperſo macula offerebant olim veteres; is q à vertice capitis, vſq; ad plantam pedis conſpurcatus eſt,qui inuidiæ,odij,& iracũdię,flãmis exardeſcit,q facib.voluptatis carnalis aduſt⁹ deperit,q ambitionis, ſuperbiæ,

& iactantiæ vento inflatus tumeſcit, qui poſt viles homunculos animo abiecto incedit, qui auaritia, gula, iniuſtitia, cæteriſque omnibus obnoxius eſt criminibus, qui ad omne prorupit nefas, qui Deum cõtempſit, ſui nullam habet curam, qui latro, fur, prædo, depilatorque, honore affici deſiderabit? O temeritatem, ò veſanum furorem. Latrones, & ſceleſti, honores contra omne ius & decus ab alijs exigent? Qui omnem notam ſuę inuſſerunt fronti, fronte perfricta gloriam à melioribus exquirent? Si in mediũ veſtri aliquis ex pyratis, vel ex viarum latronibus ſceleſtiſſimus proſiliret, & ab vnoquoq; reuerentiam, laudes, honores, amorem, & venerationem vſurpare pręſumeret, non cum impudentem & malo actum dæmone omnes cenſeretis? Si phreneſi laborans, totus luto deturpatus, facie denigrata, capite ſtercoribus redundante, hic in conſpectum prodiret veſtrum, & huic diceret. Cede locum, alterum è ſede ſua vi deturbaret, alteri autem iuberet, genua flecte ante me; tu verò capite nudo conſiſtens in meos ſemp intende vultus, tu deinde artificioſas geſticulationes exhibe, tu alter qui in ſuggeſtu aſtas, in meas prorumpe laudes, vos acclamationibus uitam fœlicitatẽ, ſempiternos honores mihi vouete, alij pennas ſuas ad meũ ſplẽdorem exarandum conuertant: hunc non ridiculum omnes iudicaretis? non catenis ferreis non aureis potius dignum? Phrenetici ſunt inanis gloriæ cupidi, latrones ſunt honoris ſpontanei cultores. Si nullo alio crimine polluti, hoc vno permaxime omne obſcurarunt claritatem, quod furore vanę concitati ſunt glorię, quod inſanos demonſtrant ſe eſſe, quod latrones ſunt. Latrones dico quia plerumque ijs artibus ſuos augere honores contendunt. Latrones demum, quia vi & iniuria, honores alijs illuſtrioribus & dignioribus debitos pręripiũt. Phrenetici ſunt poſtmodum. Nonne inſanum eſſe quemuis, tumidum omnes vno dicitis ore? Nonne faſtidioſum arrogantem, philautam, laudipetam, illum per contumeliam vocatis? non illum omnes execramini? Non ipſum vel cachinnis ridetis, vel maledictis proſcinditis: Quibus iniurijs Philautę expoſiti ſint, quam ve ſuſtineant calamitatem glorię ſectatores, clariſſimum eſt, quod omnes ſunt vulgi fabula. Quibus ſi ciuilitate aut importunitate, vel dicam melius impudentia eorum moti homines aliquid honoris impenderint, vbi ſecedunt, quid eis obloquantur, quas de eis ferant ſententias non eſt neceſſe dicere. Adeo ſapienter Romani veteres, honoris ſacrificulo retegerunt caput, ad indigna quęque referenda, vt nemo peccantium ſit, qui & maiori odio habeatur, & atrocioribus afficiatur iniurijs. Ebrium quidem per ludum irrident; ſed hunc per ſtomachum. Amoribus implicitũ ferè nullus eſt qui contemnat, ſed omnes compatiuntur fragilitati: faſtuoſum oẽs odiunt & execrantur. Auari rationes tuentur plurimi, quod multis habeat opus ad rem familiarem conſeruandam: iſtum nullus eſt qui non accuſet, omnes illum uanitatis inſimulant. Latronibus neceſſitate uitę ſubueniendę omnes aſcribunt: laudipetę nullam excuſationem,

Nec immeritò. Quia.n.vana conſectatur, vanus ipſe quoque vano flatu ſu-perbiæ tumidus eſſe dicitur & iudicatur. Quod ſi & iniurias quas in aucupando perferunt ediſcere velis. Quæ iniuria poteſt maior cogitari, quam omiſſo cœlo poſt ſeruos fugitiuos & perditos homines, per vicos & angiportus currere ad inquirendos & amplectendos inimicos? Nemo quippe maiore odio multitudini eſt, quam qui falſam gloriam ab ea quouis morbo exquirit: mille namque criminationes in huiuſmodi hominem confingunt, nec aliter fit: quam ſi quis puellam regiam à ſolio regali depulſam, adulteris viris & deſpuentibus eam tradat. Iſti ergo quantò magis amplectuntur homines, tanto magis eos auerſantur. Vbique ac ſemper inanis gloria ab eis vituperatur, illa verò turpiſſima dicitur quæ nimium inflata eſt. Deinde & illa non minor eſt iniuria honores ab hominib. ſpreto Deo quærere. Vt.n.mulier proſtituta in domus faſtigio aſtans, ſeſe cunctis viſendam præbet; ſic homines inanis gloriæ cupiditate capti, ad oſtentationem omnia moliuntur, quos equidem vel impudica dixerim impudętiores: quod meretriculæ nonnullos perſæpe amantium aſpernantur, cũ ipſi (vt has omittam) vniuerſis fugitiuis inquã, prædonibus, furunculis; & burſarum præciſoribus ſui copiam faciant, ex his.n.vel horum ſimilibus conſtant in eorum laudem ſpectacula, neglectiſq; liberali & præſtanti ingenio viris, prædonum collegium quorum ſe arguunt longè inferiores, ſuæ ſaluti anteponunt. Nam quo pacto haud fuerint minori quam illi honore digni, qui præconio indigeant alieno, neq; ſatis ſibi per ſe poſſe ad gloriã fieri exiſtimęt, niſi aliorum fuerint laude potiti? Verùm ſi libet videamus & laudum coronas, quibus illos exornant, cuiuſmodi ſint, quando & deſperatione partim componantur, partim irriſione & adulationibus, partim pecunijs & ſeruili quodam miniſterio: vtque & pueri per ludũ ſolent chartacea alterius capiti corona impoſita, coronatum plerumq; vel neſciũ poſt terga irrident: ſic eorum factitant dudum præcones, qui illorũ dorſo paleis iniectis laudando illudunt. Vtinam his ſolis paleis finiretur illuſio, laureaq; illa haudquaque noxia foret, nec perderet benefacta. Omnes.n. illi plauſores de loco ſuperiori intentata perniciem ac ſi quidam graculi erocitabunt, & viuentibus adhuc oculos effodient, ne turpitudinem, ne illata ſibi indigna aſpicere queant. Sed & illud non minori excruciabit dolore, vt ſi non omnes ſibi aſſurgere, vel in laudes prorumpere ſuas nõ ſingulos aduertet cupidus gloriæ, oẽm ſibi ereptam fœlicitatem eſſe cenſebit. Exemplo nobis eſt Aman ille ſuperbus, quem Rex Aſſuerus omnibus affecerat honoribus. Huic oẽs ſerui Regis, qui in foribus palatij verſabãtur flectebant genua & adorabant eum, vt præceperat Imperator; ſolus Mardochæus aduena & captiuus non flectebat genua nec adorabat eum. Hæc vnius mancipij contemptio, ad eum modum laudipetam Amanum diuexauit, vt iratus valde & pro nihilo duxerit in vnum Mardochæũ mittere manus, & Gentem Iſraelis niſus fuit extinguere, & diſſimulata ira re-

uerſus

uerſus in domum ſuam omnibus amicis vocatis, primum exponens illis magnitudinem diuitiarum,& filiorum turbam, & quanta cum gloria ſuper omnes principes & ſeruos ſuos Rex eleuaſſet, & quõ Regina Eſther nullum alium præter eum ad conuiuiũ vocaſſet. Faſtuoſa oratione his omnibus narratis,ſubintulit indignabundus: Cum hæc omnia habeam,nihil me habere puto, quamdiu videro Mardochæum Iudæum ſedentem ante fores regias: Vides quemadmodum illum diuexarit vnius captiui contemptus: his.n.omnibus iniurijs aperiunt caput gloriæ ſuccenſi amore. Glorię cupidum euehat mundus ad ſummum Imperij faſtigium, omnes gentes illius ſubijciat pedibus,omnia diademata & ſceptra illi deferat,oẽs illum laudibus concelebrent,ſinguli Reges tributa ſoluant, munera mittãt honorifica,vniuerſus orbis poplite flexo illum adoret ,(ſi viderit mãcipiũ etiam viliſſimum ſibi non aſſurgere,ſed ſe aſpernari, non Imperij magnitudo,non amplitudo dignitatis,non Regum ſubacta poteſtas,non diadematis fulgor,non opum & theſauri precioſi copia, non honores impenſi, non laudes ad vſq; faſtidium decantatæ, non ſors vſque ad ſydera elata, non quoduis aliud ſplendidum ita eum titillabit oblectatione, vt cõtemptu non diſrumpatur vix inter homines agniti captiui. Cum itaq; tantas inuehat calamitates inanis gloria,quis erit eius inſano amore feruefcens? Quis ad tantas iniurias quas infert,aperiet caput? Quis eam à perditis exoptabit? Quis non potius Saluatoris æmulatus exemplum ſecum ipſe dicet? Ego gloriam meam non quæro. Caput ego meum peccatis contaminatum retegere nolo,nolo vt homines meam in me turpitudinem aduertant & inculpent: quod ſi Diuina benignitate non mihi alicuius criminis conſcius ſum,gloriam meam ab hominibus nõ quæro,ſed à Deo. Deus ipſe nouit conſcientiæ meæ ſecretos receſſus Deus ex alto meum contemplatur verticem,an aliquo vel pollutus ſcelere, vel candore effulgens ſit. Si luctas exercitatorias diſcerem, ad quoſnam ſpectarem, aut cuinam me in paleſtra oſtenderem? olerane ac piſces vendentibus? an huius luctationis principi atq; magiſtro? Et certe illi quidẽ multi ſunt, hic verò vnicus. Quid porro, ſi cęſtibus certare diſcerem,nonne ſimiliter profeſſorem eius certaminis atque magiſtrum ſpectarem? Sin eloquentiæ artibus pręſtare vellem,nonne ad præcipuos oratores recurrerem? Quomodo igitur turpe non eſt,in cęteris quidem artificijs ad magiſtrum me duntaxat reſpicere, in virtutis autem opificio contrarium facere? Neutiquam hæc patiar,gloriam meam non quęro ab hominibus,latronum more ex rapina viuere nolo,latrones fugere inſtituo. Latrones.n.ſunt qui me ſuis adulationib⁹ gloria ęterna vera & ſtabili ſpoliare nituntur. Nouę calamitatis genus,furioſam hanc turbationem in meum nolo ingerere caput, vt quę tinea corrodere non poteſt, quę nec fur violare, inanis gloria ea omnino diſpergat. Hęc eſt.n.tinea cęleſtis theſauri, hic eſt fur qui ęterna regna furatur, qui immarceſſibiles à nobis diuitias auferr, qui tãquam contagioſus morbus

omnia

omnia corrūpit, qui omnibus flagitijs ſacratum verticem deformat. Ego igitur gloriam meam non quæro. Quid enim? Egone vilis vermiculus in latronem quendam commutarer? ego auderem per omne nefas gloriam vſurpare? Nihil mihi ego conſcius ſum, ſed nec in hoc iuſtificatus ſum. Si me voluero iuſtum demonſtrare, os meum condemnabit me, conſurget aduerſum me impietas mea, Deus ipſe ſcrutans renes & corda aliquem næuum in me reperiet & intinget me: homines quoque lynceis oculis mea omnia perluſtrantes facta, alicuius vitij me inſimulare poterūt, ego igitur qui in humilitatis cauerna me abdere, & puluere caput meum aſpergere pœnitentiæ debeo, qui vel lachrymis eluere ſordes, vel ſecreto receſſu mea operire facinora teneor, in publicum prodibo? & ſordidū caput retegam? omnibus meorum ſcelerum ſorde oculos percellam? ego me veſanum, phreneticum monſtrabo? Non certè: Memor ſum ego pœnæ à Saluatore meo glorioſis intentatæ. Væ cum vobis benedixerint homines, aiebat ille: Væ mihi ſi me laudib' ſuis exornauerint, ſi detulerint mihi honores: ſiquidem qui me tunc extollunt, paulò poſt non ſecus ac honoris & gloriæ, & ſuarum priuatarum laudum affectatorem calumniabuntur. Ego gloriam meam non quæro. Cuperem vt retecti capitis myſteria, vos qui amore gloriæ inflammati eſtis, & parietibus ipſis, & foribus, & mente & animo inſcribatis, frequentiuſque vſurpetis, neminem mortalium poſſe affectare gloriam operto ſceleribus capite, retegendum eſt caput, illuſtre & virtute ſplendidum efficiendum eſt: retegendum & ad iniurias atque calamitates plurimas ſuſtinendum. Quocirca excutiamus hunc inſanum furorem, ne noſtris manibus multa & ſempiterna inuoluamus ſupnos mala. Si aliquem ex vobis amor iſte titillauerit, incitaritque; vt cōſeruis ſuis q̄ recte geſſeris gloriando narres: cogita quod nihil inde fructus, etiam cum dixeris, ſis accepturus; abſurdam hanc concupiſcentiam extingue, animæ tuæ ad hūc modum inmurmurans. Ecce tātum temporis parturiendo laboraſti, vt quæ rectè geſſeras alijs inuulgares, & cum tantum temperantiæ non haberes, vt ſilentium ſeruares, omnibus ea obtruſiſti: Iādic quæſo, quid vtilitatis amplius inde cęperis? Nihil plane, niſi extremū damnum: nimirum quod irrita facta ſunt omnia, quæ magno labore congeſſeras. Poſthæc & illud perpendas quod multorum ſententia ſit corrupta, corruptumque iudicium; imò non ſolùm corruptum, ſed & quod ſubito marceſcat. Nam etiamſi ad horam admirentur, puncto tamen temporis vix ſolum præterito, omnium obliuiſcuntur. Atque ita fit vt à Deo tibi datam coronam eripiant, & eam quam ab ipſis expectabas conſeruare nequeant. Quamquam etiam ſi manſerit, multæ tamen miſeriæ fuerit, Diuinam illam iſta commutaſſe. Cū verò nec iſta maneat, ſed prorſus diffluat, quam habebimus excuſationem, qui propter inſtabilem perpetuam illam perdimus, propter paucorum præconia tanta amittēte bona? Quod ſi omnino gloriæ laudumque factus es amator, fac laudem quæ ab hominibus

eſt fu-

eſt fugias; atque tunc verè innumeris laudibus, & apud Deum, & apud homines frueris. Nihil enim ſolent æque admirari, atque eum, qui nec celebrari, nec laudari ſuſtinens, omnia iſta contemnit. Quod ſi hanc Philoſophiam adhuc concipere nequeas, fac mente ſublimi ſis, irride quæ viſibilia ſunt, auge verę gloriæ amorem, plenus eſto grauitatis ſpiritualis. Dic ad animam tuam, quemadmodum Paulus dixit: Ignoras quod Angelos iudicaturi ſumus, atque ab hoc cęno excitatam increpato: deinceps dicito, Angelos iudicatura es, & vis ab immundis iudicari, cúmque ſaltatoribus, mimis, beſtiarijs, atque aurigis laudari? Eadem enim & illi pręconia ſectantur. Tu ergo horum clamore ſublimiores alas tibi para, ęmulare Saluatorem tuum, qui gloriam contempſit: imitare & illum ſolitudinis ciuem, inhabitatorem Ioannem, ac diſce quomodo ille multitudinem ſpreuerit, adulatoreſquè videre non curauerit; neque cùm videret totius Paleſtinæ habitatores circum ſe fuſos, admirari, ſtupereque, vel tantillum tamen eiuſmodi inflatus fuerit honore; ſed ipſis non aliter quam adoleſcentulo cuipiam ex aduerſo inſtiterit, cum tanto populo diſſerens obiurganter diceret: Genimina viperarum. Et tamen propter illum relictis ciuitatibus concurrebant, quatenus ſacrum illud caput viderēt. Verumtamen ipſum nihil horum emolliuit. Procul enim erat à gloriæ ſtudio, & ab omni faſtu liber. Videamus illam quę verè eſt gloria, nobis à Deo proueniens & hanc exquiramus. Deus enim cum viderit te eius quę ab ipſo fit glorię cupidum, tum te laudabit, celebrabit, & prædicabit. Quando verò is te glorificauerit ac laudauerit, quis quæſo te fuerit beatior? Quantum enim inter gloriam & ignominiam tantum inter cœleſtem illam gloriam, & humanam eſt differentiæ: Imò multò, ac infinito plus. Si enim iſta nulli collata, turpis eſt ac deformis, cogita quanta futura ſit turpitudo, ſi quando eam ad alterius collationem exquiſierimus. Hanc ergo Diuinam aucupemur; hęc enim non fluxa, ſed ſtabilis non vana, ſed vera, non calamitatum, ſed perpetuę fœlicitatis origo eſt in ſęcula ſęculorum. Amen.

Abraham

Abraham exultauit vt videret diem meum, vidit, &c.

FASCICVLVS TERTIVS.

De fidei in Chriſtum Saluatorem neceſſitate.

CVM diligentius contemplarer ardentiſſimum Sanctorũ Patriarcharum deſiderium, vehemẽtius angebar perſcrutans cauſam, propter quam in illa duplici ſpelũca Ephron Ethęi adeò oblectarentur, vt ferè omnes ſuorum corporum reliquias, tot impenſis factis, tantis laboribus in ea recõndere cuperent. Ioſeph innocentiſſimus in extremis agens quam grauiter adiurct ſuos Iſraelitas, vt egredientes ex Ægypto oſſa ſua ſecum deferrent, & in ea ſepelirent, liber Geneſis teſtatur. Poſt mortẽ meam, (ait ad illos hunc in modum) viſitabit vos Deus, & aſcendere vos faciet, de terra iſta ad terram quam iurauit Abraham, Iſaac, & Iacob, cumque adiuraſſet eos, atque dixiſſet, Deus viſitabit vos, aſportate, inquit, oſſa mea vobiſcum de loco iſto: Iacob etiam Pater ſuus poſtquam benedixiſſet filijs ſuis, ita præcipit eis dicens. Ego congregor ad populum meum, ſepelite me cum patribus meis in ſpelunca duplici quę eſt in agro Ephron Ethęi contra Mambre in terra Chanaan, quam emit Abraham cum agro ab Ephron Hethæo in poſſeſſionem ſepulchri. Ibi ſepelierunt eum, & Saram vxorem eius; ibi ſepultus eſt Iſaac cum Rebecca coniuge ſua, ibi & Lia condita iacet. Filij ſui, tanti cenſuerunt Patris præceptum, vt expleto planctus tempore ſtatim allocuti fuerint Pharaonem quò eis iuſta ſoluere patri permitteret. Illo annuente deſcendit Ioſeph, & cum eo ierunt omnes ſenes domus Pharaonis, cunctique maiores natu terræ Ægypti, domus Ioſeph cum fratribus ſuis, currus & equites multi, & fecerũt filij Iacob ſicut præceperat eis, & portantes eum in terram Chanaan, ſepelierunt eam in ſpelunca duplici, quam emerat Abraam cum agro in poſſeſſionem ſepulchri ab Ephron Ethæo contra faciem Mambre. Abraam verò quid non fecerit? quantum non ſupplicarit: quam ingentem pecuniam dederit, vt ea ſpelunca potiretur? Narrat hiſtoria Geneſis, quod ſanctus Patriarcha poſt Saræ mortem, tali vſus eſt oratione ad obtinendam illam. Aduena, ait, ego ſum & peregrinus apud vos; date mihi ius ſepulchri vobiſcum, vt ſepeliam mortuũ meum. Si placet animæ veſtræ vt ſepeliam mortuum meum audite me & intercedite pro me apud Ephron filium Seor, vt det mihi ſpeluncam duplicem quam habet in extrema parte agri ſui. Pecunia digna tradat eam mihi coram vobis in poſſeſſionem ſepulchri. Cum verò acquieſcens Cha- Gen 23

ranei-

nanciſces, precium quadringentorum ſiclorum argenti pro ea poſtulaſſet, audiens hoc Abraham appendit pecuniam quam Ephron poſtulauerat, audientibus filijs Heth, quadringentos ſiclos argẽti probatæ monetæ publicæ. Confirmatuſque eſt ager quondam Ephronis, in quo erat ſpelunca duplex reſpiciens Mambre; tam ipſe quàm ſpelũca & omnes arbores eius in cunctis terminis eius per circuitum Abrahæ in poſſeſſionem, videntibus filijs Heth, & cunctis qui intrabant portam ciuitatis illius. Atque ita ſepeliuit Saram vxorẽ ſuam in ſpelunca agri duplici, quæ reſpiciebat Mãbre. Cumque & ipſe prouectæ iam ætatis & plenus dierum deficiens mortuus eſſet in ſenectute bona, ſepelierũt eum Iſaac & Iſmael filij ſui in ſpelunca duplici, quæ ſita eſt in agro Ephron filij Seor Hethæi, è regione Mãbre quam emerat à filijs Heth, ibi ſepultus eſt ipſe & Sara vxor eius. Iſaac quoque cum centum & octoginta annos ætatis compleſſet, mortuus, appoſitus è populo ſuo ſenex & plenus dierum, & ſepelierunt eum Eſau & Iacob filij ſui, in eadem ſpelunca duplici. Hanc ego ſepulturam eorum dum conſiderabam, mirabar vehementer perquirens cauſam. Quid eſt qđ in iſta ſpelunca duplici, intantum oblectati fuerint, vt & ex longinquiſſimis partibus ſua deferre, & in ea reponere cadauera curarint? Nũ pulchritudine antri? at quam maceries diuulſa, & petra prerupta ſpeciem preferre poteſt? Nonne plurimus ſilices elati & altiſſimi montes horrorem incutiunt? Num commoditate ſepulturæ? Sed quod in illo, hoc in altero antro poteſt excauari monumentum cadaueri ſuſcipiendo ſatis congruè adaptatum. Num vt ſimul cum Prothoparente (ibi.n.à multis ſepultus eſſe Adam perhibetur) requieſcerẽt? Sed in eodem deponi monumento quę deliciæ? quæ cadaueri ex cadauere voluptas? Quid ergo tantum in eis ſuccẽdit deſiderium, vt in antro duplici ſimul conquieſcere poſt mortem exoptarent? Oculos coniecerant fidei, in petram illam duplicẽ quæ erat Chriſtus: fidei aciem conuerterant in Saluatorem ex duabus naturis, Diuina, & humana in vnica perſona cõſtantem. Petra.n.ait Paulus, erat Chriſtus. Dum ergo ſe in ſpelunca duplici ſepeliri curabant, petram Chriſtum animo voluebant, in eoque conquieſcere ardentiſſimo deſiderio cupiebant. Sciebant quoque feliciſſimum tempus quandoque venturum, quo Deus in humana carne paſſus & crucifixus, ſupra Adami Caluariã, & ſupra eorum demortua corpora (vt.n.multorum ſententia eſt, Saluator in loco vbi Adam cum Patriarchis ſepultus fuerat crucifixus eſt) viuifica & adorãda cruce eos contingere, & ſanguine precioſiſſimo aſpergere, & virtute omnipotenti eos a morte exſuſcitare, & ſua præſentia dignari, & illis gloriã & immortalitatem beatam oſtendere deberet. Et cum Balaamo vaticinantes ſuas calamitates fide & ſpe ſubleuabant dicentes: Videbo eũ ſed non modo, intuebor illum ſed non prope. In carne mea (cum Iobo credebant) videbo Deum Saluatorem meum, quem viſurus ſum ego ipſe & nõ alius, & oculi mei conſpecturi ſunt Saluatorem meum. Hac ergo fide illuſtrati,

creden-

credentes futuris temporibus Deum in humana mortali carne paſſurum,
& in immortali gloria reſurrecturum;contuentes à longe,beatam illã fœ-
licitatis æternæ ſortem per Chriſtum hominibus contingentem,videntes
& illud quod paſſione ſua noſtros cruciatus auferre,quod ſanguine ablue
re & redimere animas,quod virtute immenſa dæmonem è mundi finibus
pellere,quod morte deſtruere mortem , quod cruce ſua inferni portas ef-
fringere,& leones illos feroces,& dracones horribiliter ſæuientes proſter
nere,calcare,atq; comprimere debebat: videntes quod in illa ſpelunca du
plici maceriam peccati inter nos & patrem cœleſtem diuidentem diſſipa
re & diruere diſponebat : quod in ea duorum olim perpetuò diſſidérium
pacem moliretur & vnionem admirandã, quod ibi ad illos vociferaretur.
Surge propera amica mea in cauerna maceriæ , oſtende mihi faciẽ tuam :
iam.n.hyems tranſijt,imber abijt & receſſit , flores apparuerunt in terra
noſtra,tempus putationis aduenit, vox turturis audita eſt in terra noſtra,
ficus protulit groſſos ſuos,vineæ florentes dederunt odorem ſuum. Surge
igitur,propera, ne moremini amplius in iſtis prçruptis ſilicibus,ne iã de-
cumbatis in cauerna maceriæ huius horrendæ, tempus iam appropinqua
uit redemptionis veſtrę.Iam rigida illa iuſtitię hyems tranſijt,iam imber,
nix,glacies,ſulphur,ignis,grando,carbones ſuccenſi,& ſpiritus procellа-
rum quę erant pars calicis peccatorum tranſierunt. Iam non pluit ſuper
peccatores laqueos . Non amplius diſrumpit catharactas cœli vt maledi-
ctionis aquis obruat mundum.Imber abijt & receſſit. Nunc rorem cœle-
ſtem in animorum ablutionem diſtillat; nunc pluuiam voluntariam hęre
ditati ſuę ſegregat: nunc ſanguine ſuo precioſiſſimo ardores inferni re-
ſtinguit.Flores multos venuſtiſſimos,terra verbi Dei, ſemine fęcundata,
protulit. Iam vineæ Eccleſiarum dederunt odorem ſuum . Iam palmites
mihi inſerti botros ſuos produxerunt: ego quoque qui ſum botrus Cypri
de vineis Engaddi maturui,tempus putationis quo in torcular ad calcan-
dum me deijcerent aduenit;iam vinum gratiæ & miſericordię & redẽptio
nis ex meis vulneribus largo imbre profluit.Conſummatum eſt iam opus
redemptionis veſtræ. Surgite igitur ne oſcitetis,excutimini de puluere,re
ſoluite faſcias quibus colligati eſtis, perrumpite duriſſimum lapidem qui
veſtra contegit oſſa.Surgite de cauerna iſta macerie, properate de ſpelun-
ca iſta obſcura,ad me quantocius euolate,mihi veſtros iam vermibus cor
roſos oſtendite vultus,ego illos carnibus implebo,ego vitali ſpiritu viui-
ficabo,ego lumine ſplendidiſſimo illuſtrabo,ego carie conſumpta cadaue
ra inaſpectabili gloria,& claritate perfundam , ego animale in ſpirituale,
corruptibile in incorruptibile,ignobile in nobiliſſimũ,turpe illud in ſpe-
cioſiſſimum commutabo corpus. Surgite ergo amici mei, ſurgite ſpecioſi
mei,ſurgite columbę meæ,oſtendite mihi facies veſtras, oſtendam & ego
vobis meam,& illius aſpectu lætitiam inenarrabilem in veſtris concitabo
cordibus.Hæc omnia Sancti illi Patriarchę cogitatione voluentes,non in

Vita

vita ſolum ſpeciem Saluatoris in ſuis oculis verſabant, & vocem illius in ſui cordis receſſibus ſe audire exiſtimabant, ſed & poſt mortem, in eo loco in quo Chriſtum non iam longè ſed prope intueri, & eius conſpectu frui mererentur, cadauera ſua ſepeliri & inſtituebant & exoptabant. Vnius ex illis ardentiſſima vota hodie exprimit Saluator dicens: Abraam exultauit vt videret diem meũ, vidit & gauiſus eſt. Exultauit, inquit, vt videret diẽ meum. Quaſi dicere vellet. Non ſimplici deſiderio, ſed ardentiſſimo affe-ctu, oculos mentis in lucem meam per orbem vniuerſum diffuſam, atque in meam diem in qua ego opus meum conſummaui defigebat. Demon-ſtrabam ego illi conuexos cælorum orbes ſtellis diſtinctos, numerare illi iubebam innumera fulgentiſſima aſtra, illorum lucentes & potentes ra-dios ego illius ſubijciebam cõſpectibus. Inſuper Angelos in ipſo diei fer-uore coruſco amictos lumine illi oſtendebam: ille autem hac fluxa ſyderũ & ſpirituum quaſi non eſſet illuſtratus luce, quaſi adhuc tenebris circum-ſuſus feruebat & exultabat vt meũ aſpiceret lumen, vt diem meæ paſſio-nis & mortis intueretur; quotidie quadam animi interna lætitia extra ſe elatus ſuſpirabat dicens: O quis mihi tribuat vigentes oculos, vt contem-pler lucem illam fulgentiſſimam omnes homines illuminantem? O quis dierum meorum ſtamen vſque ad aduentum fauſtiſſimæ illius diei mor-tis ipſius protendet? Quandonam veniet tempus illud, dum egredietur, vt ſplendor iuſtus noſter, & Saluator noſter vt lampas accendetur? putaſ-ne videbo quando Sole iuſtitiæ lumen ſuum clariſſimum exerente ſuper nos, iſte Sol viſibilis tanti ſplendoris obſcurabitur radijs? Quis mihi con-cedat, vt illum virum cuius Oriens eſt nomen eius, ſubter ſe orientem & ad inferna vſq; lumen ſuum diffundentẽ, & tenebras eius immenſo ſplen-dore diſpellentem, oculo ad oculum cernam? Quando illuminabit his qui in tenebris & in vmbra mortis ſedent ad dirigendos pedes noſtros in via pacis? Putas videbo diem virtutis eius in ſplendoribus Sanctorum, quum ex vtero & latere eius erumpente lumine, Luciferum accæcatum vinculis alligabit ferreis, noſq; ante ipſum illuſtrabit? nos ill [illegible] rurſus in no-uam vitam ex gremio terræ regenerabit? Veniet profecto & non tardabit. Prohibebit ille perniciem Solis cæleſtium ne nos pertranſeat amplius. Siſtet ille Sol in crucis ꝓcellſæ quadriga vectus, volantes equos benignitatis ſuæ, & oſtenſa nobis ſplendenti facie ſuper nos ſeruos ſuos illuminabit, deniq; noſtris hoſtibus glorioſè triumphans, nos de ſæua tirannide eorum libe-rabit. Veniet tempus illud fœlix, quando nox obſcura in qua ſepulti quie-ſcimus, ſicut dies illuminabitur, quando non erit quidem nobis amplius Sol ad lucendum per diem, nec ſplendor Lunæ illuminabit nos, ſed erit nobis Dominus in lucem ſempiternam, & Deus noſter in gloriam noſtram. Non occidet vltra Sol noſter, & Luna noſtra non minuetur, quia erit no-bis Dominus in lucem perpetuam, & complebuntur dies luctus noſtri. Po-pulus autem noſter omnes in ſempiternum hæreditabunt terram germen

planta-

plantationis Diuinæ,opus manus illius ad glorificandum. Non amplius Sol ille ſeptempliciter lucēs ex ſtella Iacobi exortus, retrahet lumen ſuū. Exultauit Abraham ut uideret diem meum, & uidit & gauiſus eſt. Vidit primum in monte excelſo, dum ſacrificium illud admirabile offerebat. Sacra aiebat nunc ego perſoluo Deo meo;perſoluet & mea poſteritas ſuo tempore.Ego in monte viſionis & illi quoque in monte. Filium ego meis manibus immolo,filium quoque Regum & Patriarcharum illi. Vnigenitus hic,vnigenitus illic:dilectus hic & germanus,dilectus quoque illic & germanus.Pater ego huius cum ſim,illum in ſacrificium expono.Pater ēt ſuus illum in oblationem offeret: Proprio filio non parcet ille ſed pro nobis omnibus tradet eum.Victimam ego in ſtrue lignorum immolare deſtino:in ſtrue lignorū & ille immolabit. Agnus inter vepres cornibus implexus loco mei filij in ſacrificium ſuppoſitus eſt. Spinis coronatus agnus ille innocens & immaculatus ad occiſionem ducetur. Quaſi agnus coram tondente ſe obmuteſcet,& non aperiet os ſuum. Agnus ille in holocauſtū Deo ſuauiſſimum oblatus,totius mundi ſcelus auferet, totum orbem terrarum ſanguine ſuo purificabit,uellere charitatis & meritorum turpes cō teget animas, homines ab errore liberabit & ad veritatem adducet, terrā in cœlum commutabit,non elementorum conuerſa natura, ſed conuerſatione cœleſti hominibus ſuper terram degentibus allata. Agnus ille innocens redimet oues,& ad paſcua cœleſtis vitę deducet, lupos ille feroces cōculcabit,diſrumpet leones ſæuiētes,Dracones teterrimos enecabit: ille pedibus ſuis capita inimicorum conteret, ille cultum omnem dęmonū profligabit,ille imagines falſo Diuinitatis decoratas titulo effringet, ille ſimulachra comminuet, excelſa omnia extirpabit & ſubruet, templa dęmonū fundit⁹ euertet. Exiget deinde agnus iſte cornu ſalutis nobis,in domo Dauid pueri ſui,ſicut locutus eſt per os Sanctorum,qui à ſęculo ſunt Prophetarum eius.Salutem nobis afferet ex inimicis noſtris,& de manu omnium qui oderunt,Iuſiurandum quod pepigit mecum; daturum ſe nobis in precium & ſaluationem perſoluet, memorabitur teſtamenti ſui ſancti; vt de manu inimicorum noſtrorum liberati,ſeruiamus illi, in ſanctitate & iuſtitia coram ipſo omnibus diebus noſtris. Vidit & gauiſus eſt. Vidit poſtmodum in lumbis ſuis, tunc quando ſenex dierū præcipiebat ſeruo Eliezer. Pone manum tuam ſubter femur meum, vt adiurem te per Deum cęli & terræ,ex meo ſemine progredientem & quandoque in terris enaſcentem, ut non accipias vxorem filio meo de genere Chananæorū, inter quos habito. Vidit poſtmodum diem Dñi,in ſpelunca duplici, in qua decumbere inſtituerat. Vidit & gauiſus eſt: Vidit per fidem in ęnigmate:petrā illā torrentes aureos gratiarum fundentem. Vidit ex prærupto ſilice ſepulchri nō ſcintillam aliquam ſed illuſtriſſimam lucem prodeuntem. Mentis oculis aſpexit,colubrum illum cœleſtem in petra exciſa deambulantem, & illic veteres exuuias relinquentem,& nouam aſſumentem venuſtiſſimam ſpeciem. Alluſio ad tria difficilia Salomonis

Hebr. 11. ciem. Vidit & gauiſus eſt. Iuxta fidem, ait Paulus, defuncti ſunt Abraam & Sara, non acceptis repromiſſionibus, ſed à longe eas aſpicientes, & confitentes, quia peregrini & hoſpites ſunt ſuper terrã. Neque.n. dicit Chryſoſtomus, quiſquam promiſſa recipiet, niſi credat promiſſis, & profeſſionem actibus ſeruet, aut præmiorum poteſt compos exiſtere, qui promiſſã fidem conſeruare noluerit, vt iam aut impletæ fidei merces homini recõ-

Abac 1. penſetur, aut violatæ pœna competens tribuatur. Deus autem ipſe apud Prophetam, vitam iuſti ex fide prouenire perhibebat. Iuſtus, inquit, meus ex fide viuit, quod ſi ſubtraxerit ſe, nõ placebit animæ meæ. Adnotate verba quæ Deus dicit. Iuſtus, inquit, & meus. Quid eſt iuſtus meus? Duo ſunt iuſtorum genera. Alterum eſt mũdi, alterum Dei. Qui ſunt iuſti in mundo? Quinam ex ſorte iuſtorum mundi? Non alij prȩterquam Gentiles, qui gratiæ lumine vacui, ſolius naturæ ſcintilla, obſcura quidem illuminati, plurimas virtutes coluerunt, atque iuſtitiæ cultorum nomen ſibi pepererunt. Qui verò ſunt Dei optimi iuſti? Qui ſplendore cȩleſti illuſtrati ad oĩum virtutum culmen peruenerunt, qui faſtigium perfectionis attigerunt, qui præclara factorum honeſtate, ſempiternam laudem & gloriam commeruerunt: qui in Dei amicitiam ſeſe ob illuſtria merita inſinuarũt. Quid ergo de his iuſtis denunciat Deus? Iuſtus, ait, non ille qui mundi, ſed qui meus eſt, ex fide viuit; vt corpus omnem venuſtatem, ſpeciem, vitam, motum, operationes vitales ab anima accipit, quod facies rubore perfuſa enitet, quod reliquum corpus candidum eſt, quod oculi vident, manus contingunt & multa perficiunt, quod auris ſonos percipit, quod ſenſus ſua obeunt miniſteria, quod cæteræ vires ſuis officijs intentȩ ſunt, ab anima illud totum prouenit: ſic & iuſtus meus ex fide viuit. Fides initium eſt vitæ ſpiritualis: hæc à morte animam reuocat, hæc viuificat. Fides eſt Religionis ſanctiſſimæ fundamentum, charitatis vinculum, amoris ſubſidium. Hæc ſanctitatem firmat, caſtitatem roborat, dignitatem exornat. In pueris ſplendet, floret in iuuenibus, in pfectis apparet, gubernat ſexus, gradus prouehit, officia cuncta cuſtodit, in paupere grata eſt, in mediocri læta, in locuplete honeſta. Fides amicitias ſeruat, collegia copulat, artes commendat, nullum deſpicit, nullum contemnit, nulli deeſt, niſi qui ei forte defuerit. Fides mandata tenet, præcepta ſeruat, promiſſa conſummat. Fides familiares efficit Deo, amicos conſtituit illius. Vbi ſana fides non eſt, non poteſt eſſe iuſtitia, quia iuſtus ex fide viuit. Sicut in radice arboris nulla prorſus apparet pulchritudinis ſpecies, & tamen quicquid eſt in arbore pulchritudinis vel decoris ex illa procedit; ſic ex fidei humilitate quicquid iuſtitiæ, quicquid meriti, quicquid beatitudinis anima ſuſceptura eſt, ex fidei fundamento procedit. Et ne incertis limitibus noſtra vagetur oratio, duplicẽ aſſignare poſſum cauſam propter quã neceſſaria eſt tantopere fides in Saluatorem Chriſtum, vt ſine ea nullus mortalium vel placeat Deo, vel fœlicitatem beatam obtineat. Altera intel

lectum

lectum, altera voluntatem attinet. Quæ intellectum attinet eſt cognitio: Quæ voluntatem nexus animæ ad Deum. Neceſſaria eſt fides, cuique ſalutem quærenti, in Chriſtum Saluatorem noſtrum, vt admiranda ſecreta cognoſcat. Credo enim primo omnium ponitur, ſicut Paulus Apoſtolus ſcribens Hebræis dicit: Accedentē ad Deum oportet primo credere quia eſt, & quia credentibus remunerator eſt. Sed & Propheta dicit: Niſi credideritis, non intelligetis. Vt ergo intelligentia auditu pateſiat teſte, primo omnium nos credere profitemur, quia nec mare, ait Hieronymus, quis ingreditur, & liquido ac profundo ſeſe committit elemēto, niſi ſe prius credat poſſe ſaluari. Nec agricola ſulcis ſemina obruit, & fruges ſpargit in terrā, niſi crediderit venturos imbres, affuturum quoque ſolis teporem, quibus terra confota, ſegetes multiplicata fruge producat, ac ventis ſpirantibus nutriat. Nihil denique eſt, quod in vita geri poſſit, ſi non credulitas ante præceſſerit. Quid igitur mirum ſi accedentes ad Deum credere nos primo omnium profitemur, cum ſine hoc neq; vita poſſit exigi communis? Denique matrimonia contrahuntur, quia creditur ſucceſſura poſteritas; & pueri diſcendis artibus traduntur, quia magiſtrorum in diſcipulos creditur transfundenda diſciplina; & imperij inſignia vnus ſuſcipit, dū credit ſibi populos & vrbes, armatum etiam exercitum pariturum. Quod ſi hæc ſingula, niſi prius crediderit futura, nullus aggreditur; quomodo non multò magis ad agnitionem Dei credēdo veniatur? Si ciues credunt agricolis, & mercatores nautis, & medicis ægroti, filij parentibus, alter alteri mercator. In auro, argento, lapidibuſque precioſis coemendis gemmarijs fabris creditur; & in humanis ad quæ propria peruenitur & natiua induſtria fide opus eſt, ſi vna homines viuere velint, quantò magis ad comparanda Diuina, fide opus erit? Si ad naturales ediſcendas ſcientias fides neceſſaria eſt; ad illa ad quæ non ſolum noſcenda, ſed & veſtiganda Ariſtotelis & Platonis & aliorum Philoſophorum, lyncei caligauerunt oculi, neceſſaria non erit? Ante omnia quicunque ſalutis deſiderio tenetur neceſſe eſt cognoſcat Vnum Deum in Trinitate & Trinitatem in vnitate. Patrē & Filium & Spiritum ſanctum eſſe tres perſonas reipſa diſtinctas, & in vna ſubſiſtentes indiuidua eſſentia. Ita ex doctrina Euangeliorum collegit & tradidit Athanaſius. Quicunque, aiebat, vult ſaluus eſſe, ante omnia opus eſt vt teneat Catholicā fidem. Fides aūt Catholica hęc eſt, vt vnum Deū in Trinitate, & Trinitatem in vnitate veneremur. Neque confundentes perſonas, neque ſubſtantiam ſeparantes. Alia enim eſt perſona Patris, alia Filij, alia Spiritus ſancti; Sed Patris & Filij & Spiritus ſancti vna eſt Diuinitas, æqualis gloria, coæterna maieſtas. Neceſſe eſt deinde vt cognoſcat filium Dei vnigenitum verum Deum, in tempore factum eſſe hominem, in tempore ex Mariæ intemerato vtero natum, pro noſtra ſalute paſſum, crucifixum, mortuum, à mortuis reſurgentem, &

Epiſt. 1.

Xx 2 in cer-

in corpore glorioſo virtute propria ad cœlos aſcendiſſe & ad dexteram paternam ſupra omnes ſpiritus conſediſſe, & iudiciariam omnium creatorum poteſtatem accepiſſe. Vt enim idem Athanaſius in ſymbolo confitebatur. Neceſſarium quoque eſt, ait, ad æternam ſalutem vt incarnationem Domini noſtri Iesv Chriſti fideliter credat: quod ſcilicet Dominus noſter Iesvs Chriſtus filius Dei, Deus eſt & homo. Deus eſt ex ſubſtantia Patris ante ſæcula genitus, homo eſt ex ſubſtantia matris in ſæculo natus. Perfectus Deus, perfectus homo ex anima rationali & humana carne ſubſiſtens. Qui licet Deus ſit & homo, non duo tamen ſunt, ſed vnus eſt Chriſtus. Vnus non conuerſione Diuinitatis in carnem, ſed aſſumptione humanitatis in Deum. Vnus omnino, non confuſione ſubſtantiæ, ſed vnitate perſonæ. Qui paſſus eſt pro ſalute noſtra, deſcendit ad inferos, reſurrexit à mortuis, aſcendit in cœlum, ſedet ad dexteram Dei. Ad cuius aduentum omnes reſurgere debent cum corporibus ſuis, & reddituri ſunt de factis proprijs rationem. Et qui bona egerunt ibunt in vitam æternam, qui verò mala in ignem æternum. Noſſe exinde debet quiuis ſalutem exoptans, animas peccato pollutas, ablutionem ex fonte Sacramentorum recipere; Sacramentorum vim & energiam; Spiritus ſancti in Eccleſia magiſterium, operum bonorum neceſſitatem; iuſtitiæ culturam, immortalitatem animorum; ſpem vitæ æternæ poſt mortem temporaneam: præmia bonis & malis ſecundum merita vel demerita eſſe à Deo præſtituta; & vt vno verbo omnia concludam, omnia quæ ad noſtræ ſalutis œconomiam ſpectant, qui vult ſaluus eſſe cognoſcere tenetur, ſicut Saluator mittens diſcipulos in orbem præcipit eis dicens: Ite in mũdum vniuerſum, & prædicate Euangelium omni creaturæ, docentes eos ſeruare omnia quæcunque ego dixi & nota feci uobis. Cum enim incogni ta nequaquam vel curare vel diligere poſſumus, qui non nouit Deũ quo cultu venerabitur ipſum? quo amore proſequetur? Qui ignorat filium Dei vnigenitum coæqualem, in tempore ex homine natum, pro noſtra ſalute: quomodo is cum humana carne circumdatum; quomodo ex Virgine progenitum, quomodo paſſum, mortuum, & reſurgentem, quomodo Saluatorem, Redemptorem, Iuſtificatorem, & animarum reparatorem ſatebitur? Quo affectu eum colet? qua eius dilectione inflammabitur? Qui precium lapidis alicuius ineſtimabilis ignorat, quod eius deſiderium habebit. Qui margaritam Regni cœleſtis precioſam non uidet, qui eam coemere curabit? Qui nihil de vita æterna, nihil de fœlicitate futura, de immortalitate animorum nihil cognouit, quo ſtudio futura exquiret bona? Cognitio eſt cauſa amoris; prius neceſſe eſt ut homo cogitatione deprehendat finem ad quem omnes ſuos conatus dirigat, à quo ne latum diſcedat vnguem, ex quo omnia ſua conſilia diſponat, pro cuius ratione affectus ſuos moderetur. Primò opus eſt vt Deum & omnia

à Deo

à Deo in nos promanantia beneficia, Diuinam voluntatem, mediatorem, Redemptorem, ſtatum animarum, virtutum merita, gratiæ ſplēdorem, fœlicitatis menſuram immenſam concipiat, qui iuſtificationem & ſalutem conſequi exoptat. Quis autem ea omnia docet? Quis myſteria noſtræ redēptionis reuelat? Quis Deum eſſe trinum & vnum oſtendit? Quis Chriſtū verum Deum & hominem, Orbis vniuerſi Reparatorem declarat? Quis ſecreta à cogitatione mortalium abſtruſa reſerat? Fides in Chriſtum Saluatorem noſtrum. Quod.n. in eum credimus, quod veracem eum eſſe profitemur, credimus quoque vera eſſe omnia ea, quæ nobis vel ore ſuo ſanctiſſimo, vel Apoſtolorum & Doctorum miniſterio reuelauit. Sola fides in Chriſtum omnia illa abſcondita in lucem pandit. Sola quod Deus ſit vnus & Trin⁹, Vnus in eſſentia & trinus in perſonis edocet. Sola Angelū teſtamenti in noſtra mortali carne pro noſtra ſalute naſcentem & moriētem demonſtrat. Sola vitæ æternæ theſauros inæſtimabiles oſtendit. Fides in Chriſtum ſola eſt quæ primo ſubiugat animam Deo, deinde præcepta dat viuēdi, quibus cuſtoditis ſpes noſtra firmatur, & nutritur charitas, & incipit lucere quod tantummodo credebatur. Sola attingit inacceſſa, deprehendit ignota, comprehendit immenſa, apprehendit nouiſſima. Sola æternitatem ſuo illo vaſtiſſimo ſinu quodāmodo circumcludit: cæcos hæc illuminat, infirmos curat peccatores homines ſaluat, fideles iuſtificat, pœnitentes reparat, iuſtos augmentat, martyres coronat, virgines & viduas & coniugales caſto pudore conſeruat, clericos ordinat, Sacerdotes conſecrat, omnibus normam vitæ & terminos præſcribit. Nihil eſt ad ſalutē neceſſarium, quod illa non palam faciat. Nihil eſt reconditum ad animorum ſpectans iuſtificationem, de quo illa non inſtruat. Sine hac nec Diuinarū perſonarum Trinitas, nec incarnationis ſecretum, nec paſſionis & mortis Chriſti myſteria, nec aliquid aliud ſublime deprehendi poteſt. Ex rebus quidem creatis, multa de Summo rerum Cōditore adinuenire poſſumus, tamen illa imperfecte & multis permixta erroribus. Quicunque.n. Deum per creatas res cognoſcit, is ex quodam veſtigio cognoſcere Deū videtur: at qui beneficio fidei id aſſequitur is per ſpeculum cognouiſſe dicitur. Veſtigium, docebat quidam, neſcio quid., de eo cuius pede factum eſt declarat tantum, non omnia tamen: ſpeculum imaginem refert, & faciem externam oculis offert. Si veſtigium pedis in puluere impreſſum cernas hominiſne an equi ſit facilè dijudicas; at homo ille Rexne an agricola, potens an qui minus poſſit, fortis an imbecillis, ex veſtigio certum exploratumq; tibi eſſe non poterit, itemque nec qua ſit facie, quave ſtatura. Atqui in ſpeculo hominem, hominis faciem, pulchritudinem, formam, quantus, qualiſque ſit cernis, quis item ſit, ſi antea vidiſti facilè agnoſcis: at qua ſapientia, qua doctrina, qua ſanctimonia fortitudineve ſit habere non potes. Ita quoque ex rebus procreatis arguere poſſumus Deū eſſe, potentem, ſapientem, vnum, ſupremū ens, infinitum, immortale, glorioſum, ac ſumme bo-

Domin. Pace de ꝑfect.

num;ad quidem an ſit trinus in perſonis, an indiuiſus in eſſentia, an noſtro flagret amore, an ſuo conſpectu cuncta creata mente prædita, beata efficiat:an ad ſe oïa conuertat,omniane moderetur,diſponat, omnibuſne proſpiciat & prouideat,tantane ſuccenſus dilectione, vt pro homine maieſtate ſua exinanita viliſſimam ſuſcipiat humanitatem, ex creatis rebus non animaduertere vales. Nullum eſt in rebus veſtigium,in quo incarnationis profundum myſterium contemplaris:nulla creatura adeò candida, vt cãdorem gloriæ & immortalitatis referat:nihil in effectis tale reperies, in quo puritatem animæ à maculis elutæ, & gratiæ Diuinæ ſplendore illuſtratæ ornatum cernas. Nulla res quantumuis omni ex parte in ſuo perfecta ordine,quæ te in perfectiſſimam beatorum ſortem deprehendendam conducat. Ex fide verò tanq̃ in ſpeculo,in ænigmate licet,omnia iſta videbis. Deum eſſe vnum & Trinũ. Deum creaſſe,gubernare, moderari & diſponere omnia. Dei filium natum de Virgine, conceptum de Spiritu ſancto,paſſum & mortuũ. Fides eſt petra illa in qua Iacob Patriarcha laſſos repoſuit ſenſus,& in ſopore vidit per ſcalam admirandam Angelos deſcẽdentes & aſcendentes,Dñm quoque ipſum innixum ſcalæ. Qui.n.in fidei petra ſolida conquieuerit,aciem intellectus vſq; ſuper ſydera attollet, Dominumque maieſtatis altiſſimæ innixum ſcalę contemplabitur. Angelum quoq; Teſtamenti & Dominatorem terrę ad nos deſcendenem,& rurſus perfecto opere redemptionis ad cęlos regrediẽtem, & ineffabili modo noſtram ſalutem perpetrãte videbit. Fidei petrę innixus,animas etiam ſe ad cœleſtem conuerſationem eleuantes,& ab ea delabentes earum illuminationem,iuſtificationẽ,caſtimoniam,ſanctificationem,Diuinæ naturę participium, ſpeciem inexplicabilem,gloriam, & fœlicitatem contuebitur. Fides eſt virga illa quam intinxit Ionathas in fauum mellis, quod cum labris deguſtaſſet,aperti ſunt oculi eius. Qui.n.fidei virgulam ad cœlos erectam,in ſuauitate mellea cœleſtium bonorum intinxerit,& ex ea vel minimũ primis labijs deguſtarit,oculi eius quos ei Satan vel euulſerat, vel obſcurauerat aperientur & ſplendore nouo illuſtrabuntur, tunc videbit arcana, quæ nec in cor hominis vnquam aſcenderunt,nec à mente Angelica naturę viribus apprehenſa ſunt, tunc contemplabitur ſummam illam animorum venuſtatem,voluptatem ex virtutis cultu inenarrabilem, ſuauitatem ex ſapientia cœleſti incomprehenſam,hac fidei virga ſi aperuerit oculos,vſque ad beatam Dei ſedem proſpiciet,videbit, & mirabitur,& lętitia ineffabili potietur. Antiqui illi Poetę fingebant quidem Sybillas ſibi conſulentes,vt ſi forte opacas tenebras diſpellere, & lucem ſplendidiſſimam Elyſiorum camporum contueri vellent, ramum aureum in quodã nemore obſcuro decerperent,& illo omnem caliginem diſſiparent. Fabulę ſunt poetarum iſtæ,valeant figmenta antiquorũ. Noſtrę fidei vere pluſ quam aureus ramus eſt ille,qui nebulas errorum diſpergit, qui lumẽ ſplẽdidiſſimum oſtendit,qui oculos illuſtrat, qui acrem intellectum efficit,vt inuiſi-

inuiſibilia videat. Fides eſt ſubſtantia ſperandarum rerum, & argumentũ non apparentium, vt Paulus docuit: O quam admirabili verbo vſus eſt dicens: Argumentum eorum quæ non videntur. Argumentum quippe eſt in rebus admodum manifeſtis: Fides igitur viſio eſt, inquit, non apparentium, & ad eandem certitudinem ducit, ad quam etiam nõ videntur. Quis nobis creatorem cunctorum Deum eſſe monſtrauit. Fidei virga. Fide, ait Paulus, intelligimus aptata eſſe ſæcula verbo Dei, vt ex inuiſibilibus viſibilia fierent. Ratiocinatio non ſuffragatur huic myſterio, nemo.n.quãdo hęc fiebant aderat. Quis Abeli innocenti religionem ad vſq; mortẽ tuendam eſſe perſuaſit? Fidei ramus. Fide honorauit ille Deum, & plurimã ei hoſtiam obtulit, & pro eius honore mortuus eſt, per hanc teſtimoniũ cõſecutus eſt eſſe iuſtus, teſtimonium perhibente muneribus eius Deo, per hanc defunctus adhuc loquitur. Quis Henocho pulchritudinem Diuinã obiecit, & eum ad illius excitauit amorem? Fidei virga. Fide Henoch trãſlatus eſt ne videret mortem, & non inueniebatur, quia tranſtulit illũ Dominus, ante translationem.n.teſtimonium habuit placuiſſe Deo. Sine fide autem impoſſibile eſt placere Deo. Quis Noeto futuram & ſcelerũ pœnam & bonorum mercedem oſtendit? Fidei virga. Fide Noe reſponſo accepto, de ijs quæ adhuc non videbantur, metuens aptauit arcam in ſalutẽ domus ſuæ, per quam damnauit mundum, & iuſtitię quę per fidem eſt, hęres eſt inſtitutus. Quis Deũ pollicitis ſuis ſtare, ſanctis Patriarchis cõmonſtrauit? Fidei virga. Cõſiderate, ait Chryſoſtomus, Patres antiquos, q fuerunt olim. Patriarchæ fide exierunt de terra ſua, & de cognatione ſua, credentes, quia qui iuſſerat illos exire, dimittere non poterat exeuntes. Quid dicam de illo populo, qui in heremo quadraginta annos inſtituitur? licet murmuroſo, licet indigno, licet ingrato, de propagine illorũ tertiam progeniem introduxit in terrã promiſſionis; quia quę promiſerat, poterat & facere. Quid dico de Abraham patre multarum gentium, qui fide in ſenectute meruit accipere filium, & contra ſpem in ſpe credidit? Quid dico de Iſaac? qui iam vxor eius ſterilis vocabatur, ad vnum congreſſum geminum accepit fructum filiorum, ita vt in vno ergaſtulo ventris Eſau & Iacob vno tempore conciperentur, alerentur, & crearẽtur? Quid dico de Iacob? qui fide exijt cum vno baculo à genitoribus ſuis pergens ad Laban auunculũ ſuum, & venit in Luza, & ibi vidit tantũ myſterium & inenarrabile, angelos aſcendentes & deſcendentes, & ſanctum locum nominauit, & in ſua orõne Chriſtum prophetauit, & Saluatorem vngendo lapidem non tacuit, dicente Apoſtolo. Bibebant aũt de ſpirituali ſequente petra, petra autem erat Chriſtus. Quid adhuc de illo dicam? qui veniens ad puteum, inuenit filiam Laban non poſſe adaquare pecora prę multitudine paſtorum; reuoluit lapidẽ grandem quo puteus cooperiebatur & adaquauit greges? Quãtum myſterium? quãta grauitas in operib. Patriarcharũ, quanta credulitas? Puteos cũ legimus ſiue foſſos à Patriarchis, ſiue ob-

ſup. Pſal. 93.

tutos à Philiſtinis,intelligunť Philiſtini Gentiles hoĩes eſſe ſeipſos amantes, vel hęretici qui falſitate ſua cooperiunt veritatem legis, ne adaquent multitudinẽ gregum. Æque intelligitur puteus foſſus altitudo legis. Fodiunt eã doctores ſarculo linguæ,purgant terrenas cogitationes, veniunt ad ſpirituales, & perueniunt ad illam altitudinẽ ſapientię & ſcientię Dei, q̃ oculus non vidit,nec auris audiuit,nec in cor hominis aſcendit:& profluit eis aqua de altitudine fontis ſalientis in vitam æternam.Sed petra coperitur,quia quod in lege velatum eſt,in aduentu Chriſti reuelatũ eſt.Cũ ergo ad puteũ venit Iacob,ſiue Moyſes, vel cęteri q ad puteos agnouerũt futura coniugia,quid ĩtelligiť, niſi in altitudine legis Eccleſiã agnoſcere? Inde de verbo ſpũali adaquãť greges.Nã ipſe Iacob dũ adhuc paſtor eſſet auunculi,& ſoceri ſui,videbat fructũ & fęcunditatem ouiũ nõ ad ſe trãſire.Fecit pactũ cum ſocero ſuo,vt ſi quid naſceretur varium in agnis,pertineret ad Iacob;ſi quid fuluidũ & exalbidũ pertineret ad Laban. Sapiẽtia illa q̃ eſt oſtenſor oĩum artium, oĩa ingenia excedens, dictauit illi debere facere populeas virgas,ſculpere eas,vt viride in quo erat decoriaret ex parte,& faceret viride cum albo. Poſuit has virgas vario colore decoratas; vt quoties biberint greges tpe cõceptus,cõciperent ibi varios fętus,& huius Sacri res erat. Virgę intelligunť pcepta legis,dicente Apoſtolo. Quid vultis in virga veniã ad vos? & Reges eos in virga ferrea. Intelligiť in virga vigor legis,pfigurabant oues eccleſiã vbiq; diffuſam. Qui audit nunc verbũ Dei,qđ eſt illi virga,poniť ſupra aquã,ideſt ſupra fontẽ baptiſmi,& ibi bibẽtes oues baptizatæ,credẽtes paſtori paſtorũ Dño nřo Iesv Chriſto, q aĩam ſuã poſuit p ouib⁹ ſuis:ibi,hoc eſt, in aqua cõcipiũt varietatẽ vitæ ſuæ. Vnus cõſtituit vxorẽ ducere poſt baptiſmũ,& aliã fęminã tãgere nullã,alius cõſtituit aſcẽdẽs de baptiſmo cõtinẽtiam tenere,& vlterius amplexũ fęmineũ nõ tãgere:alius cõſtituit virginitatẽ cuſtodire, alius viduitatẽ ſeruare,ali⁹ cõſtituit monachi vitã agere; aliæ ĩ choro ſacrarũ puellarũ pmanere. In vtroq; ſexu pmanẽt iſta dona,gřa donãte. Hoc eſt figuratũ ab Iacob varias oues ĩ aqua cõcipere; hoc totũ credulitas de aurib. Dei ſibi vẽdicauit. Quid dicã de Rachel vxore eius q̃ ſterilis vocabať,qũo credens cõcepit primũ Ioſeph,vltimũ Beniamin? Quid dicã de ipſo Ioſeph,q credulitate oĩa à Deo ĩpetrauit?q puer paru⁹,adoleſcẽtia decoratus, ĩpudicę mulieris inſolẽtiã credulitate declinauit, caſtitate inſignis, in manu pteruæ mulieris palliũ dereliquit. Quæ mulier ſignificat ſynagogã, q̃ ĩcredulitate ſua vſq; ad mortem Dñm accuſatione pſecuta eſt,vt palliũ carnis dimitteret ĩ manib. ei⁹:ęquè ipsũ palliũ ĩ reſurrectione corporis aſſũpſit. Quid de alijs ſãctiſſimis ploquar viris? Fide,vt Paulus cõpẽdio recitat, Iacob moriẽs,ſingulos filiorũ Ioſeph benedixit,& adorauit faſtigiũ virgæ ei⁹. Fide, Ioſęph moriẽs,de pfectiõe filiorũ Iſrael memorat⁹ eſt, & de oſſib. ſuis mãdauit. Fide Moyſes grãdis effect⁹,negauit ſe eſſe filiũ filiæ Pharaonis,magis eligẽs affligi cũ populo Dei, q̃ tpalis peccati hře iucunditatẽ, maiores

diuitias

diuitias ęſtimãs theſauro Ægyptiorum improperiũ Chriſti.aſpiciebat.n. in remunerationem. Fide reliquit Ægyptum,non veritus animoſitatem regis:inuiſibilem.n.tanq̃ videns ſuſtinuit.Fide celebrauit Paſcha,& ſanguinis effuſionem,ne qui vaſtabat primitiua tangeret eos. Fide tranſierũt mare rubrum tanq̃ per aridam terrã,quod experti Ægyptij deuorati ſũt. Fide muri Iericho corruerunt,circuitu dierum ſeptem. Fide Rahab meretrix non perijt cum incredulis,excipiens exploratores cum pace.Et quid adhuc dicam? Deficiet.n.me tempus enarrantem de Gedeon,Barac, Samſon,Iephte,Dauid,Samuel,& Prophetis,q per fidẽ deuicerũt regna,operati ſunt iuſtitiam,adepti ſunt repromiſſiones,obturauerunt ora leonum, extinxerunt impetum ignis,effugauerunt aciem gladij, conualuerunt de infirmitate,fortes facti ſunt in bello,caſtra verterunt exterorũ, acceperũt mulieres de reſurrectione mortuos ſuos;Quid de illis Sãctis martyribus? quid de confeſſoribus?quid de iuſtis alijs?quorum nõnulli diſtenti ſunt, non ſuſcipientes redemptionem,vt meliorem reperirent reſurrectionem; alij ludibria & verbera experti, inſup & vincula,& carceres, lapidati ſũt, ſecti ſunt,tentati ſunt, in occiſione gladij mortui ſunt, alij circuierunt in melotis,in pellib.caprinis,egẽtes,anguſtiati,afflicti, quib. dignus nõ erat mundus,in ſolitudinib.errantes,in mõtibus,& ſpeluncis, & cauernis terræ. Quis Eliã,& Eliſæum,qs Hieremiã,quis Machabęos tãta fortitudine & inuicta animi conſtantia roborauit? Fidei virga. Quis zelantem illũ ꝓ lege Dei ad cęlum extulit? Fidei ramus. Quo leonum ferociũ cõpreſſit furorem Daniel? Fidei virga. Quo mare diuiſit rubrũ Moyſes? quo aquã è ſilice excuſſit?quo Ioſue aſtrũ lucidiſſimũ firmauit? Fidei virga.Quo Dauid paruulus ſuffocabat vrſum,& leonem? Fidei baculo. In fidei baculo innixus,Goliath immenſum ſuperauit & ꝓſtrauit. Propter fidei ramum,vates alij innumeri,virtutes & miracula perpetrabãt. Propter fidei virgam populi ſimplices tolerabãt inſipientes,inſulſos,iracundos,ingratos,tyrãnos, & hoc quia cognoſcebant patientiam pauperum non poſſe perire in finem.Fidei virga ſublati,non ad Elyſios cãpos,ſed ad fęliciſſima immortalitatis paſcua,ad Paradiſum cœleſtem tranſierunt.Fides igitur in Chriſtum neceſſaria eſt cuiuis ſalutem exquirẽti, vt oĩa q̃ ad aĩæ ſuę ſalutẽ attinent cognoſcant. Eſt & altera cauſa ex parte volũtatis pp̃ q̃ fides in Chriſtum Saluatorem exigitur,nimirum nexus aĩæ ad Deum. Per fidem.n.vt docebat Auguſt.aĩa primum ſubiugat Deo. Per fidem filij Dei conſtituũtur.Dedit,inquit Ioannes,ptãtem filios Dei fieri,his q credunt in noĩe eius,qui non ex voluntate viri,neq; ex voluntate carnis,neq; ex ſanguinibus,ſed ex Deo nati ſunt.Quia.n.filijs tm̃,hęreditas regni cęleſtis contingit,ſerui aũt & mãcipia ab eius participatione excludunt. Fides aũt filios Dei efficit,fides aĩum Deo cõiungit & adaptat,& in parentelã Dei hoĩem copulat.Sponſabo,ait,mihi vos in fide.Fides neceſſaria eſt in Chriſtũ; vt oĩs qui credit non pereat,ſed hẽat vitam ęternã.In hac fidei maceria ſuauiſſimos

uiſſimos cum ſponſa illa miſcuit complexus, In hac petra obdormientem
illam mirabili perfudit voluptate, cęleſtibuſq; locupletauit bonis. In hac
prærupta fidei petra, Eliam prophetam ad ſuum conſortiũ & aſpectũ ſibi
adiunxit. In hac eadem Moyſen præcelſum ducem ſuo dignatus alloquo,
Iob 39. poſteriorib. dorſi ſui nitẽtib. pallore auri inexplicabilis lætificauit. In hac
fidei petra ſublimes aquilæ manent, in his ſilicib. præruptis commorant̃,
inde contemplantur eſcam, & longe oculis ſuis proſpiciunt. In his inac-
ceſſis rupib. pulli aquilarum lambunt ſanguinem ex vulnerib. Saluatoris
profluentem. In hac eadẽ fidei obiecta duplici ſpelunca exultauit Abraã,
vt videret diem Domini, vidit & gauiſus eſt. In hac etiã nos quoque fu-
turorum bonorum participes Dei benignitate fieri credimus; nunc in
ſpeculo & in ęnigmate, & quaſi per tranſennam inuiſibilia bona aſpiciẽ
tes; tunc aũt facie ad faciem, dum virga potentiſſimæ fidei tenebras infer
ni diſpellentes, poſtes cęlorum nobis aperiemus, eaq; iter monſtrante, ad
diem illum qui noctem non hẽt, q nullis circumfunditur tenebris contẽ-
plandum acies mentis figemus. Videbimus, & gaudebimus, & nr̃m gau-
dium nemo tollet à nobis. Sed primum oportet accedentem ad Deum cre
dere. Neceſſum eſt ſi diem Dñi videre cũ Abraamo deſideramus, Abraa-
mi fidem æmulari. Fide, Abraam vocatus obediuit Deo, vt exiret in locũ
quem accepturus erat in hæreditatem. Nos quoq; ad ſe euocat Deus, Exi-
te inquit, de medio Babylonis, exite & nihil immundum ex ea tetigeritis.
obſequendum eſt Deo iubenti, relinquendus eſt mundus, oĩa q̃ labẽ aĩæ
illinire poſſent reijcienda & contemnenda. Fide Abraam demoratus eſt
in terra, tanq̃ peregrinus; peregrinantes nos à Dño, nos quoq; peregrinos
agnoſcentes, non hic in terra aliena ſpes nr̃as locemus, non hic theſauros
nr̃os congregemus, reponenda ſunt oĩa in terra viuentium fęlicitatis ęter
næ. Fide Abraam præcipienti Deo vnigenitum obtulit in holocauſtum.
Vnigenitum nr̃m cor à nobis expoſcit Deus. Da mihi cor tuum, fili mi.
Non denegandũ, ſed offerẽdum eſt Deo. Sacrificium .n. Deo ſpũs cõtribu
latus, cor contritum & humiliatum Deus non deſpicit. Fide Abraam am
bulauit coram Deo, & perfectus fuit, ad culmen pfectionis nobis quoq; e-
nitendum eſt. Perfecti eſtote ſicut & Pater veſter cęleſtis pfectus eſt; &, ſi
filij Abrahæ eſtis, opera Abrahę facite. Fide Sanctus Abraam in ſpelunca
duplici Chriſto conquieſcens, in eo oẽs cogitatus, oĩa facta, totum cor &
aĩam reclinauit. In ſpelunca quoq; duplici tota mente, nobis recumben-
dum eſt. Ad hanc petram aduocat nos ſpõſus. Surge propera amica mea,
columba mea, formoſa mea, in cauerna maceriæ, iam .n. hyems tranſijt, iã
flores apparuerunt in terra noſtra, iam vineæ florentes dederunt odorem
ſuum, tempus putationis aduenit, quo abſciſa ex hoc concluſo horto, tra-
ducaris ex petra in cœleſtem thalamum, vt videas quam ſuauis eſt Domi
nus his qui credunt in eum, vt lætitia exultes ſempiterna in ſæcula ſæcu-
lorum, Amen.

DOM. PALMARVM

Inuenietis aſinam & pullum cum ea, ſoluite &c. Matth. 21. Cap.

FASCICVLVS PRIMVS.

De transformatione hominum in iumenta.

SACER Propheta Dauid, hominis ſtatum & cõditiones dum perueſtigaſſet, admirabilis illum cuiuſdam naturæ, fore teſtatus eſt, hac ſententia. Omnis homo viuens, in imagine pertrãſit, ſed & fruſtra conturbatur. Quid hec ſecreto dicterio inſinuare vellet, diu mecum perpendebam. Quid etenim, omnis homo viuens in imagine pertranſit? Num terra quam pedibus calcamus, imaginem Dei aliquam præfert? Num aer in quo mouemur, qui vitæ noſtræ elementum eſt, quo viuimus, quem ſingulis momentis haurimus, in quo diebus & noctibus ad vſque ſepulchrum delabimur, figura aliqua inſignis eſt? Sed nec terra imaginem, niſi veſtigium, Dei pedibus impræſſum refert, nec aer characterem peculiarem retinet, nec quoduis inſenſibile elementum figuram Diuinitatis noſtris præſentat conſpectibus. Quid ergo? Forſan veſtimentum quo nuditatem contegimus, eoque amicti incedimus, imago eſt Dei? Vel quod magis videtur, forte immenſa hæc orbis machina in qua pertrãſimus, ſimulachrum eſt Dei immenſi? Num cœleſtes Orbes conuexi ſpeciem Diuinitatis gerunt? Num facies Dei in illis inſculpta vel delineata effulget? Sed neq; indumento, neq; cęlorum globis, nec orbis machinæ Dei imaginem quis vnquam affinxit. Cœli quidem enarrant gloriam Dei, & magnitudine ſuæ ſpeciei creata irrationalia repræſentant neſcio quid Diuinum: at non vt imago eum à quo deducta eſt, non vt ſpeculum faciem alterius inditam. Quid igitur, omnis homo in imagine pertranſit? Quid, & fruſtra conturbatur? Reuocate in memoriam Orbis vniuerſi infantiam, dum ex nihilo cuncta, virtute immenſa Deus condidit, quod ſolum hominem inter innumerabilia creata ad imaginem & ſimilitudinem ſuam plaſmauit. Pſal. 48.

Imagi-

Imaginem quidem ſuam naturæ ipſi ſua lege impreſſit, vt ea nullo caſu abripi, non vetuſtate conſumi, non igne exuri, non deleri aquis, non aliqua rerum viciſſitudine corrumpi poſſit. Similitudinem autem, gratię benignitate conceſſit ea conditione, vt eam homo ſi vellet modo, in ſempiternum retineret; ſin minus, eâ ſublatâ per peccatum, ad aliam formam tranſiens, aliam ſimilitudinem priori omnino diſſimilem ſibi induceret. Imaginem infra naturæ limites concluſit, ſimilitudinem ſupra naturæ ordinem eleuauit. Imago manibus illius tantũ, ſine nobis; in nobis delineata effulget, ſimilitudo & Dei & noſtro opere nobis inducta reſplendet. Cum.n. in animo noſtro diuerſi excitentur affectus, & alij quidem honeſti & ſalutares, alij verò turpes & pernicioſi: alij à ratione rectâ & naturæ optima lege, alij ab effręni cupiditate & paſſione immoderata prodeuntes, alij hominem ſupra ipſum eleuantes, alij verò de gradu atq; dignitate deijcientes. Stimulat ſiquidem animum virtutis ſplendor, ratio à turpitudine & exitio deterret, & ad honeſta atq; pręclara obeunda ſollicitat; cupiditas rurſus vehementius incitata ſe intrudit rationemque ad ſe omnibus modis pellicere contendit, hinc honoris ambitione animum pulſat, voluptatis effrenata libidine inflammat, iram feruentem ſuccendit, ad flagitium atq; perniciem furibundę impellit paſſio; illinc ratio ad honoris contemptum, ad continentiam, ad clementiam, ad benignitatem, & ad omne decus perſuadet; iram atq; libidinem & omnes motus qui ex illis oriuntur, in poteſtate continet ratio, paſſio autem habenis laxatis ad furorem, fraudem, odium, laſciuiam, & ad omnia flagitia præceps prorumpit. Rationis ductu ad ſublimia & præcelſa conſcendimus bona, appetitu verò impellente ad inferiora homineq; indigna delabimur. In imagine ergo pertranſit omnis homo viuens, dum imagine Dei ſuæ animæ inſita & in ea integrè conſeruata affectuum pedibus ad ſimilitudinem capeſcendã pertranſit. Si rationis imperio paret, ſi virtutis opus, ſi pręcelſa & ſublimia illa facinora meditatur, in Dei tranſit conſortium, Deo ſimilis effectus. Sin vero cupiditate furentius incitatur, ſi paſſionis impetum ſequitur, ſi in omne flagitium ruit, ſi ad inferiora delabitur, ad quadrupedum accedit naturam, brutorum ſimilitudine turpiſſima adepta. In imagine pertranſit homo, ad ſimilitudinem vel Dei per virtutis cultum, vel iumẽtorum per ſceleris laruam obtinendam. Manſuetudine & lenitate & charitate, & virtutibus Deo ſimiles efficimur quod & Chriſtus dicit. Similes eſtote patri veſtrò qui in cœlis eſt. Temeritate, amentia, crudelitate, ignauia, imparæ vitæ ſtudio, ſordium vario genere ſimiles iumentis conſtituimur, quod & Pſalmiſta dicit. Homo cum in honore eſſet non intellexit, pertranſijt ab honore ad dedecus, à Dei ſpecioſa ſimilitudine ad ſimilitudinẽ iumẽtorum, comparatus eſt iumentis inſipientibus & ſimilis factus eſt illis. Aſpicitis duas haſce gẽtes, Iſraelis & Gẽtium, quibus Chriſtus hodie vſus eſt, & quas, olim peccatorum funibus alligatas ſoluere &

de ſe

ad ſe adducere iubet. Iumentorum nomine illas Sacra ſcriptura vocat, In uenietis, ait, aſinam & pullum cum ea. Patres exponunt dicentes. In illo diuerſorio reperietis populũ Iſraelis & Gentilẽ, Soluite & adducite mihi. In imagine pertranſierant iſti duo populi. Non.n. imaginem animæ ſuæ inditam, non externam corporis figuram, non naturæ ſubſtantiam & qualitatem deperdiderant, ſed in naturæ humanæ figura, ad ſimilitudinẽ iumentorum trãſierant. Et vt in limine propoſitum nodum diſſoluam; qua ratione homines in iumenta transformentur. Multis.n. in locis Sacrę ſcripturæ legimus, homines brutorum appellatione vocari. In præſenti Euangelio populum Iudaicum aſinam eſſe dicit, & Gentilitatem pullum ab ea progenitum aſſerit. Herodem Regem, ſubdolam vulpem dicit Saluator. Dicite, ait, vulpi illi quia hodie & cras operor. Pharaonem Ægyptium apud Ezechielem leonem & draconem quendam cornipetam vocat. Leoni Gentium aſſimilatus es, & draconi qui eſt in mari, & ventilabas cornu in fluminibus tuis, & conturbabas aquas pedibus tuis, & conculcabas flumina earum. Ecce ego ad te draco magne, qui cubas in medio fluminum tuorum. Iacob Patriarcha nonnullos ex ſuis filijs iumentorum titulis vocat. Catulus, ait, leonis Iuda, requieſcens accubuiſti vt Leo & quaſi leęna. Iſachar aſinus fortis accubans inter terminos. Fiat Dan coluber in via, ceraſtes in ſemita, mordens vngulas equi, vt cadat aſcẽſor eius retro. Nephtali ceruus emiſſus, dans eloquia pulchritudinis. Deus autem vbi quorũdam libidinem denotare vellet: dixit illos eſſe equos. Saturaui, inquit, eos & męchati ſunt, & in domo meretricis luxuriabantur. Equi amatores in fœminas, & emiſſarij facti ſunt, vnuſquiſque ad vxorem proximi ſui hinniebat. Alibi quoque monebat alios. Nolite fieri ſicut equus & mulus, in quibus non eſt intellectus. In multis alijs frequens eſt nomenclaturæ huius vſus, quando alios luporum, alios vrſorum, alios ouium, alios aliorum animalium nominibus appellat. Quid igitur? Num homines in iumenta tranſmigrant? An forte Gentiles & Iudæi, in aſinos transformati, primam ſpeciem & naturam amiſerant? Num Pythagoreorum & antiquorũ Poetarum metamorphoſes fabuloſæ à nobis aſſerendæ ſunt? Qua ratione homines in iumenta transformantur? Ex hac quam propoſueram ſententia, euidens habemus quo modo, qua ve rõne hęc metamorphoſis hoĩum fiat in iumenta. Duo.n. in hoĩe reperiri vobis iam oſtendi. Imaginem nempe, & ſimilitudinem. Hoĩes in iumenta transformantur non quantũ ſpectat imaginem. Fabuloſum ſiquidem iudicamus illud qđ Philoſophi veteres & poetæ confinxerunt, hoĩes ſuã figurã & lineamenta ſiue externa corporis, ſiue interna aĩę deperdere. Protheos in mille miracula trãſmutatos, Acteonẽ ceruinũ deferre caput, Vlyſſis ſocios cõuerſos ĩ beſtias, & alios ĩ alia bruta tranſeuntes deridemus. Dogma Pythagoræ quò docebat, improbos hoĩes migrare ĩ iumẽta, Chymeras illas, Scyllas, Cerberos, Cteſiphones, mõſtra ĩnumera ĩ qb. ferunť varię de hoĩum metamorphoſi fabulę execramur.

rum harum, ſit inſuper ex ſupremis ſpiritus aliquis Cherubin vel Seraphin, audeat manibus contingere ſtatuam ex mea deductam imagine. ne ſutor aliquis, qui ex veteri corio humanitatis calceos animabus conficit, conetur diuerſæ formæ quam pedibus animæ conueniant calceamenta conſuere. Ne ſutor vltra crepidam in meum artificium inuolet: idea.n.calceamenti huius alia fieri nequit. Statuam quidem hanc præcelſam, lapis aliquis excisus de monte ſine manibus percutere in pedibus ferreis & fictilibus, atq; comminuere, & in fauillam quandam quaſi æſtiuæ areæ redigere poteſt. Mors de alto demiſſa hominem ſubruere & in puluerem terræ conterere valet. Puluis enim es & in puluerem reuerteris; vt homini dictum eſt. Sed nemo eſt qui huius ſimulachri aureum caput in figulinum tranſmutare; nemo qui animam auream in brutorum ſpiritum, qui pectus & brachia candore argenteo nitida in ceruicem & ſcapulas iumētorum, nemo qui reliquam effigiem corporis in alteram prorſus diſſimilem tranſfiguret. Nullius ſutoris ſua crepida omnes effectus ſuos metientis, ingenium ad ſublimis ſtatuæ iſtius mutationem attingere poteſt. Noui plurimos olim extitiſſe Protheos, qui artis dæmonum miniſterio ſe transformabant in mille figuras. Scio & noſtris infœliciſſimis temporibus innumeras ſuperuiuere Medæas & Cyrces, ſe & alios multos incantationibus ſuis in diuerſas velle commutare figuras. Scio & Zoroaſtros, & Magos, & Scotos in multis Prouincijs impunè dæmonis commercia inire, & eorum adiumento pleraque figmenta efficere. Videre eſt & modo bibentes vinum per frontem aut iugulum illud idem vinum remittere; manducantes panem, ſpuere farinam ſicciſſimam. Ingenti deinde ſpectatorum metu & admiratione, etiam nunc gladij vorantur, & ingens vis euomitur acuum, Zonularum & clauorum. Videas etiam his temporibus apparere homines truncos, aut aſininis vel caprinis capitibus, vel manibus in pedes conuerſis, vel integros homines in aliena ſpecie deambulare. Apparēt & nunc alij vt horribiles feræ, alij vt teterrimi dracones, alij vt atri ſerpētes, & eò proceſſit aſtus, alij vt infernales dæmones ignem ex ore flammantem ſpirantes, alij ex multiformibus informi corpore coalitis mēbris. Ludicra ſunt hęc omnia & figmenta. Faſcinnationes ſunt, oculos tantum perſtringentes. Meræ præſtigiæ ſolum quæ diabolica ſubtilitate intuentium obtutum decipiant. Quis.n.credat Magicis incantationibus, verè ac reipſa homines commutari in iumenta, cum ſolius Dei opificium ſitit? Quis credat Diuinum opus ab homine vel dæmone transformari poſſe? Si vnus artifex alterius operá, ex ſuæ artis idea efficere nequit, quod Dei ſolius plaſma eſt, illud creatura ex artis impræſſa forma in aliud effigurabit? Si neq; ſutor, nec ſartor, nec pellio, nec alius quilibet imaginem depingere poteſt; pictoris enim munus eſt. Imaginem Dei in imaginem bruti creatura tranſmutabit? Deus eſt ſolus qui digitis ſuis finxit hominem, ille ſolus limum terrę in hominem transformauit, ſolus ſymulachrum

illud

iſtud delineauit, ſolus etiam rurſus vel in cenum, vel in quoduis aliud cõmutare poteſt. Artis nullius idea, nullius creaturæ poteſtas eius virtutis eſt, vt plaſmate Diuino pro ſuæ mentis arbitrio abuti queat.

Cæterum ſi in homine ſimilitudinem ſpectes, quum ea non naturæ lege, ſed mentis libero arbitrio efficiatur, & nec à ſolo Deo ſed ab homine quoq; prodeat. Monebat enim omnes Saluator. Perfecti eſtote, ſicut & Pater veſter cœleſtis perfectus eſt. Perfecti ait, eſtote: quaſi diceret. Animam ego vobis non aliqua certa ſimilitudine determinatam ſed vt tabulam raſam, in qua nihil adhuc exaratum eſt conceſſi: Veſtrum erit munus hanc pulcherrimis exornare characteribus. Homines quidem ad Dei imaginẽ facere voſmetipſos non valetis, at in Dei ſimilitudinem in imagine vobis collata tranſire poteſtis. Homines creare non poteſtis, ſed iuſtos & Deo gratos poteſtis. Ego ſubſtantiam creaui, vos autem animam perfectam reddite. Perficite manibus veſtris imaginem hanc, ad veſtri patris ſimilitudinem. Cum igitur ſimilitudo hominis quoque opus ſit, in imagine ſibi inſita, omnis homo poteſt pertranſire à Dei ſimilitudine, ad brutorum ſimilitudinem; poteſt homo rationis compos in iumentorum transformari ſimilitudinem. Vnde & Sacræ paginæ dum homines iumentorum nominibus appellant, vel ſimiles brutis eos eſſe dicunt, Nolite ait eſſe, ſicut equus & mulus; Non autem dicit. Nolite eſſe equus & mulus. Comparatus eſt iumentis inſipientibus & ſimilis factus eſt illis. Non autem iumentorum aſſumpſit vel in eorum tranſiuit naturam. Quod ſi aliquos leones, aſinos, vel ceruos, vel iumenta alia vocat; ad ſimilitudinem referenda eſt nomenclatura, nõn ad imaginem. Si etenim homo rationis iudicio contẽpto paſſionibus abductus fuerit, iumentis efficitur ſimilis, quæ perturbatis paſſionibus hinc inde rapiuntur. Si nullam Dei, nullam ſalutis animæ curam habuerit, iumentis ſimilis eſt quæ corpore obligata de ſupracorporeis nihil vnquam cogitant. Si virtutis culturam poſtpoſuerit, ſi præſentia tantum aſpexerit, ſi ventrem in Deum conſtituerit, ſi omnia ſua ſtudia ad carnem eiuſque voluptates deſtinarit, ſi ſupra terram ſe totum collocarit, ſi ſe in ceno terrenorum immerſerit, iumentum eſt iſte non homo. Non tam ex Philoſophiæ, quam ex Sacræ ſcripturæ documentis didicimus, amorem eius virtutis eſſe, vt amantem in rem amatam quaſi conuertat, & amantem amato ſimilem pro poſſe efficere contendat. Facti ſunt, ait Propheta, immundi, ſicut ea quæ dilexerunt. Philoſophi autem antiqui, ſub veneris pede polypum fingebant. Vt innuerẽt amorem ad inſtar polypi varias ſuſcipere ſimilitudines rerum. Sicut polypus vbi lapidi viridi adhęſerit, viridis fit quoq; & ipſe. Si rubicundo, rubeus & ille. Si nigricanti, niger & polypus. Sic & amore pertractus, in imagine illa pertrãſiens vaſtiſſimum Oceanum mundi, polypus quidam eſt non certam aliquam retinens qualitatem, ſed in omnes tranſiens. Si viridi cœleſtium adhæſerit, in imagine ſua in cœleſte euadet animal. Si virtutis rubi-

cundo

ornado & venuſtiſſimo, ſpecioſiſſimus & ille erit. Si dæmonis teterrimo, denigrabit & ille faciem ſuam ſicut carbones. Si impuro aliquo quadrupedium affectui, in imagine ſua in iumenti ſimilitudinem pertranſibit, & vane conturbabitur. Immundus erit & ille, ſicut & ea quæ amore complexus eſt. Videamus oro quidnam homo ſit. Philoſophi quidem definiunt, animal eſſe rationale, mortale, rationis ac diſciplinæ capax. Sacræ autem literæ dicunt hominem eſſe animal iuſtum, verax, pium, abſtinens ab omni opere malo, ad cœleſtia ſe attollens, Diuinis obſequens mandatis. Sic Eccleſiaſtes docuit. Finem, loquendi, ait, pariter omnes audiamus, Deum time & mandata eius obſerua, hoc eſt enim omnis homo. Qui igitur rationis perfracto imperio cupiditate immoderata impellitur, qui non refrenat cupidinem, neque motus animi regit, qui paſſionis vehementiæ ſuccumbit, qui nulla vitæ officia ad rectam rationem dirigit, qui nullius diſciplinæ honeſtæ operam nauat, non homo ſed bellua erit, immo ipſa beſtialior beſtia, vt Seneca perhibebat, rationem habens & ratione non vtens. Qui deinde totus eſt in libidinis impuriſſimæ dominatu, qui die Solem non aſpicit, qui noctes in nequitia conſumit, qui opes & honores, & vires virtuti & induſtriæ deditos ad flagitium defert, qui maximis exæſtuat vindictæ ignibus, qui religionis fœdera perrumpit, qui leges maiorum irridet, qui ſanctiones Diuinas ne pili æſtimat, qui nihil ex eis quæ hominem ſed quæ iumentum decent curat, homo non eſt, ſed beſtia. Pulcherrimè demonſtrauit hanc in iumenta transformationem Boetius. Vide, inquit, ex aduerſa parte bonorum, quæ improbos pœna comitetur. Omne quod fit, vnum eſt & bonum; quicquid igitur à bono deficit, eſſe deſiſtit. Quo fit vt mali eſſe deſinant quod fuerant. Sed fuiſſe homines adhuc ipſa humani corporis reliqua ſpecies oſtentat. quare verſi in malitiam, humanam quoque amiſere naturam. Sed cum vltra hominem quemque prouehere ſola probitas poſſit; neceſſe eſt vt quos ab humana conditione deiecit, infra hominis meritum detrudat improbitas. Euenit igitur vt quem transformatum vitijs videas, hominem exiſtimare non poſſis. Auaritia feruet, alienorum violentus ereptor? Similem lupi dixeris. Ferox atque inquietus linguam litigijs exercet? cani comparabis. Inſidiator occultus fraudibus ſubripuiſſe gaudet? Vulpeculis exæquetur. Iræ intemperans fremit? Leonis animum geſtare credatur. Pauidus ac fugax, non metuenda formidat? Ceruis ſimilis habeatur. Si ſegnis ac ſtupidus torpet? aſinum viuit. Leuis ac inconſtans ſtudia permutat? nihil ab auibus differt. Fœdis immundiſque libidinibus immergitur? Sordidæ ſuis voluptate detinetur. Et vt noſtros quoque ſuccuſſemus aſinos, quamobrem ſcilicet Iſraelitæ & Gentiles in Dei imagine in aſinorum pertranſierint ſimilitudinem. Contemptibile & deſpicatiſſimum animal eſt aſinus. Vnde & prouerbium in homines abiectos & viles emanauit. Aſinus Ægyptius. Erat

Eccl. 12.

enim mos Ægyptijs vt odientes aſinum ludibrijs omnibus inceſſerent, luto ceſpitibuſque paſſim impetitum. Contis etiam ſtimularent, quaque ſe locus offerret opportunus præcipites agerent. Quid verò Hebræi & Gentiles erant peccatis deturpati? Quam contemptibiles? quam apud omnes deſpicatiſſimi? Vilem illum cenſemus qui dignitatis ſuæ oblitus, in luto ac quoddam brutum volutatur. Computruerant Iudæi & Gentiles hæc iumenta in ſtercoribus ſuis; dignitate ſua reiecta, indigniſſima quæque & moliebantur & faciebant, cuique honorem ſuum dedecore afficiendum exponebant. Et quis eos contumelijs non laceſſebat? Dæmones inprimis fœdiſſimi, omne genus ſpurcitiarum in eorum fundebant caput: alios flagellis & ſcorpionibus cædebant, aliorum ſanguinem fundentes, manus eorum ſuo proprio cruore implebant, alios vſque ad ignes, alios ad cruces & alias horrendas mortes deducebant, plurimos ex illis abominandis excelſis ad inferna vſque præcipites agebant. Videres olim Iudæos & Gentiles, vel ſi libidine inflammabantur à beſtijs quoque ipſis conculcari, vel ſi auaritia feruebant, vel ſi idolis offerebant, luridos exangues, nidore ſacrificiorum olentes, ſanguine ſpurciſſimo conſpurcatos, vix humanam corporis ſpeciem retinere. Quomodo in quandam congregationem vociferatus ſit Deus, audite, Quam vilis facta es, ait, iterans viam tuam. Alteri verò dicebat; quod contemptibilis eſſet valde. Alios verò ob peccatum dederat contemptibiles & viles in omnibus populis. Quos verò de mundo elegerit docebat Paulus, quod non ſublimes, non præclaros, non maieſtate aliqua venerandos. Quis enim propter flagitiũ præcelſus? Quis maieſtatem ex facinore turpi aſſecutus eſt? Sed quos elegit? Contemptibilia inquit, & ignobilia mũdi elegit, & ea quæ non ſunt, vt ea quæ ſunt deſtrueret. Ignarum & omnino imperitum animal eſt aſinus; Vnde & Sacerdotes Ægyptij, rerum omnium ignarum per aſellici pitem hominem ſignificabant. Eamque imperitiam in eo præcipuè notari volebant, quæ plurimum ex ſolitaria accidit educatione; quippe cum quis tanquam Aglaus alter, intra priuatos parietes ſemper altus & educatus, pedem è domo nunquam tuliſſet foras, oportere ſcilicet hunc parum experientem eſſe, & officiorum omnium inſcium. Non.n.longius peregrinari ſolent aſini, vt equi, & muli, ſed intra Prouinciam in qua nati ſũt plurimum cõtinentur. Addidere etiam prouerbium in imperitos, Aſinus ad lyram. quod non admodum abſimile eſt ab Horatiano illo, vt qui narraret aſello fabellam ſurdo obſtupefacto, quique nullum ex ea re ſenſum perciperent. Quid verò Gentilibus & Hebræis peccantibus olim imperitius? quid magis ſtultum? De Gentilibus Paulus reliquit: quia obſcuratũ erat inſipiens cor eorum, cum.n.ſe dicerent ſapientes, ſtulti facti ſunt. De ſuis filijs Iacob vaticinabatur, aſinos eos fore prędicens. Iſachar aſinus fortis, ait, vidit requiem quod eſſet bona. Deus autem apud Iſaiam ſtupidiores aſino Iſraelitas eſſe pronunciat dicens: Cognouit bos poſſeſſorem ſuum,

ſuum, & aſinus præſepe Domini ſui, Iſrael autem non me cognouit ait Dominus. Vlyſſes apud Gryllum Plutarcheum, cum bruta reliqua ratione aliqua vti fateatur, Aſinum tantum ac pecudem, ab omni rationis vſu ſemotos reperit. Deus autem in lege veteri, ſuos filios magis ſtolidos atq; dementes eſſe perhibet quam aſinos. Aſini enim cognoſcunt ſaltem ſtabula, Aſina quoq; illa Balaami Angelum agnouit diſtricto enſe interitum Prophetæ minitantem. Iudæi autem neque ſtabulum illud Salomonis & Moyſis templum ſiue tabernaculum, neque Angelum quotidie ad eos de labentem, eiſque excidium, perniciem, exilium, & mortes comminātem, neque Deum ipſum eos vocantem & tantis afficientem beneficijs cognoſcere volebant. Quid non fecit Deus vt illos erudiens, ſtupiditatem eorū in ſapientiam commutaret? Tot illis magiſtros demittebat qui eos edocerent. Duces deſtinarat qui ad ſcholam ſapientiæ conducerent. Scholam virtutum in terris ędificarat, tabulas vt pueris in manus eis dederat, in eis elementa cęleſtia delinearat. At illi & Magiſtros & Prophetas trucidarūt, & Duces inclytos reliquerunt, & ſcholam hoſtib. diruere permiſerūt, Tabulas aūt quot vicib. confregerunt? Deus illos vocabat. Vſquequo ſtulti eā q̄ vobis noxia ſunt cupietis? Quouſque imprudentes exoſam habebitis ſcientiam? & illi deſpexerunt oē conſilium Dei, oēs increpationes eius neglexerunt, non fuit qui aſpiceret ad ſapientiam. Docebat ille lapides non eſſe Deos, & non ſolum eos non eſſe Deos, ſed & hoībus inferiores. Docebat illos, vt agnoſcerent non ſolum lapides, ſed nec terram, nec aīantia, non plantas, non elementa, nec ſuperiora, nec inferiora, non hoīem, nō dęmones, non Angelos, non Archangelos, non aliam quācunq; cęleſtiū illarum virtutum ab humana cura coli debere. Docebat vt noſſent, cum eſſe ſolum Deum qui oīum Dn̄s eſt, eū eſſe ſolum colendum, bonā, celebrē, & admirabilē cęleſtis vitę conuerſationem amplectēdā eſſe: proximum diligendum, ſuperiores venerandos; & quid non docuit? Quanta non mādauit patribus, nota facere ea filijs ſuis? vt ponerent in Deo ſpem ſuā, & non obliuiſcerent operum Dei, & mandata eius exquirerent. At illi non direxerunt cor ſuum, noluerūt obaudire Deo, nō crediderunt ſpūm ſuū Deo. Non cuſtodierunt teſtm̄ Dei, & in lege eius noluerunt ambulare, & Dei obliti, lapides, ligna, vitulos, ſerpentes, Baalos, Aſtharotos, Beelzebubos, & quē non dęmonē adorauerunt? Petulātes ſunt aſini, & immodica luxuria feruentes. Quare, Plato dū antiquorū figmenta ſequebat, cū de alijs q̄ dē aīalibus paſſim multa, de aſino verò hoc p̄cipuè dixit diſputāte apud Phędonē Socrate. Hoīes q̄ fędis concupiſcentijs manus dediſſent, vētriq; dediti per inertiam atq; laſciuiā, in gloriā inutileq; egiſſent vitā, neq; q̄c q̄ penſi pudoriſue habuiſſent, in aſinos deijci. Quid verò gentib. petulātius? quid Hebręorū populo ad laſciuiā procliuius inueniebat? Gētiles pp peccatū tradiderat Deus, vt Paulus teſtat in paſſiones ignominiæ, vt cōtumelijs afficerēt corpora ſua in ſemetipſis, Nā fęminę eorū immutauerunt natura-

turalem vſum, in eũ vſum qui eſt contra naturã. Similiter aũt & maſculi, relicto naturali vſu fœminæ, exarſerant in deſiderijs ſuis, in inuicẽ turpitudinẽ operantes, & mercedẽ erroris ſui in ſemetipſis recipiẽtes. De Iudæis celeber ille Propheta ait. qđ eorum carnes factę erant vt carnes aſinorum pp libidinis furorem. Alibi verò dicebat Equi amatores in fœminas, & emiſſarij facti sũt; vnuſquiſq; ad vxorẽ proximi ſui hinniebat: Oẽs mœchati ſunt, & in domib. meretricum luxuriabant. Quis numerare ſufficiet meretrices illas, dũ vniuerſa caro corruperat viam ſuã. dum oẽs fœminæ laſciuientes pedes in binijs cuiq; diuaricabant? Quis Thamaras? Quis Berſabeas? Quis Medeas, Helenas, Cleopatras, Thaides? Quis impudẽtes filias Lothi? Quis nefandos Sodomitas & Gomorreitas recenſebit? Quis fornicationes, adulteria, ſtupra, inceſtus, contranaturalia mutaq; peccata enarrare poterit? Oẽs quaſi corruptibiles facti fuerant, continẽtia tunc exulabat, vnuſquiſq; carnis titillatione laſciuiebat. Alij contra oẽ fas fœminis abutebant, alij in matrimonio quatuor & quinque & multoplures vxores coniungebant. Sunt qui p aſinum impudentiã ea de cã ſignificari velint, q aſinus ſua tm̃ commoda deſtinatiſſimo quodam aĩo proſequat, & modo ſinę morã gerat voluntati, nihil penſi habeat, caſtigationes contemnat, verbera ẽt nihili faciat. Id in aſino vitium ita notat Xenophon, vt de ſe dicat. Eo, inquam tpe, ſi quem iniuriæ vllo genere laceſſiui, non poſſum nõ confiteri, vel aſinis me, qui eſſe dñr oĩum quadrupedum inuerecũdiſſimi, inuerecundiorẽ fuiſſe. Quid aũt de Iudæis ipſe Deus dixerit? Frõs, ait, meretricis facta eſt tibi, noluiſti erubeſcere. Gẽtiles aũt Sapiens vocat pfrictę frontis, impudẽtes, incõpoſitos. Cum. n. tot ſceletib. obruti faciẽ ſuam deſędaſſent, cum in aſinos quoſdam commutati eſſent, non ſuam turpitudinem cęlabant, non abſcondebant faciẽ ſuam vitijs deformatã. Sed oĩbus ſua flagitia in aſpectum ſubijciebãt. Quod oĩum ſcelerum grauiſſimũ eſt idolorũ cultura, hanc Iudęi in Salomonis quoq; tẽplo, Gentiles aũt in excelſis montib. vt oĩbus impudentiã ſuã manifeſtam facerẽt exercebãt. Aſinum Ægyptij ab oĩb. Sacris arcebant, non pp imperitiã tm̃ & ineptias & cotumelioſam eius naturã, verumetiã pp colorẽ ex albo nigroq; confuſatũ, quẽ à Dei ſacrificijs alienũ abominabant. Quid verò Gẽtiles? Nonne ab oĩ religione remotiſſimi erant? Nõne Sacra oĩa, in diras oblationes dæmonum pmutarant? Quid Iudęi peccantes? Num & ipſi nõ uni vero Deo oẽm exhibuerũt cultũ? An nõ in vtrũq; pedẽ q illis exprobrat Propheta, claudicabant? Nõne Deũ & Baalẽ ſequebant? Nõ religionis albo & nigro colore vt quidã aſini obfuſcati erãt? Quoties illos ad ſe Deꝰ euocat? Quot vicib. multicolores ſe Deo oñderũt? Raucę factę sũt fauces Dei, dũ ad illos die ac nocte vociferabat. Nolite eſſe ſicut equus & mulꝰ. Aſinꝰ oĩ ſpurcitie deſędatꝰ eſt, oĩ. n. ſeruili officio ſubiectꝰ, ex ſuis laborib. nõ niſi turpis euadit. Quid Iudęi? ĩ quorũ faciẽ Deꝰ ſua illorũ ſtercora effuderat? Quid Gẽtiles q oĩ flagitio ſe cõtaminarãt? Gẽtilẽ de ſuis populis teſtãtẽ audite. Diog.

lucente

lucẽte die p Athenarũ plateas hoĩes face accenſa q̃rebat,& obuij cuiuſq; in faciem face obiecta aſpiciebat. Interrogatus quid quæreret, ait: Hominem quęro; Dicenti denique. Nonne tantopere inueniſti hominem Athenis; reſpondit. Non. Iſti enim homines non ſunt, ſed beſtiæ. Cum Athenis clamaſſet, Heus homines; conueniſſentque plurimi, virga illos agebat, dicens: Homines, non iumenta vocaui. Si nunc in medium noſtri aliquis Diogenes veniret, & mille etiam tædis accenſis, quæreret homines; putaſne plurimos reperiret? Si Saluator noſter aliquem ex ſuis diſcipulis, in hoc caſtellum mundi, quod contra cœleſtem Ieruſalem poſitum eſt mitteret, qui viderent. Num in eo aliquis in imaginẽ, in ſimilitudinem tranſijt iumentorum? Num aliquis in aſinorum transformatus eſt affectus? Num honoris & dignitatis ſuæ oblitus ſe in contemptum omnibus exhibuit quiſpiam? Num aliquis impudens? ſtolidus, Diuinæ voluntatis ignarus? An libidine exæſtuans? An ab omni religione alienus? Num nigro & atro pilo diſtinctus? Num omni puluere & luto conſpurcatus? Inueniturne hic in mundi ſtabulo, qui loris ferreis colligatus ad præſepe, computruit in ſtercoribus ſuis? Non fruſtra, nec abſque certa nunc ratione commemoro, ſed quia plurimos in infidelium, multo plures in iumentorum tranſijſſe naturam perſpicio. Imaginem quidem Dei geſtamus omnes, noſtris impreſſam animabus, at ſimilitudinem pauciſſimi ſunt qui æmulentur Diuinam. In plurimis enim dico cum Chryſoſtomo, nulla omnino ſigna Chriſtianæ inuenio diſciplinæ, non in publicis locis atque communibus, non in ipſius Eccleſiæ conciliabulis facile reperias, quibus inter fidelem infidelemque, inter hominem & iumentum diſtinguas. Solo enim hoc celebrandi tempore dignoſci poteſt, cum videlicet infideles & iumenta excludi videris, alios vero intus teneri. Oportebat autem vniuſcuiuſque fidem non locis, ſed moribus indicari. Nam ſecularium quidem decora dignitatum, conſequenter ab extrinſecus poſitis cernuntur imaginibus: noſtra vero intelligi oportet ex mentibus. Fidelis enim non modo à communione myſterij, verumetiam de nouitate vitæ debet agnoſci. Fidelem enim ſal eſſe conuenit & luminare mundi. Sin verò ne tibi ipſi quidem luces, & ne propriam quidem putredinem ſętoremq; detergas, quibus te indicijs ego fidelem potero agnoſcere? An quia ſacrati aquæ fontis ingreſſus es? At hoc ipſum quod datum tibi fuerat ad ſalutẽ, fit tibi grauioris cauſa ſupplicij. Honoris ſiquidem magnitudo his qui non digne viuunt honore, cumulus incipit eſſe pœnarum. Igitur fidelem non ab his tantum quæ accepit à Deo, verumetiam ab his quę ipſe obtulerit ipſe Deo conuenit refulgere, & vndique eſſe notum atq; manifeſtum, & ab inceſſu, & ab aſpectu, & à veſte, & à voce. Et hæc dixerim, non vt noſmetipſos ad oſtentationem noſtri, ſed ad ædificationem cęterorum vtiq; aptemus videndos. Nunc verò vndecunq; te voluero cognoſcere, inuenio te à contrarijs publicari. Si te ex loco ſcire curauero. Proculdubio

Homil. 4. in Matt.

in circo te theatroq; proſpiciam,totos prorſus dies in vaniſſimis illis cęti bus exigentem . vel in foro corruptis hominib.peſtiferiſq; coniunctum . Sin verò ex ipſis motib. corporis notitiam tui habere quæſiuero, videbo te horrentib.cachinnis,& fędiſſima iucunditate reſolutum,vt fluxã quan dam perditamq; meretricem. Sin autem à veſte te conſiderem; nihil te à ſcenico habitu diſtare cognóſcam.Iam ſi te voluero à comitib.addiſcere, inueniam te adulatorib.ſtipatum & paraſitis.Si à ſermone.Nihil te audiã oĩno ſanum,nihil ſerium,quodq; ad diſciplinam noſtram ſpectet,loquen tem.Si à cibo, maior hinc profecto materia accuſationis orieť. Vnde igiť reſponde mihi, fidelem te eſſe potero cognoſcere, cum oĩa iſta quæ diximus;contrariam de te ferant ſñiam,teq; apertiſſime infidelem eſſe cõuin cant? Et quid dicam vtrum fidelis? Nec ſi homo vere ſis,poſſum euidẽter agnoſcere.Quando.n.vt aſinus calcitras,vt taurus ſuperbis,libidine incẽ ſus ſic hinnis vt equus,qñ in epulis vrſorum imitaris voratum,& pingue dine corpus mulorum more diſtendis,cum exercenda ſimultate camelũ; lupum imiteris rapina,cum paſcaris vt ſerpens,& atrocitate ſcorpionum percutias,cum ſubdole inſidieris vt vulpes,cumq; veneno malignitatis ar meris vt coluber & vipera, cum quaſi diabolus ipſe aduerſus fratres crudelia bella ſuſcipias;quonam vnquam modo,qua ratione in hoĩum te poſ ſum numero collocare, nulla in te cernens humanę ſigna naturæ? O rem plenam doloris & lachrymarum,fidelis & infidelis diſtinctionem reperire cupiebam,ſed nec inter hoĩes & feras quod ſit diſcrimẽ inuenio. Quid .n.te appellare debeo? Feram? Sed illę vno aliquo horum vitio tenentur; tu verò ſimul in te oĩa colligendo longe, ferarum irratio nale ſtultumque tranſgrederis. An diabolum te potius appellem? Sed ille nec pecunias cõ cupiſcit,nec tyrannidi veneris obſequitur.Cũ igitur plura in te vitia ſint q̃ in beſtijs atq; dęmonibus,reſponde obſecro, Vnde te poſſum iure merito hoĩem nuncupare? Si verò te hoĩem appellare nequeo.quó tandẽ mo do potero fidelem vocare? Et beſtię quidẽ quanq̃ naturaliter ſęuiãt,ſi humana tñ arte palpentur plerunq; manſueſcunt; tu aũt qui illarum ꝑfecto naturalem feritatem, in eam q̃ contra naturã eſt mãſuetudinẽ ſępe cõmu tas,tuam manſuetudinẽ naturalẽ in feritatem,q̃ naturæ tuę eſt inimica cõ uertis:cumq; naturaliter ferã ad manſuetudinem trahis,te naturaliter mã ſuetum in ferarum rabiem natura repugnante ꝑducis. Cętera iumenta ho minũ imitanť facta,Simiæ rident,ſe veſtiunt,lauant,ex ſpoliunt, ſagacita tem & artificium hominis canes æmulanť;homo aũt ſui luctus ſempiterni,dedecoris,nuditatis,turpitudinis,ſocordię & ignauię cã eſt. Verũ hoc eſt multo deterrimum, qd tñ cum oĩum vitiorũ ſqualore turpemur, & in diuerſas brutorum degeneremus ſimilitudines,nec intelligimus quidem nſæ aĩæ fęditatem,nec eius deforme prorſus cognoſcimus.Nam tu quidẽ apud tonſorem reſidens diligenter capitis tui attendis comam.Sumpto ſi quidem ſpeculo,multo cum ſtudio,ſummaq; cura ęqualitatẽ conſideras,

& ni-

& nitorem capilli; nec tamen in imagine tui temetipſe inſpexiſſe contentus tum ipſum artificem, tum alios adſtantes ſolicitè homo iam ſenex nō vereris iuuenili ſtultitia inſanus interrogare, an alicubi incomptius manus properantis operata ſit, an ſatiſdeceat frontem leniter attōſa cæſaries. Animæ verò noſtræ quæ non ſolum deformis eſt, verumetiam ferarum omnino conformis, & quæ Scylla aliqua vel Chimera (vt fabula celebrat) effecta eſt, nulla nos cura, nulla ſolicitudo vnquam remordet, cum certe hic quoque ſpeculum ſit paratum proculdubio ſpiritale, & longè illo vtilius ſpeculo lucidiuſque. Non.n. oſtendit tantummodo ſuam vnicuique fœditatem, ſed eam in maximum quoque ſi volumus conuertit decorem. Hoc eſt autem ſpeculum ſine macula, & imago bonitatis Diuinæ Saluator noſter appēſus in cruce; hoc eſt memoria ſimilitudinis Diuinæ ac beatę illius conuerſationis hiſtoria. Si volueris ſaltem fixè intenteque cordis oculo, fulgentem hanc ſimilitudinem intueri, totum continuò mentis tuę deformē conſpicies. Cumque iſtud agnoueris, nullius profectò rei indigebis alterius, per quam ab huiuſmodi turpitudine libereris, tam nobis vtile iſtud eſt ſpeculum, tamque nos facili trāſformatione conuertit. Nemo igitur diutius in ferarum effigie perſeueret. Illud ſecum aſſidue quiſque reuoluat. Me in meo Prothoparentę Deus optimus ad ſuam imaginem & ſimilitudinem plaſmauit. Nolo ego amplius in imagine pertranſire Diuinitatis ad ſimilitudinem brutorum. Mę in meo Patre honore maximo affecit, dum me Dijs ſimilem cœleſtibus paulo minus ab Angelis diminutum effecit, Nolo ego me comparari iumentis inſipientibus, nolo ſimilis eſſe brutis irrationalibus. Idea totius pulchritudinis ſe ſupra omnia creata eleuauit, nulli ſe inferiori vnquam commiſcuit, egone iumentis adhærerem? ego me vnum cum brutis redderem? Super iumenta ille inſedit, fręno ille maxillas aſini conſtringens eo vt voluit vſus eſt. Frænandæ quoque ſunt mihi meæ cupiditates, furenti appetitui frenum eſt inijciendum, recalcitrans corpus ſpiritui eſt ſubijciendum, comprimendę vires, & imperio rationis ſupponendæ. Dominandum eſt beſtijs iſtis effrænibus, latera eorum contundenda ſunt, non illis obſequendum, non ad eorum conſortium tranſeundum eſt. Egone qui Dei imagine inſignitus ſum, ad ea tranſirem? ego qui non in Angelum ſed qui in Deum cōmutari poſſum, in iumenta me transformarem? Indignum eſt prorſus hominem rationis compotem, ab Angelis, non longe diſtantem, charactere Diuino exornatum in ferarum tranſire naturam. Vtinam hæc ſancta ambitio noſtras perſuaderet mentes, ſic enim & imaginem, & ſimilitudinem noſtri factoris ſpecioſiſſimam retinentes in imagine & in ſimilitudine Dei tranſiremus ad perfectæ ſimilitudinis Diuinæ contemplationem & conſortium in ſęcula ſempiterna. Amen.

Inuenietis aſinam & pullum cum ea, ſoluite & adducite mihi.

FASCICVLVS SECVNDVS.

De hominum transformatione in iumenta. Oppoſita.

PRIMITIAS rerum dum olim in lege Veteri exigebat Deus, primogenitum aſini cum hominum primogenitis pati dignatus eſt honore. Nam cum primo vterum aperientia, ſibi deferre tabulis Moſaicis præſcripſiſſet, hominem tantum & aſinum excepit, vt ille ſcilicet certo precio redimeretur, hic autem oue animali iumentorum omnium innocē-
Exod. 34. tiſſimo commutari poſſet. Ita legimus ſcriptū in Exodo. Omne, ait Deus, quod aperit vuluam generis maſculini, mēum erit; de cunctis animantibus, tam de bobus quam de ouibus meum erit. Primogenitum filiorū tuorum redimes, nec apparebis in conſpectu meo vacuus. Primogenitū aſini redimes oue, ſin autem nec preciū pro eo dederis, occidetur. Cauſam qui veſtrum noſſe deſideraret eius dignationis, Cur ſcilicet, aſini primogenitum redimere iuſſerit, & non alterius animalis? Cur primogenitum & nō ſecundogenitum? Quare oue, non autem alio iumento? Quæ ratio myſterij huius? Hanc à me vt accipiat, reducat in mentem tria illa hominū ge-
Pſal. 35. nera à Pſalte commemorata, ex quibus ordo Beatorum coalitus eſt. Homines & iumenta ſaluabis Domine, quemadmodum multiplicaſti miſericordiam tuam Deus. Filij autem hominum ſub tegmine alarum tuarum ſperabunt. Miſericordia Dei (ſic vellet dicere Propheta) cuius non aliquis eſt numerus, non certus limes præfinitus, non preſcripta menſura, adeò multiplicata eſt atque diffuſa in orbem terrarum, vt nemo ſit qui exſors reperiatur illius; omnibus ſinū benignitatis aperit, ad omnes extendit manus, omnes aduocat ad ſuum commercium, cuique modo velit theſauros bonitatis ſuæ, gratiam, ſalutem & gloriam obtulit. Filios hominum, qui ſupra hominum ſortem ſe extulerunt, ſub tegmentum alarum ſuarum ſperantes ſuſcepit, & ad habitaculum ſanctificationis æternæ tranſtulit. Sed nec homines, qui intra hominum gradum conſiſtentes, homine digna operati ſunt, exclusit; plurimos quoque ex eis ad Angelorum conuictū aſſumpſit. Et non his terminis concluſa, neque ab his exhauſta eſt Diuina miſericordia, diffuſa eſt & in iumenta; plurima iumenta ad supernā gloriam & cœleſte habitaculum tranſtulit & aſciuit. Ezechiel Propheta nonnulla ex iumen-

iumentis,in admiranda ſua viſione aſpexit,in cęlum ſublata eſſe. Vidi,ait, Ezech. 1.
& ecce ventus turbinis veniebat ab Aquilone, & nubes magna, & ignis inuoluens,& ſplẽdor in circuitu eius, & in medio eius ignis quaſi ſpecies electri,& in medio eius ſimilitudo quatuor animalium,& hic aſpectus eorum,ſimilitudo hominis in eis. Similitudo vultus eorum facies leonis,& facies leonis à dextris ipſorum quatuor,facies autem bouis à ſiniſtris ipſorum quatuor,& facies aquilæ deſuper ipſorũ quatuor. Angebatur quondam Eccleſiaſtes,forſan non eſſe poſſibile ratus, vt ſpiritum iumentorum Eccle. 3.
ad ſuprema attollere poſſit Deus,aiebat: Quis nouit ſi ſpiritus,filiorũ Adã aſcendat ſurſum,& ſpiritus iumentorum deſcendat deorſum? Ecce miſericordia atque benignitate Diuina, & filiorum Adami, & iumentorũ, & hominum ſpiritus aſcendunt ſurſum in cœlum,& cum Beatorum fœliciſſimis decertant mentibus. Volat Deus aſcendens ſuper Cherubinos, aſcẽdit & ſuper iumenta terreſtria, atq; ſuper ea maioris dignitatis triũphos peragit. Beati illi Seraphini cum thronis baiulant Orbis vniuerſi Imperatorem: baiulant & iumenta Regem Regum & Dominum Dominãtium. Salute æterna potiuntur exercitus cœleſtes,potiuntur & iumenta. Hoĩes, & iumenta ſaluauit Dominus,ſecũdum multitudinem miſericordię ſuę. Et pro hominibus,& pro iumentis in precium redemptionis ſeipſum tradidit. Vt ouis ad occiſionem ductus eſt,& quaſi agnus coram tondente ſe obmutuit,& non aperuit os ſuum. Oblatus eſt quia ipſe voluit propter ĩniquĩtates noſtras,ſeipſum venundauit vt omnes à Tyrãnide Satanæ in libertatem aſſereret. Primogenitum igitur aſini oue redimere iuſſit Dominus non aliam ob rem,niſi vt inſinuaret neminem debere deſpondere animum de ſua ſalute,ſit homo,vel filius hominis,ſit etiam iumentum, ſit & aſini inſtar, ouem tantum immaculatam illam & precioſiſſimam in precium ſuum Deo offerat,ſalutem veram aſſequetur. Homines.n.& iumenta,ait Pſaltes,ſaluabis Domine, quemadmodum multiplicaſti miſericordiam tuam Deus. Quis vnquam ſperaſſet aſinos hodiernos in Dei vſum venire poſſe? Cui vnquam in mentem veniſſet vt Rex Regum potentiſſimus populum Iudæorum & Gentium brutum & deformem,vinclis olim colligatum ſoluere,ſibi adducere, ſpolijs Apoſtolorum & Patriarcharum operire,veſtimentis pulcherrimis gratiæ induere, ſuos in eo ſanctiſſimos pedes deponere,ei ac throno cuidam ornato inſidere, in eo glorioſos triũphos agere,libertatem,dignitatem,decus,ſpeciem,ornatum magnificum, vitam & ſalutem ei conferre quandoque dignaretur? Quis in cogitationẽ ſuam induxiſſet,iumenta hæc irrationalia pene, Deo vnquam ſubiecta fore? Homines tamen & iumenta ſaluauit. Diſcipulis ſuis præcepit. Ite in caſtellum quod contra vos eſt,& inuenietis aſinam & pullum cum ea,ſoluite & adducite mihi. Ite,ait,ne cũctemini, exilite in opus miniſterij ad qđ vos elegi. Videris hoc caſtellum, quod contra vos & contra me eſt. Videtis mũdum qui inſtar fortiſſimi caſtri à phalange dæmonũ circumcinctus

& vn-

& vndique munitus contra vos eſt, vobis repugnat, vos in aciem ad ſingulare certamen prouocat, contra vos impias tendit manus, veſtros deridet conatus, vobis perniciem & exitium intentat; in ſumma cõtra vos veſtramque eſt ſalutem. Ite igitur in hoc mundi caſtellum, & ibi diligenter ſcrutatote, nullum angulum terræ prætermittite; in omnes partes ſtabuli huius conijcite oculos veſtros, inuenietis ibi aſinam & pullum cum ea, reperietis illic hominem eum qui cum in honore maximo ob meam imaginem & ſimilitudinem eſſet, olim tamen ſimilitudine mea obducta & abolita comparatus eſt poſt iumentis inſipientibus, & ſimilis factus eſt illis. Inuenietis illic aſinam illam ſerulem, ſtupidam, ſegnem Hebræorum gẽtem, quæ oneribus meis ferendis iam aſſueta eſt. Inuenietis & ex eius vtero prodeuntem pullum Gentilẽ ſine iugo, ſine Deo, ſine lege, ſine religione, laxis omnibus paſſionum habenis viuẽtem. Soluite & adducite mihi. Lora illa quibus aſinam Satanas colligarat diſrumpite vel reſoluite. Colligauit eam Satanas equidem vinclis ferreis, ſed ego vobis poteſtatem ligãdi atque ſoluendi concedo. Soluite aſinã ligatam, diſrumpite vincula colli eius, eamque ex improba ſeruitute liberate. Ligate autem pullum illũ, qui nullius imperio ſubditus, nulliſque Dei legibus aſtrictus vagus in via cordis ſui incedit, qui erigitur in ſuperbiam, & quaſi filium onagri ſe liberum natum putat, qui nullis euſq; habenis contineri potuit, quominus in omnem cupidinem prolaberetur. Ligate illum mandatorum meorũ funibus, torquem gratiæ auream imponite collo ipſius, infrẹnate laude mea os eius in frẹno & chamo verbi Dei maxillas eius qui nõ approximat ad mẹ conſtringite. Siccine cum Pharaone meas leges cõtemnent ſemper dicentes. Quis eſt Dominus vt audiam vocem eius? Sic diebus ſingulis linguam ſuam magnificabũt, gannientes? labia noſtra à nobis ſunt, Quis noſter Dominus eſt? Sic præcipites, diſſoluti, vagabũtur nullo Dei metu, nulla religione cohibiti, atque adſtricti?

Solutos iſtos ligate, in funiculis Adami, in funiculis charitatis ad me pᵱtrahite, aſinam à ſuis vinclis, à legis veteris obſeruatione ſoluite, pullũ autem colligate & mea religione implicate, & ambos tam Hebræos, quam Gẽtiles, adducite mihi. Quod ſi quis vobis aliqnid dixerit, Si Moyſes, vel aliquis Rabinus de aſina ſollicitus, hanc vobis prohibuerit, nec à tẽplo Salomonis, nec à ſtabulo Moſaico, neque à legali obſeruatione ritibus, cærimonijs, oblationibus, ſacrificijs, neque à iugo illo quod nullus vnquã portare potuit illam dimittere voluerit. Si quis Pontifex Caiphas, vel Annas, vel alius ex Principibus Sacerdotum vos interrogauerit. In qua virtute, & in quo nomine præſumitis facere hoc? Si denũciauerint & comminati vobis fuerint, ſi denique manus violentas, ſi & mortis ſupplicium vobis inferre voluerint, ne à cẹpto opere deſiſtite. Dicite, Dominus his opus hẽt. Potius habemus obedire Deo quam hominibus. Iam ſatis ſuperque iugum hoc ſeruiuit Moyſi, ſufficiat euſq; detuliſſe nobis onus quod ne-

ſtris ceruicibus impoſuerat lex. Iugum enim oneris eius ſuperauit & deiecit Deus, vt in die Madian à facie olei miſericordiæ defluẽtis, computruit iam inſupportabile iugum legale. Si denique aliquis Balaam Gentilis iumentum ſuum veſtros expauentem vultus ſuccuſſauerit, ſi latera eius cõtundere voluerit, euaginato verbi Dei gladio, diſtricto enſe poteſtatis col latæ, in eius pectus vibrate, petite iugulũ, alios tenebris, alios cæcitate percutite, manus aliorum canes furentes ad veſtrum imperiũ vobis deferant, alios Magos ad cœlos volantes deturbate, alios ſi qui erunt Hermogenes colligate, alios alijs mortibus comprimite. Dicite: Cur tertio verberas aſinam tuam? Adeone furibundus in alienum pecus exardeſces? Non primo ictu quo Gentes vulneraſti plaga hæreditaria tuum mitigaſti furorẽ? Nõ ſecundo infidelitatis & idololatriæ grauiſſimo eis inflicto vulnere tuã expleſti ardentem tyrannidẽ? Tertiò adhuc duriſſimis flagris flagitiorum illos verberabis? A planta pedis vſque ad verticem capitis nulla eſt in hoc miſerè affecto iumento ſanitas, vulnus & tumor, & liuor & vlcus nunquã eſt circumligatum faſcijs, ſed ſemper hiulcum de die in diem magis renouatur, nunquam curatũ medicamine, nunquam fotum oleo; exangue prorſus & ſemimortuum eſt, ſanguis ex eo abunde profluens, ſanguinẽ erumpentem tetigit; & tu non eius miſeraberis? Addes percutere tertio? plaga inſanabili & animam eorum è corpore abigere cupies? Si poſtmodum alius ſtabuli præfectus; Si principes mũdi, ſi Tyrani, & Imperatores, & Reges, Si & princeps ipſe mundi huius, & Rex ille ſuper omnes filios ſuperbiæ eminens vobis aliquid dixerint, ne Gentilitatem vagantem, neve pecora illa ſine duce, ſine gubernatore per excelſa, per lucos, per montes abominabiles errantia, ab errore euocetis, viam veritatis eis demonſtretis, ne in meam captiuitatẽ abducatis. Si edicta per totum Orbem ſtatuerint, ſi vos quaſi alienæ rei inuaſores flagellauerint, & horrendis etiam affecerint mortibus; dicite, quia Dominus his opus habet. Domin⁹ eſt ille qui ſuum exigit iumentum dæmonis poteſtate oppreſſum. Dominus eſt non fur, nõ predo, non latro aliqs, non tyrãnus, Dñi eſt huius terra & plenitudo eius. Meus eſt ait orbis terræ & plenitudo eius. Meæ ſunt omnes feræ ſyluarũ, iumenta quoque in montibus & boues. Dominus ego ſum omnium, quæ in mundi ampliſſimo ſinu, Dominus & huius inſipientis iumenti. Satanas non eſt Dominus, ſed fur & latro, qui de meis caulis, fraude & aſtutia abduxit meum pecus. Nullus homo Dominus eſt animorum huius iumenti, dominium licet conceſſi homini ſuper omnia iumenta, corporeis tamen limitibus illud contineri præfiniui, corporea ſeruitute comprehenditur hominum ſupra alios homines poteſtas. Animum libertate donaui, nullus hominum vel etiam Angelorum ſuper mẽtem obtinuit potentiã. Si quis dolis & fraude in animum alterius dominatum vſurpauerit, latro eſt, Tyrannus eſt, ego.n. ſum Dominus, mihi omnes receſſus cordium & parent, & patent, & obſequuntur. Dicite ergo Tyrannis iſtis, Dominus

his

his opus habet. Si demum aliquis humanæ ſalutis inuidus vobis quippiã dixerit. Quid eſt oro, quod Deus amore iumentorum captus eſt? Quid quod curam aſinorũ habere cœpit? Nunquid Deo cura eſt de animalibus? Si vt loca deſerta ab Angelis, illis repleat, terrena ſunt hæc animalia ſupra terram ſua inieriora effuderunt, terræ excolendæ ſe totos tradiderũt, nihil nouerunt præter iugera agri obambulare, quid huiuſmodi iumentis cum cœlorum ſedibus? Si vt in eis glorioſum agat triumphum, quid Regi cũ aſino? quid Deo cum iumento. Reges terræ phaleratis vtuntur equis, quadrigis auratis vehuntur Principes mundi, quis Regem aliquem aſello inſidentem aſpexit? Deus aſcendit ſuper Cherubin & volauit ſuper pennas ventorũ. Si Saluator Rex eſt Iſraelis, ſi Chriſtus eſt Deus & Dominus vniuerſorum; quamobrem rynocerotha quadrigæ ſuæ non imponit? Cur Bucephalum aliquem non conſcendit? Cur in dorſa Cherubinorum? quare ſupra pernices ventos non deſcendit? Glorioſior tũc apparebit, ſi vel quadriga vectus; vel equo ſplendidè ornato inſidens, vel ſupra trementes vẽtos, vel ſuper coruſco lumine fulgentes Cherubinos incedet atq; Hieroſolymorum vrbem ingredietur. Nullus eum tunc contẽptui habebit, omnes ſuſpicient, nemo Phariſæorum, nemo Pontificum & Principum muſſitabit, omnes admirabuntur, in laudes & culturam eius prorumpent omnes, non pueri tantum lactentes, ſed & iuuenes, & ſenes, & viri & mulieres, non in templo ſolum, ſed per totã vrbem, per omnes vicus, plateas, angulos domorum, fauſtis acclamationibus occurrent dicentes: Viuat Rex viuat Rex. Quando pedem extra limen Templi efferet, curſitabunt pueri, viri feſtinabunt, ſenes quanto poterũt accelerabunt, virgines etiam & honeſtæ mulieres teneri non poterunt pudore, quominus exeãt vt eius aſpectu fruantur. Quacunque ille vehetur, omnes illi bona omnia precabunt, manus in cœlum pro eius incolumitate tendent, votis, ſupplicationibus, canticis, triumphis, ſtudium ſuum apertiſſimè ei profitebuntur. Si aſello inſidebit, quis eum agnoſcet? quis verò non deſpiciet? Quid ergo ei cũ aſino? Quod ſi aſinum exoptat, vt illum ad ſuum conſortium traducat, vtq; illum exuuijs Patriarcharum, ſtola illa Sacerdotali, veſte illa ſpecioſiſſima & odorifera ſalutis, vt alterum Iacobum Rebecca, induat. Iumentum eſt inſipiens, ſtolidum, ſegne, ſpurcitie non modica contaminatum, indignũ prorſus ea dignatione, indignum & veſtimentis ſalutis. Si aliquis iumentorum iſtorum ſalutis inuidus vobis ſimile quippiam dixerit: dicite vos illi: Dominus his opus habet, vt in eis immenſam ſuam miſericordiam euidentem faciat. Indigni ſunt fateor, qui manu Dei dextera circumducant, indigni qui funiculis charitatis Diuinæ circumligentur & pertrahantur: indigni fateor ſunt, vt ad caulas Dei noſtri, vt ad commertium hominũ, & Beatorum Dei filiorum aggregẽtur; indigni phaleris precioſiſſimis gratiæ & chariſmatum indigni vita, redemptione, ſanctificatione, & ſalute p Dominum noſtrum mundo allata. Indigni ſunt, non negamus, imò prędicamus,

camus, vitæ æternæ bonorumque Diuinorum participio; ſed multiplicauit miſericordiam ſuam Deus, in tantum vt non ſolú homines ſed & homines & iumenta ſaluare inſtituat, non hominum tantum ſed & aſini primogenitum oue immaculata & innocentiſſima, agnoque illo incontaminato qui ſuſtulit peccata mundi redimat. Homines & iumenta ſaluos faciet Dominus; & hominis & aſini primogenitum redimendum fore, tabulis Moſaicis præfiniuit. Primogenitum, ait, aſini oue redimes. Si exactor precium eius à vobis petierit, nobis pręcepit, ſoluite, non tantum nodum reſoluite, ſed & precium animarum eorum ſoluite: Ouem, vel duos denarios illos, in vno ſacculo, in vna perſona ligatos, expendite, & date ſtabulario huic, in eorum redemptionem. Nolo vim Deo inferatis, nolo iniuriã cuiq; faciatis, Soluite, date ouem, vel duos denarios profundite, & ſic magno coempta precio adducite mihi. Non corruptibilia aliqua, non aurum, non argentum, non lapides precioſos, ſed pecuniam illam charactere Diuino inſignitam, illum qui eſt imago bonitatis, & character ſubſtãtię Patris ęterni expendite in precium & redemptionem horum iumentorum. Soluite pro eis, & adducite mihi. Primogenitum aſini oue redimes; quod ſi nec precium pro eo dederis, occidetur. Quis hic non ſibi adblandietur de ſua ſalute? Quis in imagine Dei ad ſimilitudinem iumentorum tranſlatus, non ſe ſaluandum iri prędicet? Quis non in iumentorum transformari ideam exoptabit? Quis ſecũ non euoluet? Iumenta precio redimuntur, agnus immaculatus pro nobis oblatus eſt, ouis innocentiſſima pro noſtra redemptione tradita eſt. Quid nobis cum ſimilitudine Diuina? Iumentorum more vitam omnem traducamus. Quid nobis, ſi etiam in aſinos irrationales efformati fuerimus? Quid ſi aſinorum ſocordiam, petulantiam, luxuriam, impudentiam ſectabimur? Quid mali eueniet ſi à Deo, ſi à religionis cultu, ſi à pietate, alienabimur? ſi effrẽnes motus cupiditatis inſequemur? Aſini redimuntur, homines & iumenta ſaluantur, poterimus & humanam deponere ſpeciem, & in aſinorum tranſire ſimilitudinẽ. Audiant eiuſmodi irrationales homines, quid ſcriptura dixerit. Verum quidem eſt quod aſini redimuntur, verum & illud quod iumenta ſaluantur, ſed non quicunq; aſini, non ſingula iumenta. Quænam tandem? Primogenitum, ait, aſini oue redimes. Primogenitum non ſecundogenitum. Quid primogenitum non ſecundogenitum? Quæ ratio? quod diſcrimen inter primogenitum aſini & ſecundogenitum? Non modicum ego aduerto eſſe interſtitium, inter hæc duo genita, primo ſcilicet & ſecũdogenitũ. Quod prius quam vobis exponam, illud omnibus vobis perſpicuum eſt, ante reminiſcendum. Nempe: Nullum eſſe iumentum adeò paſſionibus deditũ, quin ſpecimina bonitatis cuiuſdam non contineat. Cum.n.duabus quoq; partibus, altera ſuperiori, altera inferiori conſtent animalia, qua ſuperiore ſui parte, inferiorem ſupremi animalis contingunt, ſemina quædam parua licet ſupremorum referunt; qua verò verſus terram vergunt, paſſionibus,

Alluſio ad Samaritanum.

moti-

motibus inordinatis, cupidine ſenſus, brutiſque illis affectibus ducūtur. Sic leones ex altero fortitudinem, ex altero crudelitatem: ſic oues, ex primo ſimplicitatem, ex ſecundo ſtoliditatem: ſic agni ex altera innocentiā, ex altera ſtupiditatem, ſic & cætera iumenta ex priori parte nōnullam bonitatis ſpeciem, ex poſteriori autem cupidinem, beſtialeſque motus complectuntur. Ob priorem partem iuſti & ſancti, ob ſecundam ſceleſti & flagitioſi homines brutis ſimiles eſſe perhibētur. Chriſtus appellatur leo, appellatur & Satan. Chriſtus propter fortitudinem, Satan autem propter furorem. Ne longius euagemur in exemplis recitandis, aſini vocantur pluri mi ſanctorum, vocantur & peruerſi. Sancti propter ſemina, ſeu mauis dicere exempla virtutum ab eis deducta; peruerſi autem propter ſimilitudinem ignauiæ, petulantiæ & aliorum vitiorum. Primogenita aſinorum & iumentorū ſancti vocantur à ſcriptura; ſecundogenita verò flagitioſi. Primogenita ergo aſini redimuntur, & primogenita iumentorū ſaluantur, illi videlicet qui in ſimilitudinem prioris partis animalium horum tranſierunt; qui non paſſiones, non affectus animales, non illa quæ turpia & indigna ſunt, ſed patientiam, manſuetudinem, parſimoniam, cautam prudē tiam, humilitatem, cæteraque omnia laude digniſſima imitati ſunt. Apud Hebręos, vt Pierius coniecit, præcipuè Cabaliſticos, aſinus eſt Sapientiæ ſymbolum; cuius quippe ideam cōſtituunt SAPHIROTH. eam afferentes rōnem, quod eum qui ſapientiæ ſit operam daturus, victu admodum tenui, & eo plurimum plebeio contentum eſſe oporteat, cuiuſmodi parſimonia præditum eſſe aſinum ignorat nemo: ad hæc, penuriam, laborē, plagas, & famem patientiſſime tolerare, neque ad vllam excandeſcere contumeliam, vndequaque illata fuerit: animo eſſe paruum, inopem atq; ſimplicem, vt qui nullum inter carduos & lactucam diſcrimen habeat: corde ſit minime vafro, minime cupiditatibus contaminato: bile ita careat vt cum omni animantium genere, pacem ſibi perpetuam conſtituerit; nec vllū ſit onus quod detrectet, quod non obſequiosè ſuſcipiat, & ſi ſit opus, pro boue terram proſcindat, plauſtrum trahat, ſit denique totius humanæ commoditatis aſſiduus & infatigabilis miniſter. Ammonius Alexādrinus, Origene & Porphyrio diſcipulis clarus, aſinum his condiſcipulis fertur adhibuiſſe. Neque verecundatus Cleanthes appellatione huiuſmodi confidentiſſime reſpondit. Aſinus quidem ſum, ſed qui portare poſſum ſarcinam Zenonis. Pudet me equidem vos ad hanc aſinariam ſcholam adducere. Suffundor verecundia, vos ad ideam iumentorum efformare; Verū, quia honoris noſtri non reminiſcimur, neque nos eſſe homines natos in memoria habentes, hominis dignitatem & decus retinemus, ſed ad iumē torum non Angelorum, non Dei, metamorphoſim quotidie aſpiramus? quia comparari iumentis inſipientibus, ſimileſque eis effici admittimur, age vt veſtrum explcā deſiderium, Iumenta ſitis, In imagine Dei ad iumentorum trāſite ſimilitudinē, ſed quę ſint primo non ſecundogenita, quæ ēt

ſint

ſint ac illa Ezechielis,quæ licet animalia fuerint,hominum tamen nō depoſuerunt ſimilitudinem,ſimilitudo hominis,ait Propheta,erat in eis. Et pedes eorum pedes recti, & manus hominis ſub pēnis eorum in quatuor partibus, & facies, & pennas per quatuor partes habebant. Iunctæq; erāt pennæ eorum alterius ad alterum. Non reuertebantur cum incederēt, ſed vnumquodque ante faciem ſuam gradiebatur. Vbi erat impetus ſpiritus, illuc gradiebantur: ibant & reuertebantur in ſimilitudinem fulguris coru ſcantis. Poſſem vos ad inſtar iumentorum horum effingere; at quia nimis ſplendore ſuo effulgent, perniciq; curſu omnem adſpectum effugiunt, ad terrena accedo. Optarim vt in animalium ſed primogenitorum tranſeatis ſimilitudinem, vt ille quoque ſanctiſſimus Rex, qui de ſe aiebat. Vt iumentum factus ſum apud te, & ego ſemper tecum. Tenuiſti manum dexteram meam, & in voluntate tua deduxiſti. Cuperem vt vel aſini primogenita ſitis, cuius iam aliqua ex parte priora tetigimus; quæ vt magis veſtræ imprimantur menti, hæc paucis accipite. Parciſſimi victus ſunt aſini, non aliud comedunt quam modicas ſibi appoſitas herbas; dum verò bibunt, non more equorū totum os in aquis immergunt, ſed acſi puellæ eſſent verecundæ, vix primis labris aquas attingunt. Priora ſunt hæc iumēti iſtius. Hominem quoque qui ſapientiæ cœleſti operam daturus eſt, victu oportet eſſe tenui & modico; parſimoniam neceſſe eſt vt ſeruet, is qui propter gulam pulſus eſt paradiſi ſedibus. Venter ſiquidem pinguis, non gignit ſenſum tenuem; obeſo quoque corpore nullus eſt qui intrauit in cęlum. Nutriendum eſt corpus, non enecandum: refouendus ſenſus, nō obruendus; eleuandus per abſtinentiam animus ad cœleſtia, non depnimendus. Delicię omnes aſpernandæ, commeſſationes, ebrietates, crapulæ, euitandæ. Quemadmodum enim vaſta ac perpetua nubium denſitas, radios Solis nunquam ſinit vim ſui fulgoris oſtendere; ita & deliciarum euaporationes cerebrum, non ſecus ac ſcopulum nactæ, illumque craſſa nube tegentes, non permittunt liberè vſquā veritatem intendere, verum in tenebris perpetuis detinent eum, qui ſic miſerabiliter iacet affectus. Non mortem ſibi ciborum genere affert aſinus: cauendum quoq; eſt homini ne in delicijs viuens duos occidat. Qui.n. omne tempus in commeſſationibus terit, qui crapulæ & ebrietati vacat, geminæ mortis author eſt, & eos qui fame vexantur pauperes mori permittit & ſibijpſi mortē per delicias ſpōte conſciſcit. Habet.n. natura modos ſuos, vt paucis cōtenta ſit, quos ſi qs excedat & quam illa velit amplius vitiat, non iam cibus ille alimentū, ſed pernicies fit. Auritus eſt aſinus, propter acutiſſimum auditum, quo cæteris animantibus præſtans, voces ſui agaſonis ita exaudit, vt ad nutum illius & conſiſtat & incedat. Arrigendæ quoque ſunt aures Chriſtiano, vt voces Domini ſui percipiat. Non inſtar aſpidis ſurdæ obturandæ ſunt extremitate caudæ, dicendum eſt à quocunque id quod vnus Sanctorū ſemper in ore habebat. Dominus Deus aperuit mihi aurem, & ego retrorſum

non

non abij, neque contradixi. Vitali ſenſu me Deus donauit, nolo mortificare ipſum. Aperuit meas aures vt audiam vocem ſuſurri eius, nolo illas opplere terrenis bonis, nolo obdurare, nolo auertere ab eo, audiam quid loquatur in me Deus, quoniã loquetur pacem in me plebem ſuam. Ex Deo ego prodij, Dei me filium oſtendere cupio. Qui.n.ex Deo eſt, verba Dei audit. Nolo eſſe vt ille mortuus, ad quem ſuſcitandum Propheta ſuum baculum per miniſtrum Giezi deſtinarat, vt eum à morte reuocaret, ſed nullus erat ſenſus, neque vox aliqua ab eo edebatur, Baculum ad me ſuũ miſit Deus; voce grandi ſuper me intonuit; Veni foras, potentiæ magnitudinem, ſeueritatem iuſtitiæ, ſuppliciorum grauitatem, æternas pęnas, mortis ineuitabilem neceſſitatem mihi comminatus eſt, baculo ſuo tetigit latera mea, nolo mortuus apparere, volo vſum ſenſuum habere, audiã quid loquatur in me Deus. Vociferatus eſt quondam ad quaſdam fugiẽtes. Reuertimini ad me, & ego recipiam vos, & illi terga ſua & non faciem ad eũ conuerterunt, noluerunt reuerti, obaudiam ego ſermones illius. Pollicitus eſt enim, Si quis ſermonem meum audierit atque ſeruauerit, mortem non videbit in æternum. Dixit: Fili mi, ſi ſuſceperis ſermones meos, & mãdata mea abſconderis penes te, vt audiat ſapientiam auris tua, inclinabis cor tuum ad cognoſcendum prudentiam. Si inclinaueris autem tuam prudentiæ, ſi ſcientia animæ tuæ placuerit, conſilium cuſtodiet te, & prudentia ſeruabit te, vt eruaris à via mala, & ab homine qui peruerſa loquitur, qui reliquit iter rectum, & ambulat per vias tenebroſas. Obſequens eſt aſinus, non pergit quo libet, ſed quocunque dirigentis & inſidentis volũtas tulerit. Sic & Chriſtianus erga Deum ſe gerere debet; ſibijpſi renunciare, ſuus eſſe deſinere, illi ſoli militare, illi obſequi, illi viuere, illius voluntatem non ſuam amplecti, ſui oblitus illius gloriam non ſuam commoditatem vbique intueri debet. Pergere quocunque eum Dei gubernantis voluntas legibus ſuis impulerit, per gloriam & ignobilitatem, per infamiam & bonam famam, per aduerſa & proſpera, nihil in hac parte diſcernere ſed ſe totum ſapientiæ & voluntati gubernantis committere tenetur. Quo manus Dei dextera duxerit, eò ſequi, quo impetus ſpiritus pepulerit, eò ingredi, ſi vox de medio alicuius firmamenti inſonauerit, mox & alas ſuas ſubmittere, & in medio conſiſtere curſu, officij ſui non immemor eſſe debet. Legimus in Patrum hiſtorijs, à ſeniore quodam iuniori, (cum primum monachi habitum & inſtitutum ſuſcepiſſet) conſiliũ eiuſmodi datum fuiſſe. Si vis, inquit, perfectus eſſe, fac in animum tuum inducas, te & aſellum monaſterij vnum atque idem eſſe. Sicut.n.actus ille non recalcitrat, iter faciens non quò vult pergit, ſed quò ſeſſor impulerit, nec omnino ſibi ſed alteri viuit, ita tu viuere contende, Talem pſe exhibebat eſſe & ille, qui vt iumentum factus fuerat, dicens: Ego ſemper tecum, & tu tenuiſti manum dexteram meam, & in volũtate tua deduxiſti me, & cũ gloria ſuſcepiſti me. Fœlix planè & nimium fœlix, qui hoc modo iumentum

factus,

factus, à Domino regitur atq; dirigitur. Quemadmodum enim Pater par uulū filium apprehenſa manu ſuſtinet, & per itinera planiora ſine offenſione deducit, ita Pater ille cęleſtis obedientem filium in via ſalutis dirigit, infirmum ſuſtentat, errantem docet, ægrotum curat, mœrentem conſolatur, cadenti dexteram porrigit, & tandem peracto vitæ huius curriculo cum gloria ad immortalem fœlicitatem ſuſcipit. Manſuetiſſimum omniū animal eſt aſinus, ad nullam vndecunque illata fuerit, excandeſcit contumeliam, bile caret, nemini iraſcitur, cum omni animantium genere pacē ſibi perpetuam conſtituit: cuperem vt vel hanc ſolam proprietatem huius iumenti noſtri ferocientes imitarentur leones, illi qui furore bacchantes, & in domo, & in foro, & in omnibus locis non niſi iram, rixas, cædes, ſanguinem & ignem ſpirāt ex ore ſuo. Saluator noſter nobis olim à ſe ediſcere præcepit manſuetudinem & benignitatem. Diſcite, ait, à me, quia mitis ſum & humilis corde; at nos benignitatem, & patientiam Chriſti reiecimus, in ferocium leonum ſimilitudinem proh dolor tranſijmus. Et leonē quidem plerique mitigant, redduntque tractabiles; furorem verò animi tui (ita inuehit Chryſoſtomus) omni prorſus efficis leone ſæuiorē. Et certe eum ibi ſint duo impedimēta vel maxima, quod fera ipſa & ratione priuatur, & longè omnium alterius generis animalium excedit furorem; tu tamen de copia donatæ tibi à Deo ſapientiæ, ipſam ſuperas arte naturam. Qui igitur naturam vincis in beſtijs, cur in temetipſo naturæ obfuſcas bonum, dum malum adamas voluptatis? Itaq; ſi te, vt alium manſuefaceres hominem iuberem, nihil hic quidem impoſſibile viderer imponere, q̃q̃ excuſare poſſes, non te eſſe Dominum alienæ voluntatis, neque cuncta in tua poteſtate conſiſtere: Nunc verò tua hæc propria fera eſt, & cui certiſſimo iure domineris. Quam igitur habes apologiam, quemve reperies honeſtum excuſationis colorem, qui cum ſolerti ſtudio hominem quodammodo facias de leone, tu tamen negligens leo efficiaris ex homine? Nā illi quidem donas ſupra ſuam aliquid habere naturam, tibi verò nec naturales ſeruas affectus. Et qui beſtias feras ad manſuetudinis prouehis dignitatem, temetipſum de throno deijciens & honore regali, ad irrationalium cogis furorem. Ponamus.n. ſi placet, iram quoque beſtiam eſſe quandam: quantum igitur ab alijs erga mitigandum leonem ſtudium commodatur, tantam tu erga iracundiam impende curam, & effice huiuſmodi cogitationem mitem atq; manſuetam. Siquidem hæc fera & vnguibus ſæuiſſimis armatur, & dētibus; & niſi illam ſolicite manſuefeceris, cuncta ſimul diſperdet atque lacerabit. Nullus.n. leo, nulla ſic vipera viſcera queunt humana dilaniare, vt hominis iracundia ferreis quibuſdā vnguibus vniuerſa confodiens. Neque.n. ſolum corpori nocet, ſed ipſius ēt corripit animæ ſanitatem; cūctas ſiquidem eius omnino vires diſcerpit ac deuorat, eamq; ad omnia inutilem facit. Nonnulli hominum vermes quoſdam in interioribus nutrientes, ne reſpirare quidem ſinuntur, vexatis profectò adeſiſq;

Hom. 4. i Matth.

viſceribus: nos tamen venenatam hanc in viſceribus noſtris alentes viperam, iram dico, quæ omnia interiora hominis depaſcitur, quid vnquam ſanum, aut forte poſſumus cogitare? Quodq; magis eſt, crudelitatis vitium in noſipſos maximè deſæuit, & ante mortem horrenda à nobis exigit ſupplicia. Dentes eius non immeritò eſſe dixerim dentes leonum, imò & iam ſæuiores. Nam leo quidem ſimul vt fuerit expletus, ſemieſum continuò cadauer relinquit; hæc autem nec ſatiatur aliqñ, nec ab anima noſtra vſque recedit, quouſque ſeminecem`; & quid dico? vſquequo animum occidat. Veriſſime.n.à Ioanne ſcriptum eſt, Qui odit fratrem ſuum, qui furore cõtra eum agitatur, qui crudelitate in eum bacchatur, homicida eſt. Quoniã ergo modo ab hac tam noxia peſte fugiemus? qua ratione leonis furorem deponemus? Si primogeniti aſinorum manſuetudinem imitabimur. Si bilem atram vt aſinus quoque euomemus; ſi vt ille etiam nos iniuria & contumelia affecti non ferociemus; ſi manſuetudine & lenitate furorem aliorũ coprimemus: ſi illud nobiſcum meditabimur; nihil fore quod ita aĩam in tranquillitate & quiete conſtituat, q̃ mãſuetudo & modeſtia. Quid.n. beatius quam inteſtino liberari bello? Nam quamuis aliquis plurima pace & cura externa fruatur, ſi tamen intra ſe cogitationum enatis tempeſtatibus, tumultu & ſeditione agitatus fuerit, externa pax quid illi proderit? Vbi verò aliquis lenis, mãſuetus, modeſtus, & mitis ratione vinxerit illos incompoſitos motus, vbi furentes affectiones compreſſerit, vbi generoſitatem & nobilitatem ſuam vel magni duxerit in brutorum ferociam degeneret; vel contempſerit, ſecum allocutus. Quid ergo? Vermis & non homo; & ſi homo, ille tamen peccatis obnoxius, ſi non tantis fortè vt plurimi, homo ſum tamen; ornatus hominis humanitas, benignitas, manſuetudo mihi conuenit. Quomodo igitur ego excandeſcerem furore? qui vermiculus ſum. Qui verò furore corriperer, ſi digna peccatis meis ſupplicia ꝓfero? quomodo iracũdia agitabor ego, qui mitis & humanus eſſe debere? Itane iumenta me ob eam præcedẽt virtutem? Beſtiæ mihi quod eſt peculiare abripient? Quod ſi iumentorum recuſatis exemplum, aſpicite Saluatorem noſtrum, & ex eo ſi non aliam hodie, ſaltem manſuetudinem ediſcite. Manſuetum illum Propheta vocat. Ecce Rex tuus venit tibi manſuetus. Quam ille virtutem ita obſeruauit, vt ferè nõ alterius nobis videatur

ex Chryſ. ſermo. de manſ. dediſſe exemplum, niſi manſuetudinis. Contumelia affectus, verberatus, cruci clauis affixus, leniter tulit Iudæorum furorem; & licet poſſet de eis vindictam ſumere, non ſumpſit tamen, ſed virtutem ſuam oſtendit, eò qđ cõcuſſit terram, & mortuos ſuſcitauit, & obſcurauit Solem, & noctem ex die fecit. Manſuetudinem autem & miſericordiam declarauit, quia nullũ ex his qui impiè agebant puniuit, vt diſcerent omnes, qui impias manus intulerant Domino, quam non fuiſſet eis difficilè ipſos punire, qui tam facilè terram commouit, & Solem repente obſcurari præcepit. Et quia tam manſuetus fuit ipſe, vt non ſolum manſuete tulerit eos qui crucifigebant

& bla-

& blaſphemabant,ſed & patrem obſecrauerit, ne cęleſtibus aduerſus impios telis vteretur. Idcirco cũ & tibi graue aliquid & durum ferenti, ſubrepunt ira & furor,recordare mãſuetudinis Chriſti, & ſtatim manſuetus eris ac clemens;& non ſolum tibijpſi benignitate tua plurimum lucri facies,ſed & inimicis proderis plurimũ,erudiens illos,vt ipſi benigni fiant. Videntes.n.te extrema ſuſtinere,& iram manſuetè ferre, ſtatim poſito furore manſueti & lenes ipſi fient,manſuetudiniſque tuæ imitatores. Proinde quiſquis furibundos vincere voluerit, fortiter ferat iniurias & verbera,magnamque eius,qui in ſe verberibus ſęuiebat,conuici ſionem videbit.At ſi etiam ipſe ab ira vinceris, ſtudens inimicum pari inſania vlciſci, nullus vnquam irarum & pugnarum erit finis; ſed ſemper qui inſaniunt & rabidi ſunt,& vincere alios conuicijs & verberibus cogitant,in immẽſum bellũ & pugnam erumpunt,ſibi mutuo inſidiãtur,calumnias ſtruũt, & peierare audent, & accuſationes meditantur eorum, quæ neque viderunt,neque audierunt;& in die quidem ſicut canes rabidi,& quęrentes inimicum,noctem autem cogitando inſurgentes, quomodo malũ aliquod machinentur & inſidias parent.Talibus neque ſomnus vincula deponit, ſed putant quod adhuc aſſint apud inimicum, & criminẽtur & percutiãt, & è ſomnis repente euigilantes, magis cædem mutuam quam epulas diligunt. Alij verò ira ebrij calumniatores mercede conducunt, infandaque inter ſe agunt opera,& quantò pluribus malis ſeſe irritarunt,tantò maiore inſania furiunt.Nam quod ebrios dicunt, ob inſatiabilem ebrietatẽ ardentius ſitire,hoc & iracundis vſu uenit,quia in pernicioſiorem ruunt inſaniam propter inexplebilem contendendi libidinem.Hic vocauit ſeruilem,alius ſcorti filium:ille inſipientem, iſte inſanum, eſt qui furem & iniuſtum,& alius plenum omni malo.Dein ira ebrij,confligunt inter ſe, beſtiarumque mores imitantur,percutiunt,calcitrant, mordent, concidunt inuicẽ corpora,nulli parti parcunt,non oculis,non auribus, non naribus, non faciei,non alij cuipiam membro,ſed confligentes inter ſe concidunt & peſſundant inuicem.Et quod malum non faciunt? ſecedunt à pugna ille amiſſo oculo,ille auribus, ille labijs, ille alia corporis parte, magis tamẽ anima quam corpore corrupti,furibundi,nugaces,rapidi,ignorantes legẽ Domini & Saluatoris, qui præcepit vt alapa percuſſus & verberatus, atq; alia paſſus,placido animo fortiter omnia ferat, vincatq; manſuetudine furorem iniquè agentium.Sanè qui hoc facit,laudatur ab hominibus,& coronatur à Deo & Seruatore. Et propterea perſeuerandũ eſt ferendo leniter iratos,& reſpiciendum ad coronam quam præparauit Deus manſuetis & mitibus. Abſurdum.n.eſt quod athletæ in gymnicis agonibus & pulueribus,verbera & vulnera ferunt propter vanam gloriam,coronam nullius momenti ſpectantes;nos aũt coronandi à Chriſto nõ imperamus iræ, non omnia fortiter toleramus,ſed breuem voluptatem, & iniuſtum honorem,cœleſti honori & gloriæ præferimus. Enimuerò & hoc manifeſtum,

quod cũ multi magniq; fuerint, qui ornatã ac iuſtam vitam egerunt, manſuetudine tamẽ clariſſimi euaſere; quia placidi erga eos fuerunt, qui ſe iniurijs afficiebant. Hac.n. virtute Moyſes Iudęorum inſaniam moderatè ferens, & precibus ſaluans inimicos, honorem & gloriam cęleſtem prę alijs obtinuit, Deiq; amicus vocatus eſt. Hac quoq; virtute & Dauid parcens hoſtibus, Deum ſibi amicum & beneuolum effecit. Petrus & Paulus qui cęleſtem tangebant aſpidem, propter virtutẽ qua conſpicui erant, humanitate tamen & manſuetudine magis claruerunt; quia honorem exhibuerunt ijs qui ſe conuicijs inceſſebant, inimicis benefaciebant, & ſępe lapidãtes precibus ſaluabant. Sciebãt.n. hęc maximè grata Deo, & prę alijs bonis admirabilia, & idcirco ipſi vitam ſuam in manſuetudine tranſmiſerunt, alioſq; ad illam allexerunt. Quin & Stephanum periclitantẽ pro pietate, videmus pro inimicis orare, & mititatẽ in certaminibus admiramur. Sed ad noſtros reuertentes aſinos, cũ Sanctos imitari vos nõ poſſe dicitis, imitemini veſtigia iumẽtorum, ad inſtar iſtorũ manſuetudinem in aduerſis conſeruetis, in hac virtute Deo & hoĩbus miniſtretis. At alias proprietates accedo, breuiter eas expendens. Aſinæ parituræ impendio cauẽt, ne vel in conſpectu hoĩum, vel in luce pariant. Cauendũ quoq; nobis eſt ne adſpicientibus hoĩbus, ob vanam gloriam opus bonum germinemus. Neſciat ſiniſtra tua, qd faciat dextera tua, Noli tuba canere ante te dũ facis eleemoſynã, Intra in cubiculũ cũ orãs patrem tuum. Louanij apud Prædicatores relatione quorundã dignorum cognoui, paucis abhinc annis aſinũ onera monaſterij ferentem fuiſſe. Qui ob cõſuetudinem quandã, in dicterium Belgij totius repoſitus eſt, vt hoĩes cautos, Prædicatorũ aſinos vocent. Id iumentũ in vſu habuit, vt quoties tranſeundum illi fuerat vel ẽt modicam aquam, nunq̃ licet contis vrgeretur prior tranſire voluit; neceſſum erat vt miniſter, medio quoq; verẽ ſe diſcalcearet, & viã per aquas aſello mõſtraret. Si hoĩes dęmonem inſequentes aſininam hanc prudentiã in ſuo itinere obſeruarent, nunq̃ tot & tam innumerabiles in Stygia palude ſubmerſos aſpiceremus. Si quiſq; Satanam ſubſequens ad infernũ, illi inſinuaret & diceret. Tu qui te meum Ducẽ eſſe profiteris, tranſi prior infernalem hunc ſulphure & pice ardẽte decurrentem fluuium, ego ſi te nõ periclitatum fuiſſe, ſi non aduſtum flammis, ſi non demerſum in ſulphure perſpexero, ſubſequar ſi lubet. At quia nullus eſt qui huius memoretur, quia oẽs quaſi in ſecundogenita aſini tranſijmus, quia nemo parſimoniã, obedientiam voci Diuinæ, manſuetudinem, patientiam, humilitatẽ, æmulatur, quia oẽs Satanam ſequuntur, pauci ſunt aſini qui ſaluentur, Primogenitorum ergo iumentorum ſimilitudinem æmulemur, primogenita.n. ſunt illa quæ redimuntur, primogenita quæ non demerguntur ſed eleuãtur ſupra cœlorum firmamentum ad collaudandam Dei multiplicatam miſericordiam in ſæcula ſempiterna, Amen.

Et impoſuerunt ſuper eos veſtimenta ſua, & eum deſuper ſedere &c.

FASCICVLVS TERTIVS.

De Triumpho Saluatoris Hieroſolymam ingredientis.

QVo ſplendore, quave maieſtate Deus olim de Babylone triumphaturus effulſerit, qui veſtrum aſpicere cuperet, Iſaiam ſpeculatorem cõſulat, tali ſerie verborũ, magnificum & admirandum Dei triumphantis in illã vrbem celeberrimam ingreſſum, deſcribentem. Emarcuit cor meum, ait, tenebræ ſtupefecerũt me. Babylon dilecta mea poſita eſt mihi in miraculum. Pone menſam, contemplarare in ſpecula, comedentes & bibentes ſurgite principes, arripite clypeum. Hæc.n. mihi dixit Dominus. Vade & pone ſpeculatorẽ, & quodcunque viderit annunciet. Et vidit currum duorum equitũ aſcenſorem aſini & aſcenſorem cameli; & contemplatus eſt diligenter multo intuitu. Et clamauit vt leo. Super ſpelunca Domini ego ſum, ſtans iugiter per diem, & ſuper cuſtodiam meam ego ſum, ſtans totis noctibus. Ecce iſtè venit aſcenſor vir bigæ equitum, & reſpondit, & dixit. Cecidit, cecidit Babylon, & omnia ſculptilia eius contrita ſunt in terram. Tritura mea, & filia areæ meæ. Quæ audiui à Domino exercituum, Deo Iſrael, annunciaui vobis. Niſi cameli & quadrigæ cuiuſdã vocabula obſtarent, dixerim ego, Prophetam in ſpiritu hodiernum Regis noſtri glorioſum in vrbem Hieroſolymorum ingreſſum conſpexiſſe. Admirabilis illic ſeſſor iumentorũ fuiſſe perhibetur à Propheta, vnum enim commemorat, & duos. Duos quidem, dum videt currum duorum equitum, aſcenſorem cameli. Vnum verò, dum intuetur, & ecce iſte venit aſcenſor vir equitum. Admirabilis etiam hic noſter eques eſt; vnus enim & duo non incõgrue dici poteſt. Duo in naturis, & Deus ſiquidem & homo eſt, Deus eſt ex ſubſtantia Patris ante ſæcula genitus, homo eſt ex ſubſtantia matris in ſæculo natus. Perfectus Deus, perfectus homo, ex anima rationali & humana carne ſubſiſtens. Vnus autem in Vnitate perſonæ. Qui licet enim Deus ſit & homo, non duo tamen Chriſti, ſed vnus eſt Chriſtus: non duæ ſubſiſtentes perſonæ ſed vna, non duo ſed vnus Rex Regum & Dominus Dominantium. Eques ille duum iumentorum miniſterio glorioſè vectus eſt; duorum & ille noſter vtitur. Ecce Rex tuus venit tibi manſuetus, ſedens ſuper aſinã Iſai.21.

& filium ſubiugalis. Vrbem ille magnificentiſſimam ingreditur,ingreditur & iſte non minori gloria, diuitijs, celebrem Ciuitatem. Babylon illa ciuitas confuſionis vocata eſt. Hæc etſi nomen Hieroſolymorum retineat, totius tamen confuſionis quaſi ſentina quædam fuit. Admirandus ille eques vbi ciuitatem ingreſſus eſt, non vulgarem tantum plebem, ſed & deliciantes diuites, & Principes,& Imperatores ſuo aduentu commouit atque conturbauit. Rex etiam noſter cum intraſſet Hieroſolymam, commouit vniuerſam ciuitatem; omnes enim conturbati dicebant. Quis eſt hic? Quis eſt hic? Turbæ quæ præcedebant & quæ ſequebantur clamabant,dicentes: Hoſanna filio Dauid: benedictus qui venit in nomine Domini,hoſanna in altiſſimis. Populi verò dicebant: Hic eſt IESVS Propheta à Nazareth Galilææ. Pueruli infantes in templo vociferabantur dicentes: Hoſanna filio Dauid: Gloria & honor Regi Iſrael. Principes autẽ Sacerdotum & Scribæ, videntes mirabilia quæ fecit, & pueros clamantes indignati ſunt & dixerunt ei. Audis quid iſti dicunt? Tremendus eques ille clamabant vt leo, ſuper ſpelunca Domini ego ſum ſtans iugiter per diẽ. Saluator noſter nunquam dormitabit neque dormiuit, dum ſuper ſpelũcam Domini, ex qua Iudæi latronum ſpeluncam effecerant vigilabat. Vociferabatur & ille ac leo rugiens. Domus mea, domus orationis vocabitur, vos autem feciſtis illam ſpeluncam latronum. Ad ingreſſum equitis illi⁹, cecidit, cecidit Babylon, & omnia ſculptilia Deorum eius contrita ſunt in terram. Ita omnia eius idola comminuit, ac ſi in area eam trituraſſet. Quare & dicit: Tritura mea, & filia areæ meæ: Noſter etiam Rex, vbi ſpeluncam illam latrociniorum intrauit, facto flagello ex funiculis, confuſam illam turbam vendentium & ementium, raptorum, vſurariorum, nummulariorum, idolatrarum triturauit, & eijciebat omnes vendentes & ementes in templo, & menſas nummulariorum, & cathedras vendentium columbas euertit, & auaritiam, & rapinam, & ſimoniam, & idololatriam ex templo profligauit, & Beelos, Beelzebubos, Molochos, Aſtharotes, aliaq; idola, quibus ſacra faciebant Hebręi, deiecit, contriuit, & comminuit, Latrones illos, qui Deo vim intulerant, qui honore ipſum debito priuarant, qui omnia ad dæmonem tranſtulerant, qui profana omnia in ædes Diuinas induxerant; latrones iſtos dico, compreſſit, vicit, & debellauit. Babylon confuſa in templo Salomonis ad eius aduentũ cecidit. Iſaiæ Vatis, dũglorioſum Dei ingreſſum contemplaretur, emarcuerat cor præ ſtupore, & tenebrę obſtupefecerant illum. Non minori ego hodie ſtupore in meipſo moueor, hinc maieſtatem, illinc humilitatem, illinc amorem ardentiſſimum, hinc paupertatem extremam Regis Regum & Dei omnipotentis contemplans. Hæc enim quatuor ſunt, niſi fallor, cauſæ, propter quas Saluator noſter, Triumphantis inſtar Hierſolymorum Vrbem ingreditur. Admirantur plurimi Regem noſtrum, tali pompa hodie Ciuitatem præclaram introeuntem. Marceſcunt quorundã Pſeudoprophetarum, & no-

uorum

uorum Scribarum atque Phariſęorum corda, vbi vident Chriſtum glorioſè procedentem. Murmur etiam nunc & contentio oritur inter plurimos, de Chriſti hodierno triumpho. Sunt qui dicant: Quid eſt hic? & cur ſolēni pompa, tãq̃ de hoſte triumphans incedit? Quæ facinora ille egregia ante mortem patrauit? Quot exercitus inimicorum? quas phalãges hoſtium diſſipauit, proſtrauit? Quas gẽtes? quos populos ſuo imperio ſubiugauit? quos Reges deuicit, vel ſuos tributarios effecit? Herodes Rex tyrannide Iudęos tunc opprimebat, Romani Imperatores cenſus ab eis exigebãt. Tetrarchæ illi Gentiles, Pilati, Philippi, Lyſaniæ, & alij innumerabiles à Cæſare delegati Gubernatores, miſere ciues Hieroſolymitanos, alioſq; Iudaicæ regionis incolas diuexabant, & tantum non enecabant. Si Regem Iſraelis ſe Chriſtus profitetur, ſi Regios triumphos ſibi vſurpat; quos ille Duces, quos Tetrarchas à finibus Iudæorum pepulit? quos Herodes trucidauit? quas Gentes à Tyrãni Romanorũ in libertatem aſſeruit? Si nihil horum vnquam vel cogitauit, quamobrem triumphantis more progreditur? Si nunquam in arenam dimicaturus deſcẽdit; tanq̃ victorioſus gloriã ab hominibus triumphalem exigit? Si nullum hoſtem debellauit; ſi nullũ regnum ſuo acquiſiuit Dominio; ſi neque pacem, neque libertatem mancipijs illis oppreſſis attulit, ſi ipſe cenſum ſeu vectigal vnà cum Petro Romanis ſoluit; quid tanquam libertatis vindex, vel vt pacis & Imperij reparator, triumphos agit? Quod ſi ad mortem turpiſſimam ſubeundã properat, quis vnq̃ ad imminentem mortem, ornatus & lætus proceſſit? quis non potius ſqualidus, non magis pullatus, non lugubris lugubri comitatus caterua, vel etiam inuitus ad ſupplicium ingreſſus eſt? Morituris, arborum funeſtarum ramos, in eorum proceſſione deferre ſoliti erant antiqui: ſi quinto ab hinc die Chriſtus moriturus Hieroſolymã petit; cupreſſus aliqua, vel pinus, vel myrtus, vel alia funeſta arbor potius excindenda eſt, & tum pedibus incedentis ſubijcienda, tum ante eum deferenda eſt. Non oliuarum rami, non lætitiæ ſignantis plantæ, virgulta amputanda & proſternenda. Næniæ potius, non feſtiuæ cantiones ſunt occinendæ. Potiꝰ pro ſalute eius offerendæ p̃ces. Pater, ſi poſſibile eſt tranſeat ab eo calix; q̃ glorioſæ laudes decantandæ ſunt. Triũphalia hæc ſigna in funebria, lętitia in luctũ ſplendor in ſqualorem, oĩa fauſta in infauſta cõmutanda ſunt. ¶ Vt dixi iam, Quatuor ſunt cauſę, pp quas Rex Regũ, triumphantis inſtar Hieroſolymorum vrbem ingreditur. Triũphum agit, pp maieſtatẽ ſuam vniuerſo orbi declarandã. Volebat Saluator, vt hoĩes illum putarent, nõ quidem eſſe de numero vulgarium hoĩum, ſed verum Deum in humanitate aſſumpta regnantẽ, quo maieſtate eius perſpecta, maiori vinculo ſe illi obſtrictos eſſe pro beneficio redemptionis profiterentur. Ponamus inopem aliquẽ à ſerpẽte ictũ de vita periclitari; medici aũt oẽs, vno ore conſentiãt, illũ ſine alienę vitę diſpendio incolumitatẽ aſſequi non poſſe: oportere. n. vt homo aliquis vulneris venenũ lingua lãbat, qui tñ hoc peſtifero conta-

Quæ ſequuntur, pleraque ſũt applicata ex Granatẽſ. alio licet modo & ordine.

ctu protinus ſit moriturus. Huic ſi medici prouiderēt hoīem ad mortem damnatum, aut mancipiū aliqđ cuius vita nihili penderetur, qui vulnus il lius à ſerpente percuſſi lamberet, quo vitam eius ſua morte à morte cōſer uaret: quibuſnā modis ſe huic obnoxium, ſi à morte liberaretur exiſtimaret? Quid ſi nullus ſit, qui vulneris eius venenum ſugere velit, ſed Regis filius cōpaſſionis & miſericordiæ magnitudine excellens, ſeipſum vltrò offerat ad illud abominandū obſequiū & periculum, quo per mortē ſuā vita illi mancipio reddatur, quantis nominibus deuinctus ille homuncio ſuo conſeruatori cēſeretur? q̄ grati animi ſignificationē erga illū haberet? Serpēs ille antiquus draco teterrimus noſtro inſidians calcaneo, nos oēs momorderat, ſpiris venenatis noſtras perflauerat & infecerat animas. Serpentes igniti in vaſta mundi huius ſolitudine exſibilantes, neminē illęſum ꝑtranſibant, oēs illa parte, qua terrā contingunt vulnerabāt, atq; miſere trucidabant; enecatorū infinita penè multitudo vbiq; iacebāt, domus ſingulę in ſepulchra cōmutabantur: nullus tunc erat, qui vulnus grauiter nobis inflictū lamberet, vel obligaret, vel medicamine aliquo ſanaret. Trāſierat Sacerdos, trāſierat & Leuita, Vates quoq; ſancti prętergreſſi ſunt decūbentē hoīem, nullus ex eis malagma, vel Neum ſalutis ſecū deferebat; oēs verò ſe quoq; ſauciatos eſſe cauſabātur. Miſericordia motus hodie Saluator ſolus proceſſit & ad lābendū, & ad abluendū atq; ſanandū vulnera emorientis. Lābenda ſunt, ait, hęc vlcera; veniet tēpus in breui, qn̄ in cruce felleā hanc myrrha permixtam amaritudinē, mihi in ſpōgia oblatā degustabo. Abluenda ſunt ait, hęc vulnera, ego vado ad torcular crucis, calcabunt illic ſolū botrum corporis mei, aſpergent veſtimenta mea ſanguine, vuam cordis mei transfigent dira lancea, ex qua emanabit fons largiſſimus ſanguinis & aquæ, in ablutionē peccatoris & menſtruatæ. Fouēda ſunt & ſananda hęc vulnera. Ramos oliuarū ſubijcere pedibus meis debent, vt ex baccis oleū miſericordiæ profluat, in ſanitatē gentiū. Obliganda ſunt faſcijs? In crucē mihi ſubeundum eſt, in qua conſiſtens, manu extenta velū templi reſcindam, illoq; vulnera hiulca peccatorū circumligabo. Redemptionis & ſalutis iſtius memoria, vt in noſtris cordibus arctius infigeret, maieſtatē ſuā die hodierna voluit orbi manifeſtare, Voluit triūphator vrbē celeberrimā intrare, vt illum vniuerſi contuentes, ſe non à vili quopiā mancipio, non à ſceleſto ad mortem damnato, non à quouis ex plebe, ſed ꝙ Rege vniuerſorum, & Deo potentiſſio redemptos & ſaluatos eſſe meditarent. Vt ſecū in corde euoluerent. Quis eſt hic? Qui me à peccatorū meorū nexibus ſoluere venit? Nō vulgaris ille hō eſt ꝑfectò, imperat.n. multis, imperat colūnis Eccleſię, ꝑcipit Principib. mūdi. Ite, ait, inuenite mihi iumētū, ſoluite, & adducite mihi. Quis verò vnq̄ Imperatorū mūdi, Regi licet ſibi ſubiecto ꝑcepit. Vade, & adduc mihi aſinā? Quis duci īclito vnq̄ īpoſuit, ito ad ſtabulū, ſoluito illud iumētū, exorna, ſterne, & adduc mihi? Nullus vnq̄. Iſte ſol⁹ Principib⁹ mūdi, Iudicib⁹ ſęculi q̄ vniuersū orbē iu

dicatu-

dicaturi ſunt,qui & Angelos ſuæ ſubijcient cenſuræ.Iſte aſſeſſoribus Beatorum ſpirituum, Regibus & Summis Pontificibus imperat. Ite ad illud ſtabulum,inuenite illic iumentum, ſoluite,& adducite mihi. Non eſt vile aliquod mancipium iſte, non aliquis ex numero plebis,ſed Rex eſt Regum,cuius imperio cuncta creata viſibilia & inuiſibilia parent,cui Ciues cœlorum & domeſtici Dei, & Regni ſupremi cœleſtes Principes obſequuntur. Quid ergo ei dignum tali beneficio referam? Quantum me ei deuinctum quod me vinctum abſoluit,debere teſtabor? Quod ſi altius oculos meos defigo,aſpicio hunc Regem eſſe quendam ampliſſimum;tales enim triumphi non quempiam ex Regibus condecent.Quod.n.Apoſtoli ſe ſuis veſtimentis exſpolient,ijſq; aſellū adornent, qd alij veſtes fimbrijs aureis diſtinctas, in terrā pedibus aſelli tranſeuntis cōterēdas ſternant;quod iſte aſello vehatur,quod alij cædant ramos de arboribus oliuarū,& in viam deijciant, ſublimem illū eſſe demonſtrat.Hic ſanè magnificus triumphus.Cui enim triumphanti Orbis Senatores togas pedibus ſubiecerunt? Quis vnquam Africanus,vel Quintius(quos cæteris Romanis glorioſiores egiſſe triumphos refert Liuius) veſtimentis Imperatorum triumphans inſedit? Cui vnquam veſtibus auratis via ſtrata eſt? Nemini præter q̄ Chriſto.Hic video Ioannem dilectum candidiſſimam illam veſtem ſuam deponere,& aſello imponere; Bartholomeus quoq; ille qui ex nobili proſapia ortus,ſplendidis ſemper vſus eſt indumentis, ſuam exuit gemmis diſtinctam & auro intextam chlamydem,& loco phaleræ fulgētis iumentum ea exornat.Petrus deinde vertex Apoſtolorum, pallium ſummi Pontificatus è ſuis humeris deponit;& non complicatum quidem ſed diſtenſum ſupra iumentum appendit. Video deinde omnes certatim Regni cœleſtis Duces accurrentes,& ſuis manibus Saluatorem ſupra iumentum ſiſtentes.Video quod ille purpuream,alius hiacynthinam,alius byſſinam,alij holoſericas, plurimi deauratas veſtes diſrumpunt & in terram deijciunt: video veſtimentorum varietate ac periſtromatibus quibuſdam vel ſpecioſiſſimis floribus omnem terram effulgentem.Cui triumphatori vnquam talia præſtiterunt? Quod Dominus aſello inſideat,hoc maieſtati nihil derogat,imo plurimum addit. M.Fabius olim de hoſtibus victoria potitus inſigni,clarior fuit, quod ſplendorem triumphi externum repudiauit,vt Liuius author eſt. Huic quoque aſellus nihil à maieſtate diminuit;imo quo dignior humilius procedit,tanto magis reſplendet. Video deinde hos de arboribus virentes ramos cędentes & in terram deijcientes,alios vernātibus roſis, alios lilijs candidis, alios purpureis violis, alios alijs odoriferis floribus viam ut quibuſdam ſertis coronantes, alij Sabæos odores vndequaque ſuffumigant, alij ſponte accurrentes præcedunt & ſequuntur,& in turmas diſtincti Triumphatorem mundi collaudant, alij in choros ſeparati, lætiſſima concinunt cantica,alij promiſcuè voces ad ſydera vſque attollunt ſæpius intonantes: Hoſanna filio Dauid,

alij

alij accedunt ad pedes Saluatoris,& ſemel & iterum poplite flexo adorāt dicentes: Aue Rex Iudæorum; Tantam maieſtatem contueor, vt eam nullus hominum trophæa reportantium præſe tulerit vſpiam. Quadriga illi aurea vt plurimum vehebantur; Chriſtus licet aſello ducatur, maieſtas tamen & faſtus repulſus, longè ampliorem adferre ſolet maieſtatem. Coronati illi quercina vel myrti corona incedebant. In Saluatoris vertice corona aurea Diuinitatis, ſigno ſanctitatis expreſſà refulget. Veſtibus uel purpureis vel byſſinis induti illi ſplendebant; at quid maius? veſte indui, an verò eam pedibus iumenti baiulantis calcare? Mancipiorum turba, paraſitorum & adulatorum greges alios ſequuntur; at quantò dignius eſt à liberis, nobilibus, totius mūdi Principibus, ab Eccleſiæ Chriſti Epiſcopis, à Summo Pontifice, à Regibus & Angelorum iudicibus deduci? Aſſentatorum vocibus alij celebrantur. Sed Chriſtus præconum veritatis, Chriſtus infantilibus linguis ſuam perficit laudem. Arma, tela, ſigna, pecunias, aurum, argentum, ſpolia plurima, alij triumphos agentes ante & poſt ſe deferunt. Chriſtus nihil quidem eorum quæ faſtum oſtentant, ſed ramum virentis oliuæ, pacis ſempiternæ inter Deum & hominem firmatæ ſignū, circumfert. Non cupreſſina, non myrti, non populacea vel funeſtæ alterius arboris virga ante eum defertur ſed oliuæ; non enim mortem ſed vitam in ſe credentibus attulit; non mortem infauſtam ſed longè fœliciſſimam ſubiturus eſt. Non à morte, neq; à ſepultura abſorbendus, imo & infernum debellaturus, & morti mortem allaturus procedit. Omnia longè à ſæculi triumphatoribus diuerſa, qui enim Triumphum agit, Rex Regū eſt: qui mea vulnera ſanat, Deus Deorū eſt. Hunc ergo triumphi ſplendorem, ideo Chriſtus egit, vt ex eo vilis homuncio intelligat, quis ſit qui pro eo ſaluando & ſanando in terras deſcenderit: vt tanta claritate circumfuſus, partim Diuina maieſtate, partim verò vilitate ſua animaduerſa, toto affectu cum Propheta clamet. Domine quid eſt homo quod memor es eius, aut filius hominis quia reputas eum? quem videlicet tu qui nullius indigus fœliciſſimam traducis vitam, qui Orbis vniuerſi ſupremus Monarcha exiſtis, tāti facis, vt vitā tuam p illū periculis obieceris? Quod perinde eſt ac ſi diceret. Cum incredibilem tuam erga nos beneficentiam Domine conſidero, & mecum ipſe diligentius etiam atque etiā cogito, omnium rerum Dominum & effectorem Deū, noſtræ ſalutis cauſa formam, & conditionem ſerui accepiſſe, & vt nobis immortalitatem ſuam impartiret, mortalitatem noſtram induiſſe, & poſt maximos labores & ærumnas, acerbiſſima morte vitam profudiſſe, vt nos æuo beatiſſimo atque ſempiterno frueremur; hęc ego cum animo meo ſæpe multumque reputo, tantorum meritorum excellentia ſtupefactus exclamo. Domine quid eſt homo, quod eius ſaluti & commodis, tanta benignitate conſulis ac prouides? Quis inquam homo eſt, quod eum peſtifero morbo laborantem inuiſas, & eius vulnera tuis vulneribus ſanes? Quid filius hominis,

vt cum

vt eum moriturum, ſanguine tuo aſpergas, & morte ſua vitam ipſi reſtituas? Quid homo, vt eum tantum repures, quod & animam, & corpus, & vitam, & teipſum totum in eius redemptionem profundas? Quid te Domine impulit, vt tanto tuo incommodo, commoda noſtra captares? Homines enim niſi commoditatis alicuius ſpe inducti, ad omnem laborem torpent & languent. Quæ igitur ſpes, quod lucrum his tantis laboribus tibi propoſitum erat? Quid quæſo captare poteras qui nullius eges? quid acquirere qui omnium es Dominus? Quis habet quicquam non tuum? Tu qui nulla re cares, qui omnium bonorum compos es, qui omnia tua maieſtate imples, non eſt cur aliquo moueri debeas. Quam ergo vtilitatẽ ex hoc tanto opere referre poteras? Non ergo propter vllam commoditatem tuam ſed pp nos homines, & propter noſtram ſalutem, non contentus malis noſtris conſuluiſſe, mala inſuper noſtra in te ſuſcipere, miſericorditer voluiſti. Quid ergo retribuam tibi pro vniuerſis quæ tribuiſti mihi? Quas grates tibi referam? Si aliquis Rafael eſſet creatus, dimidium bonorum mihi conceſſorum ei diſtribuerem. Si aliquis hominum, vitam meam pro ipſo quoq; impendere paratus eſſem; tibi qui meorum non eges bonorum, quid dignum offeram? quid tanto beneficio iuſtum perſoluam? Quia nullam vicem tibi reddere poſſum, ęterno grati animi officio, continuis laudibus, aſſiduaq; huius tanti muneris conſideratione, aliqua ſaltem ex parte tibi quippiam rependam. Si non cum Angelis ſaltem cũ pueris, infans quoq; & imbellis ego in laudes tuas prorumpam, tua laus ſemper erit in ore meo, ſemper ego tibi miſericordiam & maieſtatem cãtabo, dicens: Benedictus qui venit in nomine Domini. Hoſanna in excelſis. Triumphum deinde agit, vt pompas ac faſtum mundi damnaret, & humilitatis exemplum quæ virtutum omnium fundamentum & cuſtos eſt, regniq; cœleſtis præcipuum decus & ornamentum eſt, ſeipſum monſtraret. Lex.n. huius noui regni profeſſio eſt meræ humilitates. Alij quidem victores triumphantes, quum ſuis triumphis nõ niſi gloriam & laudem aucupent, faſtum & pompam, & ſplendorem qui oculos percellat quam maximè oſtendunt; opera.n. illorum vt à radice ſuperbiæ ortus ſui initia habuere, ita ad ſuperbiæ quoq; culmen attingere nitũtur. Chriſtus autem quia facinora egregia quæ vnquam molitus fuerat, ab humilitate exorſus eſt, & in humilitatis profundæ ligno coronidem illis appoſuit, quia gloriam futilem ab hominibus oblatam nihili duxit, non illa quæ pompam oſtentent in ſuo triumpho oſtendit, non currus auratos vt Reges cæteri agit, non equorum multitudine, non auri & argenti copia, non veſtium nitore, non fulgore gemmarum, non captiuorum numero, non miniſtrorum ſedulitate, non ſignorum & armorum terrore, non robore ingentis exercitus, non aliquo alio quod ſuperbiæ nota ſit admirandus habetur, ſed humilitate. Sed pro curribus auro & oſtro fulgentibus iumẽto abiecto & humili. Cum.n. cerneret ſuperbia & auaritia fieri, vt homi-

nes

nes à cœli conſpectu deiecti terram intuerentur, vt eorum oculos ad cœli conſpectum excitaret, exemplo humilitatis & paupertatis, ſuperbiæ & auaritiæ ſecurim inflixit. Vbi primum natus eſt in mundum, in ſtabulo natus & in præſepio reclinatus, humilitatem ſtabilire & oſtẽdere voluit. Non.n. ſuperbas ædes, non elatam matrem elegit, ſed humilem, quæ ſe de humilitate gloriatur dicens: Quia reſpexit humilitatem ancillæ ſuæ. Hanc virturem natiuitate & morte ita commendauit, vt huic virtuti celebrandæ, & mentibus hominum trabali clauo infigendæ, totum incarnationis & paſſionis myſterium Eccleſia in huius diei oratione tribuat, cũ ait: Omnipotens æternæ Deus, qui humano generi ad imitandum humilitatis exemplum, Saluatorem noſtrum carnem ſumere, & crucem ſubire feciſti. Vnde ſicut priuſquam ad Crucis ſupplicium prodiret, diſcipulorũ pedes lauit, vt eis humilitatem commendaret, ita humili nunc vehitur aſello, vt inanem hominum faſtum & ſuperbiam exemplo ſuo deijceret. Nouerat.n. ceruicis noſtræ duritiem; nouerat humanæ naturæ morbum, qui à ſuperbia initium ſumens, eodem morbo nos ſemper infeſtat. Nouerat etiam hominis ingenium, parendi atq; alijs ſeſe ſubmittẽdi neſcium; meminerat ſe dixiſſe. Niſi conuerſi fueritis, & efficiamini ſicut paruuli, non intrabitis in Regnum cœlorum; ideoq; tam multa excogitauit exempla, quibus nos ad huius tam neceſſariæ virtutis amorem incitaret. Vera enim illa Senecæ ſententia eſt, Nunquam nimis dicitur, quod nunquã ſatis diſcitur: quibuſdam remedia monſtranda, quibuſdam inculcanda ſũt. Interrogatus quidam, quis potiſſimum commeatus nauigaturis in lõginquas horas neceſſarius eſſet. Aquam reſpondit. Rurſumq; rogatus quid ſecundo loco neceſſarium eſſet, aquam iterum reſpondit, tertio quoq; idem interrogatus, eodem modo reſpondit. Qua loquendi figura, quam eſſet huius elementi copia nauigaturis neceſſaria declarauit. Quia ergo ſummus ille humilitatis magiſter virtutis huius dignitatem & neceſſitatem adeo probe tenebat, ideo quamdiu inter homines verſatus fuit, nunquam deſtitit ſiue in vita ſiue in morte, varijs eam documentis & clariſſimis exẽplis commendare; vt vel hoc argumento intelligerent homines, præſtantiſſimum illud eſſe quod æterna ſapientia tot modis in omni vita animis hominum infigere voluerit. Cum æſtate incipiente præmaturas ficus homines ſolicitè inquirunt, ſi quam fortè viderint paſſerculorum morſibus ac delibatione ab alijs diſtinctam, protinus eam velut iam maturam abripiunt: quod intelligant auiculas quæ certo naturæ inſtinctu erudiuntur, in huiuſmodi electione non decipi. Si ergo tantum apud te auium electio valet & iudicium; cur non idem apud te authoritatis pondus habeat, vt ea tibi amplectenda eſſe maxime ſtatuas, quæ is amplexus eſt? ea verò repudianda, quæ ipſe repudiauit? Si is igitur terrenas opes, ſi faſtum & ſuperbiam mundi calcauit, ſi ab ipſis incunabulis labores, inopiam, & humilitatis officia ſectatus eſtur, non id maxime probandum eſſe credamus,

quod

quod ipſe probauit, qui vel hoc nomine à Propheta commendatur, quod ſciret reprobare malum, & eligere bonum? Nitorem veſtium ille pedibus ſuis calcauit; quis rurſum aureis vel purpureis ſuum ornare corpus audebit? quis non potius vili panno turpitudinem operiet ſuam? Aſello ille humili vectus eſt. Quis ex finibus terræ, quis à Turcis, quis ab alijs gentibus ſuperbientes exquiret equos? Quis Bucephalos, quorum apud omnes nobiles infinitus alitur numerus, è ſuo ſtabulo non expellet? precium illorum non in pauperes diſtribuet? Quis phaleras auratas? quis fręna, calcaria, capitia, epiphia auro, coruſcantia non abhinc deijciet? non potius humili ſi opus erit iumento incedet? Superbiam Chriſtianorum nobilium, non poſſum vehementer non mirari. Redditus annui. Vix duo millia quiſpiam habet, & ſtabulum beſtijs ad precium quatuor millium aureorum accedentibus occupat. Vix duo iugera agrorum poſſidet, fœnum in tanta copia colligit, vt vix lectum in quo deſcũbat conſternere poſſit, & ſtabulum equis repletum poſſidet. Quo ſe ad honeſtatem & grauitatẽ induat, quo filiorum, quo vxoris, quo familiæ turpitudinem operiat, vix inuenit; quo rei familiari prouideat, quo apud poſteritatem memoriam ſui relinquat, quo creditoribus ſatisfaciat, non ſatis imo nihil habet; & equorum multitudinem alere cõtendit, & omnia in equos, omnia in equorum ornamenta impendit, vt glorioſus ac triumphum de hoſtibus referens per plateas Ciuitatis decurrat. Quæ ſuperbia? qui faſtus eſt inter vos ò Nobiles? Chriſtus aſello triumphaturus inſedit. Chriſtiani equis inæſtimabilibus? Chriſtiani nullo hoſte ſubacto, nullo præclaro patrato facinore triumphantes quotidie vehuntur? Chriſtus moriturus humili vititurio mento. Chriſtiani ad ſepulchrum, ad mortẽm ſingulis momentis delabẽtes, glorioſè ad ſuam perniciem euolant? Chriſtus comminatur. Niſi efficiamini ſicut paruuli, non intrabitis in regnum cœlorum. Nobiles Chriſtiani gygantum ſtaturam in equis ſuperare nituntur, & ad regna cœlorum per illam anguſtam portam intrabunt? Quis tumor? quæ pópa Chriſtianorum? Humilem ſequimur ducem ſuperbientes? Aſello vectum regem, ſatellites leonibus inſidentes aſſociantur? In mundi Imperatore omnia abiecta, & humilia; in militibus, in vermiculis cuncta ſplendida, omnia ſplendentia? Deus ſe deijcit pone vſque ad terram, miſeri homunciones ſuper equos alatos cœlum vſq; attingere deſiderabunt? Quis vnquã militem, maiori quam Imperator ſplendore incedentem aſpexit? Quis ſeruulum Rege ſuo magis tumore & faſtu elatum agnouit? Sed illud quoque non parum perurget. Quis vnquam morti deſtinatus, crucem baiulans ſuperbientem equũ conſcẽdit, & auro oſtroque reſplendẽs ſuæ mortis ſupplicium glorioſe ad vſque necis theatrum detulit? Nullus vnquã. Chriſtus Saluator noſter noſtris humeris crucem impoſuit. Qui vult venire poſt me, aiebat, abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam quotidie, & ſequatur me. Mortis ſententiam in nos tulit, ſtatutum eſt.n. hominib.

ſemel

ſemel mori, poſt hoc autem iudicium. Duos iam miniſtros nobis admonuit, qui die & nocte laqueos collo imponentes noſtro, nos ad tremendum mortis theatrum volentes nolentes abducunt. Quotidie.n. morimur, & quaſi aquæ præterlabimur, ò quam glorioſum eſt, morti adiudicatum, triumphantis more per vrbem diſcurrere? quam ridiculum, quam inſanum, ſupplicium ſuæ mortis in ſuis geſtare humeris, & in equo phalerato hinc & inde euolare? Væſani hominis indicium eſt, à miniſtris ad mortem abduci, & tamen pompam & faſtum præſe monſtrare. Deponite oro hunc tumorem, deſcendite ex iſtis Pegaſis, Bucephalos à veſtris ſtabulis diſpellite, vel pauperum vſibus concedite. Pauperrimus hodie etiã nunc Chriſtus, quandoq; pedes incedit, & ex itinere longinquo defatigatur, Diſcite à Chriſto quia hodie humilis triumphum humilem agit, vt vobis humilitatis exemplum oſtendat. Tertia cauſa eſt propter q̃ triumphans incedit Saluator, vt ardentiſſimum amorem ſuum erga nos demonſtraret. Sancti illi qui ſui ſanguinis profuſione ſempiternam ſibi laudem & palmam obtinuerunt, quo amoris ardentes flammas quibus erga Deum ſuccenſi fuerant teſtatas facerent, prompti, alacres, lætitia quadam perfuſi ad internecionem properabant. Andreas Apoſtolus cum ad crucis patibulum ductus, poſtquam multa in laudem crucis exclamando dixiſſet. inter cætera eam ſalutans & amplectens aiebat. O crux diu deſiderata, & iã concupiſcenti animo præparata. Securus & gaudens venio ad te; ita vt tu etiam exultans ſuſcipias me diſcipulum eius qui pependit in te. Laurentius dum ad craticulam vocaretur ad impiiſſimum tyrannum confidenter dicebat. Infœlix has epulas ego ſemper optaui. In craticula autem cũ ardentibus prunis aſſaretur. Iſti, inquit, carbones mihi refrigerium præſtant. O cœleſtem vocem fortiſſimo martyre dignam. Tãtò.n. ardore martyrij poculum ſitiebat, vt cum illud biberet, flammas ignis refrigerium ſibi eſſe prædicaret. Sic & Saluator quo flagrantem amoris ignem erga homines in ſuo pectore ardentem demonſtraret, propere, prompte, alacriter, lætitia perfuſus inenarrabili pergit ad mortem: exultabit vt gygas ad currendam viam, & gaudio efferebatur ad opus ſalutis noſtræ conſumandum. Non mœrore depreſſus, non ſqualore, non luctu, non dolore aliquo tabeſcens, non lachrymas ciens, non eiulatus, non planctus alicuius gemebundas voces repetens, non funeſtis arboribus ante eum delatis, non nænijs decantatis, ſed ſignis ingentibus lętitiæ, hinc oliuarum, illinc aliarum arborum lętis frondibus circumcinctus populo hinc pręeunte, illinc ſubſequente, & laudes eius occinente proceſſit. Parentes quidem filiorum dies natales, coniuges nuptiale tempus, Imperatores qui ingentes populos magnaſque vrbes bello domuerunt, triumphum agere ſolent. Seruatori autem noſtro nullus triumphus maior, nullum feſtum celebrius, nulla dies fœlicior, quam quæ illi & ſuæ mortis, & ſalutis noſtræ occaſionem præbuit. Ideo nihil mirum ſi hanc tantam ſuam gloriam atque lætitiam,

tiam, triumphalibus palmis & magna totius populi gratulatione voluerit non adumbrari, ſed etiam celebrari. Quantum angeretur propter dilatum paſſionis ſuæ tempus; declarauit ipſe, dum dixit. Baptiſmo habeo baptizari, & quomodo coarctor vſq; dum perficiatur? Adeo.n. propter ſalutem noſtram baptiſmo cingi ſui ſanguinis cupiebat, vt celeritas omnis in mora illi eſſet, quamdiu ſalutis noſtræ remedium differebatur. Quod ſi ſpes quæ differtur affligit animum, quantum ſanctiſſima illa anima affligebatur, quando negotium hoc differebatur? Rurſumque. Si deſiderium vbi completur, delectat animam, quantum hodie hęc eadem anima gauiſa eſt, quando hoc ſummum eius deſiderium completum fuit? Hoc enim vehemens deſiderium habet, vt abſentia rei deſideratæ crucietur, præſentia verò tantum delectetur, quantum eius deſiderium extitit. Si ergo cum tanto gaudio. Propter noſtram ſalutem Chriſtus Dominus pergit ad ſupplicium, quid miramur ſi internam eius lætitiam ramis palmarum & oliuarum, & multitudinis fauſta acclamatione voluerit celebrari? Hanc & alacritatem & charitatem animi illius, ruſa illa vitula deſignabat, quam olim Dominus in lege extra caſtra in holocauſtum offerri præceperat. cuius cineres, legales hominum immunditias expiabant. Hanc autem vitulam humanitatis Chriſti imaginem geſſiſſe, qui in remiſſionem peccatorum noſtrorum extra portam paſſus eſt, omnes fatentur. Sed quid eſt quod rufam Dominus magis, quam alio colore tinctam ad hoc ſacrificij genus elegerit? Quid rufus color ad religionem magis, quam ater aut albus? Quis hoc legis præceptum, niſi myſticum eſſet, ſuperſtitionis non accuſaret? Quod cum in Diuinas leges nullo modo cadere poſſit, neceſſe eſt vt ad arcanos & intimos ſcripturæ ſenſus confugiamus. Quid autem rufus vitulæ color, niſi igneam Chriſti dilectionem deſignat? Hac.n. inflammatus, tanta alacritate ad ſacrificium paſſionis pro noſtra ſalute cucurrit. Quid.n. eum de cœlis ad terram niſi charitas traxit? Quid ad paſſionem, ad alapas, ad ſputa, ad opprobria, ad flagella, ad crucem deniq; & mortem tanta animi alacritate, niſi ſalutis noſtræ ardor compulit? Hæc ergo eſt vitula rufa, quę paternæ glorię & humanę ſalutis ardore ſuccenſa, ſe totam in ignem paſſionis coniecit, vt eius cineribus, glorioſis meritis & virtutibus non legales immunditiæ, quæ corpus magis quam animum inquinabant, ſed totius mundi ſcelera expiarentur. Reges quidem & Imperatores amore ſui Regni vel Imperij ſuccenſi, vbi ad pugnam prodeunt, glorioſo ſplendore effulgentes, multa amicorum, Principum, Ducum, & Nobilium, & Militum & exercituum ſtipati caterua incedunt. Ad ſingulare certamen & Saluator noſter pro noſtra eliberatione & defenſione hodie prodit. Cum Sathana dimicaturus & nos ab eius iniuria vindicaturus hodie deſcendit; quo igitur ſe manus cum dæmone, non ſui ſed noſtri gratia conſerere, non propter ſe ſed propter noſtrum amorem atroci prælio decertare inſinuaret, accerſit multam amicorum turbam qui illum precedãt & ſe-

& ſequātur. Orbis Senatores, Inclytos Regni cœleſtis Duces, fortiſſimos illos Eccleſiæ ſuæ Principes aduocat, exercitus ingentes populorum ſecū ducit, qui magnitudinem dilectionis, ex interno & externo gaudio eius æſtimarent atque teſtarentur, qui aduerterent illum ob acerbitatem imminentis paſſionis non animo concidiſſe, ſed leto & alacri ſpiritu, intrepide, audacter, ac ſi ad delicias quaſdam iamdiu concupitas, ad mortis locum aſcendiſſe. Socrates apud Platonem Cygnos tum magis dulciuſque cantare affirmat, cum ſe breui præſentiant morituros; quaſi lætantes Deo gratias agere viderentur, quod ad eum cuius miniſtri ſunt migrationem parent. Candidiſſimus hic noſter olor, nulla peccati macula contaminatus, ſe paucis poſt diebus obiturum præſentiebat. Non ipſe ſolum lætitia inenarrabili commotus exultabat, dulceſque perſonabat hymnos, ſed & alios concitauit, eorumque fibras gutturis aperuit, & in laudum præconia reſoluit, qui ſuauiſſimam emitterent vocem, Deo gratias referentes, qui dicerent. Benedictus qui venit in nomine Domini. Benedicta ſit mater illa quæ te vtero ſuo prolatum incontaminato nobis Saluatorem edidit. Benedictus ſurculus ille Ieſſeus, qui te ſpecioſiſſimum florem in odorem viuificationis mundo germinauit, Benedictus ſis & tu qui veniſti in nomine Domini; Benedictus ſis quid ſpiritus tui ductu & afflatu mentes noſtras colluſtraſti, quod ſplendore verbi tui tenebras errorum diſpuliſti, Benedictus ſis quod Euangelij ſanctiſſimis legibus & inſtitutis mūdum inſtruxiſti, quod gentes ad tui nominis agnitionem, ad veræ fidei lumen, adque tuum gremium ſub vmbra alarum tuarum collegiſti, quod innumeris beneficijs cunctos affeciſti mortales. Perge ad conſumādam noſtræ ſalutis œconomiam, macte virtute hoſtem alacer aggredere, iacula in eum tua intorque, ſagittas deſolatorias in eius pectus eiaculare; non gladio quidem ferreo, ſed baculo crucis adorandæ ipſum percute & proſterne. Ne vereare potētiam ipſius, ne aſtus aliquos pertimeas, ne ſuppliciorum, ne vulnerum quæ in duello ſuſcipies acerbitas te à tuo deterreat inſtituto. Perge alacer, Benedictus in toto vitæ decurſu fuiſti, proſpere tibi cuncta ceſſerunt, de Satana multis vicibus trophæa retuliſti, hoſtium acerbiſſimorum multoties compreſſiſti audaciam. Bono ſis animo, coronidem hanc fœliciter tuis facinoribus impones, truculentiſſimum humani generis hoſtem proſternes, & conculcabis, nos ab eius eripies tyrānide, nobis poteſtatem conterendi omnem vim & poteſtatem inimici, vt nihil nobis nocere poſſit concedes. Sacratiſſimæ paſſionis & vitæ tuę meritis nos mirificè ditabis, nos ad æternam fęlicitatem perduces, quæ omnium malorū ignara, bonis omnibus refertiſſima eſt. Talia in Saluatorem noſtrum triūphantem populi illi decantabant. Sed & ipſe Rex Triumphator morti vicinus, non obmutuit, ſed inſtar oloris, creditur in has prorupiſſe voces. Benedico te Pater adorande, quod me ad inſigne redemptionis humanæ opus delectum, tantis ornatum chariſmatibus ad eam vſq; horam clariſ-

ſimum

ſimum populis effeciſti;ego quod mihi interfuerat miniſterium, partem illius compleui,ego te clarificaui ſuper terram, ego conſummaui opus quod dediſti mihi vt faciam,ego nomen tuum manifeſtaui hominibus quos dediſti mihi;ego verba quæ dediſti mihi,dedi eis. nunc pro eis ſanctificare meipſum diſpono, nunc oblationem ſuauiſſimam in hac omnium ſacrificiorum. Vrbe tibi immolare in ara crucis cogito, tu faue cæptis,in meum adiutorium intende,ad me adiuuandum feſtina,apprehende arma & ſcutum,& exurge in adiutorium mihi, non ſupergaudeãt mihi inimici mei, non dicant ſuper me aperientes os ſuum; euge euge deglutiemus eum, Dexteram tuam modo notaui facias,inſipientibus in opprobrium & cõculcationem ne dederis animam meam. Venit hora,clarifica filium tuum vt filius clarificet te.ego lubenti animo ad ſupplicium incedo,gaudio ingenti perfundor quia venit hora mea, exultatione maxima efferor ego ad currendam hanc viam. Poſtrema cauſa eſt propter quam Saluator humilem agit triumphum,vt ſe paupertate extrema depreſſum eſſe oſtenderet: Pauperrimam illam matrem, diſcipulos nõ claros fortuna,ſed inopes valde & ignotos elegerat; Domum nullam habebat vbi reclinaret caput, cũ de loco ad locum tranſeundum erat, pedibus iter faciebat, & ſic faciebat vt labore plerumq; conficeretur. Paupertatem in omnibus voluntariam obſeruabat;Vt etiam in fine ſui obitus,ſe nihil poſſidere declaratur, alieno iumento non ſuo,non proprijs ornamentis, ſed alienis veſtibus conſtrato,non equis aut mulis,non ſplendida quadriga, ſed humili aſello humilis & pauper defertur. Vt ab hinc ad mores tranſeamus. Duo ſe nobis efferunt ad efficiẽdum, alterum paupertatis,alterum miſericordię opus. Paupertatis vt illam exemplo Regis Regum pauperrimi non refugiamus ſed complectamur. Miſericordiæ autem,vt Chriſto pauperi viſcera pietatis aperiamus. Oſtiatim quoq; nunc etiam nudus incedit, vngatur etiam modo per vicos & plateas,ſtipem in pauperibus ſuis à te requirens. Nudus ille in nudo paupere algeſcit, eſurit in fame tabeſcente, defatigatur in paupere ędes obeunte,aliena ope indiget in neceſſitatibus oppreſſo,veſtem vt nuditatem eius operiamus à nobis expoſcit, panem & aquæ calicem,vel cibi reliqas exigit: Sic & nos faciamus,monebat Chryſoſtomus; Hom. 67. in Matth. & laudes cantemus,& veſtimenta eis tradamus qui ipſum afferunt. Qua enim re digni erimus, cum illorum alij aſinam veſtimentis ſuis Chriſti ſeſſuri gratia ornarent,alij indumenta humi ſternerent,ſi nos nec nudum ipſum videntes à reconditis pro eo quicquam impendere volumus? Et cum illorum alij præcedunt,alij ſubſequantur, nos aduenientem repellamus,atq; contemnamus; quo putas hæc ſupplicio digna eſſe? Accedit ad te Dominus indigens,tu ne ſupplicantem quidem audire poteris, ſed accuſas & increpas,præſertim cum talia verba perceperis. Quod ſi ad poculum aquæ offerendum,& fruſta panis præbenda adeo tenax, auarus & piger es; quid faceres ſi vniuerſa tibi eſſent euacuanda? Non vides quot

lumine repleta Luna, ſuā nobis ſubtrahebat lucē. In plena luna, nobis ad ſolis exortum occumbēte; & velut à potentiori percuſſa & obſcurata à nobis ſummo mane decedente. Et valde mane vna Sabbathorum, veniunt ad monumentum, orto iam ſole. Surgens IESVS mane prima Sabbathi, apparuit primo Marię Magdalenæ, de qua eiecerat ſeptē dæmonia. Quæ ſtatim diſcedens, nunciauit his qui cū eo fuerant lugentibus & flētibus. Qualem aūt nobis eum prodiderit, Euangelium teſtatur, ꝙ reuolutū, immutatum, & metamorphoſi quadam admiranda transformatum. Et reſpicientes mulieres, ait, viderunt reuolutū lapidem. Inuolutus erat tertio abhinc die noſter Calcedonius, ſputaminibus ſpurciſſimorū Iudæorum; hodie viderunt reuolutum & emundatum ab eis; terra corroſit oēm ſpurciciem ſacratiſſimo corpori adhęrentem. Nuper inuolutus erat cruore, & ſanie; hodie viderūt reuolutum & expurgatum ab ea. Nuper liuidus plagis tumentibus inuolutus erat; hodie viderunt reuolutum; cicatrices quidem ſed eas fulgentiſſimo radiantes ſydere geſtabat, plagas non iam tumentes ſed ſplendidas, non liuentes ſed candidiſſimas circumſtantibus monſtrabat. Nuper inuolutus erat veſte purpurea quidem ſed irriſoria; nūc viderunt reuolutum, amictum ſtola immortalitatis & gloriæ nitida; nuper ſyndonibus nouis à Ioſepho inuolutum poſuerant in tumulo; nunc vident reuolutum, circumdatum lumine ſicut veſtimento. Dn̄s regnauit, decorē indutus eſt, indutus eſt Dn̄s fortitudinē, & pręcinxit ſe virtute, poſuit diadema coruſcantibus gemmis diſtinctū in ſuo capite: capillorū flauum in aureum vel candidum colorem cōmutauit: rugas faciei antea mortalis, nunc rubore ſempiterno & complanauit & condecorauit: vultum luce ſolis lucidiorem effecit; multicoloribus gloriæ veſtimentis ſe circumamicijt: animale corpus in ſpirituale, ignobile in nobiliſſimum, terrenum in cœleſtia ſublimitate ſuperans, infirmum in fortiſſimum, craſſum in ſubtile, obſcurum in clariſſimum, mortale in immortale transformauit. Viderunt Sanctę iſtæ mulieres in reſurrectione reuolutum, olim inuolutum & deformatum precioſiſſimum hunc noſtrum lapidem. Talem & Ioannes in ſua Apocalypſi aſpexit. Conuerſus, ait, vidi ſeptem candelabra aurea, & in medio ſeptē candelabrorum aureorum ſimilem filio hominis, veſtitum podere, & præcinctum ad mammillas zona aurea, caput aūt eius & capilli erant candidi tanq̄ lana alba, & tanq̄ nix, & oculi eius tanq̄ flāma ignis, & pedes eius ſimiles aurichalco ſicut in camino ardenti, & vox illi⁹ tanq̄ vox aquarū multarum, & habebat in dextera ſua ſtellas ſeptem, & de ore eius gladius vtraq; parte acutus exibat, & facies eius ſicut ſol lucet in virtute ſua. Cum aūt Ioannes tā ſublimi viſione perterritus, corruiſſet in terram. Ne in ſuſpicionē vocaret perſonam apparentem, quænā foret tam admiranda, tā illuſtris. Saluator noſter ſeipſum prodidit, impoſita dextera ſua ſuper Ioannem dicens ad eum. Noli timere; ego ſum primus & nouiſſimus, & viuus, & fui mortuus, & ecce ſum viuens in ſæcula ſæculorum,

& habeo claues mortis & inferni. Metamorphoſim quidem antea admirandam perpeſſum Saluatoré, olim aſpexit idem Ioannes, ſed longè inferioré hodierna transformatione. Illa fuit à lumine in vno inſtanti pertranſeunte, hæc à luce ſempiterno æuo perdurante. Percellnit illa mortalium Apoſtolorum tm̃ oculos, hac & mortalium & immortalium, non hoīum ſolum ſed & beatorum ſpirituum obtutus colluſtrauit & lætificauit. Trãſfiguratus Dñs, in monte ſpinis & tribulis operto ſuã demõſtrauit gloriã; reſurrectionis dotibus ornatus, fulgoré ſuum & in mõtibus, & in hortis, & in cęnaculis, & in ciuitatib. & in prouincijs, & vſq; in inferioribus terræ partibus, declarauit. Lumine Diuino tunc corpus ſuum candidum, ſed non impaſſibile, non immortale, non ſubtile, non perlucidum effecit, in illo.n. corpore ante mortis ſuæ diem & famem, & ſitim, & labores, & dolorem, & cruciatus, & morté ipſam ſuſtinuit. Chriſtus aũt reſurgens ex mortuis iã non moritur, mors illi vltra non dominabit. Quod.n. mortuus eſt, mortuus eſt ſemel; qđ aũt viuit, viuit Deo. Reſurgens in beato corpore, nõ ęſtu, non frigore, non eſurie, non ſiti, non aliquo vel labore vel dolore, vel męrore, non cruciatibus diuexabitur. Aufugit ab eo oīs anxietas, oībus curis ſolutus, lętiſſimã & fęlicem traducit vitã: non amplius traditorem, non militum cohortes, non amariſſimum calicé, non coronam ſpineã, non flagella, non ſcorpiones, non ſnĩam iniuſtam, non felleam myrrham, nõ acetum inſuaue, non mortis ignominioſæ genus expaueſcit, non amplius de exceſſu paſſionis loquitur, ſed his oībus præterlapſis, ſupra omnia creata ad ſydereum tranſlatus thronum, Cherubinos ipſos gloria, maieſtate, fœlicitate, immenſo quodam perfuſus lumine tranſcendit. Fœlicem profectò hac in parte ipſius paſſionem dicere non verebor: hæc enim vt noſtræ immortalitatis, ſic & ipſius, vt noſtræ ſic & illius gloriæ ſplendoris, claritatis, & omnis eius beatitudinis quæ corpus attingit cauſa extitit. Eũ qui modico, ait Paulus, quam Angeli minoratus eſt, videmus IESVM propter paſſionem mortis, gloria & honore coronatũ. Qui in agone fortitudinis inuictæ inſignia dederunt teſtimonia, & vel duello ſingulari hoſtem proſtrauerunt, vel conflictu communi phalanges numeroſas profligarunt, & cruore ſuo vel Rempublicam vel Imperatorem ab internecione eliberarunt; vel etiam ſi lubet conſilio, prudentia, ſolerti cura non vulgarem alijs ſalutem ſiue ſalutis cauſam, ſiue conſeruationem præſtiterunt, ſtudio & gratitudine omnium velut in alios commutari ſolent. Hinc enim & ſtemmata illorum, marmoreis parietibus vel inſculpta, vel delineata, aureis circumornant corollis; ſtatuas erectas ſertis floridis, veſtimentis decentiſſimis; domos verò tapetibus pictis, periſiromatibus aureis; ipſos demum victores ſiue conſeruatores coruſcantibus gemmis, precioſis lapidibus, auro, argento, & omni eo quod artificio cum precio decertat condecorant; ita vt videas illos quandoque in alienam quaſi formam traductos, fulgore nouo omnes in ſui admirationem, laudes, & honorem pertrahentes.

Sic

Sic Ioſephus Patriarcha, vbi ſapientiſſimo conſilio & prouida gubernatione Ægyptũ atq; vniuerſas adiacentes Prouincias, à fame liberaſſet, talem promeruit à Pharaone ſplendorem. Eductus.n.ex teterrimo carcere, & veſte precioſa indutus, ſpurcitie omni in ſplendorem commutata, an nullo regio & torque aurea ornatus, glorioſus & magnificus per vrbẽ in curru ſecundo vectus incedens, ab oĩbus Saluatoris noĩe ſalutatus eſt. Dixit Pharao ad Ioſeph: Ecce conſtitui te ſuper vniuerſam terram Ægypti. Gen. 41.
Tulitque annulum de manu ſua, & dedit eum in manu eius, veſtiuitq; eũ ſtola byſſina, & collo torquem auream circumpoſuit. Fecitque eum aſcendere ſuper currum ſuum ſecundum, clamãte pręcone, vt oẽs corã eo genu flecterent, & præpoſitum eſſe ſcirent vniuerſæ terræ Ægypti. Ad eũ modum & ipſe Deus, illis qui in paleſtra vitę huius conſtantiſſime decertarunt, & vel ſanguine ſuo flãmas ſuccenſas in Eccleſiã reſtinxerũt, vel morte ſua glorioſè de tyranno triumpharunt, vel confeſſione ſanctiſſima dæmonis, carnis, & mundi huius fallacis confertiſſimas perfregerunt acies, vel ſanctitatis ſuæ monumenta perpetua reliquerunt, his inquam ſuos ad eum modũ rependit honores. Eductos namq; ex horrendo carnis ergaſtulo, in Reges & Imperatores vniuerſi orbis conſtituit, dñium terrarum in eos transfert, coronas non quidẽ aureas, ſed ſtellantes capitibus eorũ imponit, ſubarat annulo ſine fine perſeuerantis æternitatis, veſtimento gloriæ non byſsino ſed candentis luminis circumueſtit, torquẽ auream varietatis ſeſe mutuo conſequentiũ bonorum circũdat collo eorũ. Super thronos fulgentiſſimos collocat, pedibus eorum axes ſtelliferos ſupponit, manibus palmas victorioſas tradit, replet oĩbus bonis, omni ſplendore aĩas ipſorum. Et non tm̃ mentes, ſed & corpora beatorum in reſurrectione glorificat. Illud.n. interſtitium eſt inter Angelorum & hoĩum gloriam, quod ſupremi ſpiritus angelici, cũ expertes corporis, ſola animi contẽtione beatitudinẽ promeruerint, vnica quoq; tm̃ ſpiritus ſui gloria contenti ſunt: hoĩes verò quia corpore & aĩo conſtant, & non ſolum animo ſempiternos ſibi pararunt honores, atq; ad fęlicitatem contenderunt, verũ & corpore mortali. Corpus.n. erat illud quod ieiunabat, quod caſtigabatur, quod flagra, qđ ignes, cruces, gladios, & acerbiſſimos mortis dolores perferebat: corpus in oratione perſiſtebat, nec aĩum alta petentem ad terrã pertrahebat, imò verò ipſum quoq; ad ſupera qñque leuabatur; corpus animũ ad eccleſiã, ad ſacrorum frequẽtationem, ad pietatis cultum, ad religionis officia deferebat, corpus ad ſubueniendum oppreſſo & languido, decũbenti, ad defenſionẽ patientis, ad dãdas eleemoſynas, ad labores, ad vigilias, miniſteria, dolores, ad alia virtutis exercitia corpus ſpiritui adiumẽta præſtabat; iuſti & ęqui ratio exigit, vt non animus tm̃, ſed & corpus beatitudine ſua potiatur, & meritorũ ſuorũ digna excipiat pmia. Laborauit in via? in patria laborum glorioſos accipiet fructus. Ieiunio, & ſiti afflictum eſt in huius vitæ tpe? ſatiabit in vitæ beatæ participio. Sedebitis, ait Saluator,

ſuper menſam meam in regno meo; Tranſiet & miniſtrabit illis. Non eſurient, neq; ſitient amplius, neq; cadet ſuper illos Sol aut vllus æſtus: Replebuntur ab vbertate domus Dei, & torrente voluptatis immenſæ inebriebuntur. Ecce ſerui mei comedent, (pollicetur Deus,) & vos eſurietis. Ecce ſerui mei bibent, & vos ſitietis. Ecce ſerui mei lætabuntur, & vos cõfundemini. Ecce ſerui mei laudabũt præ exultatione cordis, & vos clamabitis præ dolore, & prę contritione ſpiritus vlulabitis. Squalidum à ſpurcitie mundi huius, cõſeruatum eſt corpus, in hac mortali vita? claritate in immortali gloria decorabuntur. Fulgebunt iuſti ſicut Sol in regno Patris mei, dicit Dñs: Imbecillum & debile hic reddiderant? potentiſſimum & agile tunc erit. Qui ſperant in Dño, ait Iſaias, mutabunt fortitudinem, aſſument pennas ſicut aquilæ, current & non laborabunt, ambulabunt & non deficient. Flagris, & verberibus liuidũ, & emortuum in terra morientium reliquerãt? Immortalitate beata in terra viuentiũ dotabuntur. Mors ibi vltra non erit, neq; luctus, neq; clamor, neq; dolor erit vltra, quia prima abierunt. Iuſti in perpetuum viuent, & apud Dñm eſt merces eorum. Laminis ardentibus, vel ignitis forcipibus aduſtum, conciſum gladio, vngulis ferreis exaratum, clauis confixum, ferro & flamma confectum, atq; vulneribus corpus eorũ deformatum eſt? cicatrices obductas & ſplendenti lumine perfuſas, vt micantes ſtellas Deus illis reſeruabit. Pro cinere coronam, pro luctu oleum gaudij; pallium laudis pro ſpiritu mœroris obtinebunt. Pro cõfuſione, ait Iſaias, duplici & rubore laudabunt partem eorũ, propter hoc in terra ſua duplicia poſſidebunt, lætitia ſempiterna erit eis. Quaſi diceret. In patria ſua, in illo fęlicitatis regno, duplicia ornamẽta in futura reſurrectione retinebunt, duplicẽ.n. ſuſtinuerunt confuſionem. In corpore & anima decorabuntur; in corpore ſiquidẽ & aĩa decorem hunc promeruerunt: ruborem ſanguineum, quo vernabantur, vulnerũ confuſionem, plagas, liuores; tumorem, cruces, gladios, ignes, paſſiones & mortes ſuas, mortificationes aſſiduas laudabunt, & vſq; ad ſydera celebrabũt, quod talem & tantam eis gloriam pepererint. Quanta voluptate tunc perfruentur, dũ corporibus ſuis talem obtigiſſe fęlicitatem qualis hic optari quidem ſed non ſperari põt, aduertent? Qua lætitia tunc exultabunt, vidẽtes ſe de vita mortali ad immortalem, de corruptione ad incorruptionem translatos? Quibus gaudijs extollentur, dum conſpicient craſſum illud & deforme in ſpecioſiſſimum & ſubtile corpus cõmutatum? Fęliciſſimos illos prędicabunt dies, quibus mortalia vel afflixerunt vel tradiderunt ob amorem Dei. Fauſtiſſimos ſe eſſe quandoque concinent, quod paruam & momentaneam anguſtiam, pro tam ingenti & ſempiterna ſuſtulerint beatitudine. Laudabunt partem omnium tribulationum, dolorum & cruciatuũ; collaudabunt & mortes horrendas, corpora ipſa admirabuntur & panegyricis celebrabunt, quod illis tanti ſplendoris, immortalitatis, cãdoris, & immenſorũ bonorum cã extiterunt. Non .n. tanto ſplendore radiabunt

ſydera

ſydera cęleſtia, quanto illorũ beatorũ corpora: non Lucifer emicans,non
pallida luna,non ſolis iubar fulgidum, non cętera q̃uis non modico lumi
ne fulgentia aſtra,tũ radios exerũt,quantum cicatrices corporibus infli-
ctæ,quantum corpora Diuino & ſupracęleſti colluſtrata lumine. Non tan
ta ſubtilitate celeſtia,quanta beatorũ prædita erunt corpora;non tigrides,
non aues,non piſces,pernici motu hinc & inde volantes tanta velocitate
quanta beati illi diſcurrent:tũ impaſſibiles erunt Sancti in aſſumptis cor
poribus,qđ eis nihil terrenum nocere poterit:non iã ferrum,non flammã,
non inexcogitabiles à mortali hoïe cruciatus formidabunt. ſpeciem verò
externã q̃ præſeferẽt,nullus eſt qui pro dignitate explicare queat;nulla.n.
eſt mortalis corporis pulchritudo, q̃ illã immortalium exprimat; non He
lenæ,non Abſalonis,non Rachelis,non Ganimedis, non alicuius ſpecio-
ſiſſimi hominis tanta eſt venuſtas vt beatorũ æquipararetur formæ: exce-
dit ea q̃uis terreã, imò & cęleſti ornatiſſima altior eſt ſpecie:confingas aïo
quantũ velis ſpecioſam iuuenculã;ex vniuerſi orbis partibus oẽs nõ quin
que tm̃(vt ille celebris pictor)ſpecioſiſſimas congreges puellas , ex earum
pulchritudine,beatorũ corporum pulchritudinem non delineare , ſed ne
colligere quidẽ poteris:effugit.n.oẽm ſenſum,imaginationem oẽm ſupe-
rat inadſpectabilis illorũ formoſitas. Has inſignes dotes,pleriſq; Sanctis
in corpore corruptibili donare dignatus eſt ęquiſſimus Deus. Agilitatis te
ſtimoniũ habemus in Paulo, cuius caput dũ à corpore diſſectum eſt, ter p
humum proſilijt ter IESV Chriſti nomen inuocauit, tres fonticulos, qua
ſaliẽdo terrã contingit,ſcaturire fecit. Dionyſius à loco ſupplicij ad ſepul-
turam caput à buſto abſciſum detulit. Proculus Bononiæ patronus,hoc i-
dẽ inſecutus exẽplum , quaſi vno milliari à decollationis loco ad Eccleſiã
vbi nunc conditus eſt,caput ſimiliter abſciſum deportauit. Auguſtinus vi
uens adhuc in corpore,in corpore multis(vt ipſe fatetur) longiſſime poſi- In lib de cura agẽ. pro mort.
tis aſſiſtebat. Subtilitatis habemus in Dñico exemplũ, qui clauſis foribus
in S.Sabinę Romanæ Conuentũ ingreſſus eſt. Hyacinthus verò eius diſci
pulus, Raimundus ipſius in magiſterio ſanctiſſimus ſucceſſor, tanta ſub-
tilitate corporis viguerũt,ꝙ illud ſuper limpidas aquas, ſicco traduxerint
veſtigio. Immortalitatis teſtimoniũ videre eſt in Antonino Florẽtino,Ca-
therina Senenſi,& altera Bononienſi,& in alijs innumerabilibus Sãctis,
qui ſuas reliquias incorruptas,non à vermibus lęſas,non ignibus exuſtas,
non carie conſumptas hucuſq; conſeruarunt . Claritas & pulchritudo ita
in multis effulſit,vt vanũ ſit eã ſermone ĩ dubiũ vocare. Odilo Abbas Clu Lib.6.
niacenſis, vt Marulus recenſet,qua die defunct⁹ eſt, Greg. Monacho mul
ta luce refulgens apparuit. Quadraginta Martyrum apud Sebaſten Arme
niæ cõbuſtorum oſſa in fluuiũ proiecta, ſub aquis veluti micantium ſtella
rũ imagines lucere viſa ſunt. Diui Hieronymi corpus,cũ ſpiritũ reddidiſ-
ſet,ſubita lux circumfulſit, viſi ſunt Angeli,& Chriſti vox audita, q̃ illum
ad poſſidẽdum cęleſte regnũ,inuitaret. Lux cũ ſpiritu abijt, odor aũt ſua-

uiſſimus in corpore remanſit. Auguſtinum quo die corpus eius mandatū ſepulturę fuit, Monachus quidā procul inde manens, & in ſpiritu raptus, vidit infula & pontificalibus indutum, ſedere intra nubem candoris eximij, de oculis eius promicantes radij totā illuminabāt Eccleſiam, & vbiq; incredibilis odoris fragrantia nares oblectabat. Martini Epiſcopi vultus, cū obijſſet ſplendidus apparuit, vt non mori eū, ſed ad immortalitatē tranſire, fidem cuiuis faceret. Seuerus Monachus ipſum in quiete conſpexit niueo tegumento, vultu rutilo, radiantibus oculis, librum manu gerētem ſumma cęli petere. Mercurij martyris apud Cæſaream Cappadociæ paſſi corpus truncū, ſplendore fulſit, odore fragrauit: quo miraculo plurimi ad Chriſtianā credulitatē conuerſi ſunt, iā certi aīam eius cęleſti perfrui beatitudine, in cuius cadauere, contra aliorū cadauerū naturā, & lux pro pallore erat, & odor pro fętore. Mariā Magdalenam cum in ſolitudine vitam ageret, ſolitarius quidā presbyter lumine circūfuſam, & ab Angelis in cęlū tolli, & iterum ſuo loco reſtitui vidit. Margaritæ virginis capiti, dum ipſa grauibus afficeretur ſupplicijs, nec interim ceſſaret cōfiteri Chriſtum, cunctis qui aderant cernentibus, colūba de cęlo aduolans, auream coronā impoſuit. Agnes virgo poſt martyriū parētibus ad ſepulturā ſuā excubantibus, glorioſa apparuit, cū ſplendido elegantiq; virginū comitatu, aureis armillis cādidoq; amictu multū effulgens, & agnū niue albiorē baiulans. Theodora Alexādrina, q̄ ſexu diſſimulato iter monachos perſanctè vixit, cū deceſſiſſet Abbati in quiete apparuit, cū quadā nuptiali pōpa, Sāctarū exultantiū agmine eā circūuallante, ipſa in medio gēmis auroq; coruſcās. Tunc ſe illā confeſſa eſt, q̄ Theodorus monachus diceretur, mas credita. Sic deniq; multorū, corpora, dū miro fulgore ſplēduiſſent, fidem fecere, illos & ęterni luminis beatitudinē in cęleſti gloria in animo conſecutos, & eiuſdē luminis participiū in corporū reſurrectione conſecuturos. Sic .n. iuſtus, atq; adeò munificus eſt author oīum bonorū Deus, vt & aīam & corpus humanū, ampliſſima pficiat beatitudine. Qd ſi tm̄ liberalis eſt in Sanctos, vt eorum corpora in reſurrectione reddat glorioſa, quid in Sāctū Sanctorū redēptorē noſtrū? Si ſeruos tāta circūdat gloria: quāta Regē Regū & Dn̄m dominātiū? Si illos quorū paſſiones nō erāt cōdignę ad futurā gloriā, tātis decorabit dorib⁹, quātis illū q meritorū dignitate cunctos pceſſit? Mācipia ex monumētorū ſqualido eruta carcere, libertate ſēpiterna donāt; q̄ obtinebit ille q oēs ī libertatē ſuo aſſeruit ſāguine? Hoīes vni⁹ aut alterius hoſtis victores, vnius vel alteri⁹ boni effectores, q vel corpus ſuū mortificarūt, vel morti tradiderūt, vel fuderūt cruorē, vel aīas ī redēptionē aliorū poſuerūt & exornant decore; quali decorabit̄ is q īfinitas potētiſſimorū prupit acies, q atroces dęmonū pfligauit phalāges, q īferni portas pfregit, q triformē Beſtiā domuit, pſtrauit, colliſit, & ſēpiterno carceri incluſit, q ptioſa diripuit ſpolia, q mūdū vniuerſū ſuo ſubegit dn̄io, q pl⁹ oīb⁹, acerbiſſima ſupplicia paſſ⁹ ī corpore, & aīa graues ſuſtulit pęnas

qui toto

qui toto corpore à plãta pedis vſq; ad capitis verticẽ ſauciat⁹. Diuinũ ſuũ immaculatum fudit cruorem, qui & aĩam & corpus in mortẽ poſuit, qui martyrum oĩum dolores ſuo ſuperauit dolore, qui Deus & homo tãtis prõ conſeruatione hoĩum quantis nullus mortalium obnoxius malis, qui non vt Moyſes manna ſed pane de cœlo deſcendente, non vt Ioſeph frumẽto, ſed precioſo corpore & ſanguine viuifico, famem totius mundi ſpiritualem releuauit; talis qui tantorum beneficiorum fons & origo extitit, quã promeruit gloriam? quo decore, qua claritate, quibus ſplendorib. à Deo donatus eſſe exiſtimabis? Dedit illi Deus, vt aiebat Paulus, noĩe Saluatoris amplius nomẽ, ne Ioſepho ſimilis cẽſeat, q Saluatoris noĩe ſalutatus dedit illi nomen, qd eſt ſuper oẽ nomen, vt in noĩe eius omne genu flectatur, à cœleſtib. vſq; ſpiritibus, ad vſq; vltimum qui in inferiori terræ gremio grauiſſimas expendit pœnas: oĩa creata & illa q̃ ſupra cęli altiſſimos Orbes, & quæ cęli & terræ vaſtiſſimo cõplexa ſunt ſinu, poplite flexo numen eius tremendum venerant & ſuſpiciunt. Exaltauit deinde illum ſuper omnem quantumuis elatum verticem, potiorib. donauit muneribus. precioſam impendit dotem. Percepiſtis qñq; Phœnicis fęlicem trãsformationem: ad inſtar ipſius Saluator nr̃ rediuiuus ex incendio charitatis effulſit. Auis illa vnica, annorum p̃finito curriculo tranſacto, vbi ſe morti propinquam agnoſcit, rogum ex aromatib. odoriferis inſtruit; quem ardorib. ſolis ſuccenſum & ipſa conſcendens exuritur, & nouam poſt mortẽ aſſumit vitam, noua, & inter volucres cęleſtes vnica reſplẽdens venuſtate, in nouam tranſlata pulchritudinem; Sic & redemptor mundi Chriſtus vnicus Deus & homo, (non.n. reperies alterum qui ſimul Deus ſit & homo,) velut q̃dam phęnix ſpecioſiſſima, vbi in altari ſanctiſſimę crucis, igne charitatis exaruit, vbi mortem illam amore flagrãtiſſimo ſubijt, in nouam reſurrexit vitam, noua, & inſolita, & inter oẽs vnica pulchritudine, ſuã condecoratus carnem. Non tanta p̃ditus eſt vel fuit aliqñ, aliquis Sanctorum ſpecie, quanta ſpecioſus Chriſtus præ filijs hoĩum. Vt.n. ſtella à ſtella differt in claritate, alia.n. eſt claritas Solis, alia Lunæ, alia ſtellarum. Sic & in reſurrectione mortuorum, ſinguli differentes pro qualitate meritorũ accipiunt dignitates, & alij quidẽ vt ſtellę in p̃petuas æternitates, alij vt Luna, alij vt Sol ſplendidius rutilant in regno Dei: Nullus tñ ad ſeptemplici lumine colluſtratum Chriſti corpus, ſua luce attingere, nullus eam luminis menſuram in ſe recipere põt, quam Chriſtus. Nemo lapidum ignitorum paradiſi, quamlibet coruſcus, q̃uis precioſus ſit, ſpeciem noſtri calcedonij exęquare valet. Vt.n. meritis, oĩum merita, ſic gloria corporis, oẽm oĩum creatorum gloriam ſuperat. Diadema regni ꝙ capiti ſuo impoſuit, annulus immortalitatis quo ſuum exornauit digitum, torques aure⁹ ſplẽdorem referens oĩum bonorum, veſtis multicoloris ornatus qua amictus aſtitit à dextris Dei, ſceptrum quo gubernat & diſponit vniuerſa, titulus Imperij in femore veſtimẽtorum exaratus, facies eius ſepties lucidiſſimo

Sole

Sole relucens, corpus quoduis aſtrum ſuo candore obſcurans, omnia quæ ad fęlicitatem ipſius ei à Deo contigerunt fœlicitatem, candorem, gloriā, maieſtatem eiuſmodi excedunt. Refulſit hic noſter Calcedonius ad repercuſſum Lunæ ſplendorem, clarius cęteris oībus Cherubinis & Seraphinis. Certum & indubitatum eſt apud Sacros Theologos, gloriam corporis ex aīæ gloria in ipſum corpus redundare. Sicut.n. corpori aīa tum eſſe, tum cæteras affectiones motuſq; communicat. (qn̄.n. ipſa lætitia triſtitiaue afficitur, corpus ēt iiſdem affectib. commouetur) ita aīæ gloria in corpus ipſum permeat, & ſui participiū corpori impertitur. Quemadmodum.n. Sol nubem radijs atq; fulgori ſuo obiectam inſtar ipſius Solis ſplendidiſſimam atq; lucidiſſimam reddit, ita aīa glorioſa, vbi corpori ſuo cōiuncta fuerit, ipſum quoq; mirabili ſpecie fulgidum efficiet. Nec in morte ſolum, ſed & in vita mortali, vt paſſiones immoderatæ deturpatis, ſic & gratia corpus humanum pulchritudine exornat: lætitia.n. ſpirituali perfuſus aīus, aiebat Chryſoſt. roſeo genas conſpergit colore, vt dolore vexatus omnē pulchritudinem oris deformauit. Vnde qui aſſidua lętitia gaudent, in bonā ſua corpora reducunt habitudinem, qui verò ſemper dolent, imbecilliora telis aranearum reddiderunt. Ira perterritus animus, furibundum efficit vultum, tranquillitate aūt ſtabilitus, iucundam conſtituit faciem. Si laborauit inuidia, tabidum pallorem per corpus effudit; honeſto amore ac moderato captus, formoſitatem corpori mirabilem largitus eſt. Qua ratione multæ deformes, non paruam gratiam ab aīa ad corpus traduxerunt; nonnullæ præcipuam corporis formam animi vitioſitate corruperunt. Veniat in mentem tibi, qūo candida facies interiore rubro pertincta, cum pudoris affectus aīam inuaſit, varietate coloris ſuauiſſimam reddit faciem; ſicut ēt ècontra impudens animus coruinum viſum efficit atq; immanem. Qualitates.n. aīo adhęrentes, & corpus ipſum ad ſuam pertrahunt ſimilitudinem. Quum igitur gloria corporis reſurgentis, nō niſi ex aīæ gloria & virtutibus, proueniat; qua perfuſus erit gloria aīus, eam & in corpus refundet; & quantam ipſe retinebit, tantam & corpori communicabit. Quis verò eſt qui tanta gratiarum dona, vt Chriſtus recepit? Cuinam alio theſauri ſapientiæ, & ſcientiæ, & bonitatis Diuinæ reuelati ſunt, niſi Chriſto? Super quem alium ſeptiformis permāſit Spiritus præter Chriſtū? Quem charismatib. abundantius repleuit, niſi nr̄m calcedonium? Noſter Chalcedonius, vnctus eſt oleo gratiæ præ participib. ſuis. Super nr̄m lapidē, vt vidit Zacharias, ſeptē requieuerunt Diuini oculi. Noſter hic chalcedonius ſculptura Diuinæ manus celatus, figuram ſubſtantiæ & characterem inuiſibilem excepit: in noſtro lapide conquieuit plenitudo Diuinitatis ēt corporaliter. Non ad menſuram vt alijs dedit Deus filio ſuo gratiam. Vidimus eum plenum gratiæ & veritatis, & de eius plenitudine oēs & hoīes & Angelos accipientes: immenſa ille in animo gratia & gloria donatus eſt, immēſam quoq; gloriam in corpus refudit; repercuſſo radio gratiæ in

corpus

corpus ſuum ac in Lunam quandam, illud admirando cādore illuſtrauit & totam eius ſpeciem ſic immutauit, vt & candore & luce, cándidiſſimos & ſplendidiſſimos Sanctos ſuperaret. Docti quidem rutilant in firmamento vt ſplendor firmamenti, & q̄ui erudiunt multos, quaſi ſtellæ in perpetuas æternitates. Quid putas, q̄uo rutilat ſapientia ipſa? quomodo reſplendet, qui oīa arcana ſalutis noſtræ comprehendit? qui vniuerſum Orbem & doctores ipſos docuit, qui in omnem induxit veritatē, q̄ua luce corruſcabit? Fulgebunt iuſti, (ait Saluator de eorum corporib.) ſicut Sol in regno Patris mei: qui tñ ad Chriſtum collati inſtar ſtellarum ſunt, quę ab hoc ſole iuſtitiæ irradiantur. Si ſancti inquam, oēs qui ſtellarum inſtar ſunt ad Chriſtum, fulgebunt ſicut Sol; quanto Sol ipſe iuſtitiæ fulgentior extitit? Fulgentiſſimus vtiq; & ſpecioſiſſimus, ineffabili decore & pulchritudine apparens, atq; Diuina quadam voluptate oculos intuentium oblectans. Gauiſi ſunt diſcipuli gaudio magno, dum aſpexerūt Dominum inter eos conſiſtentem, & illis gloriam ſuam declarantē; Magdalena ſui oblita, hoc vnum in votis habuit, vt lapidem hunc precioſiſſimum in cæca nocte mūdi effulgentem manibus contrectaret, Mariæ illæ ſanctiſſimæ ſuos ex venuſtate ipſius, nō poſſunt exſatiare obtutus; Beatiſſimi ſpiritus ex lymbo profundo educti, ſuam fœlicitatem in contemplatione ſacratæ humanitatis reponunt. Supremi illi cœleſtes Ciues, iucundiſſima perfruuntur lætitia, vbi Regem Regum in tanta maieſtate, tam immenſa gloria circumdatum agnoſcunt: ſi rerum omnium conditarum ſiue terreſtrium, ſiue cœleſtium pulchritudo in vnum coeat, nunquam hanc vnius Domini pulchritudinem adæquabit, ne tantopere intuentium oculos animoſq; oblectet. Faxit Deus vt & nos ad contemplationem eius quandoq; admittamur. Vtinam & nos quoq; hanc pulchritudinē in noſtro corpore obtineamus. Omnes quidem reſurgemus, (audite horrendum Pauli edictum) ſed non omnes immutabimur. Sed cur non oēs reuoluemur? quamobrem nō omnes immutabimur? Nonne omnes expectamus Saluatorem noſtrum, qui reformabit corpus noſtrum, configuratum corpori claritatis ſuæ? Reformabit profecto corpora reſurgentium, ſed illorum tantum qui expectabant Saluatorem non iudicem; qui ſpe viua confortati, qui charitate elati, patienter, inuicta animi conſtantia, pleni operib. bonis, gratiæ Diuinæ participes effecti inter proſpera & aduerſa, in vita & in morte præſtolabātur aduentum Saluatoris, nō vindicis. Igitur expectemus Saluatorem miſericordem, non ſeuerum iudicem, expectemus in operibus bonis, in ſpe viua, in charitate non ficta, in gratiæ ſplendore, in virtutum multiformi ſpecie; reuoluet quoque & noſtros duriſſimos cineres, in ſplēdidiſſimam cryſtallum; configurabit corpus noſtrum figuræ claritatis ſuę, omnes reſuſcitabit & omnes immutabit inſtar gloriæ & maieſtatis ſuæ, qua oculos beatarum mentium percellens, reſplendet in ſęcula ſempiterna. Amen.

Surre-

Surrexit non eſt hic. Marc. 16.

FASCICVLVS TERTIVS.

De Chriſti reſurgentis glorioſo Triumpho.

VICTOR mortis, & poteſtatum inferiorum debellator Chriſtus, quam glorioſè rediuiuus Triumphator, in Sãctam Ciuitatem, hodierna die proceſſerit, Ioannes in Spiritu, oculis mentis conſpexit. Vidi, ait, Cœlum apertum, & ecce equus albus; & qui ſedebat ſuper eum vocabat Fidelis & Verax, & cũ iuſtitia iudicat & pugnat. Oculi aũt eius ſicut flãma ignis, & in capite eius diademata multa; habẽs nomen qđ nemo nouit niſi ipſe. Et veſtitus erat veſte aſperſa ſanguine, & vocabatur nomen eius Verbum Dei. Et exercitus qui ſunt in Cœlo, ſequebantur eum in equis albis, veſtiti byſſino albo & mundo. Et de ore eius procedit gladius ex vtraq; parte acutus, vt in ipſo percutiat gentes. Et ipſe reget eas in virga ferrea, & ipſe calcat torcular vini furoris iræ Dei omnipotentis. Et habet in veſtimento, & in femore ſuo ſcriptum, Rex Regum & Dominus Dominantium. Nemo hanc Tropheophoram pompam, qđ non magnifico verborum apparatu deſcripta fuerit, contemnendam eſſe cenſeat. Verbis.n.humilib. licet delineata ſit, conſuetum tñ hoĩum honorandi modum, infinitis partib. exceſſit; & tanto ſublimior extitit, quanto & Imperator belli ſublimior, & glorioſior victoria aſſecuta, & præmiorum virtutis celſior Deus diſtributor, & præmia virtutis ampliora, victorem noſtrum decore excellentiſſimo ornauerunt. Non.n. aliquis mortalium eſt qui triũphaturus progreditur, ſed immortalis Redemptor: non qui vel æquitate uel fortitudine ſimulata honores exigat, ſed fidelis & verax, qui & cum iuſtitia iudicat, & pugnat cum fortitudine. Non vulgari aliqua poſitus victoria quiſpiam, ſed qui vectes ferreos Plutonis regni confregit, qui portas inferorum à cardinib. excuſſit, qui legiones tartareas diſſipauit, qui crudeles proſtrauit dæmonũ Phalanges, qui horribilia enecauit monſtra, qui trucem conculcauit draconẽ, qui gladio ancipiti percuſſit in barathrum profundam deiectas gẽtes, qui ſceptro ferreo compreſſit damnatorum ſpirituum furorem, qui ſpolia inæſtimabilia tulit, qui Regnum cœlorum innumerabilib. auxit bonis, qui Orbem vniuerſum Diuino ſubiecit imperio, qui oĩa viſibilia & inuiſibilia omnipotentib. ſuis ſuppoſuit pedibus, qui præclariſſima victoria, nomen Regis Regum & Domini Dominantium acquiſiuit, qui ampliſſimũ Regnum, à Solis ortu, ad vſq; terræ extremum cardinem conſilio, prudẽtia, magnitudine animi, viribus dilatauit & confirmauit, qui Regnum ſupremum

Apoc. 19.

premum cœleſte aperuit, qui theſauros precioſiſſimos mũdo inuexit, qui torcular vini furoris omnipotentis Dei conculcauit,& effudit, & omnes gentes in Dei pacem & amicitiam reconciliauit, qui nos in Dei filios, & fœliciſſimi Imperij hæredes, ſua morte & ſanguinis copioſa profuſione adoptauit, qui talem tantamq; victoriam, qualem nemo vnq̃ creatorũ obtinuit. Non.n. vulgares ſed potentiſſimos deiecit atque debellauit hoſtes, non modicis ſed inæſtimabilib. vniuerſum orbẽ ornauit bonis: nõ interiturũ, non paruis limitib. circũſcriptũ, ſed ampliſſimũ, ſed ſempiterno duraturum æuo inſtituit Regnũ. Non ẽt vulgari hoĩum aliorũ more, ſed inſigni maieſtate, glorioſa reportauit trophæa. Et qđ corporis attinet ſtatũ, illud non vnguentis delibutum, non pictum coloribus, non figmentis fucatum, ſed glorioſa claritate ſplẽdidum, immortale, impaſſibile, agile, omni ſydere fulgidius, pulchrius quouis creato circumgeſtat. Procedit ille admiranda luce toto corpore perfuſus; diadema non ex gemmis, neq; ex lapidib. precioſis, ſed ex ſtellis contextum capiti ſuperpoſitum ferens; pũctiones ſpineæ coronæ quas illa reliquerat in emoriente, in reſurgente margaritis precioſiores demõſtrant: capilli ſacratiſſimi verticis, antea ſpurcitijs Iudęorum contaminati, niueum referunt candorem: oculi ipſius qui olim & in domo Pontificis velati, & in cruce liuidi fuerunt, igneas ex ſe emittunt flammas; facies ſputaminib. impiorum deformata, Solis ſplendidiſſimi ſupereminet lumen: corporis reliqua ſpecies; Angelum quendam formoſiſſimum eſſe oſtendit. Vidi, ait Ioãnes, cœlum apertum, & ecce equus albus (humanitatem puriſſimam intelligit) & qui ſedebat ſuper eum vocabat fidelis & verax, oculi aũt eius ſicut flãma ignis, & in capite eius diademata multa. Et de ore eius procedit gladius, ex vtraq; parte acutus. Et veſtitus erat veſte aſperſa ſanguine, & vocabatur nomen eius verbũ Dei; & habet in veſtimento, & in femore ſuo ſcriptum: Rex Regum & Dominus Dominantium. Quis vnq̃ triumphator in tanta maieſtate inſigni proceſſit? Quis poſt victos hoſtium exercitus, tantam obtinuit ſpeciem? Cuius victoris corpus nouum aſſumpſit, & eum cęleſtem decorem? Cuinam ſyderea obtigit corona? Quis in ſanguineo triumphauit ſpolio? Cui nomẽ quod ſuper oẽ nomen donatum eſt? Quis vnq̃ Regis Regum, & Domini Dominãtium titulis ſalutatus fuit? Cuius veſtimentorũ fimbrię hæc illuſtria epitheta affixa fuere? Cęteri quidem, qui victoriales promeruerũt pompas, quadrigis auratis, vel equis phaleratis vehebantur; purpurea induti veſte, vel aurea gemmis intexta ornati chlamide, redimiti ſertis laureis, vel coronis aureis coronati, nitidi, fulgido corpore deducebant. Nullus eorum præter Triumphantem Chriſtum, glorioſum obtinuit corpus; nullus celeſti reſplenduit lumine vt Chriſtus, nullius oculi igneos emiſerunt radios niſi Chriſti: nemo cicatrices admirandam exerentes lucẽ oculis intuentiũ obiecit: nemo cruentã purpurã, ſanguine ſuo precioſiſſimo & immaculato tinctã vt Chriſtus induit: nullus globum ſplendidũ pro-

dia-

diademate velut Chriſtus geſtauit. Nemo Angelicam vt Chriſtus in ſuo corpore præſetulit ſpeciem. Cæteri Triumphatores nomina illuſtria quidem à populis & magiſtratib. aſſecuti ſunt: nullus eorum nōie creatis oībus abſtruſo, & omne nomen ſuperante vocatus eſt præter Chriſtum. Alios Africanorum, alios Numidarum Carthaginenſium alios, alios Patrū Patriæ, Saluatorum & Conſeruatorum alios, alios Imperatorum & Heroum nōie vocabant; neminem præter Chriſtum nōie, Verbi Diuini, neminem Regis omnium Regum, & Domini oīum Dominantium titulis compellarunt. Verum quia comparatione mutua, aliorum maxime eluceſcant facta, age triumphos aliorum excutiamus, quò vtriuſq; collatione, noſtri Victoris clariorem & longè celebriorem vobis commonſtrem extitiſſe. Veterum annales, eum apud Romanos, triumphandi modum fuiſſe prodiderunt. Is qui honores triumphales reportaturus erat, (narrat Blondus) primum veniebat ad portam Ciuitatis, q̃ à triumphis, Triumphalis nōie vocabatur. Ad eām vniuerſa Vrbis gens ſine ordine cōfluens, fauſtis vocib. in ſonabat laudes victoris: Senatus mox accedens, ad oſcula & amplexus eum recipiebat, & de victoria parta, gratam exhibens animi ſignificationem, eius capiti coronam legib. conceſſam lauream vel quercinam, vel floridam, vel ēt auream imponebat. Subinde operum præfecti oīa quę ad pompam ſpectant, ſuo diſponentes ordine, arma, ſpolia, columnas, obeliſcos, ſtatuas, corollas, tabulas, ſigna parabant; quæ currib. impoſita ante oīa vehebantur: Poſt ingens hoīum turba ex omni natione, aurum, argentum purum & ſignatum, & ſingula vaſa iuuenes ſpecioſi ferebāt: poſt argentum & aurum, crateres, pelues, phialas, calices, veſtes, coronas aureas, & omne qđ precioſum ex hoſte cepiſſet deportabant. Poſtea ſequebātur tubicines bellicum clangorem intonantes, Deinde adoleſcētes ſuccincti ad immolādum, aīalia auratis cornib. & vittis ornata ducebant. Alterum ordinem tenebant Pontifices, & pueri aureas & argenteas patinas ſacrificij gratia deferentes. Sequebantur mancipia vinctis manib. à tergo, pullis induta: muſicorum turba qui laudes Triumphantis decantarent comitata. Hos proximè attingebat Victor Triumphans, quadriga cādidis equis vel elephantib. vel ceruis deuectus, coronam geſtans in capite, veſtem indutus purpuream, altera manu ſceptrum, altera præferens laurum, quæ Romani victoriæ inſignia dicunt eſſe: Sequebatur & puerorum & virginum ſpecioſarum, & amicorum, & cognatorum, & miniſtrorum, ſcriptorum, ſcutiferorum, & armigerorum familia. Poſtremo exercitus in ſuas diuiſi acies, quibus meritorum inſignia adiuncta; milites quoq; lauro redimiti, laurum manu ferentes. Hoc inſtructi ordine procedebant in Vrbē. Spectantium multitudine refertam. Nō deerant plurimi, qui captiuis cō miſerati non eorum releuarent dolorem; plurimi ſortem eorum infœlicē ſalibus & iocis deludebant, alij victorib. gratulabantur, nonnulli amicos ſi quos habebant in caſtris, complectebantur, cæteri coram victore trium-

In lib. de Rom. triū phat.

phan-

phante procumbebant, alij munera precioſa ei deferebant, alij diuerſo genere inſtrumẽtorum laudes illius decantabant. Vna omnium facies cõis lætitiæ cauſa videbatur. Deducto ad Fanum alicuius Deorum Triumphatore, illic deſcendentem Pontifices excipiebãt, & tum pro gratijs ſoluendis, tum pro incolumitate illius, tum pro vrbis cõſeruatione victimas ſacrificabant. Ad eum modum plurimi ex Romanis triumphauere; Sic Romulum de Antennatibus triumphaſſe tradidit Halicarnaſſeus. Inceſſit, ait, ille in Vrbem ſpolia ducens bello capta, Dijs primitias conſecrans, ac multa faciens ſacrificia. Vltimus aũt ipſe poſt pompam ibat, purpurea amictus veſte, comamq; lauro coronatus, & vt dignitatem regiam ſeruaret, iugo quadriiugo inuectus; aliæ verò equeſtres pedeſtreſq; copiæ ſequebantur inſtructæ egregie, Deos laudantes patrijs carminibus, ac Ducem ſuum ex temporalib. poematis extollentes. Ex vrbe verò cuncti ei obuiã prodiere, cum vxorib. & liberis ex vtraq; viæ parte, ſimul & victoria gaudentes, & omnem præferentes comitatem. Vtq; Vrbem inierunt, crateribus occurrunt vino plenis, menſiſq; omnium generum cibis refertis, ex poſitis ipſis apud illuſtres familias, vt paratæ eſſent volentibus. Dictator Camillus, vt ſcripſit Liuius, oĩbus ordinib. obuiam effuſis celebratior quã vllus vnquam antea fuit triumphus, omnem conſuetum honorandi diei illius modum aliquanto exceſſit, maxime conſpectus ipſe curru equis albis iuncto vrbem inuectus eſt, parumq; id non ciuile modo, ſed humanũ ẽt viſum, Iouis Soliſq; equis æquiparatum, Dictatorem ẽt in religionem trahebant. Longe maximam ſpeciem captiua arma præbuere; tñ magnificentiæ viſum in ijs vt aurata nunq̃ plura ante viſa fuerint. Scipio cui Africa nomen dedit, in maieſtatę ſublimi triumphauit; vt Blondus recenſet, Triumpho equites pediteſq; inſignes donis tranſiere, ac tranſuectis multæ Ciuicæ coronæ, vallareſq; ac murales conſpectæ, inſpectata ſpolia decore ac pulchritudine paternis ſpoliis q̃ nota frequenti publicorum locorum ornatu comparabant. Ducti aliquot nobiles captiui, clari ſuis patrũque factis. Alter Scipio tali ſuum triumphum auxit honore. Miniſtri ſertis redimiti oẽs, præcinentib. tubis currus ſpolijs refertos deducebant. Ferebantur & ligneæ turres, captarum vrbium ſimulachra, aurum deinceps & argentum partim rudib. maſſis, partim ſignatum. Coronæ p̃terea quas virtutis gratia vrbes dediſſent, candidi ſubinde boues, & elephanti illos ſequebantur. Poſt hoc Carthaginenſium ac Numidarum Principes bello capti. Imperatorem lictores præibant purpureis amicti veſtibus, tum Cytharedorũ ac tibiarum turba ad Hetruſcæ ſimilitudinem pompę. Hi ſuccincti, coroniſq; aureis redimiti, ſuo quiſq; ordine canentes pſallenteſq; prodibant. Horum in medio quiſpiam talari veſte fimbrijs ac armillis auro ſplendentib. amictus, varios geſtus edebat, hoſtibuſq; deuictis inſultãs riſus vndiq; ciebat. Poſt thuris & odorum copia Imperatorem circumſteterant, quem curru deaurato multifariamq; refulgenti, candidi vehebant equi,

Lib. 2.

Dec lib. 1 5.

Lib. vlt.

equi, auream in capite geſtantem coronam, lapillis ornatam gemmiſq;. Is veſtem ſuccinctus purpuream patrio more aureis intextam ſyderibus, altera manu eburneum ſceptrum, altera laurum præferebat. Vehebantur & cum eo pueri virgineſque, & ad habenas hinc inde cognati iuuenes: denuum qui exercitum ſecuti erant ſcriptores, miniſtri, ſcutiferique. Poſtremo exercitus in turmas acieſq; diuiſus currum ſequebatur. Milites quoq; auro redimiti, laurum manu ferentes, quibus meritorum inſignia adiuncta: aderantq; qui hos quidem laudib. ferrent, hos ſalibus inſectarentur, nonnullos infamia notarent. M. verò Æmylius in hanc maximè formam triumphum duxit. Populus Romanus nitidis veſtibus ornatus, in locis & partibus vrbis per quas tranſiturus erat ſeſe ad ſpectandum triumphum parauerat. Omnia vrbis templa erant aperta, & ſertis vaporibuſq; repleta ſuauib. Multitudo miniſtrorum baculos manibus geſtātium ex medio di mouebat turbas, & uias puras apertaſq; præſtabat. Trāſmiſſio in tres dies diuiſa fuit. Prima.n.die vix ſignis, tabulis, & ſtatuis tranſmittendis ſuffecit, quæ vehiculis comportabantur. Secunda die pulcherrima & ornatiſſima Macedonum arma multis currib. delata fuerunt, ſplendētia ære & ferro abſterſo, atq; ita diſpoſita, vt caſu maxime cecidiſſe viderentur. Galeæ, ſcuta, thoraces, ocreæ & cretēſes peltæ, & Trachia Geta, pharetræ & equorum fræna, ac enſes nudi per hæc iacentes, & ſariſſæ infixæ, ita vt nec victorum quidem abſq; metu eſſet aſpectus. Poſt hos armorum currus tria virorum millia ſequebantur, qui numiſmata ferebant argentea vaſis trecentis quinquaginta. Alij crateres argenteos & phialas caliceſq; ornatiſſimos & ingentes certo ordine deferentes. Tertio die prima luce non mite, neq; ſuaue, ſed bellicum ſonantes primi ibant: Poſt eos 120. boues albi cornibus auratis ducebantur, vittis ornati & ſoccis; ducebant eos adoleſcentes ſuccincti ad immolandum, & pueri argenteas & aureas patinas ſacrificij gratia deferebant. Poſt eos ſequebantur qui aurea numiſmata gerebant, in vaſis trium talentorum; numerus vaſorum fuit ter de octoginta. His ſuccedebant qui auream phialam decem talentorum, quam Æmilius ex lapillis effecerat; item Antigonea, & Seleucea, & Therìdea, & Perſei vaſa aurea portabant. Poſt hæc Perſei currus & arma, & diadema ſup armis poſitum: deinde poſt modico interuallo nati Regij ducebantur, & cum ipſis alumnorum, & magiſtrorum, & pedagogorum lachrimans turba, qui & ipſi manus tendebant ad Ciues, & pueros eadem facere & precari docebant. Erant maſculi duo & vna fœmina, non ſatis infortunium ſuum per ætatem intelligentes; quæ res magis homines ad miſericordiā commouebat, multiq; Ciues lachrymas ad illum aſpectum demiſerunt, fuitque lætitiæ & doloris plenum ſpectaculum, donec infantes tranſierunt. Ipſe aūt Perſeus poſt filios & miniſtros ibat fuſca veſte & trepidās, amictus more patrio habēs, propter magnitudinem malorum ad omnia

trepi-

trepidus & mente turbatus. Poſt eum ibat amicorum & familiarium mæ ſta turba, miſerabiliter ipſum intuentes lachrymanteſq; vt etiam pleriq; ex Romanis lachrymari ob miſericordiam compellerentur. Poſt eum deferebantur aureæ coronæ quibus Æmilium virtutis gratia Græcę donauerant Ciuitates: erat numerus coronarum quatercentum. Deinde Æmilius ipſe ſequebatur ornatiſſimo curru inuectus, vir & citra eiuſmodi honorē ſpectaculo dignus, purpuramq; auro contextam indutus, & ramū lauri dextera tenens; ferebant & laurum milites. Currum Æmilij legiones cohorteſq; ſequebantur, partim carmina patria ſalibus permixta & ,riſu, partim Æmilij laudes cantantes. Et hic quidem Æmilij triumphus extitit. Longè aut nobilior Titi & Veſpaſiani Hieroſolymorum victoris, quem breui oratione à Flauio deſcriptum, benignis accipite auribus. Quo.n. cæteris magnificentior iudicatus eſt triumphis, eò ad Chriſti triumphum cōparatione obſcurior apparēs hunc alios ſuperaſſe clarius cōmonſtrabit. Dū Titus & Veſpaſianus Victores (ita ſcribit Ioſephus) ad Vrbē redijſſent, omnes populi ad loca vbi tm̄ ſtare poſſent, quantū ſpectaturis ſufficeret ptodierunt, Imperatoribus relicto neceſſario trāſitu. Cuncta verò pars militaris ante lucem per turmas atq; ordines progreſſa eſt cum rectorib. ſuis, & circa oſtia conſtituta non palatij ſuperioris, ſed prope Iſidis templum; ibi.n. Principes nocte illa requieſcebant. Prima iam aurora incipiente, ꝓcedunt Veſpaſianus & Titus lauro ornati, amicti verò prima veſte purpurea, & ad Octauias ambulationes tranſeunt. ibi.n. Senatus, & Ducū proceres, & honorati equites eorum præſtolabātur aduentum. Tribunal aūt ante porticus erat factum, ſellæq; in eo eburneæ præparatę; quo cum aſcēdiſſent conſederunt. Statimq; militaris eos fauor excepit, multis virtutū teſtimonijs prędicatis. Illi aūt inermes erant in veſte ſericea, laureis coronati. Pro merito aūt narrari multitudo illorum ſpectaculorum & magnificentia non pōt, in oībus quæ quiſq; excogitauerat, vel artium factis, vel diuitiarum operibus, vel naturæ nouitate. Nam pene quęcunq; hominib. qui vnq̄ ſunt fortunati paulatim quęſita ſunt, alijs alia mirabilia atq; magnifica, hęc & vniuerſa alia Romani Imperij magnitudinem probauerūt. Etenim auri, argentique, necnon & eboris & in oī genere ſpecierum ſiue operum multitudinem, non vt in pompam ferri cerneres, ſed ſi quis dixerit omnia fluere: & alias quidem veſtes ex rariſſimi generis purpura portari; alias diligentiſſima purpura variatas arte Babylonica; gemmæ autem clariſſimæ & tam multæ, aliæ coronis, alię annulis incluſæ, alię ſpecieb. formatæ traductæ ſunt. Ferebantur aūt ſimulachra ſingula, quę illi Deos habebant, & magnitudine mirabili, & arte non defunctorie facta: horum que nihil non precioſa materia. Quin & animalium diuerſa producebantur genera, proprijs ornamentis induta. Erat aūt ēt quæ ſingula portaret magna hoīum multitudo, purpureis veſtibus atq; inauratis ornata. Ipſi etiam qui ad pompam fuerant ab illa turba diſcreti, præcipua & mirabili

ornamentorum magnificentia culti erant. Inſuper his, ne captiuorũ quidem vulgus inornatum videres, ſed varietas & pulchritudo veſtium, natam ex fatigatione corporum deformitatem oculis ſubtrahebat. Maxime autem ſtupor erat machinarum q̃ portabãtur ſiue pegmatum fabricatio, pro quorum magnitudine timendum virib. portãtium occurrendum putabant. Multa.n. in tertium nidum vndequaq; ſurgebant, & magnificentia fabricæ cum admiratione delectabat, multis aurata veſte circumdatis, quibus præterea aurum factum & non factum erat affixum. Multis autẽ imitationib. bellum aliter in alias diuiſum machinas certam ſui faciem oſtendebat, Erat.n. cernere vaſtari quandam fortiſſimam terram, totas verò interfici acies hoſtium: & alios fugere, alios captiuos duci, muroſq; excellẽti magnitudine machinis dirui, & caſtellorum eo ſcindi munimina, & populos ante mȩnia Ciuitatum diſturbari, exercitumq; circa muros diffundi, cȩdiſq; oĩa plena, & eorum qui reſiſtere non poterant preces, ignẽque templis immiſſum, incendiumq; ſuper domos. & poſt multam vaſtationem euerſionemque, atque oẽs triſtitia defluentes, videres ſanguinem non in arua culta, neq; in hominum vel pecorum potum, ſed per terram oĩ ex parte decurrentem. Hæc.n. Iudæos eſſe paſſos, ipſi experti ſunt. Erat aũt per ſingula pegmata captæ Ciuitatis Dux, ita vt captus fuerat ordinatus, multæ autem naues ſequebantur, ſpolia verò alia paſſim ferebantur. Eminebant aũt eorum quæ apud Hieroſolymam in templo reperta ſunt, menſa aurea ponderis talẽti magni, & candelabrũ ſimiliter exauro factũ, ſed opere commutato à noſtri vſus conſuetudine. Poſtea portabat lex Iudæorum nobiliſſimum ſpoliorum, inde tranſibant multi plurima victoriȩ ſimulachra portantes, oĩ aũt ex auro & ebore facta. Poſt quȩ Veſpaſianus & Titus ſequebantur, ſtipati multitudine laudes & victoriam eorum decantante. Hæc pompa, & hic magnificus apparatus in Romanorum triũphis olim obſeruatus fuit. Verum ſi hæc ad pompam Saluatoris hodierna die triumphantis conferantur, adeo obſcura fiunt, vt ne comparari quidẽ digna eſſe videantur. Quis mihi nunc mẽtem tribuat? quis ingenium dabit? quis linguæ aptum conferet eloquium? Quis exacuet ſtylum? aut quis vires miniſtrabit dicendi, vt ſplendorem, maieſtatemq; noſtri referã Triumphatoris? Senſus.n. hebeſcit meus, torpet mens oculus ad magnificentiam cæcutit, lingua hȩret palato, arida vox deficit mihi: labaſco totus ſtupore admirandi ſpectaculi commotus, vt quid primo concipiã, quidue primo eloquar conceptum, non inueniam. Adeo auxit honores oblatos dignitas eorum, ſic glorioſum effecit ſplendor internus pompæ Chriſti triũphum, vt nulla vox, nulla lingua reperiatur, quæ pro rei dignitate, ſublimem tropheophoram feſtiuitatem Regis Regum triumphantis explicare ſufficiat. Non tales reportauit honores Romanæ Vrbis conditor. Non Scipio, non Æmilius, non Veſpaſianus, non aliquis mortalium, glorioſè ad eum modum quem Chriſtus triumphauit. Vt cœlum terram magnitudine,

dine,ornatu,ſplendore,atq; dignitate, ſic Chriſti triumphus aliorũ mortalium triumphos præcellit.In mortalium triumphis non niſi mortale,ca ducum,labile, & falſis fucatum honoribus,quicquid illud tandem eſt cernitur:in Chriſti aũt triumpho omnia immortalia,ſempiterna,nullo vnq̃ interitura æuo,vera non fallaci ornata honeſtate. Nomen quod Rex Regum in ſuo obtinuit triumpho,nulla obliterabit ætas,non aliquæ ignorabunt gentes,ſed ſiue in Orientem,ſiue in Occidentem, ſiue ad aliam orbis plagam ſpectes;quouis temporum æuo,imo & vſque in æternum,omnium prædicatione celebrabitur. Ab ortu.n.ſolis vſq; ad Occaſum innotuit nomen Domini,debitiſq; omnium gentium quę fuerant tenebris immerſæ,laudationibus extollitur. Et nõ ſolum iſtorum quos è flagitiorum vinculis expediuit,quos in ſtirpem ſanctiſſimæ nobilitatis inſæuit, quos denique iuſtitiæ opibus & ornamentis excoluit & in viam ſempiternę vitæ deduxit,præconijs exaltatur admirandum nomen eius,ſed ſiue in inferiores terræ partes deſcendas, ſiue barathrum inferni perluſtres, ſiue ſupremos cœli prætergrediare orbes, illinc ſpiritus pœnis afflicti horrendũ nomen venerantur,hic autem beatæ mentes & ſuſpiciunt & complectũtur,& miris euehunt laudibus.Cęterorum victorum nomina cum vita ſimul interierunt, nomen victoris noſtri permanet in æternum. Ad aliorũ Triumphum ſpectandum homines,& ij flagitioſi plerumq; confluebant, ad Regis noſtri conſpicienda trophea Orbis vniuerſi Principes,Duces inclyti exercitus Diuini,Ciues Cœlorum,Senatores Eccleſię, Fundamenta & Cardines Regni cœlorum, fulgidiſſima mundi ſydera Apoſtoli dico conueniunt. Adeſt & Regina Cœlorum Sanctiſſima virgo quæ & gratiæ plenitudine,& virtutum cumulo,& genitricis dignitate cuncta ſuperexceſſit creata. Adſunt & manes fęliciſſimi ex gremio terrę potentiſſima eius virtute erepti.Adſunt & beatiſſimę illæ Cœleſtes mentes, ad ſpectaculum ſæculis inuiſum commotę:Non hic flagitioſorum rex,non adulatorũ turba,non idolol atrarum abominandi cætus, non caſtrenſium impię & ſceleſtę acies,non militum perfidorum turmę: omnes illuſtres, ſanctitate prediti omnes excelſa, candore fulgentes interno omnes, omnes lumine cœleſti induti,Reges omnes & Sacerdotes,Imperatores & Principes cœlorum,Domeſtici,& regni cœleſtis hęredes omnes,qui ad contemplandã Triumphatoris Chriſti pompam cõuenere.Sequamur cętera. In aliorum triumphali pompa,ſpolia terrena,arma,tela, ſignaque ęrea & marmorea aurum & argentum,& quicquid vel naturæ bonitate,vel hominum artificio ex intimis terræ viſceribus proceſſit,defertur. In Chriſti triumpho nihil eorum videtur,non hic vehicula onuſta tabulis,ſignis,coloſſis,hoſtiũ galeis,nõ toracibus,ocreis,peltis,ſcutis, vexillis,pharetris,telis,arcubus, enſibus,fręnis equorum currus repleti, non taperia,non gemmas,non aurum,non argentum,non aliquid terrenum,non humanis manibus elaboratum,ſed omnia Diuinis artibus inuenta,omnia opificis illius cœleſtis ſa

pientię digito effecta, cœleſtia omnia ex gazophilacio inæſtimabili prolata deferuntur. Videres primo deportari margaritam quandam inæſtimabilem, Spiritus ſancti manibus, diuerſis &ijs ſpecioſiſſimis figuris celatam: Videres lapidem precioſum ſeptioculatum, vnctione nō balſami ſed gratiæ perfuſum, de monte exciſum ſine manibus. Videres & archā quandam ineffabilem, in qua ſunt reconditi omnes theſauri, ſapientiæ & ſcientię Dei; in ſumma theſaurum indeficientem omnium bonorum non terreſtrium ſed cœleſtium in hoc triumpho videres deferri. Deportabant & alij, pateras cruore illo qui mundi labes eluit, qui reſtinxit ardorem inferni, qui ſalutis fons & origo extitit repletas, alij Sacramentorum charyſmata, alij aquam ſalientem in vitam æternam, alij claues regni cęlorum, oleū miſericordię & miſerationis alij, monilia Regni cœlorum alij, alij diademata Imperij ſuperni, alij torques, armillas, annulos, veſtes fulgētiſſimas ex vellere agni cœleſtis contextas: & quis numerabit reliqua bona, in reſurrectione Chriſti vniuerſo allata orbi? Quod.n. homines è miſeranda caligine vindicati, quod illuſtrati Diuino ſplendore quod cœleſtib. inſtructi diſciplinis, quod à crimine eliberati, quod reconciliati infenſo Patri, quod ſtudio immortalitatis incenſi, quod credunt, ſperant inadſpectabilia, quod ſummo ardore ſupernorum tenentur, quod vitam futuræ reſurrectionis meditātur, quod filij Dei & regni cœleſtis hęredes, quod in Diuinę participium naturę aſciti, quod ex tumulo eruti, horrificam cadaueris ſpeciem cœleſti candori ſimilem fore confidunt, quod claritate fœliciſſima beatę Ciuitatis fruuntur, in triumphanti pompa Saluatoris delatum eſt. Dum Chriſtus reſurgēs ex mortuis, viuentibus apparere dignatus eſt, hęc omnia miniſtri & diſpenſatores Sacramentorum detulerunt. In alio

Lib. 10. ſuper Luc. rum triumphis captiui colligati, mœrentes & ſqualidi deducuntur. Vbi Chriſtus triumphat, non reuinctis, ait Ambroſius, poſt terga brachijs gētes, aut ſubmiſſa captorū regum colla, nec exciſarum Vrbium imagines, oppidorumq; captorum ſimulachra cernimus, qualis humanorum ſolet eſſe ſpecies triumphorum. Nec victorię terminos regionis fine diſtinctos, ſed ouantes populos nationum quæſitos non ad ſupplicium ſed ad præmium. Reges liberis affectibus adorantes, voluntarijs ſtudijs vrbes deditas, & in melius reformatas imagines oppidorum, quas non fucus expreſſerit ſed deuotio colorauerit, fidei arma victoriarumque iura toto Orbe currentia, captiuum Principem mundi, & ſpiritualia nequitiæ quę ſunt in cœleſtibus, obedientia imperio vocis humanę, ſubditas dominationes, variarumq; virtutum ſpecies, non ſericis ſed moribus micantes. Fulget caſtitas, fides ſplēdet, & induta mortis exuuijs deuotio fortitudinis iam reſurgit vnus Dei triumphus. Cuperem, vt internos mentis aſpectus in acies triūphantis Dei conijceretis: & illud diligentius volueretis ſiue qđ Mathęus ſiue quod Ioannes paucis expreſſit ille quidem dicens. Et multa corpora Sanctorum ſurrexerunt, & introierunt in Sanctam Ciuitatem, & ap

parue-

paruerunt multis, iſte autem recenſens Et exercitus, qui ſunt in cœlo ſequebantur eum. Multa, ait Matthęus, Sanctorum corpora cum eo ſurrexerunt. Erat ibi cernere Sanctos illos & venerabiles generis humani progenitores antiquos, Adamum, Enochum, Mathuſalem, Semum, Iaphetem, Noe, & alios ſeniores diluuium antecedentes, ſuo ordine Chriſtum reſurgentem comitātes. Alium ordinem tenebat Sacer Patriarcharum chorus, fidei Pater inclytus Abraam, deuotus Iſaac, Iacob longanimis, Ioſeph Ægyptiorum Saluator, Beniamin adoleſcentulus, Duodecim illi Patres cū ſuis familijs & tribubus, duodecim millibus populorum vnaquaque tribu diſtincta. Poſt hæc ſequebantur potentiſſimi Duces, illi qui & terrenis & cœleſtib. verbo imperarunt, qui hoſtes debellarūt, qui populos in mirabilib. prodigijs deduxerunt, qui ſiſtere fecerunt luminaria cęli, qui leones diſcerpſerunt: Videres illic Moyſen, Ioſue, Samſonem, Gedeonem, Barachum, Iephte, Obethem, & ſexcentos alios Iſraelis iudices. Hos proximè comitabantur Reges ſanctiſſimi, Dauid, Ezechias, Ioſias, Ioſaphat, & plures alij, qui maieſtatem regalem religione ornarant, omnes diadematibus & veſtimentis lumine cœleſti candentibus fulgentes. Poſt iſtos Pontifices, & Sacerdotes, & Leuitæ, & miniſtri templi, Scribæ, Doctores, legiſperiti, omnes qui vel ad iuſtitiam erudiebant, vel pro delinquente orabant populo, vel labes aliorum expurgabant, Nazaræi, Rechabitæ, & alij qui religioſo affectu mundum reliquerant. His iungebantur Diuini Vates Iſaias, Ezechiel, Zacharias, Elias, Eliſæus, cęteraque Prophetarum agmina ad inſtar ſtellarum radiantia. Poſt hæc vidi, ait Ioannes, turbam magnam quam dinumerare nemo poterat, ex omnibus gentibus, & tribubus, & populis & linguis, hi omnes amicti ſtolis albis, quas lauerunt in ſanguine agni, & palmę in manibus eorum. Poſt hæc exercitus ille paruulorum, qui nomen Patris habent ſcriptum in frontibus ſuis, qui empti ſunt ex hominibus primitiæ Deo & agno, qui cum mulieribus non ſunt coinquinati, qui ſequuntur agnum quocunque ierit, Hi omnes tanquā citharedi quidam voce ſuauiſſima cantabant canticum nouum Victori & Triumphatori Orbem ingredienti terrarum. Nulla hic triſtitia, nulli ploratus, non lachrymæ defluentes, non eiulatus captiuorum quos de inferno tulit, ſed ſempiterna lętitia, gaudium inæſtimabile omnium. Dauid cū ſuis cantorib. Domino occinebat. Exurge gloria mea, exurge ſpes mea & miſericordia mea. Attollite portas principes veſtras, & eleuamini portę æternales, & introibit Rex gloriæ. Surge Domine in requiem tuam, tu & archa ſanctificationis tuę. Sacerdotes tui induantur iuſtitiam, & Sācti tui exultent. Sacri aūt Vates cum Iſaia intonabant, Lętare Ieruſalem, exulta filia Syon, quia venit lumē tuum, hymnis decāta laudes Domino, quia gloria Domini ſuper te orta eſt. Reges antē & Duces & Principes, & Imperatores, iubilantes vociferabantur. Salue Deus optime, Salue Rex Regum, Salue maxime Imperator, ſplendor & imago ſupremi Patris. Salue

gloria

gloria & gaudium & corona capitis noſtri. Sacerdotes demum choris diſtinctis reſpondebant. Laudate Dominum de cœlis, laudate eum in excelſis, Laudate eum Sol & Luna, laudate eum omnes ſtellæ & lumen. Laudate eum omnes cęli cęlorum, terra, mare, & omnia quæ continentur in eis, Agite & paſſim totus nobis congaudeat orbis, manibus plaudant vniuerſa, voceq; facta probent, colluceat nūc liquidus æter blandis ignibus, nūc pręſtet clarum diem fulgidus Sol, vireſcant ſyluæ frondibus, vndiq; flores fundat humus, rideat omnis ager, manſueſcant corda ferarum, triſtes omnium abeant curę, lachrymę, gemitus, luctus dolor omnis, omne aduerſum quod lędat corda procul hinc abſit, iubilate Deo omnis terra, feſtiuum reſonate alleluia. Mox audires turbam illam promiſcuam cantātem, Cantemus Domino glorioſè.n.fecit.equum & aſſenſorem, trucem inferni draconem proiecit in mare. Mox illi paruuli reſonabant canticum nouum quod nemo cantare poterat, pręter illa centum quadraginta quatuor millia. Subinde Angelorum exercitus nouem diuiſus choris, harmoniam dulciſſimam conficiebat, ſua quiſq; perſonantes voce, Alleluia, Alleluia; Omnia ſint fauſta, omnia in lętitiam ſoluantur, omnes concinant Alleluia Alleluia. Hæc eſt dies quā fecit Dominus, exultemus & lætemur in ea. Et alij quidem Sacroſanctum diem ſalutabant.

Salue feſta dies alacri digniſſima plauſu,
Quæ lætabundo Chriſti decoraris honore,
Surgentis, ſuperaſq; poli remeantis ad auras,
Fortunata dies, nimium nimiumq; beata,
Quæ ſine nube nitens, cæloq; egreſſa ſereno
Purpureo cæcas perfundis lumine terras,
Paſchalis reſerans victricia ſigna triumphi.

Alij ſepulchro aſſiſtentes, poplite flexo illud venerantes tale ei carmē fundebant.

Salue Calliopes celebrandum voce ſepulchrum,
Corpus vbi exanimis iacuit venerabile Chriſti.

Alij Sanctiſſimam Virginem ad gaudium hortabantur.

Ergo virginea noua concipe gaudia mente
O genitrix, ſæuumq; animo depone dolorem,
Nam tuus infernis natus remeauit ab oris.

Alij Orbis vniuerſi Principes ſolabantur, ad lętitiam animantes.

Plaudant nunc omnia Chriſto
Morte reſurgenti victa, Dominumq; potentem
Cuncta creata ſimul celebrent, quæ ſcilicet alti
Regna tenent ſuprema poli, quæque infima terræ,
Et quæ ceruleis Nereus fert monſtra ſub vndis,
Alituumq; genus liquidum per inane volantum.
Ipſe etiam tremat infernus, ſtygioſq; receſſus

Turba

Turba colens,vultumque Dei præſentis adoret.

Alij Triumphatorem celebrabant.

Tu leo promiſſus magni de ſanguine Iudæ,
Tu lapis,informi primo quem mole iacentem
Proiecere viri,neq; eum inter læuia ſaxa
Miſcuerunt,operi mox ipſa in fronte locatus.
Tu pelagi velut in medio firmiſſima cautes
Quam neq; conuellunt venti,neq; fluctibus vnda.
Tu fortunati abſtruſus theſaurus Olympi
Aurum vbi cælicolum,& gemmæ ſeruantur,& omnes
Cæli claudis opes ditiſſimus,atq; recludis.
Tu noſter victus, tu nobis pabulum & eſca
Tu cælo ros concretus demitteris alto
Suauis,& optatos referens cuiq; ore ſapores.

Alij morti & inferno inſultabant dicentes:Vbi eſt mors victoria tua?Vbi eſt mors aculeus tuus?Vbi eſt inferne horrendum tuum clauſtrum? Non deerant qui Satanę illuderent,Quomodo cecidiſti qui vulnerabas gẽtes? Quomodo diſruptus captiuos vomuiſti ? Quis potentiam tuã confregit? vires quis eneruauit?quis te exturbauit è patrio ſolo?Omnes verò ſiue cęleſtes ſiue humani ſpiritus,iteratis pſallebant vocib.Alleluia. Regi Regũ Dominatori & Triumphatori maximo ſalus,honor,& virtus,& imperiũ. Dignus es Domine Deus noſter, accipere regnum & poteſtatem,q̃m viciſti inimicum atrocem.Laus,decus,& maieſtas victori & reparatori.Lętata eſt,ait Chryſoſt.terra,quia vidit nouam lucem.Lętabantur angeli,quia donauit Dominus peccatorib.claritatem; contremuerunt inferi, inſolitũ ſuſtinendo ſplendorem,lętati Patres in nouam aſſerti libertatem.Sicq; in curuatum eſt omne genu Chriſto Domino, cœleſtium, & terreſtrium,& infernorum . Omnia nobiſcum hodie Chriſto contriumphant. Angelorum apparitio fęſta nobiſcum ſolennia concelebrat , Archangeli throni , virtutes & dominationes , Cherubin & Seraphin lætitię choros ducunt, dum Paſchę tractabatur myſterium . Imitemur & nos hodie in Angelis ſplendorem non veſtium,ſed canticorum,cantemus & nos cantilenã,cantantes cantica cęleſtia.Exultemus Dño,ſed in tremore non remiſſa ſecuritate;congratulemur triumphanti,Dño in canticis exultationis.Feſtinitatis celebremus victoriam,quam nobis tribuit Dñs Ieſus Chriſtus adiuuãdo,qui vicit pro nobis reſurgendo.Triumphantium cũ Chriſto reſurgente ęmulamur facta,vt ipſo glorioſa referente trophęa noſq; p̃eunte,ad vitam pertingamus immortalẽ,qua ille in gloria & maieſtate ineffabili perfruitur,in ſęcula ſempiterna . Amen.

FINIS.

6